This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

D 1,102,140

Digitized by Google



Digitized by Google

AS
16
.L9

no. 4

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ONOMASTICON

TACITEVM

Digitized by Google

Lyon. — A. REY, Imprimeur de l'Université, 4, rue Gentil. — 22941

Exemplaire N° 20

Digitized by Google

ANNALES DE L'UNIVERSITÉ DE LYON
NOUVELLE SÉRIE
II. *Droit, Lettres.* — Fascicule 4.

ONOMASTICON TACITEVM

COMPOSVIT

Philippus FABIA

PARIS
LIBRAIRIE A. FONTEMOING
4, Rue Le Goff

LYON
A. REY, IMPRIMEUR-ÉDITEUR
Rue Gentil, 4

1900

Digitized by Google

Digitized by Google

MAVRICIO HOLLEAVXIO

AMICO

S

147185

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

Indices nominum propriorum, quicumque Taciti operibus adhuc additi sunt, longe abesse ut omni vitio careant, saepe viros doctos animadvertisse atque doluisse pro certo habeo. Equidem cum in eis pervolutandis aliquot per annos adsiduo versatus sim, multos errores, plurimas praetermissiones deprehendi ; praecipue vero offendebat me et impediebat, quod, cum per eos quasi per viam investigationis proximam ac compendiariam statim noscere cuperem, quid unusquisque locus contineret, in quibusdam nimio pauciora verba, quam ut rei summam probe complecterentur, ne id quidem in ceteris, sed numeros reperiebam nudos. Igitur hoc Onomasticon mihi componendum esse decrevi, quod in proprium tantum modo usum susceptum, nunc, postquam perfectum et, quantum potui, absolutum est, publici iuris facio. Quod si litteratis hominibus, quorum in manus venerit, aliquam utilitatem vel commoditatem suppeditaverit, quamquam in eo subseciva trium annorum tempora fere tota consumpsi, cum interim saepius fastidium attulit labor non ita per se iucundus, tamen operae pretium me fecisse arbitrabor. Quam utilitatem cuius generis futuram esse speraverim, quibus rationibus praestare conatus sim, iam breviter declarandum est.

Ac primum quidem unum hoc mihi propositum est, compendiariam illam investigationis viam, quam nondum re vera suppetere modo demonstravi, posthac recte munitam esse viris cum historicis tum grammaticis, ut, quotiescumque eis in ali-

Digitized by Google

quod nomen proprium a Tacito adhibitum inquirere opus sit, conspectu locorum pleno atque ordinato et ipsius auctoris testimonio plerumque ad verbum transcripto, ubi autem ea diligentia vel inutilis esset, vel nimiam excerptorum amplitudinem praebuisset, luculenter in brevius concluso, certiores facile fiant, alteri quid de homine vel re vocabulo illo significata dixerit Tacitus, alteri quomodo id vocabulum adhibuerit quasve ei partes in tota comprehensione tribuerit. Neque aliud quidquam efficere animum induxi. Quapropter ne quis forte putet se in hoc Onomastico ea, quae in aliis quibusdam eiusdem modi libris reperiuntur, inventurum esse, testimonia dico, quae aliunde habemus, vel exscripta vel laudata et universam hominis reive cognitionem ex omnibus fontibus comparatam. Actum, quod aiunt, ne agas. Vt pauca eaque praeclara exempli causa opera adferam, qui sunt in geographia curiosi, eis satisfaciet Forbiger aut Kiepert[1]; quorum interest personas rerum gestarum penitus nosse, eos edocebit Pauly[2] aut *Prosopographia imperii Romani*[3].

Hactenus de consilio meo. Quod cum ingressus essem, exsequendi via ratioque haec mihi optima visa est, ut ex eo redundaret utilitas quam maxima. Primum in definiendo quid esset nomen proprium, nihil antiquius habui quam verbi vim ac significationem angustioribus terminis non concludere. Immo eos terminos latissime protuli, ut cum substantivis, quae dicuntur, nominibus etiam adiectiva comprehenderem. Ne plura, quidquid in *Lexicon Taciteum* non admiserunt Gerber et Greef, id ego in hoc Onomasticon recepi. Neque, fatebor enim simpliciter, vereor ne nimius fuisse videar diligentibus quidem antiquitatis indagatoribus, quibus solis opus meum probare velim.

[1] A. Forbiger, *Handbuch der alten Geographie*, 2te Ausgabe, Hamburg, 1877. — H. Kiepert, *Lehrbuch der alten Geographie*, Berlin, 1871.

[2] Pauly, *Realencyclopaedie d. klass. Alterthumswissenschaft.* — Pauly-Wissowa, *Realencyclopaedie* ... neu bearbeitet, vol. I, II, III.

[3] *Prosopographia imperii Romani saec. I, II, III.* Pars 1a (A-C), ed. E. Klebs. Pars 2a (D-O), ed. H. Dessau. Pars 3a (P-Z), ed. P. de Rohden et H. Dessau. Berlin, 1897-98.

Digitized by Google

— Deinde locos, in quibus occurrebant nomina propria, totos atque integros, quantum fieri potuit, transcripsi. Cur non ubique omnia Taciti verba servarem, quae cum quodam eius modi nomine coniuncta erant aliquo vel rerum vel orationis vinculo, ea causa fuit, ne immensis auctibus cresceret libri moles, quae forsitan nonnullos offensura sit, quamvis multas iacturas fecerim. Neque rursus quidquam omisi, quod uspiam necessarium esset, ut, cum grammatici tributas nomini proprio in tota comprehensione partes intellegerent, tum historici de quibus qualibusque rebus testimonium esset scirent vel certe admonerentur. Vbicumque autem aliquid exclusi, intervallum tribus pluribusve punctis notavi; lineolis curvis ea segregavi, quae de meo adieci; uncis ea, quae, quamquam sunt in codicibus, a Tacito abiudicanda videntur. In excerpendo Tacito editione usus sum *Annalium* illa, quam post Nipperdeium curavit Andresen[1], ceterorum operum Orelliana altera[2], nisi quod *Historiarum* fragmenta deprompsi ex Halmiana quarta[3]. — Notarum quoque, quas imis in paginis videas, explananda mihi ratio est[4]. Quarum tria sunt genera. Primum genus est earum, quae ex apparatu critico[5]

[1] *P. Cornelius Tacitus* erklärt von Karl Nipperdey. Erster Band... Neunte verbesserte Auflage... Zweiter Band... Fünfte verbesserte Auflage. Besorgt von Georg Andresen, Berlin, 1892 = Nipperdey-Andresen.

[2] *P. Cornelii Taciti opera quae supersunt...* Recensuit atque interpretatus est Io. Gaspar Orellivs. Vol. II. *Germania*, rec. H. Schweizer-Sidler (= Orelli-Schweizer-Sidler). — *Dialogus*, rec. G. Andresen (= Orelli-Andresen). — *Agricola*, rec. G. Andresen (= Orelli-Andresen). — *Historiae*, rec. C. Meiser (= Orelli-Meiser).

[3] *Cornelii Taciti libri qui supersunt.* Quartum recognovit Carolus Halm. Lipsiae, 1889.

[4] Materiam adnotationis fere totam suppeditaverunt cum opera iam supra laudata, tum Taciti editiones quas curaverunt Lipsivs (Antwerpiae, 1627), Iac. Gronovivs (Traiecti Batavorum, 1721), Bekker (Lipsiae, 1831), Walther (Halis Saxonum, 1831-33), Ryperti (Hannoverae, 1834-39), Ritter (Cantabrigiae, 1848), idem (Lipsiae, 1864 = Ritter²), Orelli (vol. I; ed. altera, Turici, 1859 = Orelli); — eiusdem *Onomasticon Tullianum*; — Gudeman, *P. Cornelii Taciti Dialogus de Oratoribus* (Boston, 1894); Macke, *Die roemischen Eigennamen bei Tacitus*, Prog. Hadersleben, 1886, 1888, 1889, 1893 (= Macke, I, II, III, IV); — Andresen, *De codicibus Mediceis Annalium Taciti*, Prog. Berlin, 1892; *In Taciti Historias studia critica et palaeographica*, I, *ibid.*, 1899. — Reliqua afferentur, prout data erit occasio.

[5] Codices eisdem, quibus Orelliana editio altera, litteris notavi: **M** = Mediceus uterque; *a b* = Florentini duo, ex quibus, quae in Mediceo altero desunt, sup-

Digitized by Google

constant, in eisque, ut par erat, propriorum tantummodo nominum lectionem respexi. Alterum genus est, cum librorum quorumdam locos demonstravi, qui plura de re vel homine requirentibus inspiciendi essent; praecipueque, ubi idem nomen erat duabus pluribusve personis, operam dedi, ne confusio exsisteret. Tertium genus est, quoties Taciti capita enumeravi, in quibus, etsi non proprio nomine designata est res vel persona, de ea tamen agitur.

Restat ut disseram de ordine, quem in universo opere atque in singulis partibus componendis tenui. — Igitur singularum partium haec est constructio. Initio nomen inscriptum est vel nomina; saepe enim Tacitus eamdem rem, saepissime eumdem hominem variis nominibus vel varia eorumdem nominum coniunctione designat. Quam varietatem in partium inscriptionibus diligenter expressi. Loci autem Tacitei ita alius alium excipiunt, ut primi procedant qui ex *Annalibus*, his proximi qui ex *Historiis* sunt excerpti, servato utriusque operis librorum ordine atque Arabicis, quos vocamus, numeris *Annalium* libros, *Historiarum* Romanis significantibus. Sequuntur deinceps fragmenta *Historiarum (F)*, *Germania (G)*, *Agricola (A)*, *Dialogus (O)*. — Quod ad totius Onomastici distributionem pertinet non satis esset declaratum, si tantummodo dicerem nomina secundum primarum litterarum seriem ordinata esse. Namque varietas, cuius supra mentionem feci, etiam alias quasdam regulas desiderabat. In collocandis hominibus, quos varie nominavit Tacitus, eam mihi praescripsi legem, ut, quorum gentilicium alicubi adhibuisset, eis locum gentilicio definitum tribuerem; quorum cognomina tantum vel praenomina et cognomina adhibuisset, eorum unumquemque, etiamsi aliunde notum esset gentilicium, secundum cognomen vel cognominum usitatius usitatissimumve disponerem. Attamen

plentur. Hi sunt operum maiorum codices. — In *Germaniae* lectionibus afferendis, **A** = Vaticanus 1862, **B** = Leidensis Pontani sive Perizonianus; **C** = Vaticanus 1518. — In *Agricola*, **A** = Vaticanus 3429; **B** = Vaticanus 4498. — In *Dialogo*, **A** = Vaticanus 1862; **B** = Leidensis Perizonianus; **C** = Farnesianus sive Neapolitanus; *a b c* = quidquid ab altera manu in **A B C** mutatum est.

Digitized by Google

imperatores et imperatoriae domus viros feminasque commodius mihi visum est eo, qualecumque est, nomine denotatos collocare, quo nomine ab scriptoribus antiquis appellari solent. Similem in aetatis regiae hominibus rationem observavi. — Praeterea, ne quis harum regularum immemor in quaerendo haesitaret, cautionem adhibui. Quicumque enim praeter regiae aetatis homines secundum gentilicium suum non ordinati sunt, eorum gentilicium, modo notum sit, praesto est in legitimo loco, cum demonstratione loci alterius, ad quem recurrendum sit. Item, quoties in alicuius hominis appellatione variavit Tacitus, variae appellationes suo quaeque loco obviam sunt, dum ne varietas intra fines unius eiusdemque capitis contineatur. — Providendum etiam erat, quomodo collocarentur plures eiusdem gentilicii vel cognominis homines. Itaque primo eos enumeravi, qui nudo gentilicio vel cognomine designati sunt, deinde eos, qui praenomen quoque habent, postremo eos, quorum aut ex gentilicio et cognomine aut ex duobus cognominibus constat appellatio, videlicet servata in unoquoque genere primarum litterarum serie. — Denique hoc monendum est. Praeter eas, quae mihi vel solae bonae vel optimae visae sunt, nominum propriorum scripturas, saepissime varias lectiones vel codicum auctoritate vel doctorum virorum coniecturis commendatas, in contextum operis stellula praefixa notatas introduxi. Neque tamen in ea re ita versatus sum, ut nihil omnino mihi neglegendum esse existimarem, quippe quae multo minus ad utilitatem pertineret quam ad curiositatem.

Scribebam Lugduni kalendis Martiis
a. MDCCCC.

Digitized by Google

Digitized by Google

ONOMASTICON

TACITEVM

---

* ABBARVS, v. ACBARVS.

ABDAGAESES[1]. — 6,36. Sinnaces, quem antea infensum (Artabano regi Parthorum) memoravi, patrem Abdagaesen aliosque occultos consilii... ad defectionem trahit. — 6,37. Columen partium Abdagaeses gazam et paratus regios adicit (Tiridati). — 6,43. Phraates et Hiero et si qui alii..., pars metu, quidam invidia in Abdagaesen, qui tum aula et novo rege potiebatur, ad Artabanum vertere... Hiero pueritiam Tiridatis increpat, neque penes Arsaciden imperium, sed inane nomen apud imbellem externa mollitia, vim in Abdagaesis domo. — 6,44. Abdagaeses regrediendum in Mesopotamiam censebat... Ea sententia valuit, quia plurima auctoritas penes Abdagaesen et Tiridates ignavus ad pericula erat.

ABDVS. — 6,31. Parthis mittendi secretos (ad principem Romanum) nuntios validissimus auctor fuit Sinnaces... et proximus huic Abdus ademptae virilitatis : non despectum id apud barbaros ultroque potentiam habet. — 6,32. Valuit tamen utilitas, ut Abdum specie amicitiae vocatum ad epulas lento veneno inligaret (Artabanus).

* ABGARVS, v. ACBARVS.

ABNOBA. — *G.* 1. Danuvius molli et clementer edito montis Abnobae[2] iugo effusus ..

[1] Ritter : « *Abdagaesis* nomen **M** constanter per *ae*, non *e*, effert, quem secutus sum... »

[2] **A** : *arnobae* (in marg. *arbonae*); **B** : *arbonae*: **C** : *arbone*. Corr. Rhenanus. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

Digitized by Google

et Achaiae urbes classibus adire soliti Pyrenaeum et Alpes et immensa viarum spatia aegre sub armis eniterentur. — II, 1. Corinthi, Achaiae urbe. — II, 2. Igitur oram Achaiae et Asiae ac laeva maris praevectus, Rhodum et Cyprum insulas... petebat. — II, 8. Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritae, velut Nero adventaret. — II, 81. Quidquid provinciarum adluîtur mari Asia atque Achaia tenus... iuravere (in verba Vespasiani). — II, 83. Mucianus... classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii, num... Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaia Asiaque, quas inermes exponi Vitellio... — *O.* 30. « (Cicero in Bruto refert) se... neque iis doctoribus contentum, quorum ei copia in urbe contigerat, Achaiam quoque et Asiam peragrasse, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur. »

ACILIA [1]. — 15,56. Lucanus... Aciliam [2] matrem suam (tamquam C. Pisonis coniurationis consciam reus ipse nominavit). — 15,71. Acilia mater Annaei Lucani sine absolutione, sine supplicio dissimulata.

M' ACILIVS [3]. — 12,64. M. Asinio M' Acilio [4] consulibus.

ACILIVS AVIOLA, AVIOLA [6]. — 3,41. Andecavos Acilius Aviola legatus, excita cohorte, quae Lugduni praesidium agitabat, coercuit. Turoni legionario milite... oppressi eodem Aviola duce [6].

ACILIVS STRABO, STRABO [7]. — 14,18, Idem Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem praetoria potestate usum et missum disceptatorem a Claudio agrorum, quos regis Apionis quondam avitos et populo Romano cum regno relictos, proximus quisque possessor invaserant... Nero, probata Strabonis sententia, se nihilo minus subvenire sociis et usurpata concedere scripsit.

ACRATVS [8]. — 15,45, Per Asiam atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas provincias

[1] Prosop., 69.
[2] M : *atillam*. Corr. Puteolanus. Ritter ex dett. : *Atiliam*.
[3] M' Acilius Aviola. Prosop., 41. — Pauly, VI, 1193 : *A. Silius Aviola*.
[4] M: *macilio*. Corr. Ernesti.
[5] Cf. Nipperdey-Andresen.
[6] V. etiam, 3, 47.
[7] L. Acilius Strabo. Prosop., 67.
[8] Prosop., 75.

Digitized by Google

Acrato ac Secundo Carrinate. Ille libertus cuicumque flagitio promptus... — 16,23. (Barea Soranus pro consule Asiae) vim... civitatis Pergamenae, prohibentis Acratum Caesaris libertum statuas et picturas avehere, inultam omiserat.

ACTE[1]. — 13,12. Ceterum infracta paulatim potentia matris delapso Nerone in amorem libertae cui vocabulum Acte fuit..., ne senioribus quidem principis amicis adversantibus, muliercula nulla cuiusquam iniuria cupidines principis explente. — 13,46. (Loquitur Poppaea). « At Neronem, paelice ancilla et adsuetudine Actes devinctum, nihil e contubernio servili nisi abiectum et sordidum traxisse. » — 14,2. Tradit Cluvius... Senecam contra muliebres (Agrippinae) inlecebras subsidium a femina petivisse immissamque Acten libertam, quae simul suo periculo et infamia Neronis anxia deferret pervulgatum esse incestum gloriante matre nec toleraturos milites profani principis imperium[2].

ACTIACA, VM. — 1.3. (Qui extremis Augusti temporibus) iuniores (erant, ei) post Actiacam victoriam... nati (erant). — 1.42. (Loquitur Germanicus) « Divus Augustus vultu et aspectu Actiacas legiones exterruit. » — 2,53. Germanicus... sinus Actiaca victoria inclutos. . adiit. — 3,55. Luxus... mensae, a fine Actiaci belli ad ea arma, quis Servius Galba rerum adeptus est, per annos centum profusis sumptibus exerciti... — 4,5. Proximum... Galliae litus constratae naves praesidebant, quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Foroiuliense miserat. — 15.23. (Ob puerperium Poppaeae Neronis uxoris decretum est a senatu) certamen ad exemplar Actiacae religionis.

ACTIVM. — I, 1. Postquam bellatum apud Actium atque omnem potentiam ad unum conferri pacis interfuit.

ACTVMERVS[3]. — 11,16. (Italico) paternum... genus e Flavo fratre Arminii, mater ex Actumero principe Chattorum erat. — 11,17. (Disserebat apud suos Italicus) virtutem experirentur, an dignum se patruo Arminio, avo Actumero[4] praeberet.

[1] Claudia Acte. Prosop. C. 848.

[2] V. etiam, 13, 13: 14, 63.

[3] Prosop., 77. — Strabo, 7, 292 : Ὀυκρομήρου. De nominis forma cf. Muellenhoff, *Zeitschr. f. deutsch. Alterth.*, IX, 223.

[4] M : *catumero*.

Digitized by Google

ACVTIA. — 6,47. Laelius Balbus Acutiam[1], P. Vitellii quondam uxorem, maiestatis postulaverat. Qua damnata...

ADDVA, v. ADVA.

ADGANDESTRIVS. — 2,88. Adgandestrii[2] principis Chattorum lectas in senatu litteras, quibus mortem Arminii promittebat, si patrandae neci venenum mitteretur..., responsunque esse...

ADIABENI. — 12, 13. (Meherdates sociique eius) tramisso... amne Tigri permeant Adiabenos, quorum rex Izates societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta... inclinabat. — 15, 1. Egressus Armenia Tigranes Adiabenos, conterminam nationem, latius ac diutius quam per latrocinia vastaverat, idque primores gentium aegre tolerabant... — 15, 2. Vologaeses... promptam equitum manum, quae regem ex more sectatur, Monaesi nobili viro tradidit, adiectis Adiabenorum auxiliis. — 15, 4. Adiabeni, cum promovere scalas (Tigranocertae muris) et machinamenta inciperent, facile detrusi...

ADIABENVS, VM. — 12, 14. Izates Adiabeno[3], mox Acbarus Arabum cum exercitu, abscedunt (a Meherdate) levitate gentili. — 15, 1. Accendebat dolorem (Parthorum) Monobazus, quem penes Adiabenum regimen... — 15, 14. Monobazus Adiabenus.

ADIVTRIX LEGIO. — II, 43. Duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima, cui cognomen Rapaci..., e parte Othonis prima Adiutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida... — III, 44. Cuncta ad victoris (Vespasiani) opes conversa, initio per Hispaniam a prima Adiutrice legione orto, quae memoria Othonis infensa Vitellio decimam quoque ac sextam traxit.

*ADORSI, v. AORSI.

ADRANA. — 1, 56. Iuventus (Chattorum) flumen Adranam nando tramiserat.

*ADRIA, v. HADRIA.

ADRVMETVM. — 11, 21 (Curtius Rufus) sectator quaestoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeto... agitat. — IV, 50.

[1] Heinsius : *Aquiliam.*

[2] « Jac. Grimm mochte lesen : *ad Gandestrii... responsum esse*, und erklärt *Gandestrius* als Männchen der Gans, Ganter. Aber die Einschachtelung, die durch jene Acusserung entsteht, ist dem Stil des Tac. fremd » (Nipperdey-Andresen).

[3] M : *Adiabenus.* Corr. Io. Fr. Gronovius. — Ritter : *Adiabenus suo.*

Digitized by Google

(Valerius) Festus Adrumeto[1], ubi speculabundus substiterat, ad legionem contendit.

ADVA. — II, 40. (Othoniani) confluentes Padi et Aduae[2] fluminum, sedecim inde milium spatio distantes, petebant.

AEDVI; AEDVVS[3]. — 3, 40. Galliarum civitates... rebellionem coeptavere, cuius exstimulator acerrimus... apud Aeduos Iulius Sacrovir. — 3, 43. Apud Aeduos maior moles exorta (quam apud Treviros). — 3, 44. At Romae non Treviros modo et Aeduos, sed quattuor et sexaginta Galliarum civitates descivisse... (creditum). — 3, 45. Silius... vastat Sequanorum pagos, qui finium extremi et Aeduis contermini sociique in armis erant. — 3, 46. (Loquitur apud milites Silius) « ...Quanto pecunia dites et voluptatibus opulentos, tanto magis inbelles Aeduos evincite. . » — 11, 25. Orationem principis (Claudii) secuto patrum consulto primi Aedui senatorum in urbe ius adepti sunt. Datum id foederi antiquo et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant. — I, 51. Sequanis Aeduisque ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infensi (Germanici exercitus) expugnationes urbium... hauserunt animo. — I, 64. Frustra adversus Aeduos quaesita (a Vitellianis) belli causa : iussi pecuniam atque arma deferre gratuitos insuper commeatus praebuere. Quod Aedui formidine, Lugdunenses gaudio fecere. — II, 61. Mariccus quidam, e plebe Boiorum..., concitis octo milibus hominum proximos Aeduorum[4] pagos trahebat, cum gravissima civitas electa iuventute, adiectis a Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem disiecit. — III, 35. Iulium Calenum tribunum (in exercitu Vitelliano)... Calenus Aeduus (erat). — IV, 17. (Verba facit apud Gallos Iulius Civilis) « Ne Vindicis aciem cogitarent : Batavo equite protritos Aeduos Arvernosque... » — IV, 57. Obtestante (Dillio) Vocula .. sic olim Sacrovirum et Aeduos[5], nuper Vindicem Galliasque singulis proeliis concidisse[6].

AEETES. — 6, 34. Qua tempestate Iaso post avectam Medeam

[1] M : *adrimeto.*

[2] Puteolanus : *Adduae.* — Valmaggi, *Del luogo della cosi detta prima battaglia di Bedriaco (Atti della R. Acc. d. sc. di Torino*, XXXI, 920 sqq) : *Ardae.*

[3] Apud veteres saepe *Haedui* vel *Hedui.*

[4] M : *haeduorum.*

[5] M : *haeduos.*

[6] Praeterea Ryck pro *Vbiorum* (M : *uibonum)* coniecit *Aeduorum* (13, 57).

Digitized by Google

genitosque ex ea liberos inanem mox regiam Aeetae vacuosque Colchos repetivit.

AEGAEVM MARE. — 5, 10. Euboeam, Aegaei maris insulam. — 15,71. Cluvidieno Quieto, Iulio Agrippae, Blitio Catulino, Petronio Prisco, Iulio Altino... Aegaei maris insulae permittuntur.

AEGEAE. — 13, 8. (Domitius Corbulo) apud Aegeas[1] civitatem Ciliciae obvium (Vmmidium) Quadratum habuit.

AEGEATES. — 2, 47. Aegeatas (Asiae civitatem)... levari (in quinquennium tributo)... placuit.

AEGIALI. — I, 37. Plus rapuit Icelus, quam Polycliti et Vatinii et Aegiali[2].

AEGIENSIS CIVITAS. — 4, 13. Facta... auctore (Tiberio) senatus consulta, ut civitati .. Aegiensi[3] apud Achaiam, motu terrae (labefactae), subveniretur remissione tributi in triennium.

*AEGINENSIS, AEGIRENSIS, v. AEGIENSIS.

AEGYPTII. — 11, 14. Primi per figuras animalium Aegyptii sensus mentis effingebant... et litterarum semet inventores perhibent. — IV, 82. E primoribus Aegyptiorum nomine Basiliden... — IV, 83. Origo dei (Serapidis) nondum nostris auctoribus celebrata; Aegyptiorum antistites sic memorant... Ptolemaeus omine et miraculo excitus sacerdotibus Aegyptiorum, quibus mos talia intellegere, nocturnos visus aperit. — V, 4. Bosque immolatur (a Iudaeis), quoniam Aegyptii Apin colunt — V, 5. Eademque cura (Iudaeis) et de infernis persuasio, caelestium contra. Aegyptii pleraque animalia effigiesque compositas venerantur, Iudaei mente sola unumque numen intellegunt.

AEGYPTIVS, A, VM. — 2, 60. Et manebant structis molibus litterae Aegyptiae, priorem opulentiam complexae; iussusque e senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari... — 2, 85.

[1] **M** : *egeas*. Corr. Lipsius. Vulg. ante Lipsium : *Egas*.

[2] **M** : *aegialii*. Corr. Orelli. — Walther : *qui alii :* Lipsius : *Helii :* Io. F. Gronovius : *Helii et Tigellini :* Bezzenberger : *Egnatii*, etc. — « Graecum... nomen est Αἰγιαλός..., Latinum *Aegialus Aug. libertus* apud Gruter, 175,9. *Aegialius* vero neque Graecum nec Latinum » (Orelli-Meiser). — « Quod Aegialus libertus aliunde haud notus est, mirum videri non potest; nam ingentem horum hominum multitudinem aula Neroniana aluit, sed paucorum nomina nobis tradita sunt » (Ritter). — Exstitisse quemdam temporibus Neronis libertinum Vetulenum Aegialum tradunt Seneca, *Ep.*, 86. 14, 21; Plin. *H. N.* 14. 49. Cf. Prosop., V, 349.

[3] Vulg. ante Ernestium : *Aeginensi* vel *Aegirensi*.

Digitized by Google

Actum et de sacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis factumque patrum consultum, ut quattuor milia libertini generis ea superstitione infecta... in insulam Sardiniam veherentur... Ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent. — 14,61. (Queritur Poppaea apud Neronem): « Malle populum Romanum tibicinis Aegyptii » (Eucaeri Octaviae, quod quidem ipsa finxit, adulteri) « subolem imperatorio fastigio induci ? ». — V,5. Corpora condere (Iudaei) quam cremare e moreAegyptio.

AEGYPTUS. — 2,59. Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis... Augustus..., vetitis nisi permissu ingredi senatoribus aut equitibus Romanis inlustribus, seposuit Aegyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam claustraque terrae ac maris... insedisset. — 2,67. Maiores M. Lepidum Ptolemaei liberis tutorem in Aegyptum miserant. — 2,69. Germanicus Aegypto remeans... — 4,5. Cetera Africae (praeter Mauros) per duas legiones (coercebantur) parique numero Aegyptus. — 5,10. Drusum Germanici filium... elapsum custodiae pergere ad paternos exercitus, Aegyptum aut Syriam invasurum, fingebant simul credebantque (Graeci). — 6,28. Paulo Fabio L. Vitellio consulibus post longum saeculorum ambitum avis phoenix in Aegyptum venit... Aspici aliquando in Aegypto eam volucrem non ambigitur. — 12,43. Nec nunc infecunditate (Italiae) laboratur, sed Africam potius et Aegyptum exercemus... — 12,60. Divus Augustus apud equestres, qui Aegypto praesiderent, lege agi decretaque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani[1] constituissent. — 13,22. Aegyptus *Ti.* Balbillo (permittitur). — 15,26. (Corbulo exercitui suo) addidit... vexilla delectorum ex Illyrico et Aegypto. — 15,36. Nec multo post (Nero), omissa in praesens Achaia .., urbem revisit, provincias Orientis, maxime Aegyptum, secretis imaginationibus agitans. — I. 11. Aegyptum copiasque, quibus coerceretur, iam inde a Divo Augusto equites Romani obtinent loco regum... — I,70. Siliani (equites ex Africa)... a Nerone, ut in Aegyptum praemitterentur, exciti et ob bellum Vindicis revocati... — I.76. Aegyptus omnesque versae in Orientem provinciae nomine (Othonis) tenebantur. — II,6. Septem legiones statim (partibus Vespasiani) et

[1] Nipperdey-Andresen : *populi Romani.*

Digitized by Google

cum ingentibus auxiliis Syria Iudaeaque, inde continua Aegyptus duaeque legiones... — II,9. (Falsus Nero) in maestitiam compositus fidem suorum quondam militum invocans, ut eum in Syria aut Aegypto sisterent, orabat. — II,74. Praefectus Aegypti *Ti.* Alexander consilia sociaverat (cum Vespasiano). — II,76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus). « Tibi e Iudaea et Syria et Aegypto novem legiones integrae... » — II,82. Titum instare Iudaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit; sufficere videbantur adversum Vitellium pars copiarum et dux Mucianus... — III,8. (Vespasianus) adiciebat... imperio consilium, quando Aegyptus, claustra annonae, vectigalia opulentissimarum provinciarum obtinerentur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ad deditionem subigi. — III,48. Vespasianum... Cremonensis proelii nuntius in Aegypto adsequitur. — IV,3. Sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma..., postquam Aegyptum, Iudaeam, Syriamque et omnes provincias exercitusque lustraverant .. — IV,83. Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit... — IV,84. Vulgus (Sinopensium)... invidere Aegypto... Memphim .. inclutam olim et veteris Aegypti columen... — V,2. Quidam regnante Iside exundantem per Aegyptum multitudinem ducibus Hierosolymo ac Iuda proximas in terras exoneratam (memorant)... Sunt qui tradant Assyrios convenas, indigum agrorum populum, parte Aegypti potitos, mox. . — V,3. Plurimi auctores consentiunt, orta per Aegyptum tabe, quae corpora foedaret, regem Bocchorim... id genus hominum... alias in terras avehere iussum, — V,6. A meridie Aegyptus obiacet (terrae Iudaeorum).

AELIA PAETINA, PAETINA [1]. — 12, 1. (Cum uxor Claudio deligenda esset), Aelia Paetina e familia Tuberonum Narcisso fovebatur. — 12, 2. Narcissus vetus matrimonium, filiam communem, nam Antonia ex Paetina erat, nihil in penatibus (Claudii) novum disserebat, si sueta coniunx rediret...

(AELII) TVBERONES, v. TVBERONES.

* AELIVS (Neronis l.), v. HELIVS.

AELIVS GALLVS [2]. — 5. 8. (Pomponio Secundo) a Considio...

[1] Prosop., 197.

[2] Prosop., 134. — Hunc filium Aelii Sciani natu maximum fuisse recte, ut videtur, coniecit Borghesi.

Digitized by Google

obiectabatur Aelii[1] Galli amicitia, qui punito Seiano in hortos Pomponii quasi fidissimum ad subsidium perfugisset[2].

AELIVS GRACILIS. — 13, 53. (L. Antistius) Vetus Mosellam atque *Ararim*... fossa conectere parabat... Invidit operi Aelius Gracilis, Belgicae legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienae provinciae inferret...

AELIVS LAMIA[3]. — 4, 13. Ac ni Aelius Lamia et L. Apronius, qui Africam obtinuerant, insontem (C. Gracchum) protexissent... — 6, 27. Extremo anni mors Aelii Lamiae funere censorio celebrata, qui administrandae Suriae imagine tandem exsolutus urbi praefuerat. Genus illi decorum, vivida senectus, et non permissa provincia dignationem addiderat.

AELIVS SEIANVS, SEIANVS[4]. – 1, 24. (Cum Druso mittitur ad Pannonicas legiones rebellantes) praetorii praefectus Aelius Seianus, collega Straboni patri suo datus, magna apud Tiberium auctoritate. — 1, 69. Accendebat haec onerabatque Seianus, peritia Tiberii morum odia in longum iaciens, quae reconderet auctaque promeret. — 3, 16. Audire me memini ex senioribus visum saepius inter manus (Cn.) Pisonis libellum..., amicos eius dictitavisse litteras Tiberii et mandata in Germanicum contineri ac destinatum promere apud patres principemque arguere, ni elusus a Seiano per vana promissa foret. — 3, 29. Adversis animis acceptum, quod filio Claudii socer Seianus destinaretur. Polluisse nobilitatem familiae videbatur (Tiberius) suspectumque iam nimiae spei Seianum ultra extulisse. — 3, 35. Intentius excusante se *(M)* Lepido (cum de pro consule Africae legendo ageretur).... intellegereturque etiam quod silebat, avunculum esse Seiani (Iunium) Blaesum atque eo praevalidum. — 3, 66. Iunio Othoni litterarium ludum exercere vetus ars fuit ; mox Seiani potentia senator... — 3, 72. Pompeii theatrum igne fortuito haustum (Tiberius) Caesar exstructurum pollicitus est... Simul laudibus Seianum extulit, tamquam labore vigilantiaque eius tanta vis unum intra damnum stetisset. Et censuere patres effigiem Seiano, quae apud theatrum Pompeii locaretur. Neque

[1] M : *uelii*. Corr. Lipsius, quia Aeliae gentis Gallus cognomen fuit.
[2] V. etiam, 4, 3, 39; 6, 30.
[3] L. Aelius Lamia. Prosop., 149.
[4] L. Aelius Seianus. Prosop., 176.

Digitized by Google

multo post Caesar, cum Iunium Blaesum pro consule Africae triumphi insignibus attolleret, dare id se dixit honori Seiani, cuius ille avunculus erat. — 4, 1. Coepit saevire ipse (Tiberius) aut saevientibus vires praebere. Initium et causa penes Aelium Seianum, cohortibus praetoriis praefectum, cuius de potentia supra memoravi ; nunc originem, mores, et quo facinore dominationem raptum ierit, expediam. — 4, 3. Drusus, impatiens aemuli et animo commotior, orto forte iurgio intenderat Seiano manus et contra tendentis os verberaverat... Pellit domo Seianus uxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne paelici (Liviae Drusi uxori) suspectaretur.— 4, 7. Quae cuncta... retinebat (Tiberius)..., donec morte Drusi verterentur. Nam dum superfuit, mansere, quia Seianus incipiente adhuc potentia bonis consiliis notescere volebat et ultor metuebatur... — 4, 8. Igitur Seianus maturandum ratus delegit venenum, quo paulatim inrepente fortuitus morbus adsimularetur. Id Druso datum per... — 4, 10. Non omiserim eorumdem temporum rumorem..; corrupta ad scelus Livia (Drusi uxore) Seianum Lygdi quoque spadonis animum stupro vinxisse... — 4, 11. Quia Seianus facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia caritate in eum Caesaris et caeterorum in utrumque odio quamvis fabulosa et immania credebantur... Ordo alioqui sceleris per Apicatam Seiani proditus... est. — 4, 12. Seianus, ubi videt mortem Drusi inultam interfectoribus..., ferox scelerum et, quia prima provenerant, volutare secum, quonam modo Germanici liberos perverteret... — 4, 15. Aderantque iuveni (Neroni Germanici filio) modestia ac forma principe viro digna, notis in eum Seiani odiis ob periculum gratiora. — 4, 17. Instabat... Seianus incusabatque diductam civitatem ut civili bello, esse qui se partium Agrippinae vocent... — 4, 19. Varro consul... odiis Seiàni per dedecus suum gratificabatur (C. Silium accusando). — 4, 26. Dolabellae petenti abnuit triumphalia Tiberius, Seiano tribuens, ne Blaesi avunculi eius laus obsolesceret. — 4, 34. (Cremutium Cordum) accusabant Satrius Secundus et Pinarius Natta, Seiani clientes. Id perniciabile reo. — 4, 39 At Seianus nimia fortuna socors et muliebri insuper cupidine incensus, promissum matrimonium flagitante Livia, componit ad Caesarem codicillos... — 4, 40. Ad ea Tiberius laudata pietate Seiani suisque in eum beneficiis modice percursis... adiumxit... : « Fallerisenim, Seiane,

Digitized by Google

si te mansurum in eodem ordine putas et Liviam. . ea mente acturam, ut cum equite Romano senescat. » — 4, 41. Rursum Seianus, non iam de matrimonio, sed altius metuens, tacita suspicionum, vulgi rumorem, ingruentem invidiam deprecatur... — 4, 54. Seianus maerentem et improvidam (Agrippinam) altius perculit, immissis qui per speciem amicitiae monerent paratum ei venenum. . — 4, 57. Causam abcessus (Tiberii in Campaniam) quamquam secutus plurimos auctorum ad Seiani artes rettuli, quia tamen caede eius patrata sex postea annos pari secreto coniunxit, plerumque permoveor, num ad ipsum referri verius sit... — 4, 58. Profectio (Tiberii in Campaniam) arto comitatu fuit .. : eques Romanus praeter Seianum ex inlustribus Curtius Atticus... — 4, 59. Ac forte illis diebus oblatum Caesari anceps periculum... praebuit... ipsi materiem, cur amicitiae constantiaeque magis fideret... Seianus genu vultuque et manibus super Caesarem suspensus opposuit sese incidentibus (saxis)... (Nero Germanici filius) a libertis et clientibus... exstimulatur, ut erectum et fidentem animi ostenderet : velle id populum Romanum..., neque ausurum contra Seianum... — 4, 60. Alius occursum (Neronis Germanici filii) vitare.. ,plerique inceptum sermonem abrumpere, insistentibus contra inridentibusque, qui Seiano fautores aderant... Ne nox quidem secura, cum uxor vigilias, somnos, suspiria matri Liviae atque illa Seiano patefaceret, qui fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes, spe obiecta... Neque tamen Seianus ita Drusum fovebat, ut non in eum quoque semina futuri exitii meditaretur. – 4, 67. Seianus... turbabat (Tiberium) non iam occultis adversum Agrippinam et Neronem insidiis. — 4, 68. (Titium Sabinum) Latinius Latiaris Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opsius praetura functi adgrediuntur cupidine consulatus, ad quem non nisi per Seianum aditus, neque Seiani voluntas nisi scelere quaerebatur... Latiaris (dolum Sabino struens)... onerat Seianum, saevitiam, superbiam, spes eius. — 4, 70. Trahebatur (in carcerem Titius Sabinus)... clamitans sic incohari annum, has Seiano victimas cadere. — 4, 71. (Tiberium Asinio Gallo infensum) mitigavit Seianus, non Galli amore, verum ut cunctationes principis aperiretur, gnarus... — 4, 74. Quamquam diversis super rebus consulerentur (patres), aram clementiae, aram amicitiae

Digitized by Google

effigiesque circum Caesaris ac Seiani censuere... Satis visum omittere insulam et in proximo Campaniae aspici, eo venire patres, eques, magna pars plebis, anxii erga Seianum, cuius durior congressus, atque eo per ambitum et societate consiliorum parabatur... — 5, 3. Incolumi Augusta erat adhuc perfugium, quia.., neque Seianus audebat auctoritati parentis antire. — 5, 4. Ferebantur etiam sub nominibus consularium fictae in Seianum sententiae, exercentibus plerisque per occultum atque eo procacius libidinem ingeniorum. Vnde illi ira violentior... — 5, 6. « Mihi pudorem aut Seiano invidiam adlaturum censui. » — 5, 8. (Pomponio Secundo obiectabatur Aelii Galli amicitia, qui punito Seiano in hortos Pomponii quasi fidissimum ad subsidium perfugisset. — 5, 9. Placitum posthac, ut in reliquos Seiani liberos adverteretur. — 5, 11. Discordia consulum erupit; nam Trio... ut segnem Regulum ad opprimendos Seiani ministros oblique perstrinxerat. — 6, 2. At Romae principio anni..., atroces sententiae dicebantur..., et bona Seiani ablata aerario ut in fiscum cogerentur, tamquam referret. — 6, 3. At Iunium Gallionem... violenter increpuit (Tiberius litteris in senatu recitatis) : « ...an potius discordiam et seditionem a satellite Seiani quaesitam...? » ...Isdem litteris Caesar Sextium Paconianum praetorium perculit... delectum... ab Seiano, cuius ope dolus Gaio Caesari pararetur. — 6, 7. Q. Servaeus posthac et Minucius Thermus (accusati sunt)... Minucius equestri loco, modeste habita Seiani amicitia. — 6, 8. Nam ea tempestate, qua Seiani amicitiam ceteri falso exuerant, ausus est eques Romanus M. Terentius, ob id reus amplecti, ad hunc modum apud senatum ordiendo : « ...Fatebor et fuisse me Seiano amicum, et... Vt quisque Seiano intimus, ita ad Caesaris amicitiam validus... Non enim Seianum Vulsiniensem, sed Claudiae et Iuliae domus partem, quas adfinitate occupaverat, tuum, Caesar, generum, tui consulatus socium, tua officia in re publica capessentem colebamus... Spectamus, ...cui ex te opes, honores, quis plurima iuvandi nocendive potentia, quae Seiano fuisse nemo negaverit... Ne, patres conscripti, ultimum Seiani diem, sed sedecim annos cogitaveritis. » — 6, 10. (Iulio) Marino participe Seianus Curtium Atticum oppresserat. — 6, 14. Geminius prodigentia opum ac mollitia vitae amicus Seiano (cecidit coniurationis crimine). — 6, 19. Tiberius... cunctos, qui carcere attineban-

Digitized by Google

tur accusati societatis cum Seiano, necari iubet. Iacuit immensa strages... — 6, 23. Tradidere quidam praescriptum fuisse Macroni, si arma ab Seiano temptarentur, extractum custodiae (Drusum Germanici filium) .. ducem populo imponere. — 6, 25. Nondum is dolor exoleverat, cum de Agrippina auditum, quam interfecto Seiano spe sustentatam provixisse reor... Eodem die defunctam, quo biennio ante Seianus poenas luisset, memoriaeque id prodendum addidit Caesar. ., decretumque ut quintum decumum kal. Novembres, utriusque necis die, per omnes annos donum Iovi sacraretur. — 6, 29. Nihil (Mamercum Scaurum) amicitia Seiani, sed labefecit... Macronis odium. — 6, 30. Abudius Ruso..., dum Lentulo Gaetulico... periculum facessit, quod is Seiani filium generum destinasset, ultro damnatur... Fama constans (Lentulum Gaetulicum) ausum mittere ad Caesarem litteras, adfinitatem sibi cum Seiano haud sponte, sed consilio Tiberii coeptam... Haec, mira quamquam, fidem ex eo trahebant, quod unus omnium Seiani adfinium incolumis multaque gratia mansit. — 6, 38. Non enim Tiberium, quamquam triennio post caedem Seiani..., tempus, preces, satias mitigabant... (Supremas Fulcinii Trionis tabulas) recitari Tiberius iussit, ...contemptor suae infamiae, an scelerum Seiani diu nescius mox quoquo modo dicta vulgari malebat veritatisque... per probra saltem gnarus fieri. — 6, 48. Arruntius... amicis... respondit, sibi satis aetatis, neque aliud paenitendum, quam quod... anxiam senectam toleravisset, diu Seiano, nunc Macroni, semper alicui potentium invisus... An..., Gaium Caesarem... meliora capessiturum Macrone duce, qui ut deterior ad opprimendum Seianum delectus...? — 6, 51. Morum quoque tempora (Tiberio) diversa..., intestabilis saevitia, sed obtectis libidinibus, dum Seianum dilexit timuitve. — 13, 45. (T.) Ollium (Poppaeae Sabinae, Neronis uxoris patrem) honoribus nondum functum amicitia Seiani pervertit [1].

(L. AELIVS STILO), v. CALVVS (*O.*, 23).

(AEMILIA) LEPIDA [2], v. LEPIDA *(A)*

AEMILIA LEPIDA [3]. — 6, 40. Aemilia Lepida, quam iuveni

[1] V. etiam, 4, 2; 6, 47.
[2] Soror M' Aemilii Lepidi.
[3] Prosop., 294. — Filia M. Aemilii Lepidi (Prosop., 248).

Digitized by Google

Druso nuptam rettuli, crebris criminibus maritum insectata, quamquam intestabilis, tamen impunita agebat, dum superfuit pater Lepidus. Post a delatoribus corripitur ob servum adulterum, nec dubitabatur de flagitio. Ergo omissa defensione finem vitae sibi posuit.

AEMILIA MVSA. — 2, 48. (Tiberius) Caesar... bona Aemiliae Musae locupletis intestatae petita in fiscum (M. Aemilio Lepido, cuius e domo videbatur..., tradidit.

AEMILIA MONVMENTA. — 3, 72. Basilicam Pauli, Aemilia monumenta.

AEMILIANA PRAEDIA. — 15, 40. Plusque infamiae id incendium habuit, quia praediis Tigellini Aemilianis proruperat; videbaturque Nero...

AEMILII, AEMILIVM GENVS. — 3, 22. Lepida, cui super Aemiliorum decus L. Sulla et Cn. Pompeius proavi erant. — 3, 24. Inlustrium domuum adversa, etenim haud multum distanti tempore Calpurnii Pisonem, Aemilii Lepidam amiserant... — 6, 27. Aemilium genus fecundum bonorum civium, et qui eadem familia corruptis moribus, inlustri tamen fortuna egere. — 6, 29. (Mamercus) Scaurus, ut dignum veteribus Aemiliis, damnationem anteiit.

AEMILIVS[1]. — 2, 11. (Germanicus equitem vado tramittit. Praefuere Stertinius et e numero primipilarium Aemilius... Ceteros (Batavorum) vis sua ant equites cum Stertinio Aemilioque subvenientes periculo exemere. — 4, 42. Postulato Votieno ob contumelias in Caesarem dictas, testis Aemilius, e militaribus viris, dum studio probandi cuncta refert et, quamquam inter obstrepentes, magna adseveratione nititur, audivit Tiberius probra, quis per occultum lacerabatur.

M' (AEMILIVS) LEPIDVS, v. M' LEPIDVS.

M. (AEMILIVS) LEPIDVS, cos. a. 567 = 187 et 579 = 175. v. M. LEPIDVS (A).

(M. AEMILIVS) LEPIDVS, cos. a. 676 = 78, v. LEPIDVS (A).

(M. AEMILIVS) LEPIDVS, triumv., v. LEPIDVS (B).

M. (AEMILIVS) LEPIDVS, Iuliae Agrippinae adulter, v. M. LEPIDVS (B).

[1] Praenom. 899.

Digitized by Google

AEMILIVS LEPIDVS, M. LEPIDVS, LEPIDVS[1]. — 2, 48. Caesar... bona Aemiliae Musae, locupletis intestatae, petita in fiscum, Aemilio Lepido, cuius e domo videbatur..., tradidit. — 3, 32. Quod initium Sex. Pompeius agitandi adversus Marcum Lepidum odii nanctus, ut socordem, inopem et maioribus suis dedecorum eoque etiam Asiae sorte depellendum incusavit, adverso senatu, qui Lepidum mitem magis quam ignavum, paternas ei angustias et nobilitatem sine probro actam honori quam ignominiae habendam ducebat. Igitur missus in Asiam... — 3, 72. Isdem diebus Lepidus[2] ab senatu petivit, ut basilicam Pauli, Aemilia monumenta, propria pecunia firmaret ornaretque... Quo tum exemplo Lepidus, quamquam pecuniae modicus, avitum decus recoluit. — 6, 40. Aemilia Lepida, quam iuveni Druso nuptam rettuli, crebris criminibus maritum insectata, quamquam intestabilis, tamen impunita agebat, dum superfuit pater Lepidus.

AEMILIVS LONGINVS, LONGINVS. — IV, 59. (Iulius) Classicus misso Aemilio Longino, desertore primae legionis, caedem (Dillii Voculae) maturavit... Interfectorem Voculae altis ordinibus. . attollit. — IV, 62. Forte obvio interfectore Voculae Longino, coniectis in eum telis initium exsolvendae .. culpae fecere (milites alae Picentinae).

AEMILIVS MAMERCVS[3]. — 11, 22. Creatique primum (quaestores) Valerius Potitus et Aemilius Mamercus sexagensimo tertio anno post Tarquinios exactos.

AEMILIVS PACENSIS, PACENSIS. — I, 20. Exauctorati per eos dies tribuni..., ex urbanis cohortibus Aemilius Pacensis. — I, 87. Summa expeditionis (in Galliam Narbonensem ab Othone paratae) Antonio Novello, Suedio Clementi primipilaribus, Aemilio Pacensi, cui ademptum a Galba tribunatum reddiderat, permissa. — II, 12. Temptandis (maritimis Alpibus) adgrediendaeque provinciae Narbonensi Suedium Clementem, Antonium

[1] Prosop., 248. — Cf. Nipperdey-Andresen, ad locos, qui infra positi sunt, ne confundatur hic cum Manio (Aemilio) Lepido. Primus recte distinxit Borghesi, V, 287 sqq.

[2] Nipperdey-Andresen : *M. Lepidus :* « Der Vorname fehlt in der Hds. gegen die Gewohnheit des Tac. »

[3] Ti. Aemilius Mamercus cos. a. 284 = 470. Cf. Pauly-Wissowa, I, 571 (n° 99).

Digitized by Google

Novellum, Aemilium Pacensem duces dederat (Otho). Sed Pacensis per licentiam militum vinctus. — III, 73. (Capto a Vitellianis Capitolio) pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes... Aemilius Pacensis..., pugnam ausi obtruncantur.

L. (AEMILIVS) PAVLVS[1], v. L. PAVLVS.

(L. AEMILIVS) PAVLVS[2], v. PAVLI basilica.

MAMERCVS (AEMILIVS) SCAVRVS, v. MAM. SCAVRVS.

M. (AEMILIVS) SCAVRVS, v. M. SCAVRVS.

AENEAS. — 4, 9. Funus (Drusi Tiberii Caesaris filii) imaginum pompa maxime inlustre fuit, cum origo Iuliae gentis Aeneas omnesque Albanorum reges... spectarentur. — 12, 58. Nero... causa Iliensium suscepta Romanum Troia demissum et Iuliae stirpis auctorem Aeneam... exsecutus...

AENVS. — III, 5. Ripam Aeni[3] fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit.

AEQVI. — 11, 24. (Loquitur Claudius) : « At cum Senonibus pugnavimus. Scilicet Vulsci et Aequi numquam adversam nobis aciem instruxere. »

AERIAS. — 3, 62. Cyprii (disseruerunt in senatu) tribus de delubris, quorum vetustissimum Paphiae Veneri auctor Aerias, post filius eius Amathus Veneri Amathusiae... posuissent. — II. 3. Conditorem templi (Paphiae Veneris) regem Aeriam[4] vetus memoria, quidam ipsius deae nomen id perhibent.

AESCHINES. — *O.* 15. (Loquitur Vipstanus Messalla) : « Video etiam Graiis accidisse, ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes... quam (Domitius) Afer aut (Iulius) Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis. » — 25. « Inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent. »

AESCVLAPIVS. — 3, 63. Consules super eas civitates, quas memoravi (cf. 61 et 62), apud Pergamum Aesculapii compertum asylum rettulerunt. — 4, 14. Is quoque annus legationes Graecarum civitatium habuit.... Cois Aesculapii delubro vetus-

[1] Macedonicus.

[2] Cos. a. 704 = 50.

[3] M : *rheni*, Corr. Rhenanus.

[4] M ; *uerian;* (= *uerianus*). Corr. Rhenanus. — *Aerian*, lac, Gronovius.

Digitized by Google

tum asyli ius ut firmaretur petentibus... (Coi) cives Romanos templo Aesculapii induxerant, cum iussu regis Mithridatis apud cunctas Asiae insulas et urbes trucidarentur. — 12, 61. Rettulit (Claudius)... de immunitate Cois tribuenda, multaque super antiquitate eorum memoravit... ; mox adventu Aesculapii artem medendi inlatam maximeque inter posteros eius celebrem fuisse, nomina singulorum referens... — 14, 18. Motus senatu et Pedius Blaesus, accusantibus Cyrenensibus violatum ab eo thesaurum Aesculapii dilectumque militarem pretio et ambitione corruptum. — IV, 84. Deum ipsum (Serapidem) multi Aesculapium, quod medeatur aegris corporibus, ...coniectant.

AESERNINI, V. AESERNINVS MARCELLVS.

AESERNINVS MARCELLVS, AESERNINVS, AESERNINI[1]. — 3, 11. Reo (Cn. Pisoni) L. Arruntium, P. Vinicium, Asinium Gallum, Aeserninum Marcellum, Sex. Pompeium patronos petenti iisque diversa excusantibus... — 11, 6. « Meminissent Asinii, Messalae ac recentiorum Arruntii et Aesernini: ad summa provectos incorrupta vita et facundia. » — 11, 7. « Facile... ditium familiarum heredes Aeserninos et Arruntios magnum animum induisse. »

AESTII. — *G.* 45. Dextro Suebici maris litore Aestiorum gentes adluuntur, quibus ritus habitusque Sueborum, lingua Britannicae propior.

AETHIOPES. — *V.* 2, Plerique (tradunt Iudaeos esse) Aethiopum prolem, quos rege Cepheo metus atque odium mutare sedes perpulerit.

AETHIOPIA. — 2, 60 Regem Rhamsen... Aethiopia... potitum.

AFER DOMITIVS, AFER, v. DOMITIVS AFER.

L AFINIVS[2]. — 14, 48. P Mario L. Afinio[3] consulibus.

AFRANIVS[4]. — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) : « Titus Livius... Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum nusquam latrones et parricidas..., saepius ut insignes viros nominat. »

[1] M. Claudius Marcellus Aeserninus. Prosop., C., 741.
[2] L. Afinius Gallus. Prosop., 309.
[3] M : *asinio*. Corr. Borghesi. Cf. *C. I. L.*, VI, 16521.
[4] L. Afranius, cos. 694 = 60.

Digitized by Google

AFRANIVS BVRRVS, BVRRVS AFRANIVS, BVRRVS[1]. — 12, 42. Igitur distrahi cohortes ambitu duorum et, si ab uno regerentur, intentiorem fore disciplinam adseverante (Agrippina), transfertur regimen cohortium (praetoriarum a Lusio Geta et Rufrio Crispino) ad Burrum Afranium, egregiae militaris famae, gnarum tamen cuius sponte praeficeretur. — 12, 69. Foribus Palatii repente diductis, comitante Burro Nero egreditur ad cohortem, quae more militiae excubiis adest Ibi monente praefecto faustis vocibus exceptus... — 13, 2. Ibaturque in caedes, nisi Afranius Burrus et Annaeus Seneca obviam issent. Hi rectores imperatoriae iuventae et, rarum in societate potentiae, concordes, diversa arte ex aequo pollebant, Burrus militaribus curis et severitate morum. ., iuvantes in vicem, quo facilius lubricam principis aetatem .. voluptatibus concessis retinerent... — 13, 6. Contra alii... disserunt...; Burrum tamen et Senecam multarum rerum experientia cognitos. — 13, 14. (Testabatur Agrippina se) ituram cum (Britannico) in castra; audiretur hinc Germanici filia, inde debilis rursus Burrus et exul Seneca, trunca scilicet manu et professoria lingua generis humani regimen expostulantes. — 13, 20. Paris... exposito... indicii ordine ita (Neronem) audientem exterret, ut non tantum matrem Plautumque (Rubellium) interficere, sed Burrum etiam demovere praefectura destinaret, tamquam Agrippinae gratia provectum et vicem reddentem. Fabius Rusticus auctor est... ope Senecae dignationem Burro retentam Plinius et Cluvius nihil dubitatum de fide praefecti referunt... Nero trepidus et interficiendae matris avidus non prius differri potuit, quam Burrus necem eius promitteret, si facinoris coargueretur; sed cuicumque, nedum parenti, defensionem tribuendam... — 13, 21. Luce orta itur ad Agrippinam, ut nosceret obiecta dissolveretque vel poenas lueret. Burrus iis mandatis Seneca coram fungebatur... Deinde a Burro, postquam crimina et auctores exposuit, minaciter actum est. — 13, 23. Deferuntur dehinc consensisse Pallas ac Burrus, ut Cornelius Sulla... ad imperium vocaretur... Burrus quamvis reus inter iudices sententiam dixit, exiliumque accusatori inrogatum... — 14, 7. Neroni... adfertur evasisse (Agrippinam) ictu levi sauciam .. Tum

[1] Sex. Afranius Burrus. Prosop., 311.

Digitized by Google

pavore exanimis... Quod contra subsidium sibi, nisi quid Burrus et Seneca? Quos statim acciverat, incertum, an aperiens et ante ignaros. Igitur longum utriusque silentium... Post Seneca hactenus promptius, ut respiceret Burrum ac sciscitaretur, an militi imperanda caedes esset. Ille praetorianos toti Caesarum domui obstrictos... respondit; perpetraret Anicetus promissa. — 14, 10. Sed a Caesare perfecto demum scelere magnitudo eius intellecta est... Atque eum auctore Burro prima centurionum tribunorumque adulatio ad spem firmavit. — 14, 14, Vetus (Neroni) cupido erat curriculo quadrigarum insistere (et). cithara ludicrum in modum canere. Nec iam sisti poterat, cum Senecae ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere; clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos regeret... — 14, 15. Postremus ipse (Nero ludis Iuvenalibus) scaenam incedit... Accesserat cohors militum, centuriones tribunique et maerens Burrus ac laudans. — 14, 51. Concessit... vita Burrus, incertum valetudine an veneno... Plures iussu Neronis... inlitum palatum eius noxio medicamine adseverabant, et Burrum, intellecto scelere, cum ad visendum eum princeps venisset, adspectum eius aversatum sciscitanti hactenus respondisse : « Ego me bene habeo. » Civitati grande desiderium eius mansit per memoriam virtutis et... — 14, 52. Mors Burri infregit Senecae potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat altero velut duce amoto et... — 14, 57. (Verba facit apud Neronem Tigellinus) : « Non se, ut Burrum, diversas spes, sed solam incolumitatem Neronis spectare. » — 14, 60. Movetur... primo (Octavia a Nerone) civilis discidii specie domumque Burri, praedia Plauti, infausta dona accipit[1].

AFRANIVS QVINTIANVS, QVINTIANVS[2]. — 15, 49. Flavius Scaevinus et Afranius Quintianus, uterque senatorii ordinis, contra famam sui principium tanti facinoris capessivere (coniurationis C. Pisonis)... Quintianus mollitia corporis infamis et a Nerone probroso carmine diffamatus contumelias ultum ibat. — 15, 56. Lucanus Quintianusque et Senecio diu abnuere; post, promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent..., Quin-

[1] V. etiam, 13, 13, 18.
[2] Rhenanus : *Quintilianus*, Lipsius : *Quinctianus*.

Digitized by Google

tianus Glitium Gallum... amicorum praecipuos nominavere. — 15, 58. Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quintianus passim conscios edere. — 15, 70. Senecio posthac et Quintianus et Scaevinus non ex priore vitae mollitia... periere.

AFRICA. — 1, 53. Ab L. Asprenate, pro consule Africae. — 2, 43. (Piso, Cn. Pisonis pater) civili bello resurgentes in Africa partes acerrimo ministerio adversus Caesarem iuvit. — 2,50. Adultero (Appuleiae) Manlio Italia atque Africa interdictum est. — 2, 52. Eodem anno coeptum in Africa bellum duce hostium Tacfarinate... Valida (Musulamiorum) gens et solitudinibus Africae propinqua... Furius Camillus pro consule Africae legionem et quod sub signis sociorum... ad hostem duxit. — 3, 9. Piso... adsequitur legionem, quae e Pannonia in urbem, dein praesidio Africae ducebatur. — 3,20. Eodem anno Tacfarinas... bellum in Africa renovat. — 3, 32. Neque multo post missis ad senatum litteris Tiberius motam rursum Africam incursu Tacfarinatis docuit... De Africa decretum, ut Caesar legeret, cui mandanda foret.—3,35. Proximo senatus die Tiberius per litteras... M'. Lepidum et Iunium Blaesum nominavit, ex quis pro consule Africae legeretur. — 3, 58. Inter quae provincia Africa Iunio Blaeso prorogata... — 3, 72. Iunium Blaesum pro consule Africae. — 3, 73. Tacfarinas. . reparatis per intima Africae auxiliis... — 4, 5. Mauros Iuba rex acceperat... Cetera Africae per duas legiones (habebantur). — 4, 13. (C. Gracchus) per Africam ac Siciliam mutando sordidas merces sustentabatur... Ac ni Aelius Lamia et L. Apronius, qui Africam obtinuerant, insontem protexissent... — 4, 23. Iamque tres laureatae in urbe statuae, et adhuc raptabat Africam Tacfarinas... Caesar post res a Blaeso gestas, quasi nullis iam in Africa hostibus, reportari nonam legionem iusserat. — 4, 24. Tacfarinas, disperso rumore rem Romanam aliis quoque ab nationibus lacerari eoque paulatim Africa decedere... — 6, 12. Postexustum sociali bello Capitolium quaesitis... per Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias carminibus Sibullae. — 11, 21 (Curtius Rufus), postquam adolevit, sectator quaestoris, cui Africa obtigerat... Consulare imperium, triumphi insignia ac postremo Africam obtinuit. — 12, 43. Nec nunc infecunditate (Italiae) laboratur, sed Africam potius et Aegyptum exercemus. , — 12, 59. (Tarquitius Priscus) legatus (Statilii)

Digitized by Google

Tauri Africam imperio proconsulari regentis. — 13, 52. Reos ex provincia Africa, qui proconsulare imperium illic habuerant, Sulpicium Camerinum et Pompeium Silvanum absolvit Caesar. — 16, 13. Dilectus per Galliam Narbonensem Africamque et Asiam habiti sunt supplendis Illyrici legionibus. — I, 7. (Clodium) Macrum in Africa haud dubie turbantem Trebonius Garutianus procurator iussu Galbae (interfecerat). — I, 11. Africa ac legiones in ea, interfecto Clodio Macro, contenta qualicumque principe post experimentum domini minoris — I, 37. (Loquitur Otho) : « Quam gloriam ad principatum attulit (Galba), nisi occisi... Clodii Macri in Africa...? » — I, 49. Servius Galba... pro consule Africam moderate, iam senior citeriorem Hispaniam... continuit. — I, 70. Pro consule Vitellium Siliani (equites) in Africa habuerant. — I, 73. Calvia Crispinilla... transgressa in Africam ad instigandum in arma Clodium Macrum... — I, 76. Idem Africae (erga Othonem) obsequium. — I, 78. (Otho) nova iura Cappadociae, nova Africae (dedit), ostentui magis quam mansura. — II, 58. Lucceius Albinus (utriusque Mauretaniae procurator)..., caeso Galba in Othonem pronus nec Africa contentus, Hispaniae angusto freto diremptae imminebat. — II. 97. In Africa legio cohortesque delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae, rursus iussu Vitellii militiam cepere ; simul cetera iuventus dabat impigre nomina. Quippe integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat... — III, 48. (Vespasianus, cum iam Aegyptum obtineret), Africam, eodem latere sitam, terra marique invadere parabat, clausis annonae subsidiis inopiam ac discordiam hosti (Vitellio) facturus. — IV, 38. Super instantia mala (civitas) falsos pavores induerat, descivisse Africam res novas moliente L. Pisone (pro consule). — IV, 48. Legio in Africa auxiliaque tutandis imperii finibus sub Divo Augusto Tiberioque principibus proconsuli parebant. Mox C. Caesar,...Marcum Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam proconsuli legionem misso in eam rem legato tradidit. — IV, 49. Sed tum legionem in Africa regebat Valerius Festus... — IV, 50. Nec multo post Piso interficitur ; namque aderat, qui nosceret, Baebius Massa e procuratoribus Africae. — *G.* 2. Quis... Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam caelo, tristem cultu adspectuque...? — *A.* 42. Ade-

Digitized by Google

rat iam annus, quo proconsulatum Africae et Asiae sortiretur (Agricola).

AFRICANVS, v. IVLIVS AFRICANVS *(B)*.

AFRICVM MARE. — 1, 53. Cercinam Africi maris insulam.

AFRICVS (ventus). — 15, 46. Gubernatores... a Formiis movere et gravi Africo .. Cumanis litoribus impacti...

AGAMEMNON — *O.* 9. (Loquitur Aper): « Materne ..., cui bono est, si apud te Agamemnon aut Iason diserte loquitur ? »

AGERINVS[1]. — 14, 6. (Agrippina) solum insidiarum remedium esse (sensit), si non intellegerentur, misitque libertum Agerinum, qui nuntiaret filio benignitate deum et fortuna eius evasisse gravem casum .. — 14, 7. (Nero), audito venisse missu Agrippinae nuntium Agerinum, scaenam ultro criminis parat, gladiumque, dum mandata perfert, abicit inter pedes eius, tum quasi deprehenso vincla inici iubet .. — 14, 8. Magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a filio ac ne Agerinus quidem. — 14, 10. (Post interfectam Agrippinam Nero) litteras... ad senatum misit, quarum summa erat repertum cum ferro percussorem Agerinum, ex intimis Agrippinae libertis, et luisse eam poenam conscientia, quasi scelus paravisset[2].

AGRICOLA, v. IVLIVS AGRICOLA.

AGRIPPA[3] *(A)*. — 12, 23. Ituraei... et Iudaei defunctis regibus, Sohaemo atque Agrippa, provinciae Suriae additi.

AGRIPPA[4] *(B)*. — 13, 7. Nero... duos... veteres reges Agrippam et Antiochum expedire copias, quis Parthorum fines ultro intrarent (iubet). — II, 81. Per occultos suorum nuntios excitus ab urbe Agrippa, ignaro adhuc Vitellio, celeri navigatione properaverat (ad Vespasianum). — V, 1. Comitabantur (Titum perdomandae Iudaeae delectum)... Agrippa Sohaemusque reges...

AGRIPPA, M. AGRIPPA[5]. — 1, 3. Augustus... M. Agrippam, ignobilem loco, bonum militia et victoriae socium, geminatis consulatibus extulit, mox defuncto Marcello generum sumpsit... (Idem) genitos Agrippa Gaium ac Lucium in familiam Caesarum

[1] L. Agerinus, Prosop., 322.
[2] V. etiam 14, 11.
[3] Iulius Agrippa. Prosop., I. 88.
[4] M Iulius Agrippa, filius eius qui praecedit. Prosop., I. 89
[5] M. Vipsanius Agrippa. Prosop., V, 457.

Digitized by Google

induxerat... Vt Agrippa vita concessit... — 1, 12. (Asinius Gallus) ducta in matrimonium Vipsania, M. Agrippae filia, quae quondam Tiberii uxor fuerat. — 1, 41. Pudor inde et miseratio et patris Agrippae, Augusti avi memoria (movent animos seditiosorum militum, ubi Agrippinam Germanici uxorem castra linquentem adverterunt). — 1, 53. Iuliam(Augusti filiam) in matrimonio Marci Agrippae temeraverat (Sempronius Gracchus). — 3, 19. Paucos... post dies Vipsania mater (Drusi Caesaris) excessit, una omnium Agrippae liberornm miti obitu; nam ceteros manifestum ferro vel creditum est veneno aut fame exstinctos. — 3, 56. Augustus... Marcum... Agrippam socium (tribuniciae) potestatis. . delegit. — 3, 75. Obiere eo anno viri inlustres, Asinius Saloninus, M. Agrippa et Pollione Asinio avis, fratre Druso insignis... — 4, 40 (Loquitur Tiberius): « ...Sed si dubitatione Augusti movemur, quanto validius est, quod Marco Agrippae, mox mihi conlocavit (filiam suam). » — 6, 51. (Tiberius) multis aemulis conflictatus est, dum Marcellus et Agrippa, mox Gaius Luciusque Caesares viguere. — 12, 27. (Vbiorum) gentem Rhenum transgressam... Agrippa in fidem (acceperat) — 14, 53. (Verba facit apud Neronem Seneca) « ...Abavus tuus Augustus Marco Agrippae Mytilenense secretum, C. Maecenati urbe in ipsa velut peregrinum otium permisit; quorum alter bellorum socius, alter.., ampla quidem, sed pro ingentibus meritis praemia acceperant... » — 14, 55. Ad quae Nero sic ferme respondit: « ...Abavus meus Augustus Agrippae et Maecenati usurpare otium post labores concessit ..; ac tamen neutrum datis a se praemiis exuit. Bello et periculis meruerant .. » — 15, 37. (Tigellinus) in stagno Agrippae fabricatus est ratem, cui superpositum convivium... Quantum iuxta nemoris et circumiecta tecta consonare cantu... — 15, 39. Solacium populo (igne) exturbato ac profugo campum Martis ac monumenta Agrippae... — I, 15. « (Divus Augustus) sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam... in proximo sibi fastigio conlocavit. »

AGRIPPA, AGRIPPA POSTVMVS, POSTVMVS AGRIPPA[1]. — 1, 3. (Livia) senem Augustum devinxerat adeo, uti nepotem uni-

[1] M. (Vipsanius) Agrippa, post adoptionem Agrippa Iulius Caesar. Prosor., I., 139.

Digitized by Google

cum, Agrippam Postumum, in insulam Planasiam proiecerit, rudem sane bonarum artium et robore corporis stolide ferocem, nullius tamen flagitii conpertum. — 1, 4. Trucem Agrippam (esse existimabant Romani, qui extremis Augusti temporibus imminentes dominos variis rumoribus differebant) et ignominia accensum, non aetate neque rerum experientia tantae moli parem. — 1, 5. Rumor incesserat... Augustum... Planasiam vectum ad visendum Agrippam; multas illic utrimque lacrimas et signa caritatis spemque ex eo fore, ut iuvenis penatibus avi redderetur. — 1, 6. Primum facinus novi principatus fuit Postumi Agrippae caedes, quem ignarum inermumque quamvis firmatus animo centurio aegre confecit... Tiberius... patris iussa simulabat, quibus praescripsisset tribuno custodiae adposito, ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandoque ipse supremum diem explevisset. Multa sine dubio saevaque Augustus de moribus adulescentis questus, ut exilium eius senatus consulto sanciretur, perfecerat... — 1, 53. (Tiberius Iuliam Augusti filiam) post interfectum Postumum Agrippam omnis spei egenam inopia ac tabe longa peremit. — 2, 39. Postumi Agrippae servus, nomine Clemens, comperto fine Augusti pergere in insulam Planasiam et fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos non servili animo concepit... Interim patrata caede ad maiora et magis praecipitia conversus... Crebrescit vivere Agrippam, occultis primum sermonibus... — 2, 40. Vulgabatur interim per Italiam servatum munere deum Agrippam... Percontanti Tiberio, quo modo Agrippa factus esset, respondisse fertur : « Quo modo tu Caesar ». — 3, 30. Sallustius Crispus... interficiendi Postumi Agrippae conscius[1].

AGRIPPA. v. HATERIVS AGRIPPA.

AGRIPPINA[2]. *(A)*. — 1, 33. (Germanicus) neptem (Augusti) Agrippinam in matrimonio pluresque ex ea liberos habebat... Muliebres offensiones novercalibus Liviae in Agrippinam stimulis, atque ipsa Agrippina paulo commotior, nisi quod castitate et mariti amore quamvis indomitum animum in bonum vertebat. — 1, 41. Pars Agrippinae occursantes, plurimi ad Germanicum

[1] V. etiam 3, 19; 4, 71.
[2] (Vipsania) Agrippina, Prosop., V., 463.

Digitized by Google

regressi. — 1, 44. (Germanicus) reditum Agrippinae excusavit ob imminentem partum et hiemem. — 1, 69. Ni Agrippina impositum Rheno pontem solvi prohibuisset, erant qui id flagitium formidine auderent... « Potiorem iam apud exercitus Agrippinam quam legatos, quam duces » (Loquitur Tiberius). — 2, 43. Plancinam haud dubie Augusta monuit aemulatione muliebri Agrippinam insectandi... Coniunx Germanici Agrippina fecunditate ac fama Liviam uxorem Drusi praecellebat. — 2, 54. Petita inde Euboea (Germanicus) tramisit Lesbum, ubi Agrippina novissimo partu Iuliam edidit. — 2, 55. Plancina... in Agrippinam, in Germanicum contumelias iacere. — 2, 57. In convivio, cum apud regem Nabataeorum coronae aureae magno pondere Caesari (Germanico) et Agrippinae, leves Pisoni et ceteris offerrentur. . — 2, 75. At Agrippina, quamquam defessa luctu et corpore aegro, omnium tamen, quae ultionem morarentur intolerans, ascendit classem cum cineribus Germanici et liberis. — 2, 77. (Loquitur apud Cn. Pisonem Domitius Celer) : « An festinamus cum Germanici cineribus adpellere, ut te inauditum et indefensum planctus Agrippinae... rapiant ? » — 2, 79. (Piso eiusque comites) obviis navibus, quae Agrippinam vehebant, utrimque infensi arma primo expediere... — 3, 1. Nihil intermissa navigatione hiberni maris Agrippina Corcyram insulam advehitur... Neque discerneres proximos, alienos..., nisi quod comitatum Agrippinae longo maerore fessum obvii et recentes in dolore anteibant. — 3, 3. Matrem Antoniam non... reperio ullo insigni officio functam (in exsequiis Germanici), cum super Agrippinam et Drusum et Claudium ceteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint. — 3, 4. Nihil tamen Tiberium magis penetravit (in funere Germanici), quam studia hominum accensa in Agrippinam... — 3, 17. (Querebantur optimi) ab imperatore et Augusta defensam Plancinam ; proinde venena et artes tam feliciter expertas verteret in Agrippinam... — 3, 18. Addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vindictam Germanici grates agendas... — 4, 12. Quod principium favoris (in liberos Germanici) et mater Agrippina spem male tegens perniciem adceleravere... Seianus... volutare secum, quonam modo Germanici liberos perverteret... Neque spargi venenum in tres poterat, egregia custodum fide et pudicitia

Digitized by Google

Agrippinae impenetrabili... Agrippinae quoque proximi inliciebantur pravis sermonibus tumidos spiritus perstimulare. — 4,17. Pontifices eorumque exemplo ceteri sacerdotes, cum pro incolumitate principis vota susciperent, Neronem quoque et Drusum (Germanici filios) isdem dis commendavere..., Tiberius... accitos ...pontifices percontatus est, num id precibus Agrippinae aut minis tribuissent... Instabat... Seianus incusabatque diductam civitatem ut civili bello, esse qui se partium Agrippinae vocent... — 4, 19. Erat uxor Silio Sosia Galla, caritate Agrippinae invisa principi. — 4, 39. (Seianus compositis ad Tiberium codicillis matrimonium Liviae petit)...: « Satis aestimare firmari domum adversum iniquas Agrippinae offensiones ». — 4, 40. Ad ea Tiberius laudata pietate Seiani... adiunxit : « ...simplicius acturum, de inimicitiis primum Agrippinae, quas longe acrius arsuras, si matrimonium Liviae velut in partes domum Caesarum distraxisset... » — 4, 52. Vt series futuri in Agrippinam exitii inciperet, Claudia Pulchra sobrina eius postulatur... Agrippina semper atrox tum et periculo propinquae accensa, pergit ad Tiberium... « Frustra Pulchram praescribi, cui sola exitii causa sit, quod Agrippinam stulte prorsus ad cultum delegerit... » — 4, 53. At Agrippina pervicax irae et morbo corporis implicita, cum viseret eam Caesar, profusis diu ac per silentium lacrimis, mox invidiam et preces orditur : subveniret solitudini, daret maritum... — 4, 54. Aucta ex eo suspicio Agrippinae et intacta ore (poma a Tiberio oblata) servis tramisit. — 4, 60. Atrox Drusi ingenium... accendebatur invidia, quod mater Agrippina promptior Neroni erat. — 4, 67. Seianus... turbabat (Tiberium) non iam occultis adversum Agrippinam et Neronem insidiis. — 4, 68. Latiaris (Titio Sabino dolum struens) ...honora de Germanico, Agrippinam miserans, disserebat. — 4, 70. Secutae (Tiberii) ...litterae grates agentis (senatui ob damnationem Titii Sabini)..., adiecto trepidam sibi vitam..., nullo nominatim compellato ; neque tamen dubitabatur in Neronem et Agrippinam intendi. — 4, 71. Asinius Gallus, cuius liberorum Agrippina matertera erat. — 5, 1. (Livia) sanguini Augusti per coniunctionem Agrippinae et Germanici adnexa. — 5, 3. (Mortua Livia) missae... (a Tiberio patribus) in Agrippinam ac Neronem litterae. — 5, 4. Populus effigies Agrippinae ac Neronis gerens circumsistit curiam

Digitized by Google

faustisque in Caesarem ominibus falsas litteras... clamitat. — 6, 25. Nondum is dolor exoleverat, cum de Agrippina auditum, quam interfecto Seiano spe sustentatam provixisse reor, et postquam nihil de saevitia remittebatur, voluntate exstinctam, nisi si negatis alimentis adsimulatus est finis, qui videretur sponte sumptus... Agrippina aequi impatiens, dominandi avida, virilibus curis feminarum vitia exuerat. Eodem die defunctam, quo biennio ante Seianus poenas luisset..., addidit Caesar..., decretumque, ut quintum decumum kal. Novembres, utriusque neciş die... — 6, 26. Ceterum Agrippinae pernicies, quod vix credibile, Plancinam traxit... Cum Piso caderet, precibus Augustae nec minus inimicitiis Agrippinae defensa erat. — 14, 63. Meminerant adhuc quidam Agrippinae a Tiberio... pulsae [1].

AGRIPPINA *(B)*, IVLIA AGRIPPINA, AVGVSTA[2]. — 4, 53. Idego... repperi in commentariis Agrippinae filiae, quae Neronis principis mater vitam suam et casus suorum posteris memoravit. — 4, 75. Tiberius neptem Agrippinam Germanico ortam cum coram Cn. Domitio tradidisset, in urbe celebrari nuptias iussit. — 11, 12. Matri (L. Domitii) Agrippinae miseratio augebatur ob saevitiam Messalinae. — 12, 1. (Cum uxor Claudio deligenda esset), maxime ambigebatur inter Lolliam Paulinam .. et Iuliam Agrippinam Germanico genitam. — 12, 2. Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem secum traheret... — 12, 3. Praevaluere haec (Pallantis consilia) adiuta Agrippinae inlecebris: ad eum per speciem necessitudinis crebro ventitando pellicit patruum... — 12, 4. (L.) Vitellius..., quo gratiam Agrippinae pararet, consiliis eius implicari, ferre crimina in Silanum... — 12, 5. Pactum inter Claudium et Agrippinam matrimonium iam fama, iam amore inlicito firmabatur. — 12, 6. (L. Vitellius apud senatum disseruit), quando maritandum principem cunctis suaderent, deligi oportere feminam nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem; nec diu anquirendum, quin Agrippina... — 12, 7. Nec tamen repertus est nisi unus talis matrimonii cupitor, Alledius Severus..., quem plerique Agrippinae gratia impulsum ferebant. — 12, 8. Agrippina veniam exilii pro Annaeo Seneca, simul,

[1] V. etiam, 1, 40, 42, 43; 2, 70-72; 3, 19; 6, 20, 23, 24.
[2] Prosop., I. 425.

Digitized by Google

praeturam impetrat, ...ut... Domitii pueritia tali magistro adolesceret et consiliis eiusdem ad spem dominationis uterentur, quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii credebatur. — 12, 22. Atrox odii Agrippina ac Lolliae infensa, quod secum de matrimonio principis certavisset, molitur crimina et accusatorem... Calpurnia inlustris femina pervertitur, quia formam eius laudaverat princeps, nulla libidine, sed fortuito sermone, unde ira Agrippinae citra ultima stetit. — 12, 25. Adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur, qui obstrictus Agrippinae ut conciliator nuptiarum et mox stupro eius inligatus... — 12, 26. Augetur et Agrippina cognomento Augustae. — 12, 27. Agrippina... in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum e vocabulo ipsius... Eam gentem... avus Agrippa in fidem (acceperat). — 12, 37. (Caratacus eiusque comites) vinclis exsoluti Agrippinam quoque, haud procul alio suggestu conspicuam, isdem quibus principem laudibus gratibusque venerati sunt, novum sane et moribus veterum insolitum, feminam signis Romanis praesidere... — 12, 41. Obvii inter se Nero Britannicum nomine, ille Domitium salutavere. Quod ut discordiae initium Agrippina multo questu ad maritum defert. — 12, 42. Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni praetoriarum cohortium cura exsolverentur Lusius Geta et Rufrius Crispinus... Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius : carpento Capitolium ingredi... Praebuissetque aures Caesar (accusatori L. Vitellii), nisi Agrippinae minis magis quam precibus mutatus esset... — 12, 56. Ipse (Claudius) insigni paludamento neque procul Agrippina chlamyde aurata praesedere (navali proelio). — 12, 57. Agrippina trepidatione principis usa ministrum operis Narcissum incusat cupidinis ac praedarum. — 12, 59. Claudius saevissima quaeque promere adigebatur eiusdem Agrippinae artibus, quae Statilium Taurum opibus inlustrem hortis eius inhians pervertit, accusante Tarquitio Prisco... Tarquitius tamen curia exactus est, quod patres odio delatoris contra ambitum Agrippinae pervicere. — 12, 64. In praecipuo pavore Agrippina, vocem Claudii, quam temulentus iecerat, fatale sibi ut coniugum flagitia ferret, dein puniret, metuens, agere et celerare statuit... (Domitia) Lepida... Agrippinae sobrina propior ac Gnaei mariti eius soror, parem sibi

Digitized by Google

claritudinem credebat. Nec forma, aetas, opes multum distabant; et utraque impudica, infamis, violenta... Enimvero certamen acerrimum, amita potius an mater apud Neronem praevaleret. Nam Lepida blandimentis ac largitionibus iuvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina, quae filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat. — 12,65. Mors indicta (Domitiae Lepidae), multum adversante Narcisso, qui Agrippinam magis magisque suspectans prompsisse inter proximos ferebatur... ita de se meritum Caesarem, ut vitam usui eius impenderet. — 12, 66. Agrippina, sceleris olim certa et oblatae occasionis propera nec ministrorum egens, de genere veneni (Claudio dandi) consultavit. — 12, 67. Exterrita Agrippina et, quando ultima timebantur, spreta praesentium invidia provisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. — 12, 68. Agrippina, velut dolore evicta et solacia conquirens, tenere amplexu Britannicum..., ne cubiculo egrederetur. — 12, 69. Claudio... funeris sollemne perinde ac Divo Augusto celebratur, aemulante Agrippina proaviae Liviae magnificentiam. — 13, 1. Prima novo principatu mors Iunii Silani proconsulis Asiae ignaro Nerone per dolum Agrippinae paratur... Agrippina fratri eius L. Silano necem molita ultorem metuebat... Nec minus properato Narcissus Claudii libertus, de cuius iurgiis adversus Agrippinam rettuli, ...ad mortem agitur. — 13, 2. Certamen utrique (Burro et Senecae) unum erat contra ferociam Agrippinae, quae cunctis malae dominationis cupidinibus flagrans... Propalam tamen omnes in eam honores cumulabantur. — 13, 5. Multa... arbitrio senatus constituta sunt..., ne designatis quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset. Quod quidem adversante Agrippina, tamquam acta Claudii subverterentur, obtinuere patres. — 13, 13. Sed Agrippina libertam aemulam, nurum ancillam... muliebriter fremere... Tum Agrippina versis artibus per blandimenta iuvenem (Neronem) adgredi.. , ut nimia nuper coercendo filio, ita rursum intemperanter demissa.... Agrippina non his (Neronis donis) instrui cultus suos, sed ceteris arceri proclamat et dividere filium, quae cuncta ex ipsa haberet. — 13. 14. Praeceps posthac Agrippina ruere ad terrorem et minas, neque principis auribus abstinere, quo minus testaretur adultum iam esse Britannicum... — 13, 15. Nero... urgentibus... Agrippinae minis,...

Digitized by Google

parari... venenum (Britannico) iubet. — 13, 16. At Agrippinae is pavor, ea consternatio mentis... emicuit, ut perinde ignaram fuisse *atque* Octaviam sororem Britannici constiterit; quippe sibi supremum auxilium ereptum et parricidii exemplum intellegebat. — 13, 19. Statim relictum Agrippinae limen; nemo solari, nemo adire praeter paucas feminas, amore an odio incertas. Ex quibus erat Iunia Silana..., Agrippinae diu percara, mox occultis inter eas offensionibus, quia Sextium Africanum nobilem iuvenem a nuptiis Silanae deterruerat Agrippina... Inter Agrippinam et Domitiam (Neronis amitam) infensa aemulatio exercebatur. — 13,20. Paris... exposito... indicii ordine ita (Neronem) exterret, ut non solum matrem Plautumque interficere, sed Burrum etiam demovere praefectura destinaret, tamquam Agrippinae gratia provectum et vicem reddentem. — 13, 21. Sic lenito principis metu et luce orta itur ad Agrippinam, ut nosceret obiecta dissolveretque vel poenas lueret... Agrippina ferociae memor (defensionem suam orditur). — 14, 1. Diu meditatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia et flagrantior in dies amore Poppaeae, quae sibi matrimonium et discidium Octaviae incolumi Agrippina haud sperans crebris criminationibus... incusaret principem... Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, redderetur ipsa Othonis coniugio... — 14, 2. Tradit Cluvius ardore retinendae Agrippinam potentiae eo usque provectam, ut medio diei... offerret se saepius (Neroni) temulento comptam et incesto paratam... Fabius Rusticus non Agrippinae, sed Neroni cupitum id memorat... Sed quae Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc inclinat, seu concepit animo tantum immanitatis Agrippina, seu credibilior novae libidinis meditatio in ea visa est, quae... — 14, 3. Obtulit ingenium (interficiendae Agrippinae) Anicetus libertus classi apud Misenum praefectus et pueritiae Neronis educator ac mutuis odiis Agrippinae invisus. — 14, 4. (Nero) ferendas parentium iracumdias et placandum animum dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret acciperetque Agrippina, facili feminarum credulitate ad gaudia... Satis constitit exstitisse proditorem et Agrippinam auditis insidiis, an crederet ambiguam, gestamine sellae Baias pervectam. — 14, 5. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium

Digitized by Google

Agrippinam comitantibus..., cum dato signo ruere tectum loci multo plumbo grave... Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus... protectae sunt... Verum Acerronia, imprudentia, dum se Agrippinam esse utque subveniretur matri principis clamitat, contis et remis... conficitur. Agrippina silens eoque minus adgnita, unum tamen vulnus umero excepit; nando, deinde occursu lenunculorum Lucrinum in lacum vecta villae suae infertur. — 14, 7. Igitur longum utriusque (Burri et Senecae) silentium, ne inriti dissuaderent, an eo descensum credebant, *ut*, nisi praeveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset... (Nero) audito venisse missu Agrippinae nuntium Agerinum, scaemam ultro criminis parat... — 14, 8. Interim vulgato Agrippinae periculo, quasi casu evenisset, ut quisque acceperat, decurrere ad litus... Cubiculo modicum lumen inerat et ancillarum una, magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a filio ac ne Agerinus quidem. — 14, 9. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina contempseratque. Nam consulenti super Nerone responderunt Chaldaei fore, ut imperaret matremque occideret; atque illa : « Occidat, inquit, dum imperet » — 14, 10. (Nero) litteras... ad senatum misit, quarum summa erat repertum cum ferro percussorem Agerinum, ex intimis Agrippinae libertis, et luisse eam poenam conscientia, quasi scelus paravisset. — 14, 12. Decernuntur supplicationes, ...utque dies natalis Agrippinae inter nefastos esset... (Nero) feminas inlustres Iuniam Calvinam et Calpurniam, praetura functos Valerium Capitonem et Licinium Gabolum sedibus patriis reddidit, ab Agrippina olim pulsos... (Iunia) Silana fato functa erat, longinquo ab exilio Tarentum regressa labante iam Agrippina, cuius inimicitiis conciderat, vel mitigata. — 14, 13. Deterrimus quisque... (apud Neronem) invisum Agrippinae nomen et morte eius accensum populi favorem disserunt. — 14, 57. Promptum fuit Rufum Faenium imminuere Agrippinae amicitiam in eo criminantibus. — 14, 64. (Octavia) mori iubetur, cum... postremo Agrippinae nomen cieret, qua incolumi infelix quidem matrimonium, sed sine exitio pertulisset. — 15, 50. Faenio Rufo praefecto (praetorii)..., quem... Tigellinus... fatigabat... criminationibus ac saepe in metum adduxerat quasi adulterum Agrippinae et desiderio eius ultioni intentum. — 16, 14. Neque nescium habebat (Antistius Sosianus) (P.) Anteium

Digitized by Google

[illegible] Agrippinae [illegible] Nerone. — 16. 21. Accedentibus causis [illegible] II Tacitum, quod semel expressus est, cum de Agrippina [illegible].

AGRIPPINENSIS COLONIA AGRIPPINENSES. — I, 56. Node, quae [illegible] [illegible] est, in coloniam Agrippinensem agmine quarta legionis epulas Vitellii [illegible]. — I, 57. Fabius Valens [illegible] coloniam Agrippinensem [illegible] ingressus imperatorem Vitellium [illegible] Adiecit exercitum Agrippinenses, Treveri, Lingones [illegible]. — IV, 22. Victores [illegible] Batavi [illegible] Agrippinensi [illegible] cetero in [illegible] [illegible]. — IV, 27. Nicissque [illegible] exercitus in coloniam Agrippinensem. — IV, 28. Agri [illegible] proelio a Iulio Civile [illegible] Vitellii, quod pars Germaniae [illegible] [illegible] Agrippinenses victoriae. — IV, 55. Duces Gallorum [illegible] [illegible] in coloniam Agrippinensem [illegible] pervatam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. — IV, 56. Duces Vocli [illegible] in coloniam Agrippinensem descendit. — IV, 59. Iulius Tutor [illegible] Agrippinenses... in Galliarum [illegible]. — IV, 63. Civilis et Classicus... an coloniam Agrippinensem [illegible] [illegible] suis permitterent [illegible]... Civilem [illegible] memoria [illegible], quod [illegible] [illegible] in coloniam Agrippinensem deprehensum [illegible] [illegible]. — IV, 74. Tentorum... missis legatis [illegible] [illegible] coloniam Agrippinensem [illegible]... — IV, 77. Agrippinenses [illegible] [illegible] [illegible] in hunc modum responderunt... Sic [illegible] Tencterus legatis ad Civilem ac Veledam missis cum [illegible] [illegible] ex [illegible] Agrippinensium [illegible]. — IV, 86. Civilis [illegible] Agrippinensium auctus [illegible] [illegible] [illegible]... [illegible]. — IV, 99. Urbani auxilium Agrippinenses [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Civilis et [illegible] Classici [illegible] [illegible] societatis... [illegible] [illegible] Civilis... [illegible] [illegible] [illegible] Agrippinensium [illegible]... [illegible] [illegible]... [illegible] [illegible] dolo Agrippinensium, qui [illegible] epulis [illegible] [illegible] Germanos.

[1] V. [illegible] [illegible]; M. [illegible] 18; [illegible] 6, 22, 18; [illegible] 6, 28.

[2] M: agrippinensis. Corr. Meiser. [3] Sic [illegible] Tacitus. Syl. [illegible] ex sequenti [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Digitized by Google

clausis foribus, igne iniecto cremavere. — *G.* 28. Ne Vbii quidem, quamquam Romana colonia esse meruerint ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur[1]...

AGRIPPINVS, v. PACONIVS AGRIPPINVS.

CN. AHENOBARBVS, v. CN. DOMITIVS.

ALANI. — *F*, 7. (Maximas illas Scythicas gentes... Alexandro quoque illi Magno, sicut Pompeius Corneliusque testati sunt, evitatas..., hoc est Alanos, Hunos et Gothos...)

* ALAZARVS, v. ELEAZARVS.

ALBA. — 11, 24. (Loquitur Claudius) : « Neque enim ignoro Iulios Alba... accitos. »

ALBANA, VM. — 15, 43. (Nero iussit), uti... aedificia (post incendium exstructa)... certa sui parte sine trabibus saxo Gabino Albanove solidarentur, quod is lapis ignibus impervius est. — *A*, 45. Adhuc... intra Albanam arcem sententia Messalini strepebat.

ALBANI (Italiae populus). — 4, 9. Funus (Drusi Tiberii filii) imaginum pompa maxime inlustre fuit, cum origo Iuliae gentis Aeneas omnesque Albanorum reges... spectarentur.

ALBANI (Asiae populus). — 2, 68. Vonones... effugere ad Armenios, inde Albanos... conatus est. — 4, 5. (Provinciae Suriae) accolis Hibero Albanoque et aliis regibus, qui magnitudine nostra proteguntur adversum externa imperia. — 6, 33. Pharasmanes adiumgere Albanos, accire Sarmatas... (Sarmatae) qui Parthis adventabant, facile arcebantur, cum alios incessus hostis clausisset, unum reliquum mare inter et extremos Albanorum montes aestas impediret... — 6, 34. Hiberi Albanique saltuosos locos incolentes duritiae patientiaeque magis insuevere (quam Parthi). — 6, 35. Iamque et Albani Hiberique prensare, detrudere, ancipitem pugnam hostibus facere. — 12, 45. Pharasmanes belli causas (adversus Mithridatem) confingit : proelianti sibi adversus regem Albanorum et Romanos auxilio vocanti fratrem adversatum. — 13, 41. Exploratores attulere (Corbuloni) longinquum regis (Tiridatis) iter et Medi an Albani peterentur incertum. — I, 6. Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum et bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis coeptis revocaverat.

[1] V. etiam VBII

Digitized by Google

ALBIGAVNVM [1]. — II, 15. Othoniani Albigaunum interioris Liguriae (municipium) revertere.

(ALBINOVANVS ?) PEDO, v. PEDO.

ALBINTIMILIVM [2]. — II, 13. Inritatus eo proelio Othonis miles vertit iras in municipium Albintimilium [3].

ALBINVS, v. LVCCEIVS ALBINVS.

ALBIS. — 1, 59. (Testatur Arminius) Germanos numquam satis excusaturos, quod inter Albim et Rhenum... togam viderint. — 2, 14. (Apud milites disserit Germanicus) propiorem iam Albim quam Rhenum neque bellum ultra. — 2, 19. Qui modo abire sedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt. — 2, 22. (Germanicus) congeriem... armorum struxit, superbo cum titulo, debellatis inter Rhenum Albimque nationibus... — 2, 41. Germanicus... triumphavit de Cheruscis Chattisque et Angrivariis, quaeque aliae nationes usque ad Albim colunt. — 4, 44. L. Domitius... exercitu flumen Albim transcendit, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum. — *G.* 41. In Hermunduris Albis oritur, flumen inclutum et notum olim ; nunc tantum auditur.

ALBRVNA. — *G.* 8. Vidimus sub Divo Vespasiano Velaedam diu apud plerosque (Germanos) numinis loco habitam. Sed et olim Albrunam [4] et complures alias venerati sunt.

ALBVCILLA. — 6, 47. Multorum amoribus famosa Albucilla, cui matrimonium cum Satrio Secundo coniurationis indice fuerat, defertur impietatis in principem ; conectebantur ut conscii et adulteri eius Cn. Domitius, Vibius Marsus, L. Arruntius. — 6, 48. Albucilla inrito ictu a semet vulnerata iussu senatus in carcerem fertur. Stuprorum eius ministri, Carsidius Sacerdos..., Pontius Fregellanus...

[1] Apud alios scriptores : *Albium Ingaunum*, *Albingaunum*. Cf. Forbiger, III, 395. Is tamen errat de loci Tacitei lectione, *Albingaunum* habent et dett. et vulg. ante Ritterum. Eamdem scripturam coll. inscriptionibus defendit Valmaggi, *Il libro secondo delle Storie*, ad h. l.

[2] V. praeterea Intimilii.

[3] **M** : *albiniti militū* (*tū* del. et *v* superscr. 1 m). Corr. Puteolanus. Vide quae adnotavit Orelli-Meiser. Cf. Forbiger, III, 395. — Lipsius, coll. Pilnio et Strabone : *Albium Intemelium*..

[4] **A B C** : *auriniam*, sed in **B** *albriniam* supra adscriptum. Corr. Wackernagel, Muellenhoff. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

Digitized by Google

ALCI. — *G.* 43. Deos (Nahanarvalorum) interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant. Ea vis numini, nomen Alcis[1]. Nulla simulacra...; ut fratres tamen, ut iuvenes venerantur.

ALESIA. — 11, 23. (Primoribus Galliae comatae ius adipiscendorum in urbe honorum petentibus), multus ea super re variusque rumor...: « Oppleturos omnia divites illos, quorum avi proavique... Divum Iulium apud Alesiam obsederint. »

* M ALETIVS, v. ATEIVS.

TIBERIVS ALEXANDER[2]. — 15, 28. Die pacta Tiberius Alexander, inlustris eques Romanus, minister (Corbuloni) bello datus, et Vinicianus Annius, gener Corbulonis... in castra Tiridatis venere, honori eius ac ne metueret insidias tali pignore. — I, 11. Aegyptum... iam inde a Divo Augusto equites Romani obtinent loco regum... Regebat tum Tiberius Alexander eiusdem nationis. — II, 74. Praefectus Aegypti *Ti*[3]. Alexander consilia sociaverat (cum Vespasiano). — II, 79. Initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae coeptum, festinante Tib.[4] Alexandro, qui kalendis Iuliis sacramento eius legiones adegit.

ALEXANDER, ALEXANDER MAGNVS. — 2, 73. Et erant qui formam (Germanici), aetatem, genus mortis... Magni Alexandri fatis adaequarent — 3, 63. (Consules, cum de iure asyli in senatu ageretur, disseruerunt) Sardianos (memorare) Alexandri victoris id donum. — 6, 31. (Artabanus) se invasurum possessa Cyro et post Alexandro iaciebat. — 12, 13. Castellum insigne fama, quod postremo inter Darium atque Alexandrum proelio Persarum illic opes conciderant. — *F.* 7. (Maximas illas Scythicas gentes... Alexandro quoque illi Magno, sicut Pompeius Corneliusque testati sunt, evitatas..., hoc est Alanos, Hunos et Gothos.). — *O.* 16. « Demosthenem et Hyperidem..., quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse. »

ALEXANDRIA. — 2, 59. (Germanicus acerrime increpitus est a Tiberio), quod contra instituta Augusti non sponte principis Alexandriam introisset. — 2, 67. Rhescuporis Alexandriam

[1] Forsitan *Alcis* nominativus pluralis sit, non dativus. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[2] Ti. Iulius Alexander. Prosop., I. 92.

[3] *Ti.* add. Ursinus. Coniecturam comprobat Andresen, *In Tac. Hist. stud.*, p. 12.

[4] M : *Tib.* cum lineola in litt. *b*.

Digitized by Google

devectus. — I, 31. Germanica vexilla... a Nerone Alexandriam (praemissa). — II, 79. Initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae coeptum, festinante Tiberio Alexandro (Aegypti praefecto)... — III, 48. Vespasianum... Cremonensis proelii nuntius in Aegypto adsequitur. Eo properantius Alexandriam pergit, ut fractos Vitellii exercitus urbemque externae opis indigam fame urgeret. — IV, 81. Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandriae statos aestivis flatibus dies et certa maris opperiebatur..., — IV, 82. Basiliden, quem procul Alexandria plurium dierum itinere... detineri haud ignorabat. — IV, 83. Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit, cum Alexandriae recens conditae moenia templaque et religiones adderet... — IV, 84. Tertio die tantum maris emensi Alexandriam adpelluntur. — V, 1. (Vespasianus exercitui Iudaico) addidit... abductos Alexandria duoetvicensimanos tertianosque,

ALEXANDRINVS, A. - 14, 60. Eucaerus, natione Alexandrinus[1], canere tibiis doctus. — IV, 81. E plebe Alexandrina quidam oculorum tabe notus genua (Vespasiani) advolvitur.

* ALFENIVS VARVS, v. ALFENVS VARVS.

ALFENVS VARVS, VARVS ALFENVS, ALFENVS[2]. — II, 29. Alfenus[3] Varus praefectus castrorum (Fabii Valentis), deflagrante paulatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias centurionibus... — II, 43. Accessit (Vitellianis victoribus) recens auxilium, Varus Alfenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam oppositae cohortes in ipso flumine trucidaverant. — III, 36. Vitellius... Publilium Sabinum praetorii praefectum ob amicitiam Caecinae vinciri iubet, substituto in locum eius Alfeno Varo. — III, 55. Vitellius ut e somno excitus Iulium Priscum et Alfenum Varum cum quattuordecim praetoriis cohortibus et omnibus equitum alis obsidere Appenninum iubet. — III, 61. Gregarius miles induruerat pro Vitellio, donec (Iulius) Priscus et Alfenus desertis castris ad Vitellium regressi pudore proditionis cunctos exsolverent. — IV, 11. Alfenus Varus ignaviae infamiaeque suae superfuit.

* ALICARNASII, v. HALICARNASSII

[1] M : *Alexandrina*. Corr. Lipsius.
[2] Prosop., 378. — Vulgo *Alphenus*, *Alphenius*.
[3] M : *alfenius*.

Digitized by Google

ALIENVS CAECINA, v. (CAECINA ALIENVS),

ALISO. — 2, 7. Inter castellum Alisonem ac Rhenum.

*Q. ALLEDIVS, v. Q. TEDIVS.

ALLEDIVS SEVERVS[1]. — 12, 7. Claudius... senatum... ingressus decretum postulat, quo iustae inter patruos fratrumque filias nuptiae etiam in posterum statuerentur. Nec tamen repertus est nisi unus talis matrimonii cupitor, Alledius[2] Severus eques Romanus, quem plerique Agrippinae gratia impulsum ferebant.

*T. ALLEDIVS SEVERVS, v. ALLEDIVS SEVERVS.

ALLIARIA. — 1, 53. (Sempronius Gracchus) breve tempus petivit, ut suprema mandata uxori Alliariae per litteras daret.

ALLIENSIS CLADES. — II, 91. Apud civitatem... funesti ominis loco acceptum est, quod maximum pontificatum adeptus Vitellius de caerimoniis publicis XV kalendas Augustas edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Alliensique cladibus.

* T. ALLIVS GEMINVS, v. TVLLIVS GEMINVS.

ALLOBROGES. — I, 66. Lento deinde agmine per fines Allobrogum ac Vocontiorum ductus exercitus (Fabii Valentis).

ALPES. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) : « Neque enim ignoro... postremo ipsam (Italiam) ad Alpes promotam ». — 15, 32. Eodem anno Caesar nationes Alpium maritimarum in ius Latii transtulit. — I, 23. Labores itinerum... atrocius accipiebantur, cum Campaniae lacus et Achaiae urbes classibus adire soliti Pyrenaeum et Alpes et immensa viarum spatia aegre sub armis eniterentur. — I, 61. Fabius Valens... Cottianis Alpibus Italiam inrumpere... iussus... — I, 66. Sic ad Alpes perventum. — I, 70. Caecina..., simul transitum Alpium parans... Poenino itinere subsignanum militem et grave legionum agmen hibernis adhuc Alpibus transduxit. — I, 87. Quando Poeninae Cottiaeque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur... — I, 89. Et Caecina iam Alpes transgressus exstimulabat (Othonem). — II, 11. Transgresso iam Alpes Caecina, quem sisti intra Gallias posse speraverat (Otho). — II, 12. Blandi-

[1] Prosop., 395.

[2] M : *talledius*. Corr. Ritter. — Lipsius : *T. Alledius*. — « Prima littera adhaesit, opinor, ex antegresso vocabulo *cupitor*. Lipsius... imperite offendit adversus legem a me ad 13, 30 vindicatam » (Ritter). Quam legem v. in nota ad *Caninium Rebilum*.

Digitized by Google

ebatur coeptis (Othonis) fortuna, possessa... maiore Italiae parte penitus usque ad initium maritimarum Alpium. . Maritimas tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus. — II, 17. Florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium... — II, 20. At Caecina, velut relicta post Alpes saevitia ac licentia, modesto agmine per Italiam incessit. — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit... clausam Alpibus et nullo maris subsidio Transpadanam Italiam... — II, 66. Vitellius... legionem (quartam decimam) Graiis Alpibus traductam eo flexu itineris ire (in Britanniam) iubet, quo Viennam vitarent... Quartadecimani postquam Alpibus degressi sunt, seditiosissimus quisque signa Viennam ferebant... — II, 98. Vespasiani consiliorum pleraque ignota, primum socordia Vitellii, dein Pannonicae Alpes praesidiis insessae nuntios retinebant. — III, 1. (Duces Flaviani) agitavere, placeretne obstrui Pannoniae Alpes... Quibus... trahere bellum videbatur.... (disserebant) insessis interim Alpibus venturum cum copiis Orientis Mucianum... — III, 8. Interiectus exercitus (Flavianus) Raetiam Iuliasque Alpes... obsepserat. — III, 34. (Cremona) condita erat... ingruente in Italiam Annibale, propugnaculum adversus Gallos trans Padum agentes et si qua alia vis per Alpes rueret. — III, 35. Transitus Alpium praesidiis occupati (a ducibus Flavianis), suspecta Germania, tamquam in auxilium Vitellii adcingeretur. — III, 42. Marius Maturus Alpium maritimarum procurator. — III, 53. Antonius (Primus)... litteras ad Vespasianum composuit... : sua constantia perruptas Alpes, occupatam Italiam... — IV, 55. Certatim proclamant furere discordiis populum Romanum...; si Alpes praesidiis firmentur, coalita libertate disceptaturas Gallias, quem virium suarum terminum velint. — IV, 68. Legiones... Poeninis Cottianisque Alpibus, pars monte Graio traducuntur. — IV, 70. Ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniae ripam et ardua Alpium praesidiis claudere. — IV, 85. At Domitianus Mucianusque, antequam Alpibus propinquarent... — V, 26. (Loquitur Civilis) : « Primo Antonio.... cuius epistulis ad bellum actus sum, ne Germanicae legiones et Gallica iuventus Alpes transcenderent. — » *G.* 1. Rhenus, Raeticarum Alpium inaccesso ac praecipiti vertice ortus...

*ALPHENIVS, ALPHENVS VARVS, v. ALFENVS VARVS.

Digitized by Google

ALPINI. — II, 14. Vitelliani... Alpinos proximis iugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant.

D. ALPINIVS. — V, 19. Transiere Rhenum Tutor... et Classicus et centum tredecim Trevirorum senatores, in quis fuit Alpinius Montanus... Comitabatur eum frater D. Alpinius.

ALPINIVS MONTANVS, MONTANVS. — III, 35. (Flaviani victores) in Germaniam Alpinium Montanum praefectum cohortis (in exercitu Vitelliano), quod hic Trevir (erat), ...ostentui misere. — IV, 31. Haec in Germania ante Cremonense proelium gesta... Et praefectus cohortis e victis, Alpinius Montanus, fortunam partium praesens fatebatur. — IV, 32. Missus cum mandatis Montanus ad Civilem, ut absisteret bello... Ad ea Civilis primo callide; post ubi videt Montanum praeferocem ingenio paratumque in res novas .. — V, 19. Transiere Rhenum (cum Civili) Tutor quoque et Classicus et centum tredecim Trevirorum senatores, in quis fuit Alpinius Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus. Comitabatur eum frater D. Alpinius...

ALTINVM. — III, 6. (Antonius) Primus ac(Arrius) Varus occupata Aquileia *per* proxima quaeque et Opitergi et Altini laetis animis accipiuntur. Relictum Altini praesidium adversus classem Ravennatem ..

AMANVS. — 2, 83. Arcus (in honorem mortui Germanici) additi... in monte Suriae Amano...

AMASIS — 6, 28. (Phoenices aves) Sesoside primum, post Amaside dominantibus, dein... advolavisse.

AMATHVS. — 3, 62. Cyprii (disseruerunt in senatu) tribus de delubris, quorum vetustissimum Paphiae Veneri auctor Aerias, post filius eius Amathus Veneri Amathusiae... posuissent.

AMATHVSIA. — 3, 62. Veneri Amathusiae.

AMAZONES. — 3, 61. Ephesii... memorantes... Liberum patrem, bello victorem supplicibus Amazonum, quae aram (in luco Ortygia sitam) insederant, ignovisse. — 4, 56. At Zmyrnaei repetita vetustate, seu Tantalus... illos, ... sive una Amazonum condidisset...

(AMBIVIVS TVRPIO), TVRPIO AMBIVIVS[1]. — *O.* 20. (Loquitur Aper) : « Nec magis perfert (nunc vulgus) in iudiciis tristem et

[1] L. Ambivius Turpio.

Digitized by Google

impexam antiquitatem, quam si quis in scaena Roscii aut Turpionis Ambivii[1] exprimere gestus velit. »

* C. AMINIVS REBILVS, v. CANINIVS REBILVS

AMISIA. — 1, 60 (Germanicus) Caecinam... per Bructeros ad flumen Amisiam mittit... Quantum... Amisiam et Lupiam amnes inter, vastatum. — 1, 63. Mox reducto ad Amisiam exercitu legiones classe... reportat (Germanicus). — 2, 8. (Germanicus) lacus... et Oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione pervehitur. Classis Amisiae relicta laevo amne... — 2, 23. Plures (legiones) Caesar classi impositas per flumen Amisiam Oceano invexit.

AMORGVS. — 4, 13. Vibius Serenus... de vi publica damnatus ob atrocitatem morum in insulam Amorgum deportatur. — 4, 30. Serenus Amorgum reportatur.

AMPHICTYONES. — 4, 14. Samii decreto Amphictyonum nitebantur, quis praecipuum fuit rerum omnium iudicium, qua tempestate Graeci conditis per Asiam urbibus ora maris potiebantur.

* T. AMPIVS FLAVIANVS, v. TAMPIVS FLAVIANVS.

* T. AMPLIVS FABIANVS, v. TAMPIVS FLAVIANVS.

AMPSIVARII. — 13, 55. Eosdem agros (quos Frisii prius insederant) Ampsivarii occupavere, validior gens non modo sua copia, sed adiacentium populorum miseratione, quia pnlsi a Chaucis et sedis inopes tutum exilium orabant. — 13, 56. Haec in publicum Ampsivariis respondit (Duvius Avitus), ipsi Boiocalo ob memoriam amicitiae daturum agros... Ceteris quoque (populis) aliena pericula deserentibus sola Ampsivariorum gens retro ad Vsipos et Tubantes concessit... Errore longo hospites, egeni, hostes in alieno, quod iuventutis erat, caeduntur; imbellis aetas in praedam divisa est[2].

AMVLIVS SERENVS. — I, 31. Praeceptum Amulio[3] Sereno et Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites e Libertatis atrio accerserent.

[1] **A B C** : *aut ambiuii*. Corr. Lipsius. Exstat nomen comici illius histrionis in didascaliis Terentianis et in Cic. *de Senect.*, 14. Verba *aut Turpionis* omisit Ritter propter concinnitatem, cum Roscius uno nomine designetur. Ritter[2] *aut Ambivii* uncis inclusit. Aliam restituendae concinnitatis viam iniit Boetticher, qui coniecerit : *Q. Roscii.*

[2] V. etiam notas ad *Angrivarios.*

[3] : *amullio.*

Digitized by Google

AMVNCLANVM MARE.— 4, 59. Villa, cui vocabulum Speluncae, mare Amunclanum[1] inter et Fundanos montes.

ANAGNIA. — III, 62. Natus erat (Fabius) Valens Anagniae equestri familia...

ANCHARIVS PRISCVS. — 3, 38. Ancharius Priscus Caesium Cordum pro consule Cretae postulaverat repetundis, addito maiestatis crimine. — 3, 70. Post auditi Cyrenenses et accusante Anchario Prisco Caesius Cordus repetundarum damnatur.

ANCONA. — 3, 9. Piso Delmatico mari tramisso relictisque apud Anconam navibus...

ANCVS. — 3, 26. Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat, dein Numa religionibus et divino iure populum devinxit, repertaque quaedam a Tullo et Anco.

ANDECAVI. — 3, 41. Haud ferme ulla (Galliarum) civitas intacta seminibus eius (Sacroviriani) motus fuit, sed erupere primi Andecavi et Turoni. Quorum Andecavos Acilius Aviola legatus... coercuit.

ANEMVRIENSIS CIVITAS. — 12, 55. Obsessaque (a Clitis) civitas Anemuriensis et missi e Syria in subsidium equites... turbantur, quod duri circum loci peditibusque ad pugnam idonei...

ANGLII. — *G.* 40. (Inter Sueborum gentes adnumerantur) Anglii.

ANGRIVARII — 2, 8. Metanti castra (Germanico) Angrivariorum defectio a tergo nuntiatur... — 2, 19. Nisi quod latus unum Angrivarii lato aggere extulerant. — 2, 22. (Germanicus) bellum in Angrivarios[2] Stertinio mandat. — 2, 24. Angrivarii[3] nuper in fidem accepti... — 2, 41. Germanicus... triumphavit de Cheruscis Chattisque et Angrivariis,[4] quaeque aliae nationes usque ad Albim colunt. — *G.* 33. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant ; nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis. — 34. Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgubnii et Chasuarii claudunt aliaeque gentes..., a fronte Frisii excipiunt.

ANICETVS[5]. — 14, 3. (Interficiendae Agrippinae) obtulit (Neroni)

[1] Vulgo : *Amuclanum.*
[2] Giefers : *Ampsivarios.*
[3] Halm : *Ampsivarii.*
[4] M : *angriuoriorum.* — Giefers : *Ampsivariorum.* Cf. Nipperdey-Andresen.
[5] Prosop., 435.

Digitized by Google

ingenium Anicetus libertus, classi apud Misenum praefectus et pueritiae Neronis educator ac mutuis odiis Agrippinae invisus. Ergo navem posse componi docet... — 14, 7. (Burrus) praetorianos... nihil adversus (Agrippinam) atrox ausuros respondit, perpetraret Anicetus promissa. Qui nihil cunctatus poscit summam sceleris... — 14, 8. Anicetus villam statione circumdat refractaque ianua obvios servorum abripit, donec ad fores cubiculi (Agrippinae) veniret... (Agrippina) respicit Anicetum, trierarcho Herculeio et Obarito centurione classiario comitatum. — 14, 62. (Neroni) confessionem (in Octaviam) alicuius quaeri placet, cui rerum quoque novarum crimen adfingeretur. Et visus idoneus maternae necis patrator Anicetus, classi apud Misenum, ut memoravi, praefectus, levi post admissum scelus gratia, dein graviore odio... Tum in Sardiniam pellitur, ubi non inops exilium toleravit et fato obiit.

ANICETVS. — III, 47. Subita per Pontum arma barbarum mancipium, regiae quondam classis praefectus, moverat. Is fuit Anicetus, Polemonis libertus, praepotens olim... — III, 48 (Viridius Geminus) adsequitur Anicetum in ostio fluminis Chobi, tutum sub Sedochezorum regis auxilio, quem pecunia donisque ad societatem perpulerat... Rex... fluxa, ut est barbaris, fide pactus Aniceti exitium perfugas tradidit.

ANICIVS CERIALIS, CERIALIS ANICIVS, CERIALIS[1]. — 15, 74. Reperio in commentariis senatus Cerialem Anicium consulem designatum pro sententia dixisse (post oppressam C. Pisonis coniurationem), ut templum Divo Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur. — 16, 17. Eodem agmine Annaeus Mela, Cerialis Anicius, Rufrius Crispinus, T. Petronius cecidere... Additur codicillis (Annaei Melae), tamquam de iniquitate exitii querens ita scripsisset, se quidem mori nullis supplicii causis, Rufrium autem Crispinum et Anicium Cerialem vita frui infensos principi. Quae composita credebantur... de Ceriale, ut interficeretur. Neque enim multo post vim sibi attulit, minore quam ceteri miseratione, quia proditam Gaio Caesari coniurationem ab eo meminerant.

[1] C. Anicius Cerialis, Prosop., 438.

Digitized by Google

ANNAEVS LVCANVS, LVCANVS ANNAEVS, LVCANVS[1]. — 15, 49. Lucanus Annaeus Plautiusque Lateranus vivida odia intulere (in C. Pisonis coniurationem). Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero prohibueratque ostentare, vanus adsimulatione. — 15, 56. Lucanus Quintianusque et Senecio diu abnuere; post, promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Aciliam matrem suam... nominavere. — 15, 58. Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quintianus passim conscios edere. — 15, 70. Exim Annaei[2] Lucani caedem imperat (Nero). Is profluente sanguine..., recordatus carmen a se compositum, quo vulneratum militem... obisse tradiderat, versus ipsos rettulit, eaque illi suprema vox fuit. — 15, 71. Acilia mater Annaei Lucani sine absolutione, sine supplicio dissimulata. — 16, 17. Annaeus Mela... Annaeum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis. Quo interfecto, dum rem familiarem eius acriter requirit, accusatorem concivit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis. Mixta inter patrem filiumque coniurationis scientia fingitur, adsimilatis Lucani litteris... — *O*, 20. (Loquitur Aper) : « Exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Vergilii et Lucani sacrario prolatus ».

ANNAEVS MELA, MELA[3]. — 16, 17. Paucos... intra dies eodem agmine Annaeus Mela, Cerialis Anicius, Rufrius Crispinus... cecidere; Mela et Crispinus equites Romani dignitate senatoria... Mela, quibus Gallio et Seneca parentibus natus, petitione honorum abstinuerat..., ut eques Romanus consularibus potentia aequaretur; simul adquirendae pecuniae brevius iter credebat per procurationes... Idem Annaeum Lucanum genuerat... At Mela, quae tum promptissima mortis via, exsolvit venas scriptis codicillis...

ANNAEVS SENECA, SENECA[4]. — 12, 8. Agrippina... veniam exilii pro Annaeo Seneca, simul praeturam impetrat, laetum in publi-

[1] M. Annaeus Lucanus. Prosop., 452.

[2] **M** : *mane na et.* Corr. Ritter. — Rhenanus : *M. Annaei.* Sed cf. Ritteri legem in nota nostra ad *Caninium Rebilum.*

[3] M. Annaeus Mela. Prosop., 454.

[4] L. Annaeus Seneca. Prosop., 458.

Digitized by Google

cum rata ob claritudinem studiorum eius, utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret et consiliis eiusdem ad spem dominationis uterentur, quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii et infensus Claudio dolore iniuriae credebatur. — 13, 2. Ibaturque in caedes, nisi Afranius Burrus et Annaeus Seneca obviam issent. Hi rectores imperatoriae iuventae et, rarum in societate potentiae, concordes, diversa arte ex aequo pollebant..., Seneca praeceptis eloquentiae et comitate honesta, iuvantes in vicem, quo facilius lubricam principis aetatem... voluptatibus concessis retinerent... — 13, 3. Die funeris laudationem (Claudii Nero) exorsus est... Postquam ad providentiam sapientiamque flexit, nemo risui temperare, quamquam oratio a Seneca composita multum cultus praeferret, ut fuit illi viro ingenium amoenum et temporis eius auribus adcommodatum. — 13, 5. Legatis Armeniorum causam gentis apud Neronem orantibus escendere suggestum imperatoris et praesidere simul parabat (Agrippina), nisi ceteris pavore defixis Seneca admonuisset, venienti matri occurreret. Ita specie pietatis obviam itum dedecori. — 13, 6. Contra alii... disserunt... Burrum tamen et Senecam multarum rerum experientia cognitos. — 13, 11. Clementiam suam obstringens (Nero) crebris orationibus, quas Seneca testificando, quam honesta praeciperet, vel iactandi ingenii voce principis vulgabat. — 13, 13. Donec vi amoris subactus exueret obsequium in matrem (Nero) seque Senecae[1] permitteret, ex cuius familiaribus Annaeus Serenus simulatione amoris adversus eamdem libertam (Acten) primas adulescentis cupidines velaverat... — 13, 14. (Testabatur Agrippina se) ituram cum (Britannico) in castra; audiretur hinc Germanici filia, inde debilis rursus Burrus et exul Seneca, trunca scilicet manu et professoria lingua generis humani regimen expostulantes. — 13, 20. Fabius Rusticus auctor est... ope Senecae dignationem Burro retentam... Sane Fabius inclinat ad laudes Senecae, cuius amicitia floruit. — 13, 21. Luce orta itur ad Agrippinam, ut nosceret obiecta... Burrus iis mandatis Seneca coram fungebatur... — 13, 42 Multorum odia meritus reus, haud tamen sine invidia Senecae damnatur. Is fuit P. Suillius .. Nec Suillius questu aut exprobratione abstinebat, ...Senecam increpans infen-

[1] M : *nece*. Corr. Muret.

Digitized by Google

sum amicis Claudii, sub quo iustissimum exilium pertulisset... Se quaestorem Germanici, illum domus eius adulterum fuisse... Quibus philosophorum praeceptis inter quadriennium regiae amicitiae ter miliens sestertium paravisset?... — 13, 43. Nec deerant qui haec isdem verbis aut versa in deterius Senecae deferrent. — 14, 2. Tradit Cluvius... Agrippinam... eo usque provectam, ut... offerret se saepius (Neroni) temulento comptam... Iamque... praenuntias flagitii blanditias adnotantibus proximis, Senecam contra muliebres inlecebras subsidium a femina petivisse immissamque Acten libertam... — 14, 7. Neroni... adfertur evasisse (Agrippinam) ictu levi sauciam... Tum pavore exanimis... Quod contra subsidium sibi, nisi quid Burrus et Seneca? Quos statim acciverat, incertum, an aperiens et ante ignaros. Igitur longum utriusque silentium... Post Seneca hactenus promptius, ut respiceret Burrum ac sciscitaretur, an militi imperanda caedes esset. — 14, 11. Ergo non iam Nero, cuius immanitas omnium questus anteibat, sed Seneca adverso rumore erat, quod oratione tali confessionem scripsisset. — 14, 14. Vetus (Neroni) cupido erat curriculo quadrigarum insistere (et)... cithara ludicrum in modum canere... Nec iam sisti poterat, cum Senecae ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere; clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos regeret... — 14, 52. Mors Burri infregit Senecae potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat altero velut duce amoto et Nero ad deteriores inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur... — 14, 53. At Seneca criminantium non ignarus... tempus sermoni orat et accepto ita incipit... — 14, 56. Seneca, qui finis omnium cum dominante sermonum, grates agit. Sed instituta prioris potentiae commutat..., quasi valetudine infensa aut sapientiae studiis domi adtineretur. — 14, 57. Perculso Seneca promptum fuit Rufum Faenium imminuere... — 14, 65. Romanus secretis criminationibus incusaverat Senecam ut C. Pisonis socium, sed validius a Seneca eodem crimine perculsus est. — 15, 23. Secutam dehinc vocem Caesaris ferunt, qua reconciliatum se Thraseae apud Senecam iactaverit, ac Senecam Caesari gratulatum. Inde gloria egregiis viris et pericula gliscebant. — 15, 45. Ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii (post Neronis incendium admissi) a semet averteret, longinqui ruris secessum

Digitized by Google

oravisse et, postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi aeger nervis, cubiculum non egressus. Tradidere quidam venenum ei per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum iussu Neronis vitatumque a Seneca proditione liberti seu propria formidine, dum per simplicem victum... vitam tolerat. — 15, 56. Prior... (Antonius) Natalis... de (C.) Pisone primum fatetur, deinde adicit Annaenm Senecam, sive internuntius inter eum Pisonemque fuit, sive ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecae omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. — 15, 60. Sequitur caedes Annaei Senecae, laetissima principi, non quia coniurationis manifestum compererat, sed ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat. Solus quippe (Antonius) Natalis et hactenus prompsit missum se ad aegrotum Senecam, uti viseret conquerereturque, cur Pisonem aditu arceret..., et respondisse Senecam sermones mutuos... neutri conducere; ceterum salutem suam incolumitate Pisonis inniti. Haec ferre Gavius Silvanus... et, an dicta Natalis suaque responsa nosceret, percontari Senecam iubetur. — 15, 61. Seneca missum ad se Natalem conquestumque nomine Pisonis... seque rationem valetudinis et amorem quietis excusavisse respondit... Nec sibi promptum in adulationes ingenium, idque nulli magis gnarum quam Neroni, qui saepius libertatem Senecae quam servitium expertus esset... (Nero) interrogat (tribunum), an Seneca voluntariam mortem pararet... (Tribunus) intromisit... ad Senecam unum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denuntiaret. — 15, 63. Tum Seneca gloriae (uxoris) non adversus, simul timore, ne sibi unice dilectam ad iniurias relinqueret : « Vitae, inquit, delenimenta monstraveram tibi... » Eodem ictu brachia ferro exsolvunt. Seneca, quoniam senile corpus et parco victu tenuatum lenta effugia sanguini praebebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit .. — 15, 64. Seneca interim, durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum... orat provisum pridem venenum... promeret, adlatumque hausit frustra. — 15, 65. Fama fuit Subrium Flavum..., occulto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur tradereturque imperium Senecae, quasi insontibus claritudine virtutum ad summum fastigium delecto. — 15, 67. Ipsa rettuli verba (Subrii Flavi),

Digitized by Google

quia non, ut Senecae, vulgata erant. — 15, 71. Novio Prisco per amicitiam Senecae... (datum exilium). — 15, 73. At in senatu... Iunium Gallionem, Senecae fratris morte pavidum..., increpuit Salienus Clemens. — 16, 17. (Annaeus) Mela, quibus Gallio et Seneca parentibus natus[1].

ANNAEVS SERENVS[2]. — 13, 13. Ex (Senecae) familiaribus Annaeus Serenus simulatione amoris adversus (Acten) libertam primas adulescentis (Neronis) cupidines velaverat, praebueratque nomen, ut, quae princeps furtim mulierculae tribuebat, ille palam largiretur.

(ANNAEVS STATIVS), v. STATIVS ANNAEVS.

ANNIA RVFILLA. — 3, 36. C. Cestius senator disseruit... abolitas leges et funditus versas, ubi in foro, in limine curiae, ab Annia Rufilla, quam fraudis sub iudice damnavisset, probra sibi et minae intendantur, neque ipse audeat ius experiri ob imaginem imperatoris oppositam... (Drusus) accitam convictamque[3] attineri publica custodia iussit.

ANNIBAL. — III, 34. Condita erat (Cremona) Ti. Sempronio P. Cornelio consulibus, ingruente in Italiam Annibale... — IV, 13. (Iulius) Civilis... Sertorium se aut Annibalem ferens simili oris dehonestamento...

ANNIVS BASSVS[4]. — III, 50. Ducebat (undecimam legionem Flavianis partibus adiunctam) Pompeius Silvanus consularis; vis consiliorum penes Annium Bassum legionis legatum. Is Silvanum... specie obsequii regebat...

ANNIVS FAVSTVS, FAVSTVS. — II, 10. Vibius Crispus... Annium Faustum equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitaverat, ad cognitionem senatus vocabat... Propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui pervertere... Dilata... in paucos dies cognitio, mox damnatus est Faustus...

ANNIVS GALLVS, GALLVS, GALLVS ANNIVS[5]. — I, 87.

[1] V. etiam 13, 13, 18; 14, 55; 15, 62. Praeterea pro *Sentio* (IV, 9) dett. habent : *Seneca*.

[2] Prosop., 459.

[3] Ritter[2] : *convictamque Anniam*.

[4] L. Annius Bassus, Prosop., 476.

[5] Prosop., 491. Cf. 492 : *Appius Annius Gallus*, quem eundem, atque nostrum, esse probabiliter coniecit Borghesi, V, 324.

Digitized by Google

Peditum equitumque copiis Suetonius Paulinus, Marius Celsus, Annius Gallus rectores destinati (ab Othone), sed plurima fides Licinio Proculo praetorii praefecto. Is... auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli... criminando... pravus et callidus bonos et honestos anteibat. — II, 11. His copiis rector additus Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus. — II, 23. Spurinna... defensam Placentiam, quaeque acta et quid Caecina pararet, Annium Gallum per litteras docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiae ducebat, diffisus paucitati cohortium...; legionem... Bedriaci sistit... (Othoniani) certatim, ut quisque animo ignavus, procax ore, Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum aliosque quos Otho praefecerat, variis criminibus incessebant. — II, 33. Accedebat sententiae Paulini Marius Celsus; idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapsu equi adflicto, missi, qui consilium eius sciscitarentur, rettulerant. — II, 44. (Seditiosos Othonis milites post Bedriaci pugnam) Annius Gallus consilio, precibus, auctoritate flexerat. — IV, 68. Romae cuncta (de Gallorum Germanorumque defectione) in deterius audita Mucianum angebant, ne quamquam egregii duces, iam enim Gallum Annium et Petilium Cerialem delegerat, summam belli parum tolerarent. — V, 19. Quartadecima legio in superiorem provinciam Gallo Annio missa (a Petilio Ceriale).[1].

T. (ANNIVS) MILO, v. T. MILO,

ANNIVS POLLIO, POLLIO[2]. — 6, 9. Annius Pollio... maiestatis (postulatur), et Vinicianus Pollioni patri adiciebatur, clari genus... Caesar Pollionis ac Viniciani Scaurique causam, ut ipse cum senatu nosceret, distulit.

ANNIVS POLLIO[3]. — 15, 56. (Claudius) Senecio Annium Pollionem, amicorum (praecipuum, nominavit tamquam conscium C. Pisonis coniurationis, cum ipse reus esset). — 15, 71. Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis quam convictis data exilia. — 16, 30. (Servilia Bareae Sorani filia) nuper marito Annio Pollione in exilium pulso viduata desolataque...

[1] V. etiam, IV, 70.
[2] Prosop., 518. Forsitan idem sit, qui C. Annius Pollio, *ibid.*, 520.
[3] Prosop., 519. Filius videtur eius qui praecedit.

Digitized by Google

*ANNIVS VINIANVS, v. ANNIVS VINICIANVS.

(ANNIVS VINICIANVS), VINICIANVS ANNIVS [1]. — 15, 28. Tiberius Alexander... et Vinicianus [2] Annius, gener Corbulonis, nondum senatoria aetate et pro legato quintae legioni impositus, in castra Tiridatis venere, honore eius ac ne metueret insidias tali pignore.

(L. ANNIVS) VINICIANVS, v. VINICIANVS.

ANTEIVS. — 2, 6. Silius et Anteius [3] et Caecina fabricandae classi (a Germanico) praeponuntur.

P. ANTEIVS [4]. — 13, 22. Syria P. Anteio [5] destinata; sed variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus est. — 16, 14. Antistius Sosianus... (Pammeni Chaldaeorum arte famoso) annuam pecuniam a P. Anteio ministrari cognoscit. Neque nescium habebat Anteium caritate Agrippinae invisum Neroni opesque eius praecipuas ad eliciendam cupidinem... Igitur interceptis Anteii litteris..., scribit ad principem... Anteium et (M.) Ostorium imminere rebus et sua Caesarisque fata scrutari... Ac vulgato eius indicio inter damnatos magis quam inter reos Anteius Ostoriusque habebantur, adeo ut testamentum Anteii nemo obsignaret, nisi Tigellinus auctor exstitisset, monito prius Anteio, ne supremas tabulas moraretur [6]...

*ANTEMNATES, v. INTERAMNATES.

ANTENOR. — 16, 21. (Paetus) Thrasea Patavi, unde ortus erat, ludis... a Troiano Antenore institutis..., cecinerat.

ANTHEMVSIAS. — 6, 41. Tiridates volentibus Parthis Nicephorium et Anthemusiada ceterasque urbes, quae Macedonibus sitae Graeca vocabula usurpant, recepit,

[1] Prosop., 540. Filius, ut videtur, L. Annii Viniciani (*ibid.*, 541), nepos Annii Pollionis prioris.

[2] M : *uinianus*. Corr. Ryck. Cf. Nipperdey-Andresen : « Die Hds. hat *Vinianus Annius*. Aber bei der sonstigen Aehnlichkeit des Namens kann es nicht zweifelhaft sein, dass dies ein Sohn des 6, 9 erwähnten *Vinicianus*, wahrscheinlich ein Bruder des 15, 56 u. öfter genannten *Annius Pollio* war. »

[3] Verba *et Anteius* uncis incl. Vrlichs et Nipperdey-Andresen, quae dittographiam verbi *Antio*, quod paulo supra est, viderentur. « Sine idonea causa » (Prosop.). — Coniecerat Nipperdey : *Apronius*. — Ritter : *A*. (vel T). *Anteius*.

[4] Prosop., 568.

[5] M : *pantelo*. Corr. Lipsius.

[6] Praeterea pro *Sentio* (IV, 7) Ritter suspicatur legendum esse *Anteio*.

Digitized by Google

ANTIAS AGER. — 14. 3. Nero (Agrippinam ... abscedentem in hortos aut Tusculanum vel Antiatem in agrum laudare...

ANTIGONVS[1]. — 4. 43. Messenii (de iure templi Dianae Limnatidis cum Lacedaemoniis in senatu ambigentes)... protulere... idem regis Antigoni, idem imperatoris Mummii iudicium.

ANTIOCHENSES. — 2. 69. Cn. Piso, ubi recreatum (Germanicum) accepit votaque pro incolumitate solvebantur, ...festam Antiochensium plebem per lictores perturbat. — 2. 73. Corpus (Germanici), antequam cremaretur, nudatum in foro Antiochensium, qui locus sepulturae destinabatur. — II. 80. Mucianus alacrem (Syriae militem in verba Vespasiani adegit. Tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est, concurrentes et in adulationem effusos allocutus, satis decorus etiam Graeca facundia. . — II. 82. Apud Antiochenses aurum argentumque signatur (Vespasiani nomine).

ANTIOCHIA. — 2. 83. (Decretum Germanico) sepulchrum Antiochiae, ubi crematus (fuerat). — II. 79. Discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream, illa Syriae, hoc Iudaeae caput est.

ANTIOCHVS[2]. — 2. 63. (Tiberius) apud senatum disseruit non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse (quam Marobodum). — 3. 62. Magnetes L. Scipionis et L. Sullae constitutis nitebantur, quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis fidem atque virtutem Magnetum decoravere... — 12. 62. Byzantii (apud senatum disseruere)... missas (a se)... copias in Antiochum, Persen, Aristonicum. .

ANTIOCHVS[3]. — V. 8. Postquam Macedones praepolluere, rex Antiochus demere (Iudaeis) superstitionem et mores Graecorum dare adnisus, quo minus taeterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est.

[1] Antigonus Doson vel Epitropos.

[2] Antiochus III Magnus, rex Syriae.

[3] « Valet hoc de Antiocho IV Epiphane, qui anno Chr. 170 foede profanavit templum Hierosolymitanum. ...Hic autem Antiochus IV non tam cum Parthis bellum gessit, quam cum Armenis. Tacitus Antiochum IV Epiphanem confudit cum Antiocho II, cui eorum imperium usitatius quam quarto fere, sub quo Olympias 132,3, ante Chr. 250 Parthi a Macedonibus defecerunt... » (Orelli-Moser). — Cf. tamen Pauly-Wissowa, I, 2415.

Digitized by Google

ANTIOCHVS[1]. — 2, 42. Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum regibus defunctis turbabantur nationes.

ANTIOCHVS[2]. — 12, 55. Obsessaque (a Clitis) civitas Anemuriensis, et missi e Syria in subsidium equites... turbantur... Dein rex eius orae Antiochus, blandimentis adversum plebem, fraude in ducem cum barbarorum copias dissociasset, Troxobore paucisque primoribus interfectis ceteros clementia composuit. — 13, 7. Nero... iubet duos... veteres reges Agrippam et Antiochum[3] expedire copias, quis Parthorum fines ultro intrarent. — 13, 37. Corbulo... regem Antiochum monet proximas sibi praefecturas petere. — 14, 26. Quo facilius (Tigranes) novum regnum tueretur, pars Armeniae, ut cuique finitima, Pharasmani Polemonique et Aristobulo atque Antiocho parere iussae sunt. — II, 81. Accessere (partibus Vespasiani) cum regno... Antiochus vetustis opibus ingens et inservientium regum ditissimus. — V, 1. Comitabantur (Titum perdomandae Iudaeae delectum)... auxilia regis Antiochi[4]...

ANTIPOLIS. — II, 15. Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Galliae municipium revertere.

ANTISTIA, POLLITTA. — 14, 22. (Rubellius Plautus iussu Neronis in Asiam) cum coniuge Antistia et paucis familiarium concessit. — 16, 10. L. (Antistius) Vetus socrusque eius Sextia et Pollitta[5] filia necem subiere, invisi principi, tamquam vivendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum, generum L. Veteris[6].

C. ANTISTIVS[7]. — 4, 1. C. Asinio C. Antistio consulibus.

C. ANTISTIVS[8]. — 12, 25. C. Antistio M. Suillio consulibus.

(ANTISTIVS LABEO), LABEO ANTISTIVS, LABEO[9]. — 3, 75.

[1] Antiochus III. Prosop., 578.

[2] Antiochus IV, eius qui praecedit filius. Prosop., 579.

[3] M : *iochum*. Corr. Lipsius.

[4] V. etiam II, 76.

[5] M : *polutia*. Corr. Nipperdey. — « Die Hds. hat *Poliitia*, nicht *Polutia*, was ausserdem eben so wenig als *Pollutia* oder *Pollucia* ein römischer Name ist, und wenn es einer wäre, nur ein Gentilname sein könnte. Ihr Gentilname war aber *Antistia*, und es muss also hier ein Cognomen stehen. » (Nipperdey-Andresen). — Andresen, *De codd. Medd. Ann. Tac.*, p. 20, testatur se in M legisse *politia*.

[6] V. etiam, 14, 59; 16, 11.

[7] C. Antistius Vetus. Prosop., 608. Cos. a. 23.

[8] C. Antistius Vetus. Prosop., 609. Filius, ut videtur, eius qui praecedit. Cos. a. 50.

[9] M. Antistius Labeo. Prosop., 594.

Digitized by Google

Consulatum (Ateio Capitone) adeleraverat Augustus, ut Labeonem Antistium isdem artibus iuris scientia praecellentem dignatione eius magistratus anteiret... Labeo incorrupta libertate et ob id fama celebrior; Capitonis obsequium dominantibus magis probabatur. Illi, quod praeturam intra stetit, commendatio ex iniuria...

ANTISTIVS, ANTISTIVS SOSIANVS, SOSIANVS. — 13, 28. Inter Vibullium praetorem et plebei tribunum Antistium[1] ortum certamen, quod immodestos factores histrionum et a praetore in vincula ductos tribunus omitti iussisset. Comprobavere patres, increpata Antistii licentia. — 14, 48. Antistius praetor, quem in tribunatu plebis licenter egisse memoravi, probrosa adversus principem carmina factitavit vulgavitque celebri convivio... Maiestatis delatus est. Tum primum revocata ea lex, credebaturque haud perinde exitium Antistio quam imperatori gloriam quaeri, ut condemnatum a senatu intercessione tribunicia morti eximeret... Paetus Thrasea.... acerrime increpito Antistio, non quidquid nocens reus pati mereretur, id egregio sub principe... statuendum disserui. — 14, 49. (Nero senatui consulibusque) rescripsit nulla iniuria provocatum Antistium gravissimas in principem contumelias dixisse... — 16, 14. Antistius Sosianus, factitatis in Neronem carminibus probrosis, exilio, ut dixi, multatus... Pammenem eiusdem loci exulem... similitudine fortunae sibi conciliat... Exim missae Liburnicae advehiturque propere (Romam) Sosianus. — 16, 21. Die quoque, quo praetor Antistius ob probra in Neronem composita ad mortem damnabatur, mitiora censuit obtinuitque Paetus Thrasea. — IV, 44. Mucianus, ne... cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur, Octavium Sagittam et Antistium Sosianum senatorii ordinis egressos exilium in easdem insulas redegit... Sosianus pravitate morum multis exitiosus.. Nec ideo lenita erga Mucianum invidia; quippe Sosianus ac Sagitta viles, etiam si reverterentur...

ANTISTIVS VETVS. — 3, 38. Tiberius Antistium Veterem e primoribus Macedoniae, absolutum adulterii, increpitis iudicibus ad dicendam maiestatis causam retraxit... Igitur aqua et igni interdictum reo..

[1] Rhyner suspicatur scribendum esse M. Antistium.

Digitized by Google

L. ANTISTIVS, ANTISTIVS, L. VETVS, VETVS[1]. — 13, 11. Claudio Nerone L. Antistio consulibus, cum in acta principum iurarent magistratus, in sua acta collegam Antistium iurare prohibuit. — 13, 53. Paulinus Pompeius et L. Vetus ea tempestate exercitui (Germanico) praeerant. Ne tamen segnem militem attinerent..., Vetus Mosellam atque *Ararim* facta inter utrumque fossa conectere parabat... Invidit operi Aelius Gracilis Belgicae legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienae provinciae inferret studiaque Galliarum adfectaret. — 14, 58. Libertus (Rubellii) Plauti celeritate ventorum praevenit centurionem et mandata L. Antistii soceri attulit : effugeret segnem mortem... — 16, 10. Haud minus prompte (quam L. Silanus) L. Vetus socrusque eius Sextia et Pollitta filia necem subiere, invisi principi, tamquam vivendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum, generum Lucii Veteris. Sed initium detegendae saevitiae praebuit interversis patroni rebus ad accusandum transgrediens Fortunatus libertus, adscito Claudio Demiano, quem ob flagitia vinctum a Vetere Asiae pro consule... — 16, 12. P. Gallus..., quod Faenio Rufo intimus et Veteri non alienus fuerat, aqua atque igni prohibitus est. — 16, 22. (Obiectabat Paeto Thraseae Cossutianus Capito) nuperrime..., cum ad coercendos Silanum et Veterem certatim concurreretur (a senatoribus), privatis potius clientium negotiis vacavisse[2].

ANTIVM. — 3, 71. Incessit dein religio, quonam in templo locandum foret donum, quod pro valetudine Augustae equites Romani voverant equestri Fortunae... Repertum est aedem esse apud Antium, quae sic nuncuparetur... Ita donum apud Antium statuitur. — 14, 4. (Nero Agrippinam) venientem. . obvius in litora, nam Antio adventabat, excepit manu et complexu ducitque Baulos. — 14, 27. Veterani Tarentum et Antium adscripti non tamen infrequentiae locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant. — 15, 23. Locus puerperio (Poppaeae) colonia Antium fuit, ubi ipse (Nero) generatus erat... (Decretum est a senatu ut), ludicrum circense... Claudiae Domitiaeque (gentibus) apud Antium ederetur... Adnotatum est, omni

[1] Prosop., 612.
[2] V. etiam, 14, 59; 16, 11.

Digitized by Google

senatu Antium sub recentem partum effuso, Thraseam prohibitum... — 15, 39. Eo in tempore Nero Antii agens non ante in urbem regressus est, quam domui eius... ignis propinquaret.

C. ANTIVS. — 2, 6. Missis (a Germanico) ad census Galliarum P. Vitellio et C. Antio[1].

* ANTONA, v. AVONA.

ANTONIA[2]. — 3, 3. Matrem (Germanici) Antoniam non... reperio ullo insigni officio functam (in exsequiis filii). — 3, 18. Addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vindictam Germanici grates agendas... — 11, 3. Consultanti (Claudio) super absolutione (Valerii) Asiatici flens (L.) Vitellius, commemorata vetustate amicitiae utque Antoniam principis matrem pariter observavissent... — 13, 18. (Nero) separat domum matremque transfert in eam, quae proaviae Antoniae[3] fuerat[4].

ANTONIA[5]. — 4, 44. (L. Domitius) delectus, cui minor Antonia, Octavia genita, in matrimonium daretur. — 12, 64. (Domitia) Lepida, minore Antonia genita, avunculo Augusto, Agrippinae sobrina propior ac Gnaei mariti eius soror.

ANTONIA[6]. — 12, 2. Narcissus vetus matrimonium, filiam communem, nam Antonia ex (Aelia) Paetina erat, nihil in penatibus (Claudii) novum disserebat, si sueta coniunx rediret... — 12, 68. (Defuncto Claudio) Agrippina... tenere amplexu Britannicum..., ne cubiculo egrederetur; Antoniam quoque et Octaviam sorores eius, attinuit. — 13, 23. Deferuntur dehinc consensisse Pallas ac Burrus, ut Cornelius Sulla claritudine generis et adfinitate Claudii, cui per nuptias Antoniae gener erat, ad imperium vocaretur. — 15, 53. Ordinem insidiis composuerant, ut..., interim (C.) Piso apud aedem Cereris opperiretur, unde eum praefectus Faenius et ceteri... ferrent in castra, comitante Antonia, Claudii Caesaris filia, ad eliciendum vulgi favorem, quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quam-

[1] M : *cantio*. Corr. Vrsinus.

[2] Antonia Augusta. Prosop., 707. Filia minor M. Antonii triumviri ex Octavia.

[3] Antoniam, Germanici matrem, hic esse intellegendam, potius quam Antoniam, Cn. Domitii matrem, confirmavit Nipperdey-Andresen.

[4] V. etiam 2, 42, 71; 3, 12, 40.

[5] Antonia maior. Minorem eam errore dicit Tacitus. Cf. Prosop., 706.

[6] (Claudia?) Antonia; Prosop., 708.

Digitized by Google

vis absurdum videretur aut inanem ad spem Antoniam nomen et periculum commodavisse, aut... [1].

* ANTONIA FLACILLA, V. ARTORIA FLACCILLA.

ANTONIA TVRRIS. — V, 11. (In muris Hierosolymorum) conspicuo... fastigio turris Antonia, in honorem M. Antonii ab Herode appellata.

ANTONII. — III, 38. (Apud Vitellium imperatorem L. Vitellius frater Iunium Blaesum incusat) : «... cavendum hostem Iunios Antoniosque avos iactantem, qui se stirpe imperatoria comem ac magnificum militibus ostentet. »

ANTONIVS [2]. — 12, 62. Byzantii... piratico bello adiutum (a se) Antonium memorabant.

IVLLVS ANTONIVS, IVLLI [3]. — 1, 10. « Interfectos Romae (ab Augusto) Varrones, Egnatios, Iullos [4] ». — 3, 18. Multa ex (Aurelii Cottae) sententia mitigata sunt a principe (Tiberio), ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando... Iulli [5] Antonii, qui domum Augusti violasset, (mansisset). — 4, 44. L. Antonius, multa claritudine generis, sed improspera. Nam patre eius Iullo [6] Antonio ob adulterium Iuliae morte punito... [7].

L. ANTONIVS [8]. — 4, 44. Obiit et L. Antonius, multa claritudine generis, sed improspera. Nam patre eius Iullo Antonio...

ANTONIVS, M. ANTONIVS. — 1, 1. Cito... Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere. — 1, 2. Exuto... Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus nisi Caesar dux reliquus. — 1, 9. (Qui vitam Augusti extollebant, asseverabant eum) multa Antonio, dum interfectores patris ulcisceretur, multa Lepido concessisse. — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, dicebant) arma..., quae in Antonium (accepisset), contra rem publicam versa..., Antonium, Tarentino Brundisinoque foedere et nuptiis sororis

[1] V. etiam, 13, 17.

[2] M. Antonius, oratoris filius, triumviri pater, praetor a. 679 = 75.

[3] Prosop., 637, quem locum v. de recta praenominis forma. Cf. Nipperdey-Andresen, ad 1, 10; c. m. Francken, *De nomine Iulo*, in *Mnemosyne*, n. s., 27, p. 151.

[4] M : *iulios*. Lipsius : *Iulos*.

[5] M : *iulii*. Lipsius : *Iuli*.

[6] M : *iulio*. Lipsius : *Iulo*.

[7] V. etiam, 3, 24.

[8] Prosop., 639.

Digitized by Google

inlectum, subdolae adfinitatis poenas morte exsolvisse. — 2, 2. (Inter se rogabant Parthi) ubi illam gloriam... exturbantium Antonium. — 2, 3. Armenia... inter... Parthorum et Romanas opes infida ob scelus Antonii, qui Artavasden regem Armeniorum... interfecerat. — 2, 43. (Germanicus) avum M. Antonium... ferens. — 2, 53. Germanicus... sinus Actiaca victoria inclutos et sacratas ab Augusto manubias castraque Antonii cum recordatione maiorum suorum adiit. Namque ei... avus Antonius... — 2, 55. Cn. Piso... Germanicum perstringens, quod (civitatem Atheniensium)... comitate nimia coluisset : hos enim esse... Antonii adversus Divum Augustum socios. — 3, 18. Multa ex (Aurelii Cottae) sententia mitigata sunt a principe : ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando M. Antonii, qui bellum patriae fecisset, (maneret). — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « ... Antonii epistulae... falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent. — 4, 43. (Templum) Dianae Limnatidis... Lacedaemonii firmabant... C. Caesaris et M. Antonii sententia (sibi) redditum. — 4, 44. (L.) Domitium decoravit pater civili bello maris potens, donec Antonii partibus, mox Caesaris misceretur. — 11, 7. « Asinium et Messalam, inter Antonium et Augustum bellorum praemiis refertos ... » (Loquuntur Suillius et ceteri ; cf. 11, 6)[1] — II, 6. Pompeio, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud prosperi exitus fuerant. — III, 24. Antonius (Primus)... plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens, ut sub M. Antonio Parthos... pepulissent. — III, 66. « Non a Caesare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumes relictos ». — V, 9. Civili inter nos bello, postquam in dicionem M. Antonii provinciae (Orientis) cesserant..., Iudaeos C. Sosius subegit Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus auxit... Antonius Felix (Iudaeae procurator) .. ius regium servili ingenio exercuit, Drusilla Cleopatrae et Antonii nepte in matrimonium accepta, ut eiusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset. — V, 11. (In muris Hierosolymorum) conspicuo... fastigio turris Antonia, in honorem M. Antonii ab Herode appellata. — *O.* 37. (Loquitur Maternus) : « Non, opinor, ...Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus

[1] V. etiam. 2, 1.

Digitized by Google

aut Licinius Archias faciunt, Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi faman circumdederunt. »

ANTONIVS FELIX, FELIX[1]. — 12, 54. At non frater (Pallantis), cognomento Felix, pari moderatione agebat, iam pridem Iudaeae impositus et cuncta malefacta sibi impune ratus tanta potentia subnixo. Sane praebuerant Iudaei speciem motus... Atque interim Felix intempestivis remediis delicta accendebat, aemulo ad deterrima Ventidio *Cumano*, cui pars provinciae habebatur, ita divisae ut huic Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent, discordes olim... Igitur raptare inter se... spoliaque et praedas ad procuratores referre... Cumanus et Felix cunctationem (Vmmidio Quadrato Syriae legato) adferebant, quîa Claudius causis rebellionis auditis ius statuendi etiam de procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter iudices ostentavit. ., damnatusque flagitiorum, quae duo deliquerant, Cumanus... — V, 9. Claudius... Iudaeam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit, e quibus Antonius Felix per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio exercuit, Drusilla Cleopatrae et Antonii nepte in matrimonium accepta, ut eiusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.

ANTONIVS FLAMMA[2]. — IV, 45. Isdem diebus Antonius Flamma Cyrenensibus *accusantibus* damnatur lege repetundarum et exilio ob saevitiam.

ANTONIVS NASO[3]. — I, 20. Exauctorati per eos dies tribuni e praetorio... Antonius Naso...

ANTONIVS NATALIS, NATALIS. — 15, 50. (Primi C. Pisonis socii) adgregavere... Antonium Natalem..., equites Romanos... Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat, ceteris spes ex novis rebus petebatur. — 15, 54. Scaevini, qui pridie insidiarum multo sermone cum Antonio Natale... — 15, 55. (Lababat) indicium, nisi Milichum uxor admonuisset Antonium Natalem multa cum Scaevino ac secreta conlocutum et esse utrosque C. Pisonis intimos. — 15, 56. Ergo accitur Natalis et diversi interrogantur... Tormentorum adspectum ac minas non tulere ; prior tamen

[1] Prosop., 659. Eum Iosephus et Suidas Claudium vocant.
[2] M. Antonius Flamma. Prosop., 662.
[3] L. Antonius Naso. Prosop., 681.

Digitized by Google

Natalis totius conspirationis magis gnarus, simul arguendi peritior, de Pisone primum fatetur, deinde adicit Annaeum Senecam... Tum cognito Natalis indicio Scaevinus... edidit ceteros. — 15, 60. Sequitur caedes Annaei Senecae... Solus... Natalis et hactenus prompsit missum se ad aegrotum Senecam, uti viseret conquereturque, cur Pisonem aditu arceret... Haec ferre Gavius Silvanus tribunus. ..et, an dicta Natalis suaque responsa nosceret, percontari Senecam iubetur. — 15, 61. Seneca missum ad se Natalem conquestumque nomine Pisonis... respondit. — 15, 71. (Nero) Antonii Natalis... indicia impunitate remuneratur.

ANTONIVS NOVELLVS. — I, 87. Summa expeditionis (in Galliam Narbonensem ab Othone paratae) Antonio Novello, Suedio Clementi primipilaribus, Aemilio Pacensi... permissa. — II, 12. Temptandis maritimis Alpibus) adgrediendaeque provinciae Narbonensi Suedium Clementem, Antonium Novellum, Aemilium Pacensem duces dederat (Otho). Sed... Antonio Novello nulla auctoritas...

M. ANTONIVS ?) PALLAS, v. PALLAS.

ANTONIVS PRIMVS, ANTONIVS PRIMVS ANTONIVS PRIMVS[1]. — 14, 40. Valerius Fabianus... subdidit testamentum (Domitio Balbo propinquo suo) adscitis Vinicio Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi Antonium Primum... sociaverant. Antonius audacia promptus. . Quod apud patres convictum, et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia damnantur. — II, 86. At in Pannonia tertia decima legio ac septima Galbiana... haud cunctanter Vespasiano accessere, vi praecipua Primi Antonii. Is legibus nocens et tempore Neronis falsi damnatus inter alia belli mala senatorium ordinem reciperaverat. Praepositus a Galba septimae legioni scriptitasse Othoni credebatur... Labantibus Vitellii rebus Vespasianum secutus grande momentum addidit, strenuus manu, sermone promptus..., raptor, largitor.. — III, 1. Ad ea Antonius Primus, is acerrimus belli concitor, festinationem ipsis utilem, Vitellio exitiosam disseruit. — III, 6. Antonio vexillarios e cohortibus et partem equitum ad invadendam Italiam rapienti comes fuit Arrius Varus... Primus ac Varus occupata Aquileia *per* proxima quae-

[1] M. Antonius Primus, Prosopo., 688.

Digitized by Google

que... laetis animis accipiuntur. — III, 7. Galbae imagines discordia temporum subversas in omnibus municipiis recoli iussit Antonius... — III, 9. Igitur repentino incursu Antonius stationes hostium inrupit. . — III, 10. Vni Antonio apertae militum aures. Namque et facundia aderat mulcendique vulgum artes et auctoritas... Extrema vis (Tampio Flaviano legato) parabatur. Opposuit sinum Antonius stricto ferro, aut militum se manibus aut suis moriturum obtestans..., donec fatisceret seditio... — III, 11. Nec tam Primus et Aponianus et Messala, quamquam omni modo nisi, eripuere (Aponium) Saturninum (seditiosis militibus), quam obscuritas latebrarum... Digressu consularium (Tampio Flaviano et Aponio Saturnino) uni Antonio vis ac potestas in utrumque exercitum fuit, cedentibus collegis et obversis militum studiis. Nec deerant qui crederent utramque seditionem fraude Antonii coeptam, ut solus bello frueretur. — III, 13. Caecina... primores centurionum et paucos militum... in verba Vespasiani adigit. Simul Vitellii imagines dereptae et missi, qui Antonio nuntiarent. Sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles... Mox cuncta simul erumpunt : « ...ut tot armatorum milia, velut grex venalium, exuli Antonio donum darentur? » — III, 15. Vbi haec comperta Antonio, discordes animis, discretos viribus hostium exercitus adgredi statuit... Immensam belli luem, ni Antonius id ipsum metuens festinato proelio victoriam praecepisset. — III, 16. Citus eques adventare hostes... nuntiavit. Dum Antonius quidnam agendum consultat... Nec sponte Antonii properatum et fore, quae acciderant, rebatur. — III, 17. Nullum in illa trepidatione Antonius constantis ducis aut fortis militis officium omisit... Antonius instare perculsis, sternere obvios. — III, 19. Nec Antonius ultra institit, memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps proelii fortuna... equites equosque adflictaverat. — III, 20. Tum Antonius inserens se manipulis, ...non se decus neque pretium eripere tam bene meritis adfirmabat, sed... — III, 23. Sustinuit labantem aciem Antonius accitis praetorianis... — III, 24. Igitur Antonius, ubi noscere suos noscique poterat.. , omnes spe promissisque accendens... — III, 25. Postquam impulsos sensit Antonius (Vitellianos), denso agmine obturbabat. — III, 27. Huc inclinavit Antonius cingique (Vitellianorum) vallum corona iussit. — III, 28.

Digitized by Google

Hormine id ingenium (militibus exhortationes abnuentibus Cremonam monstravisse), ut Messala tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreverim, nisi quod neque Antonius neque Hormus a fama vitaque sua quamvis pessimo flagitio degeneravere. — III, 29. Acerrimum tertiae septimaeque legionum certamen, et dux Antonius cum delectis auxiliaribus eodem incubuerat. — III, 30. Rapi ignes Antonius inferrique amoenissimis extra urbem aedificiis iubet, si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur. — III, 31. Mox velamenta et infulas pro muris ostentant (Vitelliani). Cum Antonius inhiberi tela iussisset, signa aquilasque extulere... Obstitit Antonius (irae militum in Caecinam) datisque defensoribus ad Vespasianum dimisit. — III, 32. (Capta Cremona) vocatos ad contionem Antonius adloquitur, magnifice victores, victos clementer, de Cremona in neutrum... Ceteri duces in obscuro, Antonium fortuna famaque omnium oculis exposuerat... — III, 34. Antonius pudore flagitii, crebrescente invidia, edixit ne quis Cremonensem captivum detineret. — III, 49. Primus Antonius nequaquam pari innocentia post Cremonam agebat. — III, 52. Antonio ducibusque partium praemitti equites omnemque Vmbriam explorari placuit, si qua Appennini iuga clementius adirentur... Erant inter duces qui necterent moras : quippe nimius iam Antonius et certiora ex Muciano sperabantur. Namque Mucianus tam celeri victoria anxius... ad Primum et Varum media scriptitabat... Plotium Griphum... ceterosque sibi fidos apertius monuit, hique omnes de festinatione Primi ac Vari sinistre et Muciano volentia rescripsere. Quibus epistulis Vespasiano missis effecerat, ut non pro spe Antonii consilia factaque eius aestimarentur. — III, 53. Aegre id pati Antonius et culpam in Mucianum conferre...; nec sermonibus temperabat, immodicus lingua et obsequii insolens. Litteras ad Vespasianum composuit... Nec fefellere ea Mucianum; inde graves simultates, quas Antonius simplicius, Mucianus callide eoque implacabilius nutriebat. — III, 54. Nec exploratione occulta fallere Antonium temptavit (Iulius Agrestis a Vitellio missus)... — III, 59. Flavio quoque Sabino ac Domitiano patuisse effugium (ex Roma ad duces Flavianos) multi tradidere, et missi ab Antonio nuntii per varias fallendi artes penetrabant, locum ac praesidium mons-

Digitized by Google

trantes. — III, 60. Vocatos ad contionem (milites suos) Antonius docuit esse adhuc Vitellio vires... — III, 63. Accepti in medium Vitelliani (ad Flavianos transgressi) et circumdatos Primus Antonius clementer adloquitur... Non omisere per eos dies Primus ac (Arrius) Varus crebris nuntiis salutem et pecuniam et secreta Campaniae offerre Vitellio, si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. — III, 64. At primores civitatis Flavium Sabinum praefectum urbis secretis sermonibus incitabant, victoriae famaeque partem capesseret, ...ne Antonio Varoque de gloria concederet. — III, 66. Vt quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant : « ... Fabium (Flavianis) Valentem... praegravem fuisse, nedum Primus ac (Cornelius) Fuscus et .. Mucianus ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant... » — III, 78. Nec defuere qui Antonium suspicionibus arguerent, tamquam dolo cunctantem post secretas Vitellii epistulas, quibus consulatum et nubilem filiam et dotales opes pretium proditionis offerebat... Mucianus ambiguis epistulis victores morabatur, et Antonius praepostero obsequio, vel dum regerit invidiam, crimen meruit .. — III, 79. Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra multo iam noctis serum auxilium venit... — III,80. Aequioribus animis accepti sunt, (legatorum a Vitellio missorum) qui ad Antonium venerant, non quia modestior miles (quam Petilii Cerialis), sed duci plus auctoritatis. — III, 81. Obviae fuere et virgines Vestales cum epistulis Vitellii ad Antonium scriptis. — III, 82. Temptavit tamen Antonius vocatas ad contionem legiones mitigare, ut castris iuxta pontem Mulvium positis postera die urbem ingrederentur. — IV, 2. (Capta a Flavianis Roma)... summa potentiae in Primo Antonio. — IV, 4. Adduntur (a senatu) Primo Antonio consularia... insignia... — IV, 11. Mucianus urbem ingressus cuncta simul in se traxit, fracta Primi Antonii Varique Arrii potentia, male dissimulata in eos Muciani iracundia... — IV, 13. (Iulius) Civilis... Vespasiani amicitiam.... praetendit, missis sane ad eum Primi Antonii litteris, quibus avertere accita Vitellio auxilia et tumultus Germanici specie retentare legiones iubebatur. — IV, 24. (Milites Germanicarum legionum in Hordeonium Flaccum legatum irati) fremebant... non Primi Antonii neque Muciani ope Vespasianum magis adolevisse. — IV, 31. Haec in Ger-

Digitized by Google

mania ante Cremonense proelium gesta, cuius eventum litterae Primi Antonii docuere. — IV, 32. Lectae deinde pro contione epistulae Antonii ad Civilem suspiciones militum irritavere, tamquam ad socium partium scriptae et de Germanico exercitu hostiliter. — IV, 39. Praecipuus Muciano metus e Primo Antonio Varoque Arrio, quos recentes clarosque rerum fama ac militum studiis etiam populus fovebat, quia in neminem ultra aciem saevierant. Et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum... ad capessendam rem publicam hortatus... Igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in senatu laudibus cumulatum secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans discessu Cluvii Rufi vacuam .. Dein, postquam inanem animum spe et cupidine impleverat, vires abolet dimissa in hiberna legione septima, cuius flagrantissimus in Antonium amor. — IV, 68. Suspectis, uti diximus, (Muciano) Primo Antonio Varoque Arrio. — IV, 80. Neque Antonium Primum adsciri inter comites a Domitiano passus est (Mucianus), favore militum anxius et superbia viri... Profectus ad Vespasianum Antonius, ut non pro spe sua excipitur, ita neque averso imperatoris animo. Trahebatur in diversa, hinc meritis Antonii, cuius ductu confectum haud dubie bellum erat, inde Muciani epistulis... — V, 19. Alpinius Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus. — V, 26. Civilis ita coepit : « ...Erga Vespasianum vetus mihi observantia... Hoc Primo Antonio notum, cuius epistulis ad bellum actus sum... Quae Antonius epistulis, Hordeonius Flaccus praesens monebat[1]. »

ANTONIVS TAVRVS. — I, 20. Exauctorati per eos dies tribuni e praetorio Antonius Taurus...[2].

AORSI. — 12, 15. (Iulius) Aquila et Cotys (misere legatos) ad Eunonen... qui Aorsorum[3] genti praesidebat. — 12, 16. Tunc composito agmine incedunt, cuius frontem et terga Aorsi[4], media

[1] V. etiam III, 3, 26, 51, 60, 86; IV, 1.

[2] M : *taurus* (sed syll. *rus* incerta; videtur potius fuisse *rcus*: ed. princ.: *Thaurius*). — Haec Meiser. Sed Andresen, *In Tac. Hist. stud.*, p. 9 sq. ostendit librarium *tauros*, quod primo scripserat, in *taurus* correxisse.

[3] M : *adorsorum*. Corr. Lipsius coll. Strabone, Plinio, Ptolemaeo. Cf Ritter, ad h. l.

[4] M : *adorsi*.

Digitized by Google

cohortes et Bosporani tutabantur nostris in armis. — 12, 19. Eunones... (Mithridaten) laudat..., quod gentem Aorsorum[1], quod suam dextram petendae veniae delegerit.

APAMENSES[2]. — 12,58. Tributum... Apamensibus[3] terrae motu convulsis in quinquennium remissum.

* APENNINVS, v. APPENNINVS.

MARCVS APER, APER. — *O.* 2. Venerunt ad (Curiatium Maternum) Marcus Aper et Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri, quos ego... studiose audiebam..., quamvis maligne plerique opinarentur... Aprum ingenio potius et vi naturae quam institutione et litteris famam eloquentiae consecutnm... Aper omni eruditione imbutus contemnebat potius litteras quam nesciebat... — 3. « Adeo te tragoediae istae non satiant, inquit Aper, quo minus omissis orationum et causarum studiis... » — 5. « Ego vero, inquit Secundus, antequam me iudicem Aper recuset...». « Securus sit, inquit Aper, et Saleius Bassus .. » — 7. « Diem... quo mihi latus clavus oblatus est vel quo... quaesturam aut tribunatum aut praeturam accepi. » — 11. Quae cum dixisset Aper acrius, ut solebat, et intento ore, remissus et subridens Maternus : « Parantem, inquit, me non minus diu accusare oratores quam Aper laudaverat... » — 12. « Nemora vero et luci et secretum ipsum, quod Aper increpabat... Eloquentiae usus recens..., ut tu dicebas, Aper, in locum teli repertus... Illud certe mihi concedes, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros... — 14. (Loquitur Iulius Secundus) « Delectasset enim te et Apri nostri accuratissimus sermo... » (Loquitur Vipstanus Messalla) « Video... *improbari* in Apro, quod nondum ab scholasticis controversiis recessit et otium suum mavult novorum rhetorum more quam veterum oratorum consumere » — 15. Tum Aper : « Non desinis, Messalla, vetera tantum et antiqua mirari... » (Respondet Messalla) : « ... neque aut Secundum aut Maternum aut te ipsum, Aper,... aliter sentire credo. » — 16. (Loquitur Maternus) « Aprum enim solere dissentire et tu paulo ante dixisti et ipse satis manifestus est... ». « Non enim,

[1] M : *adorsorum*.

[2] « Fuerunt plures Apameae; hic urbem Phrygiae intelligendam esse docet Ryckius » (Walther).

[3] Vulg. ante Ernestium : *Apamiensibus;* Ryck : *Apameensibus*.

Digitized by Google

inquit Aper, inauditum et indefensum saeculum nostrum patiar hac vestra conspirati ne damnari. » — 24. Quae cum Aper dixisset : « Aliquoties nisse, inquit Maternus, vim et ardorem Apri nostri!... Nec quemquam nostrum, his quos insectatus est Aper, comparamus. — 25. Tum Messalla : « ...neque enim diu contra dicendum est Apro... Quod ad Servium Galbam et C. Laelium attinet et si quos alios antiquorum Aper agitare non destitit... » — 26. « Cassium Severum, quem solum Aper noster nominare ausus est... Multum ceteris superat, quorum neminem Aper nominare... sustinuit. » — 27. Loquitur Maternus : « ...antequam te Aper offenderet, mali res tuas lacessebat... » « Non sum, inquit Messalla, offensus Aperilla disputatione... » — 28. Tum Messalla : « Nam recordatus, Materne, cursus requiris sed aut tibi ipsi aut huic Secundo vel huic Apro ignotos. » — 33. Deinde cum Aper quique et Secundus idem admiserint, Messalla quasi rursus incipiens... — 42. Ac simul adsurgens : Maternus et Aprum complexus : « Ego, inquit, te poeta, Messalla autem antiquariis criminabimur. »

APHRODISIENSES. — 3. 62. Aphrodisienses... et Stratonicenses diutius Caesaris ob vetustatem partes mansurae et recens Divi Augusti decretum in sensum adiuvere, laetum, quod Parthorum transgressionem nihil mutato in populum Romanum constantia pertulisset. Sed Aphrodisiensium civitas Veneris... religionem tuebatur.

APICATA. — 4. 3. Pellit domo Silanus ex nota Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne potiretur Livia (Drusi uxori) suspectantem. — 4. 11. Unio aliquot sestertiis (a Drusum patratis) per Apicatam Silano proditus.

APICIUS. — 4. 1. Silanus primus inventus Gaium Caesarem Divi Augusti nepotem secutus, non sine rumore Apicii divitis et prodigi stupri, cum venenum dedisset.

[illegible] F. Vinn.

[illegible] ABC [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

APIDIVS MERVLA. — 4, 42. Apidiumque Merulam (Tiberius), quod in acta Divi Augusti non iuraverat, albo senatorio erasit.

APINIVS TIRO. — III, 57. Apinius Tiro praetura functus ac tum forte Minturnis agens ducem se defectoribus (classis Misenensis) obtulit. — III, 76. Paucos ante dies discesserat (Tarracina) Apinius Tiro donisque ac pecuniis acerbe per municipia conquirendis plus invidiae quam virium partibus addebat.

APION [1]. — 14, 18. Idem Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem... missum disceptatorem a Claudio agrorum, quos regis Apionis quondam avitos et populo Romano cum regno relictos proximus quisque possessor invaserant...

APIS. — V, 4. Bos quoque immolatur (a Iudaeis), quoniam Aegyptii Apin colunt.

APOLLO. — 2, 54. (Germanicus) appellit... Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur. — 3, 61. Ephesii... memorantes, non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos ; esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam... edidisse ea numina..., atque ipsum illic Apollinem post interfectos Cyclopas Iovis iram vitavisse .. — 3, 63. (Consules, cum de iure asyli ageretur in senatu) rettulerunt... Zmyrnaeos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint..., referre... Propiora Sardianos : Alexandri victoris id donum ; neque minus Milesios Dareo rege niti ; sed cultus numinum utrisque Dianam aut Apollinem venerandi. — 4, 55. Ephesii Milesiique, hi Apollinis, illi Dianae caerimonia occupavisse civitates visi. — 12, 22. Agrippina... molitur crimina et accusatorem, qui obiceret (Lolliae Paulinae)... interrogatum... Apollinis Clarii simulacrum super nuptiis imperatoris. — 12, 63. (Graecis) Pythium Apollinem consulentibus, ubi conderent urbem, redditum oraculum est, quaererent sedem caecorum terris adversam. . — 14, 14. (Loquitur Nero) « Enimvero cantus Apollini sacros, talique ornatu adstare non modo Graecis in urbibus, sed Romana apud templa numen praecipuum et praescium. — I, 27. Sacrificanti pro aede Apollinis Galbae. — III, 65. (Flavius Sabinus et Vitellius de pacis condicionibus) in aede Apollinis, ut fama fuit, pepigere. — IV, 83. (Ptolemaeus), qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit...

[1] Ptolemaeus Apion, Pauly, 6, 237 et 225.

Digitized by Google

legatos... Scydrothemidi (Sinopensium regi... expediri iubet praecepitque navigaturis, ut Pythicum Apollinem adeant. Illis mare secundum, sors oraculi haud ambigua... — O. 12. Aureum saeculum... poetis et vatibus abundabat, qui bene facta canerent... Nec ullis aut gloria maior aut augustior honor, primum apud deos.... deinde apud illos dis genitos sacrosque reges, inter quos... Orphea ac Linum ac, si introspicere altius velis, ipsum Apollinem accepimus.

APOLLODORVS[1]. — O. 19. Loquitur Aper: Iam vero longa principiorum praeparatio et narrationis alte repetita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum gradus et, quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris praecipitur, in honore erat.

APOLLONIDENSES. — 2, §7. Apollonidenses[2]... levari in quinquennium tributo ... placuit.

*APOLLONIENSES. v. APOLLONIDENSES.

APONIANVS. v. DILLIVS APONIANVS.

L. APONIVS[3]. — 1, 29. L. Aponius[4], eques Romanus e cohorte Drusi... ad Tiberium mittitur, qui desideria Pannonicarum legionum perferret.

M. APONIVS, APONIVS SATVRNINVS, APONIVS SATVRNINVS[5]. — I, 79. Postquam (Rhoxolanos caesos esse) Romae compertum, M. Aponius Moesiam obtinens triumphali statua... (donatur. — II, 85. In eo motu Aponius Saturninus Moesiae rector pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tettium Iulianum, septimae legionis legatum, ob simultates, quibus causam partium praetendebat. Iulianus... profugit. — II, 96. Prima Vitellio tertiae legionis defectio nuntiatur, missis ab Aponio Saturnino epistulis, antequam is quoque Vespasiani partibus adgregaretur. Sed neque Aponius cuncta, ut trepidans re

[1] Passer., 759.

[2] [illegible] apollonieuses. Corr. Ernesti. Nomen urbis erat Apollonidea.

[3] Passer., 752.

[4] Aponius hat die Hds. ursprünglich, wenn es dann der zweitägere Name Apronius gemacht ist. Die Aponii waren eine Konsularische Familie, ...und ein Sprossen derselben konnte nicht als eques Romanus bezeichnet werden. (Nipperdey-Annaeus).

[5] Passer., 755.

Digitized by Google

subita, perscripserat, et amici adulantes mollius interpretabantur. — III, 5. Scriptum (a ducibus Flavianis) Aponio Saturnino[1], cum exercitu Moesico celeraret. — III, 9. Interim Aponius Saturninus cum legione septima Claudiana advenit. — III. 10. Obturbabatur militum vocibus Aponius, cun loqui (pro Tampio Flaviano) coeptaret. — III, 11. Legiones velut tabe infectae Aponium Saturninum Moesici exercitus legatum... adgrediuntur..., vulgatis epistulis, quas Saturninus ad Vitellium scripsisse credebatur.,. Petulantiae certamen erat, ne minus violenter Aponium quam Flavianum ad supplicium deposcerent... In hortos. in quibus devertebatur Saturninus, pergunt. Nec tam (Antonius) Primus et Aponianus et Messala.. eripuere Saturninum, quam obscuritas latebrarum .. Mox omissis lictoribus Patavium concessit. — V, 26. (Loquitur Iulius Civilis): « Arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria, Aponius in Moesia, Flavianus in Pannonia. »

APPENNINVS[2]. — III, 42. Omnis... Italia inter Vespasianum ac Vitellium Appennini[3] iugis dividebatur. — III, 50. (Duces Flaviani) motas ex urbe praetorias cohortes audierant et teneri praesidiis Appenninum rebantur. — III, 52. Antonio ducibusque partium praemitti equites omnemque Vmbriam explorari placuit, si qua Appennini iuga clementius adirentur. — III, 55. Vitellius.. Iulium Priscum et Alfenum Varum:.. obsidere Appenninum iubet. — III, 56. Transgredi Appenninum integro exercitus sui robore et fessos hieme atque inopia hostes adgredi in aperto (erat Vitellio). — III, 59. Foeda hieme per transitum Appennini conflictatus exercitus (Flavianus)...

APPIA VIA, VIA APPIA[4]. — 2, 30. Vibius (accusator)... protulit libellos vaecordes adeo, ut consultaverit Libo, an habiturus foret opes, quis viam Appiam Brundisium usque pecunia operiret. — IV, 11. (Calpurnius Galerianus) iussu Muciani... ad quadragensimum ab urbe lapidem Appia via fuso per venas sanguine exstinguitur.

[1] **M** : *aponio satiũ reuirescere.* « Scilicet librarius statim transilit ad c. 7 *reuirescere* usque ad c. 9 *ut inimici*, ac tum redit ad c. 5 *ninocũ exercitũ* (notam del. 2 m.)... Verum ordinem restituit Pichena » (Orelli-Meiser).

[2] Vulg. cum dett. : *Apenninus.*

[3] **M** : *appenninis.* Corr. Puteolanus.

[4] A censore Appio Claudio Caeco, a. 442 = 312, munita.

Digitized by Google

APPIANA[1] CAEDES.— 11, 29. Appianae caedis molitor Narcissus.

APPIVS APPIANVS. — 2, 48. Caesar... (Tiberius) prodigos et ob flagitia egentes.. , Appium Appianum..., movit senatu aut sponte cedere passus est.

APPIVS CAECVS, APPII[2]. — *O.* 18. (Loquitur Aper): « Num dubitamus inventos, qui pro Catone Appium Caecum (magis) mirarentur? » — 21. « Asinius quoque (Pollio), quamquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse. »

T. APPIVS FLAVIANVS, v. TAMPIVS FLAVIANVS.

APPIVS SILANVS, v. IVNIVS SILANVS.

APPVLEIA VARILLA[3]. — 2,50. Appuleiam[4], sororis Augusti neptem..., maiestatis delator arcessebat... (Tiberius) liberavit... Appuleiam lege maiestatis, adulterii graviorem poenam deprecatus...

SEX. APPVLEIVS[5]. — 1, 7. Sex. Pompeius et Sex. Appuleius[6] consules primi in verba Tiberii Caesaris iuravere.

APRILIS. — 6, 50. Septimum decimum kalendas Apriles.— 15, 74. Mensisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet. — 16, 12. Menses, qui Aprilem eumdemque Neroneum sequebantur.

APRONIA. — 4, 22. Per idem tempus Plautius Silvanus praetor incertis causis Aproniam coniugem in praeceps iecit, tractusque ad Caesarem ab L. Apronio socero. ,

L. APRONIVS, APRONIVS[7]. — 1, 56. Germanicus..., L. Apronio ad munitiones viarum et fluminum relicto. — 1, 72. Decreta eo anno triumphalia insignia... L. Apronio... ob res cum Germanico gestas. — 2, 32. Dona (deis ob mortem Libonis Drusi)... L. Piso et Gallus Asinius et Papius Mutilus et L Apronius decrevere. — 3, 21. Quae postquam L. Apronio (pro consule Africae), nam Camillo successerat, comperta..., decumum quemque ignominiosae

[1] Appii Iunii Silani.

[2] Appius Claudius Caecus, censor a. 442 = 312.

[3] Prosop., 784. Soror, ut videtur, Sex. Appuleii.

[4] M : *uariliam*. Corr. Furlanetto.— « Die Hds. hat *Variliam*, was kein römischer Name oder wenigstens ein sehr obskurer ist » (Nipperdey-Andresen).

[5] Prosop., 778.

[6] M : *apuleius*, Corr. ex titulis.

[7] Prosop., 787.

Digitized by Google

cohortis sorte ductos fusti necat... Quo proelio Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus rettulit donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. Caesar addidit civicam coronam, quod non eam quoque Apronius iure proconsulis tribuisset, questus magis quam offensus. — 3, 64. Censuerat L. Apronius ut fetiales quoque eis ludis (pro incolumitate Iuliae Augustae) praesiderent. Contra dixit Caesar (Tiberius)... — 4, 13. Ac ni Aelius Lamia et L, Apronius, qui Africam obtinuerant, insontem (C. Gracchum) protexissent... — 4, 22. Per idem tempus Plautius Silvanus praetor incertis causis Aproniam coniugem in praeceps iecit, tractusque ad Caesarem ab L. Apronio socero... — 4, 73. Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniae pro praetore cognitum..., utrumque exercitum Rheno devectum Frisiis intulit. — 6, 30. (Lentulus) Gaetulicus ea tempestate superioris Germaniae legiones curabat...., proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus. — 11, 19. Natio Frisiorum, post rebellionem clade L. Apronii coeptam infensa aut male fida... [1]

*L. APRONIVS eques Romanus, v. L. APONIVS.

APRONIVS CAESIANVS[2]. — 3, 21. Missu patris (pro consule Africae) Apronius Caesianus cum equite et cohortibus auxiliariis.., prosperam adversus Numidas pugnam facit pellitque in deserta,

APVLA LITORA. — 4, 71. (Iuliam) neptem Augustus... proiecerat... in insulam Trimerum, haud procul Apulis litoribus.

(L. APVLEIVS) SATVRNINVS, v. SATVRNINI.

APVLEIVS, APVLEIA, v. APPVLEIVS, APPVLEIA.

APVLI. — 3, 2. (Edixerat Tiberius) ut magistratus Calabriae Apulique et Campani suprema erga memoriam filii sui munia fungerentur.

APVLIA. — 16, 9. (L). Silanus .. municipio Apuliae, cui nomen Barium est, clauditur.

AQVILA. v. IVLIVS AQVILA.

AQVILEIA. — II, 46. Nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles, sed praemissi e Moesia eamdem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nuntiabant... — II, 85. (Moesiae legiones) imbutae favore Othonis, quamvis proelio non

[1] V. etiam ad ANTEIVM.
[2] L. Apronius Caesianus. PROSOP., 788.

Digitized by Google

legatos... Scydrothemidi (Sinopensium) regi... expediri iubet praecepitque navigaturis, ut Pythicum Apollinem adeant. Illis mare secundum, sors oraculi haud ambigua... — *O*, 12. Aureum saeculum... poetis et vatibus abundabat, qui bene facta canerent... Nec ullis aut gloria maior aut augustior honor, primum apud deos..., deinde apud illos dis genitos sacrosque reges, inter quos... Orphea ac Linum ac, si introspicere altius velis, ipsum Apollinem accepimus. »

APOLLODORVS[1]. — *O*, 19. (Loquitur Aper) « Iam vero longa principiorum praeparatio et narrationis alte repetita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum gradus et, quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris praecipitur, in honore erat. »

APOLLONIDENSES. — 2, 47. Apollonidenses[2]... levari (in quinquennium tributo)... placuit.

*APOLLONIENSES, v. APOLLONIDENSES.

APONIANVS, v. DILLIVS APONIANVS.

L. APONIVS[3]. — 1, 29. L. Aponius[4], eques Romanus e cohorte Drusi..., ad Tiberium (mittitur, qui desideria Pannonicarum legionum perferret).

M. APONIVS, APONIVS SATVRNINVS, APONIVS, SATVRNINVS[5]. — I, 79. Postquam (Rhoxolanos caesos esse) Romae compertum, M. Aponius Moesiam obtinens triumphali statua... (donatur). — II, 85. In eo motu Aponius Saturninus Moesiae rector pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tettium Iulianum, septimae legionis legatum, ob simultates, quibus causam partium praetendebat. Iulianus... profugit. — II, 96. Prima Vitellio tertiae legionis defectio nuntiatur, missis ab Aponio Saturnino epistulis, antequam is quoque Vespasiani partibus adgregaretur. Sed neque Aponius cuncta, ut trepidans re

[1] Prosop., 739.

[2] M : *apollonienses*. Corr. Ernesti. Nomen urbi erat Apollonidea.

[3] Prosop., 752.

[4] « *Aponius* hat die Hds. ursprünglich, woraus dann der geläufigere Name *Apronius* gemacht ist. Die *Apronii* waren eine konsularische Familie, ...und ein Spross derselben konnte nicht als *eques Romanus* bezeichnet werden » (Nipperdey-Andresen).

[5] Prosop., 755.

Digitized by Google

subita, perscripserat, et amici adulantes mollius interpretabantur. — III, 5. Scriptum (a ducibus Flavianis) Aponio Saturnino[1], cum exercitu Moesico celeraret. — III, 9. Interim Aponius Saturninus cum legione septima Claudiana advenit. — III. 10. Obturbabatur militum vocibus Aponius, cun loqui (pro Tampio Flaviano) coeptaret. — III, 11. Legiones velut tabe infectae Aponium Saturninum Moesici exercitus legatum... adgrediuntur..., vulgatis epistulis, quas Saturninus ad Vitellium scripsisse credebatur.,. Petulantiae certamen erat, ne minus violenter Aponium quam Flavianum ad supplicium deposcerent... In hortos. in quibus devertebatur Saturninus, pergunt. Nec tam (Antonius) Primus et Aponianus et Messala.. eripuere Saturninum, quam obscuritas latebrarum .. Mox omissis lictoribus Patavium concessit. — V, 26. (Loquitur Iulius Civilis): « Arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria, Aponius in Moesia, Flavianus in Pannonia. »

APPENNINVS[2]. — III, 42. Omnis... Italia inter Vespasianum ac Vitellium Appennini[3] iugis dividebatur. — III, 50. (Duces Flaviani) motas ex urbe praetorias cohortes audierant et teneri praesidiis Appenninum rebantur. — III, 52. Antonio ducibusque partium praemitti equites omnemque Vmbriam explorari placuit, si qua Appennini iuga clementius adirentur. — III, 55. Vitellius.. Iulium Priscum et Alfenum Varum:.. obsidere Appenninum iubet. — III, 56. Transgredi Appenninum integro exercitus sui robore et fessos hieme atque inopia hostes adgredi in aperto (erat Vitellio). — III, 59. Foeda hieme per transitum Appennini conflictatus exercitus (Flavianus)...

APPIA VIA, VIA APPIA[4]. — 2, 30. Vibius (accusator)... protulit libellos vaecordes adeo, ut consultaverit Libo, an habiturus foret opes, quis viam Appiam Brundisium usque pecunia operiret.— IV, 11. (Calpurnius Galerianus) iussu Muciani... ad quadragensimum ab urbe lapidem Appia via fuso per venas sanguine exstinguitur.

[1] **M** : *aponio satiũ reuirescere.* « Scilicet librarius statim transilit ad c. 7 *reuirescere* usque ad c. 9 *ut inimici*, ac tum redit ad c. 5 *ninocũ exercitũ* (notam del. 2 m.)... Verum ordinem restituit Pichena » (Orelli-Meiser).

[2] Vulg. cum dett. : *Apenninus.*

[3] **M** : *appenninis.* Corr. Puteolanus.

[4] A censore Appio Claudio Caeco, a. 442 = 312, munita.

Digitized by Google

APPIANA[1] CAEDES.— 11, 29. Appianae caedis molitor Narcissus.

APPIVS APPIANVS. — 2, 48. Caesar... (Tiberius) prodigos et ob flagitia egentes.. , Appium Appianum..., movit senatu aut sponte cedere passus est.

APPIVS CAECVS, APPII[2]. — *O.* 18. (Loquitur Aper): « Num dubitamus inventos, qui pro Catone Appium Caecum (magis) mirarentur? » — 21. « Asinius quoque (Pollio), quamquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse. »

T. APPIVS FLAVIANVS, v. TAMPIVS FLAVIANVS.

APPIVS SILANVS, v. IVNIVS SILANVS.

APPVLEIA VARILLA[3]. — 2,50. Appuleiam[4], sororis Augusti neptem..., maiestatis delator arcessebat... (Tiberius) liberavit... Appuleiam lege maiestatis, adulterii graviorem poenam deprecatus...

SEX. APPVLEIVS[5]. — 1, 7. Sex. Pompeius et Sex. Appuleius[6] consules primi in verba Tiberii Caesaris iuravere.

APRILIS. — 6, 50. Septimum decimum kalendas Apriles.— 15, 74. Mensisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet. — 16, 12. Menses, qui Aprilem eumdemque Neroneum sequebantur.

APRONIA. — 4, 22. Per idem tempus Plautius Silvanus praetor incertis causis Aproniam coniugem in praeceps iecit, tractusque ad Caesarem ab L. Apronio socero. ,

L. APRONIVS, APRONIVS[7]. — 1, 56. Germanicus..., L. Apronio ad munitiones viarum et fluminum relicto. — 1, 72. Decreta eo anno triumphalia insignia... L. Apronio... ob res cum Germanico gestas. — 2, 32. Dona (deis ob mortem Libonis Drusi)... L. Piso et Gallus Asinius et Papius Mutilus et L Apronius decrevere. — 3, 21. Quae postquam L. Apronio (pro consule Africae), nam Camillo successerat, comperta. ., decumum quemque ignominiosae

[1] Appii Iunii Silani.

[2] Appius Claudius Caecus, censor a. 442 = 312.

[3] Prosop., 784. Soror, ut videtur, Sex. Appulei.

[4] M : *uariliam*. Corr. Furlanetto.— « Die Hds. hat *Variliam*, was kein römischer Name oder wenigstens ein sehr obskurer ist » (Nipperdey-Andresen).

[5] Prosop., 778.

[6] M : *apuleius*. Corr. ex titulis.

[7] Prosop., 787.

Digitized by Google

cohortis sorte ductos fusti necat... Quo proelio Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus rettulit donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. Caesar addidit civicam coronam, quod non eam quoque Apronius iure proconsulis tribuisset, questus magis quam offensus. — 3, 64. Censuerat L. Apronius ut fetiales quoque eis ludis (pro incolumitate Iuliae Augustae) praeiderent. Contra dixit Caesar (Tiberius)... — 4, 13. Ac ni Aelius Lamia et L, Apronius, qui Africam obtinuerant, insontem (C. Gracchum) protexissent... — 4, 22. Per idem tempus Plautius Silvanus praetor incertis causis Aproniam coniugem in praeceps iecit, tractusque ad Caesarem ab L. Apronio socero... — 4, 73. Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniae pro praetore cognitum..., utrumque exercitum Rheno devectum Frisiis intulit. — 6, 30. (Lentulus) Gaetulicus ea tempestate superioris Germaniae legiones curabat...., proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus. — 11, 19. Natio Frisiorum, post rebellionem clade L. Apronii coeptam infensa aut male fida... [1]

*L. APRONIVS eques Romanus, v. L. APONIVS.

APRONIVS CAESIANVS [2]. — 3, 21. Missu patris (pro consule Africae) Apronius Caesianus cum equite et cohortibus auxiliariis.., prosperam adversus Numidas pugnam facit pellitque in deserta,

APVLA LITORA. — 4, 71. (Iuliam) neptem Augustus... proiecerat... in insulam Trimerum, haud procul Apulis litoribus.

(L. APVLEIVS) SATVRNINVS, v. SATVRNINI.

APVLEIVS, APVLEIA, v. APPVLEIVS, APPVLEIA.

APVLI. — 3, 2. (Edixerat Tiberius) ut magistratus Calabriae Apulique et Campani suprema erga memoriam filii sui munia fungerentur.

APVLIA. — 16, 9. (L). Silanus .. municipio Apuliae, cui nomen Barium est, clauditur.

AQVILA. v. IVLIVS AQVILA.

AQVILEIA. — II, 46. Nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles, sed praemissi e Moesia eamdem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nuntiabant... — II, 85. (Moesiae legiones) imbutae favore Othonis, quamvis proelio non

[1] V. etiam ad ANTEIUM.
[2] L. Apronius Caesianus. PROSOP., 788.

Digitized by Google

interfuissent. Aquileiam progressae, proturbatis, qui de Othone nuntiabant.... (in Vitellium) hostiliter egerant. — III. 6. (Antonius Primus ac Arrius) Varus occupata Aquileia *per* proxima quaeque et Opitergi et Altini laetis animis accipiuntur. — III. 8. Quae ignara Vespasiano aut vetita : quippe Aquileiae sisti bellum exspectarique Mucianum iubebat.

* AQVILIA. v. ACVTIA.

AQVILIA. — I. 52. Tiberius Aquiliam adulterii delatam cum Vario Ligure, quamquam Lentulus Gaetulicus consul designatus lege Iulia damnasset, exilio punivit.

AQVILIVS. — IV. 15. Quod militum in superiorem (Batavorum insulae partem, congregantur, duce Aquilio primipilari...

AQVILIVS REGVLVS, REGVLVS [1]. — IV. 42. Magnam eo die pietatis eloquentiaeque famam Vipstanus Messalla adeptus est..., ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. Regulum subversa Crassorum et Orfiti domus in summum odium extulerat... Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus, ut post caedem Galbae datam interfectori Pisonis pecuniam a Regulo adpetitumque morsu Pisonis caput obiectaret. ...Sacerdotio fulgens... Retinete, patres conscripti.... hominem tam expediti consilii, ut.... quomodo senes nostri Marcellum, Crispum, iuvenes Regulum imitentur... Quem adhuc quaestorium offendere non audemus [2]... »

AQVINAS COLONIA. — I. 88. Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem... — II. 63. Vitellius .. occidi Dolabellam iussit, quem in coloniam Aquinatem sepositum ab Othone rettulimus.

AQVITANIA. — I. 76. Ne Aquitania quidem, quamquam ab Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit. — I. 9. Revertentem (Agricolam) ab legatione legionis Divus Vespasianus... provinciae Aquitaniae praeposuit splendidae in primis... spe consulatus.

ARABES. — 6. 28. Nonnulli falsum hunc phoenicem neque Arabum e terris credidere. — 6. 44. Principio a gente Arabum facto ceteri domos abeunt vel in castra Artabani. — 12. 12. Postquam

[1] M. Aquilius Regulus. Prosop., 817.
[2] V. etiam O., 15.

Digitized by Google

inlustres Parthi rexque Arabum Acbarus advenerat (in castra C. Cassii Syriae legati). — 12, 14. Izates Adiabeno, mox Acbarus Arabum cum exercitu abscedunt (a Meherdate), levitate gentili... — V, 1. Comitabantur (Titum perdomandae Iudaeae delectum)... valida... et solito inter accolas odio infensa Iudaeis Arabum manus.

ARABIA. — V, 6. Terra finesque (Iudaeorum), qua ad Orientem vergunt, Arabia terminantur.

ARAR. — 13, 53. (L. Antistius) Vetus Mosellam atque *Ararim*[1] facta inter utrumque fossa conectere parabat, ut copiae, per mare, dein Rhodano et Arare subvectae, per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exim Oceanum decurrerent... — II, 59. (Vitellius) exercitum itinere terrestri pergere iubet ; ipse Arare flumine devehitur.

ARAVISCI. — *G*, 28. Vtrum Aravisci in Pannoniam ab Osis..., an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint..., incertum est.

ARAXES. — 12, 51. (Radamistus Zenobiam uxorem a se) vulneratam... ripam ad Araxis trahit, flumini tradit... — 13, 40. Amnem Araxen qui moenia (Artaxatorum) adluit.

(ARBELA), v. PERSAE (12, 13).

* ARBONA, v. ABNOBA.

ARCADIA. — 12, 53. Grates publice agendas (Pallanti), quod regibus Arcadiae ortus... se... inter ministros principis haberi sineret.

ARCAS. — 11, 14. Arcade ab Evandro. — 15, 41. Arcas Evander.

ARCHELAVS[2]. — 2, 42. Rex Archelaus quinquagensimum annum Cappadocia potiebatur, invisus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluisset. Nec id Archelaus per superbiam omiserat... Vt... imperium adeptus est, elicit Archelaum matris litteris... — 14, 26. Tigranes a Nerone ad capessendum (Armeniae) imperium delectus, Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai pronepos.

ARCHELAVS[3]. — 6, 41. Clitarum natio Cappadoci Archelao subiecta, quia nostrum in modum deferre census, pati tributa adigebatur, in iuga Tauri montis abscessit locorumque ingenio sese contra imbelles regis copias tutabatur...

[1] *Ararim* add. Puteolanus.
[2] Prosop., 83d.
[3] Prosop., 831. Eius qui praecedit filius.

Digitized by Google

* ARDA, v. ADVA.

ARDVENNA — 3, 42. (Duce Iulio Floro Trevero) vulgus obaeratorum aut clientium arma cepit, petebantque saltus quibus nomen Arduenna, cum légiones Germanicae)... arcuerunt.

* T. ARELLIVS FVSCVS, v. L. ARRVNTIVS.

ARENACVM. — V. 20. Praesidia... Civilis quadripertito (invasit), decimam legionem Arenaci...

AREVM IVDICIVM. — 2,55. Theophilum quemdam Areo iudicio falsi damnatum.

ARGIVS [1]. — I, 49. Galbae corpus diu neglectum... dispensator Argius e prioribus servis humili sepultura in privatis eius hortis contexit.

ARGIVVS, ARGIVI. — 11, 15. Quidam.... temporibus Troianis Palamedem Argivum memorant sedecim litterarum formas... repperisse — 12,61. Rettulit dein (Claudius) de immunitate Cois tribuenda, multaque super antiquitate eorum memoravit, Argivos vel Coeum Latonae parentem vetustissimos insulae cultores...

ARGOLICVS. — 6, 18. Etiam in Pompeiam Macrinam exilium statuitur, cuius maritum Argolicum, socerum Laconem e primoribus Achaeorum (Tiberius) Caesar adlixerat... Datum erat crimini, quod...

ARICIA. — IV, 2. Praemissi Ariciam equites (Flaviani adversus L. Vitellium Tarracina redeuntem).

ARICINVM NEMVS.— III, 36. Vitellium) in nemore Aricino desidem et marcentem proditio Lucilii Bassi...perculit.

* ARICINVS CLEMENS, v. ARRECINVS CLEMENS,

ARII — 11, 10. Flumen Sinden, quod Dahas Ariosque disterminat.

* ARII (Germani), v. HARII.

ARIMINVM. — III, 41. (Fabius Valens) cohortes Ariminum praemittit, alam tueri terga iubet; ipse paucis... comitantibus flexit in Vmbriam... — III, 42. Digresso Valente trepidos, qui Ariminum tenebant, Cornelius Fuscus... terra marique circumvenit.

ARIOBARZANES [2] — 2, 4. Gaius Caesar Agrippae filius) Ariobarzanen origine Medum ob insignem corporis formam et

[1] Suet., G. 20: Argivus; Plut., G. 28, Argilus; — Prosop., 851.
[2] Prosop., 872.

Digitized by Google

praeclarum animum volentibus Armeniis praefecit. Ariobarzane morte fortuita absumpto stirpem eius haud toleravere.

ARIOVISTVS. — IV, 73. (Contionatur apud Treveros Petilius Cerialis) : « Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum poteretur.

ARISTOBVLVS[1] — 13, 7. Nero... minorem Armeniam Aristobulo... cum insignibus regiis mandat. — 14, 26. Quo facilius (Tigranes) novum regnum tueretur, pars Armeniae, ut cuique finitima, Pharasmani Polemonique et Aristobulo atque Antiocho parere iussae sunt.

ARISTONICVS[2]. — 4, 55. Vndecim urbes certabant (cum ambigeretur quanam in civitate Asiae templum Tiberii statueretur)... Neque multum distantia inter se memorabant de vetustate generis, studio in populum Romanum per bella Persi, Aristonici aliorumque regum. — 12, 62. Byzantii (apud senatum disseruere) ... missas (a se)... copias in Antiochum, Persen, Aristonicum...

ARMENIA. — 1, 3. Gaium (Caesarem Agrippae filium) remeantem Armenia .. mors... abstulit. — 2, 3. Victo (ab Artabano) Vononi perfugium Armenia fuit, vacua tunc interque Parthorum et Romanas opes infida... — 2, 4. Tum Gaius Caesar componendae Armeniae deligitur. — 2, 43. Igitur haec et de Armenia, quae supra memoravi, apud patres disseruit (Tiberius). — 2, 57. (Piso) iussus (a Germanico) partem legionum ipse aut per filium in Armeniam ducere utrumque neglexerat. — 3, 48. (Sulpicius) Quirinius... datus... rector Gaio Caesari Armeniam obtinenti. — 6, 31 (Artabanus rex Parthorum) avidus... Armeniae, cui defuncto rege Artaxia Arsacen liberorum suorum veterrimum imposuit... — 6, 32. Tiberius... reciperandae... Armeniae Hiberum Mithridaten deligit. — 6, 33. Hiberi magnis copiis Armeniam inrumpunt et urbe Artaxata potiuntur. — 6, 36. Tum omissa Armenia versaeque Artabani res... — 6, 40. Ne Tigranes quidem, Armenia quondam potitus ac tunc reus, nomine regio supplicia civium effugit. — 11, 19. Tunc distractis Orientis viribus... casus Mithridati datus est occupandi Armeniam... Rex minoris Armeniae Cotys. — 11, 10. (Vardanes) reciperare

[1] Prosop., 864.
[2] Filius Eumenis II, Pergami regis, frater Attali III.

Digitized by Google

Armeniam avebat. — 12, 13. (Meherdates eiusque comites) non comminus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam (petunt)... — 12, 44. Pharasmanes (Radamistum filium regni sui cupidum)..., aliam ad spem trahere et Armeniam ostentare, pulsis Parthis datam Mithridati a semet memorando. — 12. 45. Obtestante Casperio, ne socius rex, ne Armenia donum populi Romani scelere et pecunia verterentur .. (Casperius) abscedit, ut. . Vmmidium Quadratum praesidem Syriae doceret, quo in statu Armenia foret. — 12. 48. Quadratus... vocat consilium. ..Plures tuta disserunt..., ut saepe principes Romani eamdem Armeniam specie largitionis turbandis barbarorum animis praebuerint... — 12. 49 Cappadociae procurator Iulius Paelignus..., auxiliis provincialium contractis, tamquam reciperaturus Armeniam... — 12. 50. Vologaeses casum invadendae Armeniae obvenisse ratus, quam a maioribus suis possessam externus rex flagitio obtineret, ...fratrem... Tiridaten deducere in regnum parat... Vacuam... rursus Armeniam Radamistus invasit... — 13. 6. Fine anni turbidis rumoribus prorupisse rursum Parthos et rapi Armeniam adlatum est, pulso Radamisto... — 13, 7. Nero .. legiones... ipsas... propius Armeniam collocari iubet, .. et minorem Armeniam Aristobulo... cum insignibus regiis mandat... Abscessere Armenia Parthi, tamquam differrent bellum. — 13. 8. (Nero) Domitium Corbulonem retinendae Armeniae praeposuerat. — 13. 34. Mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter resumitur. — 13. 37. At Tiridates... non furtim iam, sed palam bello infensare Armeniam... Tuncque primum inlecti Moschi, gens ante alias socia Romanis, avia Armeniae incursavit .. (Tiridates) .. mittebat... (ad Corbulonem) oratores, qui. . expostularent, cur... vetere Armeniae possessione depelleretur. — 14. 26. Tiridaten per Medos extrema Armeniae intrantem... Possessionem Armeniae usurpabat (Corbulo), cum advenit Tigranes a Nerone ad capessendum imperium delectus... Quo facilius novum regnum tueretur, pars Armeniae, ut cuique finitima, Pharasmani Polemonique et Aristobulo atque Antiocho parere iussae sunt. — 14. 29. Tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos.... Corbulonis concertator receptaeque Armeniae decus aequare domitis perduellibus cupiens. — 15. 1. Interea rex Parthorum Vologaeses, cognitis Corbulonis rebus regemque

Digitized by Google

alienigenam Tigranen Armeniae impositum... Egressus Armenia Tigranes Adiabenos, conterminam nationem... vastaverat. Idque primores gentium aegre tolerabant .. Iam de Armenia concessum, proxima trahi, et nisi defendant Parthi... — 15, 2. Vologaeses... ita orditur : « Hunc ego (Tiridaten) eodem mecum patre genitum, cum mihi per aetatem summo nomine concessisset, in possessionem Armeniae deduxi, qui tertius potentiae gradus habetur ; nam Medos Pacorus ante ceperat... » Vologaeses... Monaesi... mandavit... Tigranen Armenia exturbare. — 15, 3. (Corbulo) scripserat... Caesari proprio duce opus esse, qui Armeniam defenderet... — 15, 5. Nec praesentia prospere fluebant (Vologaesi) : ...missae in Armeniam legiones.. Missurum ad imperatorem Romanum legatos super petenda Armenia et firmanda pace respondet. — 15, 6. Alii occulte pepigisse (Corbulonem) interpretabantur, ut... abeunte Vologaese Tigranes quoque Armenia abscederet... (Corbulo), ut rettuli, proprium ducem tuendae Armeniae poposcerat, et adventare Caesennius Paetus audiebatur. — 15, 7. Paetus... duabus legionibus... Armeniam intrat tristi omine... — 15, 9. Parthi, omisso paratu invadendae Syriae, spem omnem in Armeniam (verterunt), ubi Paetus imminentium nescius... — 15, 14, Vologaeses (Paeto)... opperiendos sibi fratres... rescripsit ; illum locum tempusque consilio destinatum, quid de Armenia cernerent... Tum Paetus Lucullos, Pompeios et, si qua Caesares obtinendae donandaeve Armeniae egerant, ...memorat. — 15, 16. Adicit (Corbulo) iure iurando Paeti cautum apud signa, adstantibus iis, quos testificando (Vologaeses) misisset, neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur litterae Neronis, an paci adnueret... — 15, 17. (Paetus Corbuloni) respondit..., iuncti invaderent Armeniam abscessu Vologaesis infirmatam... Vologaesi ad Corbulonem missi nuntii, detraheret castella trans Euphraten... Ille Armeniam quoque diversis praesidiis vacuam fieri expostulabat. Et postremo concessit rex... — 15, 24. Legati Parthorum mandata regis Vologaesis... (Romam) attulere : se priora et toties iactata super obtinenda Armenia nunc omittere, quoniam dii... possessionem Parthis non sine ignominia Romana tradidissent. — 15, 25. Interrogatus centurio, qui cum legatis (Parthorum) advenerat, quo in statu Armenia esset, omnes inde Romanos excessisse respondit. — 15, 26. Corbulo... integrum

Digitized by Google

militem et crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit. — 16, 23. Tempus..., quo Tiridates accipiendo Armeniae regno (Romam) adventabat. — III, 6. Arrius Varus strenuus bello, quam gloriam ei dux Corbulo et prosperae in Armenia res addiderant.

ARMENIA MINOR. — 11, 9 Rex minoris Armeniae Cotys. — 13, 7. Nero... minorem Armeniam Aristobulo... cum insignibus regiis mandat.

ARMENII, ARMENIVS (sing. coll.) — 2, 3. Artavasden regem Armeniorum... Occiso Artaxia... datus a Caesare (Augusto) Armeniis Tigranes. — 2, 4. Gaius Caesar (Agrippae filius) ... Ariobarzanen... Armeniis praefecit... Parum subsidii in Armeniis (erat Vononi contra Artabanum). — 2, 55. Nota haec Germanico, sed praeverti ad Armenios instantior cura fuit. — 2, 56. (Zeno) prima ab infantia instituta et cultum Armeniorum aemulatus. — 2,60 Quas... terras... Armenii... colunt (eae adnumerantur inter partes imperii regis Rhamsis). — 2, 64, Nuntiato (senatui) regem Artaxian Armeniis a Germanico datum... — 2,68. Vonones, quem amotum in Ciliciam memoravi, corruptis custodibus effugere ad Armenios... conatus est. — 6, 33. Hiberi locorum potentes Caspia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt. — 6, 44. Abdagaeses regrediendum in Mesopotamiam censebat, ut amne obiecto, Armeniis interim Elymaeisque et ceteris a tergo excitis. ., fortunam temptarent. — 11, 8. Mithridates, quem imperitasse Armeniis... memoravi. — 11, 9. Nec enim restitere Armenii... — 12. 44. Eodem anno bellum inter Armenios Hiberosque exortum Parthis quoque ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa fuit... Armenios frater (Pharasmanis) Mithridates obtinebat opibus nostris... (Radamistus) primores Armeniorum ad res novas inlicit, ignaro... Mithridate. — 12, 46. Praefectus hortari Mithridaten ad sanciendum foedus .. : non abnuere pacem Hiberos..., et satis cognitam Armeniorum perfidiam... — 12, 50. Incessu Parthorum sine acie pulsi Hiberi, urbesque Armeniorum Artaxata et Tigranocerta iugum accepere. — 13, 5. Legatis Armeniorum causam gentis apud Neronem orantibus. — 13. 34. Armenii ambigua fide utraque (Romana et Parthica) arma invitabant, situ terrarum, similitudine morum Parthis propiores conubiisque permixti ac libertate ignota illud magis ad servitium

Digitized by Google

inclinantes. — 13, 37. Pharasmanes... vetus adversus Armenios odium promptius exercebat. — 13, 39. Corbulo..., ut... Armenios ad sua defendenda cogeret, exscindere parat castella... — 14, 24. Ex duobus castellis, in quae confugerant Armenii, alterum impetu captum (a Corbulone); qui primam vim depulerant, obsidione coguntur. — 15, 12. (Corbulo)... parte copiarum apud Syriam relicta..., qua proximum et commeatibus non egenum, regionem Commagenam, exim Cappadociam, inde Armenios petivit... (Idem hortatur milites)... : « Non vicos aut oppida Armeniorum, sed castra Romana duasque in iis legiones pretium laboris peti ... » — 15, 13. (Caesennius Paetus) primas .. litteras ad Vologaesen non supplices, sed in modum querentis composuit, quod pro Armeniis semper Romanae dicionis aut subiectis regi, quem imperator delegisset, hostilia faceret... — 15, 14. Placuitque liberari obsidio (Paeti) legiones et decedere omnem militem finibus Armeniorum... — 15, 15. Addidit rumor sub iugum missas legiones et alia ex rebus infaustis, quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est. — 15, 17. Armenii sine arbitro relicti sunt. — 15, 27. (Corbulo) megistanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pellit sedibus, castella eorum exscindit... — II, 6. Hinc Cappadocia Pontusque et quidquid castrorum Armeniis praetenditur. — II, 81 Quidquid provinciarum adluitur mari Asia atque Achaia tenus, quantumque introrsus in Pontum et Armenios patescit, iuravere (in verba Vespasiani). — II, 82. Missi (a Vespasiano) ad Parthum Armeniumque legati, provisumque, ne, versis ad civile bellum legionibus, terga nudarentur. — III, 24. Antonius (Primus)... plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens, ut... sub Corbulone Armenios ... pepulissent [1].

ARMINIVS [2]. — 1, 55. Spes incesserat dissidere hostem in Arminium ac Segestem... Arminius turbator Germaniae ; Segestes parari rebellionem... aperuit suasitque Varo ut se et Arminium et ceteros proceres vinciret... Sed Varus fato et vi Arminii [3] cecidit. Segestes... discors manebat, auctis privatim odiis, quod Arminius

[1] V. etiam. 14, 23, 25.

[2] Strabo : Ἀρμένιος. Codex Nazarianus Flori, 2, 30 : *Armenio;* Bambergensis : *Armeno.* Vt Tacitus, Velleius. — Prosop., 874.

[3] M : *armeni.* Cf. Halm.

Digitized by Google

filiam eius alii pactam rapuerat. — 1, 57. Legati a Segeste venerunt auxilium orantes adversus vim popularium..., validiore apud eos Arminio... Ereptus (obsidentibus) Segestes magna cum propinquorum et clientium manu. Inerant feminae nobiles, inter quas uxor Arminii eademque filia Segestis. — 1, 58. « Raptorem filiae meae, violatorem foederis vestri, Arminium apud Varum... reum feci. Dilatus segnitia ducis..., ut me et Arminium et conscios vinciret, flagitavi... Ceterum et inieci catenas Arminio et a factione eius iniectas perpessus sum... Tuum erit consultare, utrum praevaleat, quod (filia mea) ex Arminio concepit an quod ex me genita est » (Apud Germanicum Segestes verba facit)... Arminii uxor virilis sexus stirpem edidit. — 1, 59. Arminium super insitam violentiam rapta uxor, subiectus servitio uxoris uterus vaecordem agebant... « Si patriam, parentes, antiqua mallent quam dominos et colonias novas, Arminium potius gloriae ac libertatis quam Segestem flagitiosae servitutis ducem sequerentur » (Verba facit apud Cheruscos Arminius). — 1, 60. Tractus... in partes Inguiomerus, Arminii patruus. — 1, 61. Et cladis (Varianae) superstites... referebant... quo tribunali contionatus Arminius... — 1, 63. Sed Germanicus cedentem in avia Arminium secutus... Arminius colligi suos et propinquare silvis monitos vertit repente .. Circum silvae paulatim adclives, quas tum Arminius implevit. — 1, 65. Neque tamen Arminius quamquam libero incursu statim prorupit. — 1, 68. Arminio, sinerent egredi (e castris Romanos) egressosque... circumvenirent, suadente... Arminius integer, Inguiomerus post grave vulnus pugnam deseruere. — 2, 9. In ripa (Visurgis) cum ceteris primoribus (Cheruscorum) Arminius adstitit... (Flavus) salutatur ab Arminio... Flavus aucta stipendia, torquem et coronam.. memorat, inridente Arminio vilia servitii pretia. — 2, 10. Cernebatur contra minitabundus Arminius proeliumque denuntians. — 2, 12. (Germanicus) indicio perfugae cognoscit delectum ab Arminio locum pugnae. — 2, 13. Vnus hostium... Arminii nomine pollicetur... — 2, 15. Nec Arminius aut ceteri Germanorum proceres omittebant suos quisque testari... — 2, 17. Insignis (inter Cheruscos) Arminius manu, voce, vulnere sustentabat pugnam. — 2, 21. Inprompto iam *Arminio*[1] ob continua pericula, sive

[1] *Arminio* suppl. Beroaldus.

Digitized by Google

illum recens acceptum vulnus tardaverat. — 2, 44. Maroboduum regis nomen invisum apud populares, Arminium pro libertate bellantem favor habebat. — 2, 45. Cherusci sociique eorum, vetus Arminii miles... Arminius, equo conlustrans cuncta, ut quosque advectus erat, reciperatam libertatem... ostentabat. — 2, 46. Maroboduus... vaecordem Arminium et rerum nescium alienam gloriam in se trahere (testabatur). — 2, 88. Adgandestrii principis Chattorum lectas in senatu litteras, quibus mortem Arminii promittebat, si patrandae neci venenum mitteretur... Ceterum Arminius[1] .. regnum adfectans libertatem popularium adversam habuit, petitusque armis cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit ; liberator haud dubie Germaniae... — 11, 16. (Italico) paternum .. genus e Flavo fratre Arminii[2] .. (Italici inimici loquuntur) : « Frustra Arminium praescribi, cuius si filius hostili in solo adultus in regnum venisset, posse extimesci, infectum alimonio, servitio, cultu, omnibus externis ; at si paterna Italico mens esset... » — 11, 17. (Italicus) memorabat..., virtutem experirentur ; an dignum se patruo Arminio... praeberet. — 13, 55. Aderat... (Ampsivariis) clarus per illas gentes et nobis quoque fidus, nomine Boiocalus, vinctum se rebellione Cherusca iussu Arminii referens...

* ARMOSATA, v. ARSAMOSATA.

* ARNOBA, v. ABNOBA.

ARNVS. — 1, 79. Orantibus Florentinis, ne Clanis solito alveo demotus in amnem Arnum transferretur.

ARPVS. — 2, 7. (Silius Germanici legatus) Arpi principis Chattorum coniugem filiamque (rapit).

ARRECINVS CLEMENS[3]. — IV, 68. (Mucianus) Arrecinum Clementem, domui Vespasiani per adfinitatem innexum et gratissimum Domitiano, praetorianis praeposuit, patrem eius sub C. Caesare egregie functum ea cura dictitans, laetum militibus idem nomen, atque ipsum, quamquam senatorii ordinis, ad utraque munia sufficere.

* ARRETINVS CLEMENS, v. ARRECINVS CLEMENS.

[1] M : *armenius*.

[2] M : *armenii*.

[3] M. Arrecinus Clemens. Prosop., 879. — Vulg. cum dett.: *Arretinus;* cf. Walther et Ritter. — Vrsinus : *Arricinus*. — Macke, II, p. 18. « Besser *Aricinus* ».

Digitized by Google

ARRIA MATER[1]. — 16. 34. Arriam (Paeti Thraseae uxorem)... temptantem mariti suprema et exemplum Arriae matris sequi...

ARRIA FILIA[2]. — 16. 34. (Paetus Thrasea damnatus) Arriam... temptantem mariti suprema et exemplum Arriae matris sequi monet retinere vitam filiaeque communi subsidium unicum non adimere[3].

* ARRIA GALLA, v. ATRIA GALLA.

* ARRICINVS CLEMENS, v. ARRECINVS CLEMENS.

* ARRIVS, v. ATTIVS (A.).

ARRIVS ANTONINVS[4]. — I. 77. Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere.... Arrio Antonino[5] et Mario Celso in septembres (kalendas), quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit.

ARRIVS VARVS[6]. — 13. 9. Postquam (Domitio) Corbuloni cognitum est (Insteium centurionem ab Vmmidio missum obsides Parthos accepisse), ire praefectum cohortis Arrium Varum et reciperare obsides iubet.

ARRIVS VARVS, VARVS, VARVS ARRIVS. — III. 6. Antonio Primo vexillarios e cohortibus et partem equitum ad invadendam Italiam rapienti comes fuit Arrius Varus, strenuus bello, quam gloriam ei dux Corbulo et prosperae in Armenia res addiderant. Idem secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus; unde infami gratia primum pilum adepto laeta ad praesens male parta mox in perniciem vertere. Sed Primus ac Varus[7] occupata Aquileia *per* proxima quaeque... laetis animis accipiuntur. — III. 16. Dum Antonius quidnam agendum consultat, aviditate navandae operae Arrius Varus cum promptissimis equitum prorupit impulitque Vitellianos modica caede; nam plurium adcursu versa fortuna... (Antonius)

1 Pauly-W., 916.
2 Pauly-W., 917.
3 V. etiam 16, 26.
4 Pauly-W., 899.
5 [illegible]: antonio. Corr. Lipsius.
6 Pauly-W., 917. Hunc Nipperdeyus primum eius qui sequitur esse statuit. Klebs autem, quamquam esse fateatur, cur dubitari possit, eodem hunc et illum numero comprehendit in Pauly-W.
7 [illegible]: [illegible].

Digitized by Google

diductis in latera turmis vacuum medio relinquit iter, quo Varum equitesque eius reciperet... Pavidus interim Varus turbae suorum miscetur intulitque formidinem. — III, 52. Mucianus tam celeri victoria anxius... ad (Antonium) Primum et Varum media scriptitabat... Plotium Griphum... ceterosque sibi fidos apertius monuit, hique omnes de festinatione Primi ac Vari sinistre et Muciano volentia rescripsere. — III, 61. Cognitum est Interamnam... praesidio quadringentorum equitum teneri. Missus extemplo Varus cum expedita manu paucos repugnantium interfecit... — III, 63. Non omisere per eos dies (Antonius) Primus ac Varus crebris nuntiis salutem et pecuniam et secreta Campaniae offerre Vitellio, si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. — III, 64. At primores civitatis Flavium Sabinum praefectum urbis secretis sermonibus incitabant, victoriae famaeque partem capesseret...; ne Antonio Varoque de gloria concederet. — IV, 1. (Capta a Flavianis Roma) praefectura praetorii penes Arrium Varum. — IV, 4. Adduntur (a senatu)... Cornelio Fusco et Arrio Varo praetoria insignia. — IV, 11. Mucianus urbem ingressus cuncta simul in se traxit, fracta Primi Antonii Varique Arrii potentia, male dissimulata in eos Muciani iracundia... — IV, 39. Praecipuus Muciano metus e Primo Antonio Varoque Arrio, quos recentes clarosque rerum fama ac militum studiis etiam populus fovebat, quia in neminem ultra aciem saevierant... Tertia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remissa. — IV, 68. Suspectis (Muciano), uti diximus, Primo Antonio Varoque Arrio. Varus praetorianis praepositus vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulsum loco... annonae praefecit: utque Domitiani animum Varo haud alienum deleniret...[1].

ARRVNTII, v. L. ARRVNTIVS (11, 7).

L. ARRVNTIVS, ARRVNTIVS[2], ARRVNTII. — 1, 8. Vt legum latarum tituli, victarum ab (Augusto) gentium vocabula (in funere eius) anteferrentur, L. Arruntius (censuit). — 1, 13. L. Arruntius haud multum discrepans a Galli oratione perinde offendit, quamquam Tiberio nulla vetus in Arruntium ira... Augustus supremis ser-

[1] V. etiam III, 26, 50, 51, 59, 60, 78, 86; IV, 1.
[2] Prosop., 929.

Digitized by Google

monibus... dixerat... L. Arruntium non indignum (imperio) et, si casus daretur, ausurum... Pro Arruntio quidam Cn. Pisonem tradidere. — 1, 76. Tiberius.. remedium coercendi fluminis Ateio Capitoni et L. Arruntio (mandat). — 1, 79. Actum deinde in senatu ab Arruntio et Ateio, an ab moderandas Tiberis exundationes... — 3, 11. Reo (Cn. Pisoni) L.[1] Arruntium, P. Vinicium, Asinium Gallum, Aeserninum Marcellum, Sex. Pompeium patronos petenti iisque diversa excusantibus .. — 3, 31. Contra (Domitium Corbulonem) Mamercus Scaurus et L. Arruntius aliique Sullae propinqui nitebantur. — 6, 5. Cotta Messalinus... arguitur.... querens .. de potentia M'. Lepidi ac L. Arruntii, cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat, addidisse : « Illos quidem senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus ». — 6, 7. Facta patribus potestate statuendi de Caeciliano senatore, qui plurima adversum Cottam prompserat, placitum eamdem poenam inrogari, quam in Aruseium et Sanquinium, accusatores L. Arruntii, quo non aliud honorificentius Cottae evenit, qui... sanctissimis Arruntii artibus dignitate ultionis aequabatur. — 6, 27. Recitantur Caesaris litterae, quis incusabat egregium quemque et regendis exercitibus idoneum abnuere id munus..., oblitus Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decumum iam annum attineri. — 6, 47. Albucilla... defertur impietatis in principem. Conectebantur ut conscii et adulteri eius Cn. Domitius, Vibius Marsus, L. Arruntius... Nullae... in reos) imperatoris litterae suspicionem dabant invalido ac forte ignaro (Tiberio) ficta pleraque ob inimicitias Macronis notas in Arruntium. — 6, 48. Arruntius, cunctationem et moras suadentibus amicis, non eadem omnibus decora respondit, sibi satis aetatis... Documento sequentia erunt bene Arruntium morte usum. — 11, 6. « Meminissent Asinii, Messalae ac recentiorum Arruntii et Aesernini : ad summa provectos incorrupta vita et facundia (Loquitur C. Silius). —

[1] [illegible] : *T.* Corr. Faber. — Muretus, pro *T.* [illegible] quod verbum correctum est a recentioribus in *P.* [illegible] legendum censebat : *T. Arellium Fuscum*, [illegible] ita ut [illegible] praenomen esset [illegible] « *T. Arellius Fuscus* pater, [illegible] et eiusdem nominis filius, [illegible] declamatores saepissime a Seneca [illegible] Controversiarum nominantur. » Cf. ad Asinium Gallum, ut intelligas [illegible] verum errore [illegible] a [illegible] praetorea [illegible] in nostra adnotatione ad Cassium Bassum.

Digitized by Google

11, 7. « Facile... ditium familiarum heredes Aeserninos et Arruntios magnum animum induisse. » (Loquuntur Suillius et ceteri). — II, 65. Cluvius comitatui principis adiectus, non adempta Hispania, quam rexit absens exemplo L. Arruntii. Eum[1] Ti. Caesar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat.

*T. ARRVNTIVS, v. L. ARRVNTIVS (3, 11).

(L. ARRVNTIVS) CAMILLVS SCRIBONIANVS, v. CAMILLVS SCRIBONIANVS.

ARRVNTIVS STELLA[2]. — 13, 22. Cura ludorum, qui a (Nerone) Caesare parabantur, Arruntio Stellae (Agrippinae amico permittitur).

ARSACES[3]. — 6, 31. (Nobiles Parthi) Phraaten regis Phraatis filium Roma poscebant : nomine tantum et auctore opus, ut genus Arsacis, ut sponte Caesaris ripam apud Euphratis cerneretur. — 12, 14. Meherdates... traditur... victori (Gotarzi), atque ille non propinquum neque Arsacis de gente, sed alienigenam et Romanum increpans... — V, 8. Postquam Macedones praepolluere, rex Antiochus... Parthorum bello prohibitus est ; nam ea tempestate Arsaces desciverat. — *G*, 37, Regno Arsacis acrior est Germanorum libertas.

ARSACES[4]. — 6, 31. (Artabanus) defuncto rege Artaxia Arsacen, liberorum suorum veterrimum, imposuit (Armeniae). — 6, 33. Reperti (a Mithridate et Pharasmane)... corruptores ministros Arsacis multo auro ad scelus cogunt.

ARSACIDAE, ARSACIDES. — 2, 1. (Parthi) petitum Roma acceptumque regem, quamvis gentis Arsacidarum, ut externum aspernabantur. — 2, 2. (Subiit pudor Parthos) iam inter provincias Romanas solium Arsacidarum haberi darique. — 2, 3. Artabanus Arsacidarum e sanguine... excitur (a Parthis, ut regnum obtineat)... Artaxias (rex Armeniorum) .. nobis infensus Arsacidarum vi seque regnumque tutatus est. — 6, 31. Quia neminem gentis Arsacidarum summae rei imponere poterant, interfectis ab Artabano plerisque aut nondum adultis... — 6, 34. Parthus imperium

[1] M : *arruntiũ*. Corr. Pichena : *Arruntii. Eum*. — Ritter. *Arruntii. Arruntium*.. Cf. Valmaggi, *Il libro secondo delle Storie*, ad h. l.

[2] Prosop., 946.

[3] Cf. in Pauly-Wissowa, *Arsaces*, n° 8.

[4] Prosop., 949. Arsaces, II.

Digitized by Google

Orientis, claritudinem Arsacidarum... disserebat. — 6, 42. Seleucenses... probra in Artabanum fundebant, materna origine Arsaciden, cetera degenerem. — 6, 43. Tum Hiero pueritiam Tiridatis increpat, neque penes Arsaciden imperium, sed inane nomen apud imbellem externa mollitia. — 11, 10. (Vardanes pervenit) ad flumen Sinden... Igitur exstructis monimentis, quibus opes suas testabatur nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parta, regreditur... — 12, 10. Legati Parthorum ad expetendum... Meherdaten missi senatum ingrediuntur... : « Non se foederis ignaros, nec defectione a familia Arsacidarum venire... » — 13, 9. Vologaeses, quo bellum ex commodo pararet, an ut aemulationis suspectos per nomen obsidum amoveret, tradit (Romanis ducibus) nobilissimos ex familia Arsacidarum. — 13, 37. (Testabatur Tiridates missis ad Corbulonem legatis).... sin perstaretur in bello, non defore Arsacidis virtutem fortunamque saepius iam clade Romana expertam. — 14, 26. Tigranes a Nerone ad capessendum (Armeniae) imperium delectus... Nec consensu acceptus, durante apud quosdam favore Arsacidarum. — 15, 1. Rex Parthorum Vologaeses ...fratre Tiridate pulso spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens .. — 15, 14. Ad ea Vologaeses... rescripsit... adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul ut de legionibus Romanis statuerent. — 15, 28. (Tiridates pollicitus est se) iturum... Romam laturumque novum Caesari decus, non adversis Parthorum rebus supplicem Arsaciden. — 1, 40. Igitur milites Romani, quasi Vologaesum aut Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri...

ARSAMOSATA. — 15, 10. Coniunx ac filius castello (Armeniae), cui Arsamosata[1] nomen est, abditi (a Caesennio Paeto), data in praesidium cohorte.

ARSANIAS. — 15, 15. Flumini Arsaniae[2], is castra praefluebat, pontem imposuit (Caesennius Paetus)... Parthi quasi documentum victoriae iusserant... Vologaeses... flumen Arsaniam elephanto insidens, proximus quisque regem vi equorum perrupere...

ARTABANVS[3]. — 2, 3. Artabanus Arsacidarum e sanguine apud

[1] Ryck : *Armosata*. Sed cf. Plin., *N. H.*, 6, 26. Dett. quidam : ***Asamosata***.

[2] M : *Arsanieti*. Corr. Acidalius coll. Plinio, Plutarcho, Dione. Cf. Forbiger, II, 70.

[3] Prosop., 951.

Digitized by Google

Dahas adultus excitur (a Parthis, ut regno potiatur)... — 2, 4. Sed ubi minitari Artabanus (Vononi)... — 2, 58. Ab rege Parthorum Artabano legati venere (ad Germanicum)... Datum id non modo precibus Artabani (ut Vonones amoveretur), sed... — 6, 31. Nobiles Parthi in urbem venere, ignaro rege Artabano. Is metu Germanici fidus Romanis, aequabilis in suos, mox superbiam in nos, saevitiam in populares sumpsit... Quia neminem gentis Arsacidarum summae rei imponere poterant, interfectis ab Artabano plerisque aut nondum adultis... — 6, 32. Interea cognitis insidiis Artabanus tardari metu, modo cupidine vindictae inardescere... Tiberius... Tiridatem sanguinis eiusdem (cuius Phraates,) aemulum Artabano... deligit. — 6, 33. Quae postquam Artabano cognita, filium Orodem ultorem parat. — 6, 36. Mox Artabanus tota mole regni ultum iit ...Tum... versae... Artabani res, inliciente Vitellio, desererent regem saevum in pace et adversis proeliorum exitiosum... Nec iam aliud Artabano reliquum, quam si qui externorum corpori custodes aderant. — 6, 37. At Vitellius profugo Artabano... hortatus Tiridaten parata capessere... — 6, 41. Tiridates... oppida recepit, certantibus gaudio, qui Artabanum Scythas inter eductum ob saevitiam exsecrati... — 6, 42. Quotiens concordes agunt (Seleucenses), spernitur Parthus... ; ubi dissensere... Id nuper acciderat Artabano regnante, qui plebem primoribus tradidit... Probra in Artabanum fundebant (Seleucenses), materna origine Arsaciden, cetera degenerem. — 6, 43. (Tiridates) adsidendo castellum, in quod pecuniam et paelices Artabanus contulerat, dedit spatium exuendi pacta. Nam Phraates et Hiero et si qui alii..., ad Artabanum vertere ; isque in Hyrcanis repertus est... — 6, 44. Iamque multa manu propinqua Seleuciae adventabat, cum Tiridates simul fama atque ipso Artabano perculsus distrahi consiliis... Principio a gente Arabum facto ceteri domos abeunt vel in castra Artabani...

ARTABANVS[1]. — 11, 8. Gotarzes inter pleraque saeva necem fratri Artabano coniugique ac filio eius paraverat.

ARTAVASDES. — 2, 3. (Antonius) Artavasden regem Armeniorum

[1] Prosor., 952. Filius eius qui praecedit.

Digitized by Google

specie amicitiae inlectum, dein catenis oneratum, postremo interfecerat.

ARTAVASDES[1]. — 2, 4. Dein iussu Augusti impositus (Armeniis) Artavasdes et non sine clade nostra deiectus.

ARTAXATA. — 2, 56. Germanicus in urbe Artaxata... insigne regium capiti (Vononis) imposuit. — 6, 33. Hiberi magnis copiis Armeniam inrumpunt et urbe Artaxata potiuntur. — 12, 50. Vrbes... Armeniorum Artaxata et Tigranocerta iugum (Parthorum) accepere. — 12, 51. Zenobiam .. pastores... in urbem Artaxata ferunt. — 13, 40. Vnde orta (Corbuloni) fiducia caput gentis Artaxata adgrediendi. — 13, 41. Corbulo. . an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret obsidioque circumdaret, agitavit... Artaxatis ignis immissus deletaque et solo aequata sunt... Adicitur miraculum velut numine oblatum ; nam cuncta extra tectis hactenus[2] sole inlustria fuere ; quod moenibus cingebatur, repente ita atra nube coopertum... — 14, 23. At Corbulo, post deleta Artaxata utendum recenti terrore ratus ad occupanda Tigranocerta... illuc pergit. .

ARTAXIAS[3]. — 2, 3. (Artavasdis maioris regis Armeniorum) filius Artaxias memoria patris nobis infensus Arsacidarum vi seque regnumque tutatus est. Occiso Artaxia per dolum propinquorum...

ARTAXIAS, ZENO[4]. — 2, 56. Favor (Armeniorum) inclinabat in Zenonem, Polemonis, regis Pontici filium... Igitur Germanicus... insigne regium capiti eius imposuit Ceteri venerantes regem Artaxiam consalutavere, quod illi vocabulum indiderant ex nomine urbis Artaxatae . — 2, 64. Nuntiato (senatui) regem Artaxian Armeniis a Germanico datum. — 6, 31. (Artabanus rex Parthorum) avidus... Armeniae, cui defuncto rege Artaxia Arsacen liberorum suorum veterrimum imposuit...

[1] Dio : Ἀρταβάζου. Prosop., 956. Filius eius qui praecedit.

[2] M : *extra tectis actenus* : Acidalius : *Artaxatis tenus*. — Nipperdey-Andresen verba *extra tectis* uncis incl. : « *Extra tectis* ist die Corruptel eines Glossems, das ursprünglich *extra tecta* oder *extraiecta* lautete. Nicht bloss das Aussenliegende war bis zum Eintritt des göttlichen Zeichens hell, sondern alles, sowohl die Stadt als Umgegend. »

[3] Prosop., 961. Vt Tacitus, Iosephus. — *Artaxes*, Mon. Ancyr. et Dio.

[4] Prosop., 962.

Digitized by Google

ARTEMITA. — 6, 41. Tiridates volentibus Parthis... Halum... et Artemitam Parthica oppida recepit.

ARTORIA FLACCILLA[1]. — 15, 71. (Novium) Priscum (in exilium pulsum) Artoria Flaccilla coniunx comitata est.

ARVERNI — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) : « Ne Vindicis aciem cogitarent. Batavo equite protritos Aeduos Arvernosque. »

* ARVLEIVS, v. ARVSEIVS.

* L. ARVLEIVS, v. L. ARVSEIVS.

(CN. ARVLENVS) CAELIVS SABINVS, v. CAELIVS SABINVS.

ARVLENVS RVSTICVS, RVSTICVS ARVLENVS, RVSTICVS[2]. — 16, 26. Aderat (consultanti Paeto Thraseae, temptaretne defensionem an sperneret) Rusticus Arulenus, flagrans iuvenis, et cupidine laudis offerebat se intercessurum senatus consulto ; nam plebei tribunus erat. Cohibuit spiritus eius Thrasea... — III, 80. Varia legatorum (a Vitellio ad duces Flavianos missorum) sors fuit. Qui Petilio Ceriali occurrerant, extremum discrimen adiere .. Vulneratur praetor Arulenus[3] Rusticus. Auxit invidiam super violatum legati praetorisque nomen propria dignatio viri. — *A*, 2. Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum... — 45. Nos Mauricum Rusticumque divisimus, nos innocenti sanguine Senecio perfudit.

ARVSEIVS[4]. — 6, 7. Facta patribus potestate statuendi de Caeciliano senatore... placitum eamdem poenam inrogari, quam in Aruseium[5] et Sanquinium, accusatores L. Arruntii.

L. ARVSEIVS. — 6, 40. Eo anno neque quod L. Aruseius[6]...

ASCIBVRGIVM. — IV, 33 (Iulii Civilis milites) rapiunt in transitu hiberna alae Asciburgii sita. — *G.* 3. Quidam opinantur...

[1] Vulg. cum dett. : *Antonia Flacilla.*

[2] Q. (?) Iunius Arulenus Rusticus. Prosop., I., 471.

[3] M : *arulenius.*

[4] Num idem sit, qui L. Aruseius, incertum est. Vtrumque eodem numero comprehendit Prosop., 983.

[5] Reinesius : *Aruleium.*

[6] Hic lacuna laborat Mediceus, ut nesciamus, utrum *L. Aruseius* idem sit, qui *Aruseius* (6, 7), necne. — Reinesius : *L. Aruleius.*

Digitized by Google

Asciburgium..., quod in ripa Rheni situm hodieque incolitur, ab (Vlixe) constitutum nominatumque...

ASCONIVS LABEO. — 13, 10. Eodem anno (Nero) Caesar... consularia insignia Asconio Labeoni, quo tutore usus erat, petivit a senatu.

ASIA. — 2, 47. Eodem anno duodecim celebres Asiae urbes conlapsae nocturno motu terrae... Mitti... ex senatu placuit, qui praesentia spectaret refoveretque. Delectusque est M. Ateius e praetoriis,ne consulari obtinente Asiam aemulatio inter pares... oreretur. —2, 54. Extrema Asiae (Germanicus navigando praelegit)... Relegit Asiam adpellitque Colophona... — 3, 7. Crebro questu, quod (Cn. Piso post mortem Germanici) vagus... per amoena Asiae atque Achaiae...—3, 32. Sex. Pompeius... Marcum Lepidum... ut socordem, inopem et maioribus suis dedecorum eoque etiam Asiae sorte depellendum incusavit... (Lepidus) missus (pro consule) in Asiam. — 3, 58. Servius Maluginensis flamen Dialis, ut Asiam sorte haberet, postulavit. — 3, 66. C. Silanum pro consule Asiae repetundarum a sociis postulatum. — 3, 67. Multa adgerebantur etiam insontibus periculosa, cum super tot senatores adversos facundissimis totius Asiae eoque ad accusandum delectis responderet solus et orandi nescius (C. Silanus). — 3, 68. Tiberius... libellos Divi Augusti de Voleso Messala eiusdem Asiae pro consule factumque in eum senatus consultum recitari iubet. — 3, 71. Sors Asiae in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, conlata. — 4, 13. Civitati Cibyraticae apud Asiam, Aegiensi apud Achaiam, motu terrae labefactis, (subventum est) remissione tributi in triennium. — 4, 14. (Amphictyonibus praecipuum fuit rerum omnium iudicium, qua tempestate Graeci conditis per Asiam urbibus ora maris potiebantur... (Cives Romani) iussu regis Mithridatis apud cunctas Asiae insulas et urbes trucidabantur). — 4, 15. Procurator Asiae Lucilius Capito accusante provincia causam (dixit apud senatum ... Ob quam ultionem, et quia priore anno in C. Silanum vindicatum erat, decrevere Asiae urbes templum Tiberio matrique eius ac senatui. — 4, 37. Hispania ulterior missis ad senatum legatis oravit, ut exemplo Asiae delubrum Tiberio matrique eius exstrueret... Scio, patres conscripti, constantiam meam a plerisque desideratam, quod Asiae civitatibus nuper idem

Digitized by Google

istud petentibus non sim adversatus. » — 4, 55. (Tiberius) legatos... Asiae, ambigentes, quanam in civitate templum statueretur, plures per dies audivit... Sardiani decretum Etruriae recitavere ut consanguinei : nam Tyrrhenum Lydumque..., et ducum e nominibus indita vocabula illis per Asiam, his in Italia... — 4, 56. Zmyrnaei (memorabant)... se... primos templum urbis Romae statuisse, M. Porcio consule..., stante adhuc Punica urbe et validis per Asiam regibus. — 5, 10. Per idem tempus Asia atque Achaia exterritae sunt acri magis quam diuturno rumore, Drusum Germanici filium apud Cycladas insulas, mox in continenti visum. — 12, 63. Artissimo inter Europam Asiamque divortio, Byzantium in extrema Europa posuere Graeci .. — 13, 1. Iunii Silani proconsulis Asiae... P. Celer eques Romanus et Helius libertus, rei familiari principis in Asia impositi. — 13, 33. Idem annus plures reos habuit, quorum P. Celerem accusante Asia... — 13, 43. Repertique accusatores direptos socios, cum (P.) Suillius provinciam Asiam regeret, ac publicae pecuniae peculatum detulerunt. — 14, 21. Pluribus ipsa licentia placebat... Maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis pro fortuna, quae tum erat... Possessa Achaia Asiaque ludos curatius editos... — 14, 22. Nero componit ad Plautum litteras..., esse illi per Asiam avitos agros... — 14, 27. Ex inlustribus Asiae urbibus Laodicea tremore terrae prolapsa... — 14, 57. (Rubellium) Plautum in Asiam... nuper (amotum) .. (De eodem verba facit apud Neronem Tigellinus): « Nec minus suspensos Asiae populos claritudine avi Drusi. » — 14, 58. Vulgoque fingebant petitum a (Rubellio Plauto) Corbulonem..., quin et Asiam favore iuvenis arma cepisse... — 15, 45. (Post Romae incendium) per Asiam atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas provincias Acrato ac Secundo Carrinate. — 16, 10. Claudio Demiano, quem ob flagitia vinctum a (L. Antistio) Vetere Asiae pro consule exsolvit Nero... — 16, 13. Dilectus per Galliam Narbonensem Africamque et Asiam habiti sunt supplendis Illyrici legionibus. — 16, 23. Baream Soranum. . sibi Ostorius Sabinus .. poposcerat reum ex proconsulatu Asiae, in quo offensiones principis auxit iustitia atque industria. — 16, 30. Ostorius Sabinus, Sorani accusator, ingreditur orditurque de..., quodque proconsulatum

Digitized by Google

Asiae Soranus popularitate sibi potius adcommodatum quam ex utilitate communi egisset... — I, 10. Licinius Mucianus... in secretum Asiae sepositus... — II, 2. Oram Achaiae et Asiae ac laeva maris praevectus, Rhodum et Cyprum insulas... petebat. — II, 6. (Vespasiano) septem legiones (Syriae ac Iudaeae) statim..., inde continua Aegyptus..., hinc Cappadocia Pontusque...; Asia et ceterae provinciae nec virorum inopes et pecuniae opulentae. — II, 8. Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritae, velut Nero adventaret. — II, 9. Caput (falsi Neronis)... in Asiam atque inde Romam pervectum est. — II, 81. Quidquid provinciarum adluitur mari Asia atque Achaia tenus... iuravere (in verba Vespasiani). — II, 83. Mucianus... classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii, num omissa Moesia Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaia Asiaque, quas inermes exponi Vitellio... — III, 46. Fonteius Agrippa ex Asia, pro consule eam provinciam annuo imperio tenuerat, Moesiae praepositus est. — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) : « Servirent Syria Asiaque et suetus regibus Oriens... » *G.* 2. Quis.., Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam caelo, tristem cultu adspectuque...? — *A*, 6. Sors quaesturae provinciam Asiam, proconsulem Salvium Titianum dedit (Agricolae), quorum neutro corruptus est, quamquam et provincia dives ac parata peccantibus et... — 42. Aderat iam annus, quo proconsulatum Africae et Asiae sortiretur (Agricola). — *O*, 10. (Loquitur Aper) : « Quotus quisque, cum ex Hispania vel Asia... in urbem venit, Saleium Bassum (poetam) requirit? » — 30. (Loquitur Messalla) : « (Cicero in Bruto) refert se... neque iis doctoribus contentum, quorum ei copia in urbe contigerat, Achaiam quoque et Asiam peragrasse, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur. »

ASIATICVS, ASIATICI[1]. — II, 57. Postulante (Vitellii) exercitu, ut libertum suum Asiaticum equestri dignitate donaret, inhonestam adulationem compescit, dein... inter secreta convivii largitur, honoravitque Asiaticum anulis, foedum mancipium et malis artibus ambitiosum. — II, 95. Nondum quartus a victoria men-

[1] Prosop., 1003.

Digitized by Google

sis, et libertus Vitellii Asiaticus Polyclitos, Patrobios et vetera odiorum nomina aequabat... Misera civitas, eodem anno Othonem, Vitellium passa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos varia et pudenda sorte agebat... — IV, 11. Asiaticus, is enim libertus, malam potentiam servili supplicio expiavit.

ASIATICVS. — II, 94. Contionante Vitellio postulantur ad supplicium Asiaticus et Flavus et Rufinus duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent. Nec coercebat eius modi voces Vitellius [1].

ASIATICVS, v. VALERIVS ASIATICVS.

* M. ASILINVS, v. M. ASINIVS.

* ASINIVS, v. ASITIVS.

C. ASINIVS [2]. — 4, 1. C. Asinio C. Antistio consulibus [3].

* L. ASINIVS, v. L. AFINIVS.

ASINIVS AGRIPPA [4]. — 4, 34. Cornelio Cosso Asinio Agrippa consulibus. — 4, 61. Fine anni excessere insignes viri, Asinius Agrippa claris maioribus quam vetustis vitaque non degener [5]...

ASINIVS GALLVS, GALLVS ASINIVS, GALLVS [6]. — 1, 8. Vt porta triumphali duceretur funus (Augusti), Gallus Asinius (censuit). — 1, 12. Tum Asinius Gallus : « Interrogo, » inquit, « Caesar, quam partem reipublicae mandari tibi velis... » Rursum Gallus... non idcirco interrogatum ait. . Nec ideo iram eius lenivit pridem invisus, tamquam ducta in matrimonium Vipsania, M. Agrippae filia, quae quondam Tiberii uxor fuerat..., Pollionisque Asinii patris ferociam retineret. — 1, 13. L. Arruntius haud multum discrepans a Galli oratione perinde offendit (Tiberium)... Augustus supremis sermonibus... dixerat... Gallum Asinium avidum (imperii) et minorem. — 1, 76. Censuit Asinius Gallus, ut libri Sibyllini adirentur. — 1, 77. Intercessit Haterius Agrippa tribunus plebei increpitusque est Asinii Galli oratione. — 2, 32. Dona (deis ob mortem Libonis Drusi)... L. Piso et Gallus Asinius et Papius Mutilus et L. Apronius decrevere. — 2, 33.

[1] Cf. adnotationem ad IVLIVM AFRICANVM (B).

[2] C Asinius Pollio, C. Asinii Galli filius, C. Asinii Pollionis nepos. PROSOP., 1026.

[3] V. etiam 4, 71.

[4] M. Asinius Agrippa, C. Asinii Galli filius, C. Asinii Pollionis nepos. PROSOP., 1009.

[5] V. etiam 4, 71.

[6] C. Asinius Gallus, C. Asinii Pollionis filius. PROSOP., 1017.

Digitized by Google

Proximo senatus die multa in luxum civitatis dicta... Contra Gallus Asinius disseruit... Facilem adsensum Gallo sub nominibus honestis confessio vitiorum... dedit. — 2. 35. Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn. Pisonis et Asinii Galli super eo negotio diversas sententias noscere... Gallus, quia speciem libertatis Piso praeceperat, nihil satis... ex dignitate populi Romani nisi coram et sub oculis Caesaris... dicebat. — 2, 36. Et certamen Gallo adversus Caesarem exortum est ; nam censuit... — 3, 11. Reo (Cn. Pisoni) L. Arruntium, P. Vinicium, Asinium Gallum, Aeserninum Marcellum, Sex. Pompeium patronos petenti iisque diversa excusantibus. . — 4, 20. Sosia (uxor C. Silii) in exilium pellitur.Asinii Galli sententia... — 4, 30. Gallus Asinius *cum* Gyaro aut Donusa claudendum censeret (Vibium Serenum patrem), id quoque aspermatus est (Tiberius), egenam aquae utramque insulam referens... — 4, 71. Tum censuit Asinius Gallus, cuius liberorum Agrippina matertera erat, petendum a principe, ut metus suos senatui fateretur... (Tiberium) mitigavit Seianus, non Galli amore.... — 6, 23. Isdem consulibus Asinii Galli mors vulgatur, quem egestate cibi peremptum haud dubium, sponte an necessitate incertum habebatur. Consultusque Caesar an sepeliri sineret, non erubuit permittere ultroque incusare casus, qui reum abstulissent... Scilicet medio triennio defuerat tempus subeundi iudicium consulari seni, tot consularium parenti. — 6, 25. Tiberius... arguens... Asinium Gallum adulterum Agrippinae eiusque morte ad taedium vitae compulsam.

[I ASINIVS, ASINIVS MARCELLVS, MARCELLVS [1]. — 12, 64. M. Asinio [2] M'. Acilio consulibus — 14, 40. Valerius Fabianus... subdidit testamentum (propinquo suo Domitio Balbo) adscitis Vinicio Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi Antonium Primum et Asinium Marcellum sociaverant... Marcellus Asinio Pollione proavo clarus neque morum spernendus habebatur, nisi quod paupertatem praecipuum malorum credebat... Marcellum memoria maiorum et preces Caesaris poenae magis quam infamiae exemere.

1 Plinius, 1019. Nepos videtur C. Asinii Galli.

2 M : mas ..... Corr. Vertranius. Cf. Suet., Claud., 45 : *Asinio Marcello Acilio* [illegible] consulibus. — Bersaldus cum dett. : *M. Asinio.*

Digitized by Google

ASINIVS POLLIO, POLLIO ASINIVS, C. ASINIVS, ASINIVS, POLLIO [1]. — 1, 12. (Asinius Gallus Tiberio pridem invisus erat), tamquam... Pollionis... Asinii patris ferociam retineret. — 3, 75. Obiere eo anno viri inlustres, Asinius Saloninus, M. Agrippa et Pollione Asinio avis, fratre Druso insignis. — 4, 34. « Asinii Pollionis scripta egregiam eorumdem (Scipionis, Afranii, Cassii. Bruti) memoriam tradunt .. Vterque (Asinius et Messala Corvinus) opibus atque honoribus perviguere. » — 11, 6. « Meminissent Asinii [2], Messalae... ad summa provectos incorrupta vita et facundia » (Loquitur C. Silius). — 11, 7. « Facile Asinium et Messalam, inter Antonium et Augustum bellorum proemiis refertos... magnum animum induisse » (Loquuntur Suillius, Cossutianus et ceteri). — 14, 40. (Asinius) Marcellus Asinio Pollione proavo clarus. — *O.* 12. (Loquitur Maternus) : « Nec ullus Asinii aut Messalae liber tam illustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes. » — 15. (Loquitur Messalla) : « Video etiam Graiis accidisse, ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes... quam (Domitius) Afer aut (Iulius) Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis. » — 17. (Loquitur Aper) : « Nostrorum temporum disertis anteponere soletis... Ciceronem et Caesarem et Caelium et Calvum et Brutum et Asinium et Messalam... Ex quo colligi potest et Corvinum (a senibus quibusdam etiam tum viventibus) et Asinium audiri potuisse ; nam Corvinus in medium usque Augusti principatum, Asinius [3] paene ad extremum duravit. » — 21. « Asinius quoque, quamquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse. Pacuvium certe et Accium non solum tragoediis sed etiam orationibus suis expressit ; adeo durus et siccus est. » — 25. (Loquitur Messalla) : « Apud nos Cicero quidem ceteros eorumdem temporum disertos antecessit, Calvus et Asinius et Caesar et Caelius et Brutus iure et prioribus et sequentibus ante-

[1] Prosop. 1025.

[2] M : *gali asinii.* — Ritter et Walther del. *gali.* — Orelli : *Gaii Asinii.* — Victorius : *Galbae, Asinii, Messalae.* De *Asinio Gallo* cogitandum non esse liquet; item de duobus viris, non de tribus agi manifestum est; cf. 11, 7.

[3] Pro : *Nam Corvinus... Asinius* coni. Borghesi : *Nam Asinius... Corvinus,* ut depravatam, sua quidem sententia, hoc loco temporum rationem emendaret. Cf. Nipperdey, *Rhein. Mus.*, 19, p. 280 sq.

Digitized by Google

ponuntur. . Numerosior Asinius... Calvum et Asinium et ipsum Ciceronem credo solitos... et livere et ceteris humanae infirmitatis vitiis adfici. » — 26. « Exspectabam, ut (Aper) incusato Asinio et Caelio et Calvo aliud nobis agmen produceret .., ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus ». — 34. « Aetatis anno... altero et vicensimo Asinius Pollio C. Catonem... (oratione insecutus est, quam) hodie quoque cum admiratione legimus ». — 38. (Loquitur Maternus) : « Neque Ciceronis neque Caesaris..., non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus legitur, exceptis orationibus Asinii, quae pro heredibus Vrbiniae inscribuntur, ab ipso tamen Pollione mediis Divi Augusti temporibus habitae, postquam longa temporum quies... et maxime principis disciplina ipsam quoque eloquentiam... pacaverat.

ASINIVS POLLIO. — II, 59. Ita mutatis animis Asinius Pollio alae praefectus, e fidissimis Albino (utriusque Mauretaniae procuratori), et Festus ac Scipio cohortium praefecti opprimuntur.

ASINIVS SALONINVS [1]. — 3, 75. Obiere eo anno viri inlustres Asinius Saloninus, M. Agrippa et Pollione Asinio avis, fratre Druso insignis Caesarique progener destinatus.

ASITIVS. — *O*, 21. (Loquitur Aper) : « Quotus... quisque Calvi in Asitium[2] ant in Drusum legit ? »

* ASPERIVS, v. CASPERIVS.

L. ASPRENAS, ASPRENAS [3]. — 1, 53. Quidam non Roma eos milites, sed ab L. Asprenate pro consule Africae missos tradidere auctore Tiberio, qui famam caedis posse in Asprenatem verti frustra speraverat. — 3, 18. Et Messalinum quidem L. Asprenas senatu coram percontatus est an prudens praeterisset (Claudii mentionem, cum eos nominasset, quibus grates agendae essent ob vindictam Germanici).

ASSYRIA. — 12, 13. Vrbs Ninos, vetustissima sedes Assyriae.

ASSYRII. — V, 2. Sunt qui tradant Assyrios convenas, indigum agrorum populum, parte Aegypti potitos, mox proprias urbes

[1] Filius C. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae.

[2] Male Lipsius *Asinium*. « P. Asitius ob interfectum legatum Aegyptium a Calvo accusatus, sed a Cicerone defensus, absolutus est (Orelli-Andresen).

[3] L. Nonius Asprenas. Prosop., N., 93.

Digitized by Google

Hebraeasque terras et propiora Syriae coluisse. — V, 8. Dum Assyrios penes Medosque et Persas Oriens fuit.

M. ATEIVS. — 2, 47. Mitti... ex senatu placuit, qui praesentia spectaret refoveretque (urbes Asiae terrae motu conlapsas). Delectus est M. Ateius [1] e praetoriis.

ATEIVS CAPITO, ATEIVS, CAPITO, CAPITO ATEIVS[2]. — 1, 76. Remedium coercendi (Tiberis) Ateio Capitoni et L. Arruntio mandatum. — 1, 79. Actum deinde in senatu ab Arruntio et Ateio (de coercendi Tiberis remedio). — 3, 70. L. Ennium... maiestatis postulatum .. recipi Caesar (Tiberius) inter reos vetuit, palam aspernante Ateio Capitone, quasi per libertatem... Capito insignitior infamia fuit, quod humani divinique iuris sciens egregium publicum et bonas domi artes dehonestavisset. — 3, 75. Obiere eo anno viri inlustres..., Capito Ateius, de quo memoravi, principem in civitate locum studiis civilibus adsecutus, sed avo centurione Sullano, patre praetorio. Consulatum ei adceleraverat Augustus, ut Labeonem Antistium isdem artibus praecellentem dignatione eius magistratus anteiret... Labeo incorrupta libertate et ob id fama celebratior; Capitonis obsequium dominantibus magis probabatur.

*P. ATELLIVS HISTER, v. PALPELLIVS HISTER.

ATESTE. — III, 6. (Antonius) Primus ac (Arrius) Varus occupata Aquileia... inde Patavium et Ateste[3] partibus adiunxere.

ATHENAE. — 2, 53. Germanicus... Hinc ventum Athenas foederique sociae et vetustae urbis datum, ut uno lictore uteretur.

ATHENIENSES, ATHENIENSIS. — 2, 55. Cn. Piso... civitatem Atheniensium turbido incessu exterritam oratione saeva increpat, oblique Germanicum perstringens, quod... non Athenienses tot cladibus exstinctos, sed conluviem illam nationum comitate nimia coluisset. — 2, 63. (Tiberius) apud senatum disseruit non Philippum Atheniensibus, non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse (quam Maroboduum). — 3, 26. Atheniensibus quaesitiores iam (quam Minois et Lycurgi)

[1] M : *aletus*, quod Romanum nomen non est. Corr. Borghesi, Mommsen. — Orelli : *Aletius*.

[2] Prosop., 1062.

[3] M : *aceste*. Corr. Beroaldus; *ab* : *Ateste*.

Digitized by Google

et plures Solo perscripsit (leges). — 11, 14. Quidam Cecropem Atheniensem... memorant (Graecorum populis litteraturae auctorem fuisse). — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) : « Quid aliud exitio Lacedaemoniis et Atheniensibus fuit, quamquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? » — 15, 64. Seneca. ., durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum... orat provisum pridem venenum, quo damnati publico Atheniensium iudicio exstinguerentur, promeret. — IV, 83. Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum. — *O*, 40. « Rhodii quidam, plurini Athenienses oratores exstiterunt, apud quos omnia populus, omnia imperiti... poterant. »

*ATHERIVS ANTONINVS, v. HATERIVS ANTONINVS.

ATIA. — *O*, 28. « Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam[1] Augusti praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. »

ATIA. — 3, 68. (C Silanus) Atia[2] parente (genitus erat).

ATIDIVS GEMINVS[3]. — 4, 43. Messenii... protulere... sic . postremo Atidium Geminum praetorem Achaiae decrevisse.

*ATILIA (Lucani mater), v. ACILIA.

ATILIVS. — 4, 62. Coepto apud Fidenam amphitheatro Atilius quidam libertini generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret .. — 4, 63. Atilius in exilium actus est.

A. ATILIVS[4]. — 2, 49. Spei aedes a Germanico sacratur[5]. Hanc A. Atilius voverat (bello Punico).

ATILIVS RVFVS[6]. — *A*. 40. Domitianus) iubet addi ...opinionem Syriam provinciam Agricolae destinari, vacuam tum morte Atilii Rufi consularis et maioribus reservatam.

[1] **A C** : *Acciam* : **B** : *actiam*. Corr. Ernesti. Cf. Suet., *Oct.*, 4 : « Atia M. Atio Balbo et Iulia sorore C. Caesaris genita est. »

[2] **M** : *alia*, quod defendit Walther. Corr. Madvig. — Borghesi post Grotium : *Mallia* vel *Manlia*.

[3] Cf. Nipperdey-Andresen. Videtur imperante Augusto provinciam obtinuisse pro consule.

[4] A. Atilius Calatinus, cos. a. 496=258 et 500=254.

[5] **M** : *iatillius*. Corr. Nipperdey. — Beroaldus : *Atilius*. « Gewöhnlich fehlt der Vorname...: aber Tac. hat ihn bei allen Vorhergenannten hinzugefügt und konnte ihn hier um so weniger auslassen, um diesen Atilius von *C.* und *M.* Atilius Regulus zu unterscheiden, deren Konsulate in sehr nahe Jahre fallen. » Nipp.-And.)

[6] T. Atilius Rufus. Prosop., 1084.

Digitized by Google

ATILIVS VERGILIO[1]. — I, 41. Viso comminus armatorum agmine vexillarius comitatae Galbam cohortis, Atilium[2] Vergilionem fuisse tradunt, dereptam Galbae imaginem solo adflixit...

ATILIVS VERVS. — III, 22. Vrgebatur maxime septima legio nuper a Galba conscripta... Ipsam aquilam Atilius Verus primi pili centurio multa cum hostium strage et ad extremum moriens servaverat.

* ATILLA, v. ACILIA.

ATIMETVS. — 13, 19. Haec (crimina in Agrippinam) Iturius et Calvisius Atimeto, Domitiae Neronis amitae liberto, aperiunt. Qui laetus oblatis... Paridem histrionem, libertum et ipsum Domitiae, impulit ire propere crimenque atrociter deferre. — 13, 21. (Loquitur Agrippina) : « (Domitia) per concubinum Atimetum et histrionem Paridem quasi scaenae fabulas componit ». — 13, 22. De Atimeto supplicium sumptum.

ATRIA. — III, 12 (Lucilius) Bassus (classis Ravennatis praefectus) honorata custodia Liburnicis navibus Atriam pervectus...

ATRIA GALLA. — 15, 59 (C. Piso) testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit, quam degenerem et sola corporis forma commendatam amici matrimonio abstulerat. Nomen mulieris Atria[3] Galla, priori marito Domitius Silus; hic patientia, illa impudicitia Pisonis infamiam propagavere[4].

ATTICVS, A. — 5, 10. Piraeum Atticae orae. — *O*, 18. Satis constat ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens nec satis pressus, sed super modum exsultans et superfluens et parum Atticus[5] videretur. » — 25. (Loquitur Messalla) : « Inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum [autem] locum Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent, omnium autem concessu haec oratorum aetas maxime probatur. »

AVLVS ATTICVS. — *A*. 37. Nostrorum trecenti sexaginta cecidere,

[1] PROSOP., 1092.
[2] **M** : *adilium*.
[3] Nipperdey-Andresen : *mulieri Salria*. — Beroaldus : *Arria*.
[4] V. etiam 15, 53.
[5] **A B C** : *antiquus*. Corr. Vrsinus. Cf. Quint., XII, 10, 14 : « Praecipue vero presserunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupierant. »

Digitized by Google

in quis Aulus Atticus praefectus cohortis, iuvenili ardore et ferocia equi hostibus inlatus,

ATTICVS, v. QVINTIVS ATTICVS.

ATTIVS (*A*). — *O*, 21. « Nec unum de populo Canuti aut Attii... de Furnio et Toranio, quique alii in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem produnt[1]. »

ATTIVS (*B*). — 6, 24. Attii centurionis et Didymi liberti epistulae servorum nomina praeferebant, ut quis egredientem cubiculo Drusum (Germanici filium) pulsaverat, exterruerat. Etiam sua verba centurio saevitiae plena... adiecerat...

* P. ATTIVS ORPHITVS, v. PACCIVS ORFITVS.

ATTVS CLAVSVS, CLAVSVS. — 4, 9. Funus (Drusi Tiberii filii) imaginum pompa maxime inlustre fuit, cum .. Sabina nobilitas, Attus Clausus ceteraeque Claudiorum effigies longo ordine spectarentur. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) : « Maiores mei, quorum antiquisimus Clausus origine Sabina simul in civitatem Romanam et in familias patriciorum adscitus est... » — 12, 25. Adnotabant periti nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri eosque ab Atto Clauso continuos duravisse.

ATYS. — 4, 55. Sardiani decretum Etruriae recitavere, ut consanguinei ; nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos ob multitudinem divisisse gentem.

AVENTICVM. — I, 68. Aventicum, gentis (Helvetiorum) caput, iusto agmine (petebat Alienus Caecina).

AVENTINVS. — 6, 45. Idem annus gravi igne urbem adfecit, deusta parte circi, quae Aventino contigua ipsoque Aventino. — III, 70. « Cur enim e rostris fratris domum (Vitellius), imminentem foro..., quam Aventinum et penates uxoris petisset ? » — III, 84. Vitellius capta urbe per aversam Palatii partem Aventinum[2] in domum uxoris sellula defertur.

AVERNVS LACVS. — 15, 42. (Severus et Celer) ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros (Neroni)

[1] « Locus misere corruptus... De personis ex Hessio haec tenenda... *Altius* cum inter oratores nusquam memoretur, Gronovius substituit Arrium, ut sit praetor a. 72 a Spartaco victus et a. 59 in petitione consulatus a Caesare destitutus, de quo Cic. *Brut.*, 69,242 » (Orelli-Andresen).

[2] *Aventinum* uncis inclusit Nipperdey.

Digitized by Google

promiserant .. Nero... effodere proxima Averno iuga conisus est, manentque vestigia...

AVFIDIENVS RVFVS, RVFVS. — 1, 20. Praecipua in Aufidienum Rufum praefectum castrorum (exercitus Pannonici) ira (militum seditiosorum) .. Rufus diu manipularis, dein centurio, mox castris praefectus, antiquam duramque militiam revocabat.

AVFIDIVS BASSVS[1]. — *O*, 23. (Loquitur Aper) : « Vobis utique versantur ante oculos illi, ...quibus eloquentia Aufidii[2] Bassi aut Servilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet. »

* AVFIDIVS RVSO, v. ABVDIVS RVSO.

* AVFONA, v. AVONA.

AVGVSTA (Tiberii mater), v. LIVIA.

AVGVSTA (Claudii uxor), v. AGRIPPINA *(B)*.

AVGVSTA (Neronis uxor), v. POPPAEA SABINA.

AVGVSTA (Neronis filia)[3]. — 15, 23. Natam sibi ex Poppaea filiam Nero... appellavit Augustam[4]...

AVGVSTA (Vitellii mater), v. SEXTILIA.

AVGVSTAE COGNOMENTVM, NOMEN. — 12, 26. Augetur et Agrippina cognomento Augustae. — II, 89. (Vitellius) matrem (Sextiliam)... Augustae nomine honoravit.

AVGVSTA TAVRINORVM, TAVRINA COLONIA. — II, 66. Nec diu in tantis armatorum odiis quies fuit. Augustae Taurinorum, dum opificem quemdam Batavus ut fraudatorem insectatur, legionarius ut hospitem tuetur, sui cuique commilitones aggregati a conviciis ad caedem transiere... Nocte, qua proficiscebatur legio (quartadecima), relictis passim ignibus pars Taurinae coloniae ambusta.

AVGVSTALES LVDI. — 1, 15. Ludos, qui de nomine Augusti fastis additi, Augustales vocarentur. — 1, 54. Ludos Augustales tunc primum coeptos turbavit discordia ex certamine histrionum.

AVGVSTALES SODALES, SACERDOTES ; AVGVSTALES. — 1, 54. Idem annus novas caerimonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio. — 2, 83. (Decretae sunt Germanico mortuo)

[1] PROSOP., 1147.
[2] A B C : *tui fidi*.
[3] PROSOP., C. 841. Claudia Augusta.
[4] V. etiam, 16, 6.

Digitized by Google

sedes curules sacerdotum Augustalium locis. — 3, 64 (Pro incolumitate Iuliae Augustae) ludi... magni ab senatu decernuntur, quos pontifices et augures et quindecimviri septemviris simul et sodalibus Augustalibus ederent .. Dixit Caesar (Tiberius)... ideo Augustales adiectos, quia proprium eius domus sacerdotium esset, pro qua vota persolverentur. — II, 95. (Vitellius) inferias Neroni (fecit). Caesae publice victimae cremataeque. Facem Augustales subdidere. Quod sacerdotium, ut Romulus Tatio regi, ita Caesar Tiberius Iuliae genti sacravit.

AVGVSTIANI. — 14, 15. Tuncque primum conscripti sunt equites Romani cognomento Augustianorum [1], aetate ac robore conspicui et pars ingenio procaces, alii in spem potentiae. Ii dies ac noctes plausibus personare, formam principis vocemque deum vocabulis appellantes, quasi per virtutem clari honoratique agere.

AVGVSTODVNVM. — 3, 43. Augustodunum caput gentis (Aeduorum) armatis cohortibus Sacrovir occupaverat, ut nobilissimam Galliarum subolem, liberalibus studiis ibi operatam, et eo pignore parentes propinquosque eorum adiungeret. — 3, 45. Silius... Augustodunum petit propero agmine... — 3, 46. Sacrovir primo Augustodunum, dein metu deditionis in villam propinquam cum fidissimis pergit.

AVGVSTVM NOMEN, AVGVSTI NOMEN, AVGVSTI VOCABVLVM. — 1, 8. Livia in familiam Iuliam nomenque Augustum [2] adsumebatur (Divi Augusti testamento) — I, 47. Decernitur Othoni... nomen Augusti et omnes principum honores. — II, 62. (Vitellius) praemisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet. — II, 90. Abnuenti (Vitellio)... nomen Augusti expressere, ut adsumeret (senatus populusque).

AVGVSTVS, [3] CAESAR, DIVVS AVGVSTVS, CAESAR AV-

[1] M : *augusttanorum*. Corr. Nipperdey. Cf. Suet., *Nero*, 25. Vulg. cum dett. : *Augustanorum*.

[2] M : *augustae* (corr. ex *augustu*, ut videtur, vel ex *augusta*). Corr. Iac. Gronovius. — «Gewöhnlich liest man *Augustae;* aber sie war die erste, die *Augusta* hiess, vorher bestand dieser Name nicht; sie konnte also nicht in ihn *aufgenommen* werden » (Nipperdey-Andresen) — Cf. *Furium nomen*, *Sempronium nomen*, *Iunium nomen*.

[3] Prosop., I., 140.

Digitized by Google

GVSTVS, CAESAR OCTAVIANVS — 1, 1. Cito... Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere, qui cuncta... nomine principis sub imperium accepit... Temporibus... Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione deterrerentur... Consilium mihi pauca de Augusto et extrema tradere, — 1, 2. Exuto... Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus nisi Caesar dux reliquus, posito triumviri nomine consulem se ferens et... tribunicio iure contentum... — 1, 3. Augustus subsidia dominationi (parat)... (Livia) senem Augustum devinxerat adeo, uti nepotem unicum, Agrippam Postumum, in insulam Planasiam proiecerit... — 1, 4. Nulla in praesens formidine, dum Augustus aetate validus seque et domum et pacem sustentavit. Postquam provecta iam senectus aegro et corpore fatigabatur... — 1, 5. Haec atque talia agitantibus gravescere valetudo Augusti . Rumor incesserat paucos ante menses Augustum... Planasiam vectum ad visendum Agrippam : multas illic utrimque lacrimas... Quod (Fabium) Maximum uxori Marciae aperuisse, illam Liviae. Gnarum id Caesari ; neque multo post exstincto Maximo, dubium an quaesita morte... Neque satis conpertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam an exanimem reppererit (Tiberius ex Illyrico properis matris litteris accitus)... Provisis, quae tempus monebat, simul excessisse Augustum et rerum potiri Neronem fama eadem tulit. — 1, 6. Multa sine dubio saevaque Augustus de moribus (Agrippae Postumi) questus, ut exilium eius senatus consulto sanciretur, perfecerat. Ceterum in nullius umquam suorum necem duravit. — 1, 7. Tiberius... ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, nisi tribuniciae potestatis praescriptione posuit sub Augusto acceptae... Defuncto Augusto signum praetoriis cohortibus, ut imperator, dederat. — 1, 8. (Idem) nihil primo senatus die agi passus est nisi de supremis Augusti, cuius testamentum inlatum per virgines Vestae Tiberium et Liviam heredes habuit... Populum... edicto monuit, ne... Augustum in foro potius quam in campo Martis, sede destinata, cremari vellent. — 1, 9. Multus hinc ipso de Augusto sermo... — 1, 10. Caesis Hirtio et Pansa, sive hostis illos, seu... sui milites Hirtium et machinator doli Caesar abstulerat ...Augustus paucis ante annis, cum Tiberio tribuniciam potestatem a patribus rursum postularet, quamquam honora

Digitized by Google

oratione... — 1, 11. (Tiberius) varia disserebat de magnitudine imperii..., solam Divi Augusti mentem tantae molis capacem. . Patres .. ad deos, ad effigiem Augusti, ad genua (Tiberii) manus tendere... (Tiberius) proferri libellum recitarique iussit... ; quae cuncta sua manu perscripserat Augustus, addideratque consilium... — 1, 12. Addidit (Asinius Gallus) laudem de Augusto. — 1, 13. Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam... — 1, 14. Missi... legati, qui... maestitiam (Germanici) ob excessum Augusti solarentur... (Tiberius) candidatos praeturae duodecim nominavit, numerum ab Augusto traditum. — 1, 15. Tribuni plebei petivere, ut proprio sumptu ederent ludos, qui de nomine Augusti fastis additi Augustales vocarentur. — 1, 16. Fine Augusti et initiis Tiberii auditis. . Quaenam post Augustum militiae condicio, ambigentes... — 1, 19. Blaesus... ait neque veteres ab imperatoribus priscis neque ipsos a Divo Augusto tam nova petivisse. — 1, 26. (Clamant seditiosi milites) Tiberium olim nomine Augusti desideria legionum frustrari solitum. — 1, 31. Audito fine Augusti (Germanicae legiones turbatae sunt). — 1, 33. Germanico per Gallias ,. census accipienti excessisse Augustum adfertur. — 1, 34. (Germanicus apud seditiosas legiones) a veneratione Augusti orsus. — 1, 35. Fuere etiam (milites) qui legatam a Divo Augusto pecuniam exposcerent. — 1, 40. (Agrippina Germanici uxor) se Divo Augusto ortam neque degenerem ad pericula (testatur). — 1, 41. Pudor inde et miseratio et patris Agrippae, Augusti avi memoria, socer Drusus (movent seditiosorum militum animos, cum Agrippinam, Germanici uxorem, castra linquentem adverterunt). — 1, 42. « Neve occisus Augusti pronepos, interfecta Tiberii nurus nocentiores vos faciant... Divus Augustus vultu et aspectu Actiacas legiones exterruit ». — 1, 43. « Tua, Dive Auguste, caelo recepta mens... » — 1, 46. « An Augustum fessa aetate totiens in Germanias commeare potuisse, Tiberium vigentem annis sedere in senatu... ? » — 1, 50. Laeti neque procul Germani agitabant, dum iustitio ob amissum Augustum... adtinemur. — 1, 53. Eodem anno Iulia supremum diem obiit, ob impudicitiam olim a patre Augusto... clausa... Litterae..., quas Iulia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit... — 1, 54. Indulserat (histrionum) ludicro Augustus, dum Maecenati obtemperat. — 1, 58. « Ex quo a Divo Augusto civitate donatus sum »

Digitized by Google

(Loquitur Segestes). — 1, 59. « Ille inter numina dicatus Augustus » (Loquitur Arminius). — 1, 72. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis (maiestatis) tractavit. — 1, 73. Faianio obiciebat accusator, quod inter cultores Augusti, qui per omnes domos in modum collegiorum habebantur, Cassium quemdam mimum adscivisset, quodque venditis hortis statuam Augusti simul mancipasset... Rubrio crimini dabatur violatum periurio numen Augusti... (Tiberius) scripsit consulibus... Cassium histrionem solitum .. interesse ludis, quos mater sua in memoriam Augusti sacrasset — 1, 74. Addidit Hispo... in statua amputato capite Augusti effigiem Tiberii inditam. — 1, 76. Cur abstinuerit spectaculo (quodam gladiatorio Tiberius), varie trahebant,... quidam... metu conparationis, quia Augustus comiter interfuisset. — 1, 77. Divus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat. — 1, 78. Templum ut in colonia Tarraconensi strueretur Augusto, petentibus Hispanis permissum. — 2, 1. Vonones obses Augusto datus a Phraate. Nam Phraates... cuncta venerantium officia ad Augustum verterat. — 2, 2. Post finem Phraatis .. venere in urbem legati a primoribus Parthis, qui Vononem... accirent. Magnificum id sibi credidit Caesar... (Inter se rogant Parthi) ubi illam gloriam..., si mancipium Caesaris... Parthis imperitet. — 2, 3 Occiso Artaxia... datus a Caesare Armeniis Tigranes... — 2, 4. Dein iussu Augusti impositus (Armeniis) Artavasdes. — 2, 22. (Germanicus) congeriem armorum struxit superbo cum titulo. ., exercitum... ea monimenta Marti et Iovi et Augusto sacravisse. — 2, 26. (Tiberius monet Germanicum) se noviens a Divo Augusto in Germaniam missum plura consilio quam vi perfecisse. — 2, 27. Amitam (Libonis Drusi) Scriboniam, quae quondam Augusti coniunx fuerat. — 2, 37. Nepos erat oratoris Hortensii, inlectus a Divo Augusto liberalitate deciens sestertii ducere uxorem... Modo Hortensii ...imaginem, modo Augusti intuens, ad hunc modum coepit: « ... Caesar,... Q. Hortensii pronepotes, Divi Augusti alumnos ab inopia defende. » — 2, 38. (Loquitur Tiberius) « ...Dedit tibi, Hortale, Divus Augustus pecuniam »... — 2, 39. Postumi Agrippae servus nomine Clemens, comperto fine Augusti .. fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos non servili animo concepit. — 2, 41. Sacrarium genti Iuliae effigiesque Divo

Digitized by Google

Augusto apud Bovillas dicantur. — 2, 42. Rex (Cappadociae) Archelaus... Tiberium) Rhodi agentem nullo officio (coluerat)... ab intimis Augusti monitus... — 2, 43. (Piso, Cn. Pisonis pater) petitione honorum abstinuit, donec ultro ambiretur delatum ab Augusto consulatum accipere... (Germanicus) avum M. Antonium, avunculum Augustum ferens. — 2, 49. (Tiberius) deum aedes vetustate aut igni abolitas coeptasque ab Augusto dedicavit, — 2, 50. Appuleiam Varillam, sororis Augusti neptem, quia probrosis sermonibus Divum Augustum ac Tiberium et matrem eius inlusisset..., maiestatis delator arcessebat... Maiestatis crimen distingui Caesar postulavit damnarique, si qua de Augusto irreligiose dixisset. — 2, 53. Germanicus... sinus Actiaca victoria inclutos et sacratas ab Augusto manubias castraque Antonii cum recordatione maiorum suorum adiit. Namque .. ei .. avunculus Augustus .. — 2,55. Cn. Piso... oblique Germanicum perstringens, quod (civitatem Atheniensium)... comitate nimia coluisset : hos enim esse... Antonii adversus Divum Augustum socios. — 2, 59. Tiberius (Germanicum ... acerrime increpuit, quod contra instituta Augusti non sponte principis Alexandriam introisset. Nam Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis nisi permissu ingredi senatoribus aut equitibus Romanis inlustribus, seposuit Aegyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam... insedisset. — 2, 61. (Rhoemetalce) defuncto Augustus partem Thraecum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit ,. Rhescuporis... vertere in se Cotyi data..., cunctanter sub Augusto, quem auctorem utriusque regni, si sperneretur, vindicem metuebat. — 2, 71. Loquitur Germanicus apud amicos « Ostendite populo Romano Divi Augusti neptem eamdemque coniugem meam. » — 3, 4. Dies, quo reliquiae (Germanici) tumulo Augusti inferebantur... Solum Augusti sanguinem (Agrippinam appellabant Romani in funere Germanici). — 3, 5. Fuere qui... (cum exsequiis Germanici) compararent ... quae in Drusum patrem Germanici honora et magnifica Augustus fecisset. — 3, 6. (Tiberius populum) monuit edicto... referendum iam animum ad firmitudinem, ut quondam .. Divus Augustus ereptis nepotibus (abstruserit) tristitiam. — 3, 16. (In codicillis a Cn. Pisone ad Tiberium datis scriptum erat) « ... Per collegium consulatus, quondam

Digitized by Google

Divo Augusto parenti tuo probatus et tibi amicus..., salutem infelicis filii rogo » — 3, 18. Multa ex (Aurelii Cottae) sententia mitigata sunt a principe : ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando Iulli Antonii, qui domum Augusti violasset, (maneret). — 3, 23. (Lepida) destinata quondam uxor L. Caesari ac Divo Augusto nurus. — 3, 24 Vt valida Divo Augusto in rem publicam fortuna, ita domi improspera fuit ob impudicitiam filiae ac neptis, quas urbe depulit adulterosque earum morte aut fuga punivit... D. Silanus in nepti Augusti adulter, quamquam non ultra foret saevitum, quam ut amicitia Caesaris prohiberetur, exilium sibi demonstrari intellexit..... Tiberius grates agenti Silano (ob fratris reditum)... respondit se quoque laetari..., sibi tamen adversus eum integras parentis sui offensiones neque reditu Silani dissoluta, quae Augustus voluisset. — 3,25. Relatum dein de moderanda Papia Poppaea, quam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis caelibum poenis et augendo aerario sanxerat.— 3,28. Sexto demum consulatu Caesar Augustus, potentiae securus, quae triumviratu iusserat, abolevit deditque iura, quis pace et principe uteremur. — 3,29. (Tiberius) ut... munere capessendi vigintiviratus solveretur (Nero filius Germanici) et quinquennio maturius quam per leges quaesturam peteret. ., postulavit (a senatu); praetendebat sibi atque fratri decreta eadem petente Augusto. — 3,34. Drusus (commemoravit....) quotiens Divum Augustum in Occidentem atque Orientem meavisse comite Livia ! — 3,48. (Sulpicius) Quirinius... impiger militiae et acribus ministeriis consulatum sub Divo Augusto... adeptus. — 3,54. (Loquitur Tiberius).... « Tot a maioribus repertae leges, tot quas Divus Augustus tulit, illae oblivione, hae, quod flagitiosius est, contemptu abolitae securiorem luxum fecere... » — 3,56 Potestatem tribuniciam... Id summi fastigii vocabulum Augustus repperit, ne regis aut dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia praemineret... (Cum Tiberius eam potestatem, missis ad senatum litteris, Druso peteret, memoravit) esse illi... eam... aetatem, qua ipse quondam a Divo Augusto ad capessendum hoc munus vocatus (esset). — 3, 62. Aphrodisienses... et Stratonicenses dictatoris Caesaris ob vetusta in partes merita et recens Divi Augusti decretum adtulere, laudati

Digitized by Google

quod... — 3, 63. (Consules rettulerunt) petere et Cretenses (ius asyli) simulacro Divi Augusti. — 3, 64. Cum haud procul theatro Marcelli effigiem Divo Augusto Iulia (Livia) dicaret, Tiberii nomen suo postscripserat... — 3, 66. (Accusatores) C. Silanum... corripiunt obiectantque violatum Augusti numen, spretam Tiberii maiestatem. — 3, 68. Tiberius, quae in Silanum parabat, quo excusatius sub exemplo acciperentur, libellos Divi Augusti de Voleso Messalla eiusdem Asiae pro consule factumque in eum senatus consultum recitari iubet. — 3, 71. Quae principe Augusto constituta satis ostendebant annuam absentiam et provinciarum administrationem Dialibus non concedi. — 3, 72. Nec Augustus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum hostiles exuvias aut exundantes opes ornatum ad urbis et posterum gloriam conferre. — 3, 74. Concessit quibusdam et Augustus (imperatoris) vocabulum. — 3, 75. Consulatum (Ateio Capitoni) adceleraverat Augustus, ut Labeonem Antistium isdem artibus praecellentem dignatione eius magistratus anteiret. — 4, 1. (Seianus) prima iuventa Gaium Caesarem, Divi Augusti nepotem, sectatus... — 4, 3. (Livia Drusi uxor), cui avunculus Augustus..., se... municipali adultero (Seiano) foedabat. — 4, 5. Constratae naves .., quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Foroiuliense miserat. — 4, 8. (Loquitur apud senatum Tiberius) « ...Erepto Druso preces ad vos converto ..: Augusti pronepotes, clarissimis maioribus genitos, suscipite (Germanici liberos)... » — 4, 15. (Lucilio Longo, Tiberii amico), quamquam novo homini... effigiem apud forum Augusti publica pecunia patres decrevere. — 4, 16. (Disseruit Tiberius) medendum senatus decreto aut lege, sicut Augustus quaedam ex horrida illa antiquitate ad praesentem usum flexisset. — 4, 20. Saevitum... in bona (C. Silii)..., liberalitas Augusti avulsa... — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « ...Titus Livius... Cn. Pompeium, tantis laudibus tulit, ut Pompeianum eum Augustus appellaret... Antonii epistulae, Bruti contiones falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent ; carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Caesarum leguntur, sed ipse Divus Iulius, ipse Divus Augustus et tulere ista et reliquere... — 4, 36. Obiecta publice Cyzicenis incuria caerimoniarum Divi Augusti..., et amisere libertatem. . — 4. 37. (Loquitur Tiberius) «...Cum Divus Augustus sibi atque

Digitized by Google

urbi Romae templum apud Pergamum sisti non prohibuisset, ...Vanescet Augusti honor, si promiscuis adulationibus vulgatur. » — 4, 38. Perstititque (Tiberius)... aspernari talem sui cultum. Quod... quidam ut degeneris animi interpretabantur, ...melius Augustum, qui speraverit. — 4, 39. Seianus... componit ad Caesarem codicillos... : « Benevolentia patris Augusti et mox plurimis Tiberii iudiciis ita insuevisse... Quoniam audiverit Augustum in conlocanda filia non nihil etiam de equitibus Romanis consultavisse... » — 4, 40. Ad ea Tiberius laudata pietate Seiani... adiunxit : « ...At enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatus est... Sed si dubitatione Augusti movemur, quanto validius est, quod Marco Agrippae, mox mihi conlocavit?... » — 4, 42. (Tiberius) Apidium... Merulam, quod in acta Divi Augusti non iuraverat, albo senatorio erasit. — 4, 44. L. Domitium decoravit pater civili bello maris potens, donec Antonii partibus, mox Caesaris misceretur...(L. Antonium) admodum adulescentulum, sororis nepotem, seposuit Augustus in civitatem Massiliensem... — 4, 52. Agrippina... Tiberium... forte sacrificantem patri repperit. Quo initio invidiae non eiusdem ait mactare Divo Augusto victimas et posteros eius insectari. — 4, 55. Pergamenos..., aede Augusto ibi sita... — 4, 57. Inter quae... tandem (Tiberius) Caesar in Campaniam specie dedicandi templa apud Capuam Iovi, apud Nolam Augusto... Dubitaverat Augustus Germanicum... rei Romanae imponere, sed precibus uxoris evictus Tiberio Germanicum, sibi Tiberium adscivit. — 4, 67. Vltroque struebantur (a Seiano). qui monerent (Agrippinam et Neronem)... celeberrimo fori effigiem Divi Augusti amplecti populumque ac senatum auxilio vocare. — 4, 71. Iulia..., quam neptem Augustus convictam adulterii damnaverat. — 4, 75. (Cn. Domitius) aviam Octaviam et per eam Augustum avunculum praeferebat. — 5, 1. Caesar cupidine formae (Liviam) aufert marito (Tiberio Neroni), incertum an invitam, adeo properus, ut ne spatio quidem ad enitendum dato penatibus suis gravidam induxerit. Nullam posthac subolem edidit, sed sanguini Augusti per coniunctionem Agrippinae et Germanici adnexa communes pronepotes habuit. — 6, 3. At Iunium Gallionem... violenter increpuit (litteris in senatu recitatis Tiberius) : « ...Repperisse prorsus quod Divus Augustus non providerit... » — 6, 11. Augus-

Digitized by Google

tus bellis civilibus Cilnium Maecenatem equestris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit.— 6, 12. Simul commonefecit (senatum Tiberius)... sanxisse Augustum, quem intra diem ad praetorem urbanum deferrentur (libri Sibyllae) neque habere privatim liceret. — 6, 13. Addidit (Tiberius)... quibus ex provinciis et quanto maiorem quam Augustus rei frumentariae copiam advectaret. — 6, 45. (Tiberius) ne publice quidem nisi duo opera struxit, templum Augusto et scaenam Pompeiani theatri; eaque perfecta... haud dedicavit. — 6, 46. Sin extra domum successor quaereretur, (Tiberius), ne memoria Augusti, ne nomen Caesarum in ludibria et contumelias verterent metuebat. — 6, 51. (Tiberius) ubi domum Augusti privignus introiit, multis aemulis conflictatus est... Morum quoque tempora illi diversa : egregium vita famaque, quoad privatus vel in imperiis sub Augusto fuit. . — 11, 7. « Asinium et Messalam, inter Antonium et Augustum bellorum praemiis refertos... » (Loquuntur Suillius et ceteri).— 11, 11. Isdem consulibus ludi saeculares... quarto et sexagensimo, quam Augustus ediderat, spectati sunt. — 11, 25. Exhaustis etiam (familiis), quas dictator Caesar lege Cassia et princeps Augustus lege Saenia (in patriciorum numerum) sublegere. — 12, 11. (Claudius, cum legatis Parthorum ad expetendum Meherdaten missis responderet) se... Divo Augusto adaequabat, petitum ab eo regem referens... — 12, 23. Nec tamen duces Romani, quamquam magnis nationibus subactis, usurpaverant (ius pomoerii augendi), nisi L. Sulla et Divus Augustus.— 12, 25. (Pallas) stimulabat Claudium (ut L. Domitium adoptaret)...; sic apud Divum Augustum, quamquam nepotibus subnixum, viguisse privignos. — 12, 56. Lacu (Fucino) in ipso navale proelium adornatur (a Claudio), ut quondam Augustus structo trans Tiberim stagno, sed levibus navigiis et minore copia ediderat. — 12, 60. Divus Augustus apud equestres, qui Aegypto praesiderent, lege agi decretaque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani[1] constituissent. — 12, 64. (Domitia) Lepida, minore Antonia genita, avunculo Augusto... — 12, 69. Caelestesque honores Claudio decernuntur et funeris sollemne perinde ac Divo Augusto celebratur. — 13, 1.

[1] Nipperdey-Andresen : *populi Romani.*

Digitized by Google

(Iunius) Silanus Divi Augusti abnepos erat. — 13, 3. Augusto prompta ac profluens, quaeque deceret principem, eloquentia fuit. — 13, 6. « Imperatori (Neroni) quantum ad robur deesse, cum octavo decimo aetatis anno Cn. Pompeius, nono decimo Caesar Octavianus civilia bella sustinuerint ? » — 13, 19. Rubellium Plautum per maternam originem pari ac Nero gradu a Divo Augusto. — 13, 29. Augustus senatui permisit deligere praefectos (aerarii). — 13, 34. Nerone tertium consule simul iniit consulatum Valerius Messala, cuius proavum, oratorem Corvinum, Divo Augusto, abavo Neronis, collegam in eodem magistratu fuisse pauci iam senum meminerant. — 14, 15. Nemus, quod navali stagno circumposuit Augustus. — 14, 53. (Verba facit Seneca apud Neronem) : « ...Abavus tuus Augustus M. Agrippae Mytilenense secretum, C. Maecenati urbe in ipsa velut peregrinum otium permisit... » — 14, 55. Ad quae Nero sic ferme respondit : « .. Abavus meus Augustus Agrippae et Maecenati usurpare otium post labores concessit, sed in ea ipse aetate, cuius auctoritas tueretur, quidquid illud et qualecumque tribuisset ; ac tamen neutrum datis a se praemiis exuit. Bello et periculis meruerant ; in iis enim iuventa Augusti versata est... » — 15, 35. Torquatus Silanus mori adigitur, quia super Iuniae familiae claritudinem Divum Augustum abavum ferebat. — 16, 22. (Loquitur Cossutianus Capito) « Eiusdem animi est Poppaeam divam non credere, cuius in acta Divi Augusti et Divi Iulii non iurare ». — I, 11. Aegyptum copiasque, quibus coerceretur, iam inde a Divo Augusto equites Romani obtinent loco regum. — I, 15. (Verba facit apud Pisonem Licinianum Galba) « Nunc me... praeclara indoles tua et amor patriae impulit, ut principatum... bello adeptus quiescenti offeram, exemplo Divi Augusti, qui sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tiberium Neronem privignum in proximo sibi fastigio conlocavit. Sed Augustus in domo successorem quaesivit, ego in republica. — I, 18. (Galba) apud frequentem militum contionem... adoptari a se Pisonem exemplo Divi Augusti... pronuntiat. — I, 50. « Mansisse Gaio Iulio, mansisse Caesare Augusto victore imperium... » — I, 89. Ex quo Divus Augustus res Caesarum composuit, procul et in unius sollicitudinem aut decus populus Romanus bellaverat. — I, 90. Quasi dictatorem

Digitized by Google

Caesarem aut imperatorem Augustum prosequerentur, ita studiis votisque certabant. — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Non adversus Divi Augusti acerrimam mentem... exsurgimus ». — III, 66. « Non a Caesare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumes relictos. » — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) « Caeso Quintilio Varo pulsam e Germania servitutem, nec Vitellium principem, sed Caesarem Augustum bello provocatum ». — IV, 23. Illis hibernis obsideri premique Germanias Augustus crediderat... — IV, 48. Legio in Africa auxiliaque tutandis imperii finibus sub Divo Augusto Tiberioque principibus proconsuli parebant. — IV, 57. (Testatur apud duces Gallorum Dillius Vocula) melius Divo Iulio Divoque Augusto notos eorum animos ; Galbam et infracta tributa hostiles spiritus induisse. — V, 9. Regnum (Iudaeorum) ab Antonio Herodi datum victor Augustus auxit. Post mortem Herodis, nihil exspectato Caesare, Simo quidam regium nomen invaserat. — *F*, 4. (Sene Augusto Ianus patefactus... usque ad Vespasiani duravit imperium). — *G*, 37. Germani ... Varum tresque cum eo legiones etiam Caesari abstulerunt. — *A*, 13. Longa oblivio Britanniae etiam in pace : consilium id Divus Augustus vocabat, Tiberius praeceptum. — *O*, 13. « Malo securum et quietum Vergilii secessum, in quo tamen neque apud Divum Augustum gratia caruit... Testes Augusti epistulae... Populus... auditis in theatro Vergilii versibus surrexit universus et forte praesentem spectantemque Vergilium veneratus est sic quasi Augustum. » — 17. « Quo anno Divus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit. Statue sex et quinquaginta annos, quibus mox Divus Augustus rem publicam rexit... Proximo quidem congiario ipsi vidistis plerosque senes, qui se a Divo quoque Augusto semel atque iterum accepisse congiarium narrabant. Ex quo colligi potest et Corvinum ab illis et Asinium audiri potuisse. Nam Corvinus in medium usque Augusti principatum, Asinius paene ad extremum duravit. » — 28. « Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam Augusti praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. » — 38. « Non... ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus (legitur), exceptis orationibus Asinii, quae pro heredibus Vrbiniae inscribuntur, ab ipso tamen Pollione mediis Divi Augusti tempo-

Digitized by Google

ribus habitae, postquam longa temporum quies... et maxime principis disciplina ipsam quoque eloquentiam sicut omnia alia pacaverat[1]. »

AVGVSTVS, v. A. VITELLIVS.

AVGVSTVS (MENSIS), v. SEXTILIS.

AVGVSTVS MONS. — 4, 64. Adduntur sententiae, ut mons Caelius in posterum Augustus appellaretur.

* AVIONA, v. AVONA.

AVIONES. — *G*, 40. (Inter Sueborum gentes adnumerantur)... Aviones...

AVITVS, v. DVVIVS AVITVS.

AVONA. — 12, 31. (P. Ostorius) cuncta... castris Avonam[2] *inter* et Sabrinam fluvios (Britanniae) cohibere parat.

AVRELIA. — *O*, 28. « Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam Augusti praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. »

L. (AVRELIVS) COTTA, v. L. COTTA.

M. AVRELIVS, AVRELIVS COTTA[3]. — 3, 2. Consules M. Valerius et M. Aurelius[4], iam enim magistratum occeperant, et senatus ac magna pars populi viam complevere (in exsequiis Germanici). — 3, 17. Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta consul... (in causa Cn. Pisonis) censuit...

(M. AVRELIVS) COTTA MESSALINVS, v. COTTA MESSALINVS.

AVRELIVS COTTA[5]. — 13, 34. Aurelio quoque Cottae et Haterio Antonino annuam pecuniam statuit princeps (Nero), quamvis per luxum avitas opes dissipassent.

(AVRELIVS FVLVVS), FVLVVS AVRELIVS[6]. — 1, 79. Postquam (Rhoxolanos in Moesia caesos esse) Romae compertum, Fulvus[7]

[1] V. etiam 2, 82; 3, 12; 6, 39; 12, 6; I, 49.

[2] M : *antonam*. Corr. Mannert. — Glück : *Abonam;* Camden : *Aufonam;* Haase : *Avionam*. — Hodie *Avon*. Alii (cf. Nipperdey-Andresen) diversa coniectura corrigunt : *Trisantonam*, hodie *Tern*.

[3] Secutus sum Nipperdeium, qui hunc filium (M. Aurelii) Cottae Messalini esse statuit. Klebs autem ipsum Cottam Messalinum hic intellegendum esse contendit in Prosop., 1236.

[4] M : *c. aurelius*. Corr. Panvinius ex titulis. Cf. Nipperdey-Andresen.

[5] Prosop., 1235. Filius vel nepos (M. Aurelii) Cottae Messalini, ut videtur.

[6] Prosop., 1255. Avus imperatoris Antonini Pii.

[7] M : *faluius;* corr. Borghesi.

Digitized by Google

Aurelius[1] et Iulianus Tettius ac Numisius Lupus, legati legionum, consularibus ornamentis donantur.

(AVRELIVS PIVS), PIVS AVRELIVS, AVRELIVS. — 1, 75. Inter quae Pius Aurelius senator questus mole publicae viae ductuque aquarum labefactas aedes suas... Subvenit Caesar (Tiberius) pretiumque aedium Aurelio tribuit.

(AVRELIVS SCAVRVS), SCAVRVS AVRELIVS[2]. — *G*, 37. Germani (Cimbri) Carbone et Cassio et Scauro Aurelio et Servilio Caepione Cn. quoque Manlio fusis vel captis quinque simul consulares exercitus populo Romano. . abstulerunt.

AVRIANA[3] ALA. — III, 5. Sextilius Felix cum ala Auriana[4]... ac Noricorum iuventute ad occupandam ripam Aeni fluminis... missus.

* AVRINIA, v. ALBRVNA.

* Q. AVTERIVS, Q. AVTVRIVS, v. Q. HATERIVS.

AVZEA. — 4, 25. Numidas apud castellum semirutum, ab ipsis quondam incensum, cui nomen Auzea, ...consedisse, fisos loco, quia vastis circum saltibus claudebatur.

BACCHAE. — 11, 31. Messalina... simulacrum vindemiae per domum celebrabat... ; et feminae pellibus accinctae adsultabant ut sacrificantes vel insanientes Bacchae; ipsa crine fluxo thyrsum quatiens...

BACTRIANVS (sing. coll.). BACTRIANI CAMPI. — 2, 60. Regem Rhamsen Libya, Aethiopia, Medisque et Persis et Bactriano ac Scytha potitum... — 11, 8. Coactus ...Vardanes omittere Seleuciam Bactrianos apud campos castra contulit.

BADVHENNA. — 4, 73. Mox compertum a transfugis nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennae[5] vocant (Frisii), pugna in posterum extracta confectos.

BAEBIVS MASSA, MASSA BAEBIVS[6]. — IV, 50. Piso (pro consule Africae) interficitur. Namque aderat, qui nosceret, Baebius Massa e procuratoribus Africae, iam tunc optimo cuique

[1] RITTER[2] : « Fortasse *Fulvius Aurelianus.* »
[2] M. Aurelius Scaurus, cos. a. 646 = 108.
[3] Ab ignoto quodam Aurio praefecto dicta.
[4] Rhenanus : *Tauriana*. Sed ala Tauriana in partibus Vitellii erat.
[5] Muellenhoff : *Baduennae.*
[6] PROSOP., 20. — Vulg. cum dett. : *Bebius.*

Digitized by Google

exitiosus et inter causas malorum, quae mox tulimus, saepius rediturus. — *A*. 45. Massa Baebius... tum reus erat.

BAETASII[1]. — IV, 56. Claudius Labeo... quosdam Nerviorum Baetasiorumque in arma traxit. — IV, 66. Civilis... occupatis... Sunucis..., quo minus ultra pergeret, Claudius Labeo Baetasiorum[2] Tungrorumque et Nerviorum tumultuaria manu restitit... Civilis Baetasios[3] quoque ac Nervios in fidem acceptos copiis suis adiunxit.

BAETICA. — I, 53. (Alienum Caecinam) Galba quaestorem in Baetica impigre in partes suas transgressum legioni praeposuit. — I, 78. (Otho) provinciae Baeticae[4] Maurorum civitates dono dedit.

BAIAE. — 11, 1. (Valerius Asiaticus) repertus est apud Baias vinclisque inditis in urbem raptus. — 13, 21. (Loquitur Agrippina) « Baiarum suarum piscinas extollebat (Domitia) cum meis consiliis adoptio... et cetera apiscendo imperio praepararentur (Neroni). » — 14, 4. Quinquatruum festos dies apud Baias frequentabat (Nero). Illuc matrem elicit... Satis constitit exstitisse proditorem et Agrippinam auditis insidiis, an crederet ambiguam, gestamine sellae Ba*ias*[5] pervectam.— 15, 52. Coniuratis... placitum maturare caedem (Neronis) apud Baias in villa (C) Pisonis...

BAIANVS LACVS. — 14, 4... Baulos. Id villae nomen est, quae promunturium Misenum inter et Baianum lacum flexo mari adluitur.

BALBI[6]. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Num paenitet Balbos ex Hispania... (Romam) transivisse ? »

*C. BALBILLVS, v. TI. BALBILLVS.

[1] Vulg. : *Betasii.*
[2] M : *betasiorum.*
[3] M : *bettasios.*
[4] M : *belicae.*
[5] M : *baulos.* Corr. Puteolanus. « Antio Agrippina Liburnica vecta Baulos venit; ibi a Nerone in litore obvio excepta in eam villam ducta est. Cumque inde Baias aut terra aut mari profecturi essent, Agrippina insidiis forte auditis sella vehi maluit. Tandem Baulos reversura, blandimentis victa, navem fallacem conscendit » (Pichena).
[6] Cornelii Balbi.

Digitized by Google

TI. BALBILLVS[1]. — 13, 22. Aegyptus *Ti*[2]. Balbillo (Agrippinae amico permittitur).

BALBVS[3]. — 3, 72. Nec Augustus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum hostiles exuvias aut exundantes opes ornatum ad urbis et posterum gloriam conferre.

BALEARES. — 13, 43. (P. Suillius) in insulas Baleares pellitur.

BARBIVS PROCVLVS[4]. — 1, 25. (Otho) e libertis Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum tesserarium speculatorum et Veturium... perductos, postquam vario sermone callidos audacesque cognovit...

*BARDANES, v. VARDANES.

BAREA SORANVS, SORANVS, BAREA[5]. — 12, 53. Pallanti... praetoria insignia et centiens quinquagiens sestertium censuit consul designatus Barea Soranus. — 16, 21. Ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit interfecto Thrasea Paeto et Barea Sorano, olim utrisque infensus. — 16, 23. At Baream Soranum iam sibi Ostorius Sabinus eques Romanus poposcerat reum ex proconsulatu Asiae, in quo offensiones principis auxit iustitia atque industria... Sed crimini dabatur amicitia (Rubellii) Plauti. — 16, 30. Atque interim Ostorius Sabinus, Sorani accusator, ingreditur orditurque de amicitia Rubellii Plauti, quodque proconsulatum Asiae Soranus popularitate sibi potius adcommodatum quam ex utilitate communi egisset, alendo seditiones civitatium. — 16, 32. Loquentis adhuc verba excipit (filiae) Soranus proclamatque... Quantum misericordiae saevitia accusationis permoverat, tantum irae P. Egnatius testis concivit. Cliens hic Sorani, et tunc emptus ad opprimendum amicum... — 16, 33. (Cassius Asclepiodotus), quo obsequio florentem Soranum celebraverat, labantem non deseruit... Thraseae Soranoque et Serviliae datur mortis arbitrium. — IV, 7. (Testatur Helvidius Priscus) fuisse Vespasiano amicitiam cum Thrasea, Sorano, Sen-

[1] Ti. Claudius Balbillus. Prosop., C. 662.

[2] M : *g*. Corr. Labus et Nipperdey collatis titulis. Cf. Nipperdey-Andresen. — Ritter[2] : *Claudio Balbillo.*

[3] L. Cornelius Balbus, filius fratris Cornelii Balbi maioris. Prosop., C., 1073.

[4] Prosop., 43.

[5] Prosop., 46. — Hübner, *Ephem. epig*, II, 45 sq. existimat *Soranum* esse gentilicium. Aliter sentit Macke, II, 16 sq.

Digitized by Google

tio... — IV, 10. Tum invectus est Musonius Rufus in P. Celerem, a quo Baream Soranum falso testimonio circumventum arguebat... Sorani sancta memoria (erat); Celer professus sapientiam, dein testis in Baream, proditor corruptorque amicitiae .. — IV, 40. Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum et P. Celerem placuit damnatusque Publius et Sorani manibus satisfactum[1].

BARGIORAS, v. IOANNES BARGIORAS.

BARIVM. — 16, 9. (L.) Silanus... municipio Apuliae, cui nomen Barium est, clauditur.

BASILIDES[2]. — II, 78. (Divo Carmelo) sacrificanti Vespasiano... Basilides sacerdos inspectis identidem extis...

BASILIDES[3]. — IV, 82. (Vespasianus) ingressus (templum Serapidis) intentusque numini respexit pone tergum e primoribus Aegyptiorum nomine Basiliden, quem procul Alexandria... aegro corpore detineri haud ignorabat. Percontatur sacerdotes, num illo die Basilides templum inisset... Tunc divinam speciem et vim responsi ex nomine Basilidis interpretatus est.

BASSVS, v. CAESELLIVS BASSVS, LVCILIVS BASSVS.

BASTARNAE. — 2, 65. (Rhescuporis) scripsit ad Tiberium... Simul bellum adversus Bastarnas[4] Scythasque praetendens... — *G.* 46. Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede ac domiciliis ut Germani agunt.

BATAVODVRVM. — V, 20. Praesidia... Civilis quadripertito (invasit)..., legionem... secundam Batavoduri... Interim Germanorum manus Batavoduri interrumpere inchoatum pontem nitebantur.

BATAVI, BATAVVS. — 2, 6. Insula Batavorum, in quam convenirent (naves a Germanico fabricatae), praedicta ob faciles adpulsus... — 2, 8. Postremum auxiliorum agmen Batavique in parte ea, dum insultant aquis artemque nandi ostentant, turbati et quidam hausti sunt. — 2, 11. Chariovalda dux Batavorum (in exercitu Germanici merentium). — I, 59. Iulius deinde Civilis periculo exemptus (a Vitellio), praepotens inter Batavos, ne sup-

[1] V. etiam 16, 31.
[2] Prosop., 52.
[3] Prosop., 51.
[4] M : *basternas*. Corr. Rhenanus. — « *Bastarnae* hat das *Mon. Anc.*, V, 5, u Orelli, 750 » (Nipperdey-Andresen).

Digitized by Google

plicio eius ferox gens alienaretur. Et erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes, quartae decimae legionis auxilia... — I, 64. Iurgia primum, mox rixa inter Batavos et legionarios... prope in proelinm exarsere, ni (Fabius) Valens animadversione paucorum oblitos iam Batavos imperii admonuisset. — II, 17. Inritabat quin etiam Batavos Transrhenanosque Padus ipse, quem repente contra Placentiam transgressi... — II, 22. Iulius Briganticus... praefectus alae in Batavis genitus. — II, 27. Cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quarta decima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu in civitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas rettulimus, superbe agebant... — II, 28. (Fabius Valens) cura socios (Galliae Narbonensis) tuendi et militari astu cohortes turbidas ac, si una forent, praevalidas dispergendi, partem Batavorum ire in subsidium iubet. — II, 43. Accessit (Vitellianis) recens auxilium, Varus Alfenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam oppositae cohortes in ipso flumine trucidaverant; ita victores latus hostium invecti. — II, 66. Remitti (quartadecimanos) in Britanniam... placuit (Vitellio) atque interim Batavorum cohortes una tendere ob veterem adversus quartadecimanos discordiam .. Augustae Taurinorum, dum opificem quemdam Batavus ut fraudatorem insectatur, legionarius ut hospitem tuetur, sui cuique commilitones adgregati a conviciis ad caedem transiere. Et proelium atrox exarsisset, ni duae praetoriae cohortes causam quartadecimanorum secutae his fiduciam et metum Batavis fecissent; quos Vitellius agmini suo iungi ut fidos .. iubet. — II, 69. Batavorum cohortes, ne quid truculentius auderent, in Germaniam remissae; principium interno simul externoque bello parantibus fatis. — II, 97. Perinde legati provinciaeque cunctabantur (auxilia Vitellio mittere), Hordeonius Flaccus suspectis iam Batavis anxius proprio bello. — IV, 12. Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Chattorum, seditione domestica pulsi extrema Gallicae orae vacua cultoribus simulque insulam iuxta sitam occupavere .. — IV, 14. Iussu Vitellii Batavorum iuventus ad dilectum vocabatur... — IV. 15. Canninefates..., gens... origine, lingua, virtute par Batavis; numero superantur. Mox occultis nuntiis (Iulius Civilis) pellexit Britannica auxilia, Batavorum cohortes missas in Germaniam, ut supra rettulimus, ac tum

Digitized by Google

Mogontiaci agentes. — IV, 16. (Idem), ubi insidiae parum cessere, ad vim transgressus Canninefates, Frisios, Batavos propriis cuneis componit... Pars remigum e Batavis tamquam imperitia officia nautarum propugnatorumque impediebant... — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) « Batavos, quamquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepisse... ». — IV, 18. Expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batavorum insula Romanum nomen trepidi nuntii adferebant. . (Munius) Lupercus legionarios e praesentibus... raptim transmisit, addita Batavorum ala, quae iam pridem corrupta fidem simulabat... Nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala transfugiens statimque in nos versa .. Praefectus alae Batavorum Claudius Labeo, oppidano certamine aemulus Civili... — IV, 19. Isdem diebus Batavorum et Canninefatium cohortes, cum iussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius adsequitur... (Hordeonius Flaccus) scripsit Herennio Gallo legionis primae legato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret transitu Batavos. — IV, 20, Batavi, cum castris Bonnensibus propinquarent, praemisere, qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret... Tria milia legionariorum et tumultuariae Belgarum cohortes... Batavos numero impares (circumfundunt). — IV, 21. Quae ubi relata Civili, incensus ira universam Batavorum gentem in arma rapit... — IV, 22. Civilis medium agmen cum robore Batavorum obtinens... — IV, 23. Batavi Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quaeque gens consistunt. — IV, 24. (Milites Romani) fremebant emissas a Mogontiaco Batavorum cohortes, dissimulatos Civilis conatus... — IV, 25. Miles culpam cladis in Hordeonium vertebat : eius iussu derectam adversus Batavos aciem, tamquam a Mogontiaco legiones sequerentur. — IV, 28. Machinas molemque operum Batavis delegat (Civilis) ; Transrhenanos... — IV, 30. Eduxerant Batavi turrim duplici tahulato. — IV, 32. (Loquitur Civilis) « En ego praefectus unius cohortis et Canninefates Batavique, exigua Galliarum portio... » — IV, 33. Fortissimus quisque e Batavis, quantum peditum erat, funduntur ; eques evasit .. — IV, 56. Claudius Labeo.. pollicitus (Dillio Voculae)..., iturum in Batavos et potiorem civitatis partem ad societatem Romanam retracturum, accepta peditum equitumque modica manu nihil apud Batavos ausus... — IV, 58. (Contionatur apud milites Vocula) « Signum

Digitized by Google

belli Batavus dabit? » — IV, 61. (Iulius Civilis) neque se neque quemquam Batavum in verba Galliarum adegit. — IV, 66. Civilis... intulit se agmini Tungrorum et clara voce : « Non ideo, inquit, bellum sumpsimus, ut Batavi et Treveri gentibus imperent ; procul haec a nobis adrogantia. » — IV, 73. (Verba facit apud Treveros et Lingonas Petilius Cerialis) « An vos cariores Civili Batavisque et Transrhenanis gentibus creditis, quam maioribus eorum patres avique vestri fuerunt ? » — IV, 77. Dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri Tencterique. . adsiluere. — IV, 78. Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant, Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam instigantes. — IV, 79. Circumsteterat Civilem et alius metus, ne quarta decima legio adiuncta Britannica classe adflictaret Batavos, qua Oceano ambiuntur, — IV, 85. (Verba facit apud Domitianum Mucianus) « Si status imperii aut salus Galliarum in discrimine verteretur, debuisse Caesarem in acie stare ; Canninefates Batavosque minoribus ducibus delegandos. — V, 15. Igitur lacessentibus Batavis ferocissimo cuique nostrorum coeptum certamen... — V, 16. Civilis... cuneis adstitit : Batavi Cugernique in dextro ; laeva ac propiora flumini Transrhenani tenuere. — V, 17. Nec Civilis silentem struxit aciem, locum pugnae testem virtutis ciens : stare Germanos Batavosque super vestigia gloriae... — V, 19. (Civilis) non... ausus oppidum Batavorum [1] armis tueri, raptis, quae ferri poterant, ceteris iniecto igni, in insulam concessit. — V, 23. Cerialis insulam Batavorum hostiliter populatus... — V, 24. Cerialis per occultos nuntios Batavis pacem, Civili veniam ostentans, Velaedam propinquosque monebat fortunam belli : ... caesos Treviros, receptos Vbios, ereptam Batavis patriam... — V, 25. Concussa Transrhenanorum fide inter Batavos quoque sermones orti : « ... Sin populum Romanum armis vocent, quotam partem generis humani Batavos esse ?... Tunc infensos Batavis deos, cum obsiderentur legiones, interficerentur legati... » — *G*, 29. Omnium harum gentium virtute praecipui Batavi non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colunt, Chattorum quondam populus et seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent... Mattiaco-

[1] Lipsius *Batavodurum* legendum censebat.

Digitized by Google

rum gens... cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terrae suae solo et caelo acrius animantur. — *A*, 36. Agricola Batavorum cohortes *tres* ac Tungrorum duas cohortatus est, ut rem ad mucrones ac manus adducerent... Igitur ut Batavi miscere ictus, ferire umbonibus, ora fodere et... erigere in colles aciem coepere...

BATAVVS (adiect.) — 2, 6. Rhenus... apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur. — IV, 17. « Batavo equite protritos Aeduos Arvernosque (Vindicis milites) ». — IV, 21. « Proinde perfuga Batavus (Iulius Civilis) arbitrium rerum Romanarum non ageret. » — V, 18. Inter quae perfuga Batavus adiit Cerialem, terga hostium promittens, si...

BATHYLLVS[1]. — 1, 54. Maecenati effuso in amorem Bathylli (histrionis).

BAVLI. — 14, 4. (Nero) venientem (Agrippinam) .. obvius in litore, nam Antio adventabat, excepit manu et complexu ducitque Baulos. Id villae nomen est, quae promunturium Misenum inter et Baianum lacum flexo mari adluitur[2].

* BEBIVS MASSA, v. BAEBIVS MASSA.

* BEBRIACVM. v. BEDRIACVM.

BEDRIACENSIS. — II, 66 (Quartadecimani) se victos abnuebant; quippe Bedriacensi acie vexillariis tantum pulsis vires legionis non adfuisse. — II, 70. Inde Vitellius Cremonam flexit et... insistere Bedriacensibus campis ac vestigia recentis victoriae lustrare oculis concupivit... — II, 86. At in Pannonia tertia decima legio ac septima Galbiana, dolorem iramque Bedriacensis pugnae retinentes... — III, 27. (Antonius Primus castrorum Vitellianorum expugnandorum) vallum portasque legionibus attribuit... Proxima Bedriacensi viae tertiani septimanique sumpsere...

BEDRIACVM[3].— II, 23. (Annius Gallus)... legionem (primam) .. Bedriaci sistit. Inter Veronam Cremonamque situs est vicus, duabus iam Romanis cladibus notus infaustusque. — II, 39. Promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit (Salvio Titiano

[1] Prosop., 72.

[2] V. etiam 14, 5, 8.

[3] *Bebriacum*, vulg. ante Lipsium ex dett. Eadem scriptura apud Plinium, Iuvenalem, Hieronymum, Iuv. schol., alios occurrit. — *Betriacum* habent Suetonius, Plutarchus, alii. — Cf. Forbiger, III, 405.

Digitized by Google

et Licinio Proculo), adeo imperite, ut quamquam verno tempore anni et tot circum amnibus penuria aquae fatigarentur. — II. 44. Et media acie perrupta fugere passim Othoniani Bedriacum petentes... Praetorianus miles... fremebat: ...magnam exercitus (Othoniani) partem Bedriaci remansisse... — II, 45. At Vitellianus exercitus ad quintum a Bedriaco lapidem consedit... — II, 49. Quidam militum iuxta rogum Othonis interfecere se... caritate principis. Ac postea promiscue Bedriaci, Placentiae aliisque in castris celebratum id genus mortis. — II, 50. Die quo Bedriaci certabatur... — II, 57. Vitellius... paucorum dierum iter (a Germania) progressus prosperas apud Bedriacum res ac morte Othonis concidisse bellum accepit. — III. 15. (Antonius Primus) universo cum exercitu secundis a Verona castris Bedriacum venit. Postero die... ipse cum quattuor milibus equitum ad octavum a Bedriaco progressus... — III, 20. (Antonius Primus) lixas calonesque cum recentissimis equitum Bedriacum mittit, copias ceteraque usui adlaturos. — III, 26. Sin Bedriacum redirent (Flaviani), intolerandus tam longi itineris labor, et victoria ad inritum revolvebatur. — III, 31. Subiit recordatio illos esse, qui nuper Bedriaci victoriae temperassent.

BELGAE. — 1, 34. Germanicus... Sequanos proximos et Belgarum civitates in verba (Tiberii) adigit. — 1, 43. « Neque enim di sinant, ut Belgarum quamquam offerentium decus istud et claritudo sit, subvenisse Romano nomini, compressisse Germaniae populos. » — 3, 40. Componunt Florus Belgas, Sacrovir propiores Gallos concire.— IV, 17 (Verba facit apud Gallos Iulius Civilis) « Ne Vindicis aciem cogitarent : ... fuisse inter Verginii auxilia Belgas... » — IV, 20. Tria milia legionariorum et tumultuariae Belgarum cohortes... Batavos numero impares (circumfundunt)... Cedentibus Belgis pellitur legio, et vallum portasque trepidi petebant. — IV, 37. Vitellii tamen imagines in castris et per proximas Belgarum civitates repositae, cum iam Vitellius occidisset. — IV, 70. (Iulius) Civilis avia Belgarum circumibat... — IV, 71. Pars equitum... nobilissimos Belgarum, in quis ducem (Iulium) Valentinum, cepit.— IV, 76. Civilis (censebat) opperiendas Transrhenanorum gentes... Gallos quid aliud quam praedam victoribus ? Et tamen, quod roboris sit, Belgas, secum palam aut voto stare.

BELGICA. — 13, 53. Aelius Gracilis Belgicae legatus. — I, 12. Pom-

Digitized by Google

peii Propinqui procuratoris e Belgica litterae (ad Galbam) adferuntur. — I, 58. Pompeius Propinquus procurator Belgicae statim interfectus (a Vitellianis). — I, 59. Accessere partibus (Vitellii) Valerius Asiaticus Belgicae provinciae legatus.

BELIVS. — V, 7. Belius[1] amnis Iudaico mari inlabitur, circa cuius os lectae harenae admixto nitro in vitrum excocuntur. Modicum id litus et egerentibus inexhaustum.

* BELVS, v. BELIVS.

BENEVENTVM. — 15, 34. (Nero) petiturus... maris Hadriae traiectus Beneventum... consedit.

BERENICE[2]. — II, 2. Fuerunt qui accensum desiderio Berenices[3] reginae vertisse iter (Titum) crederent ; neque abhorrebat a Berenice[4] iuvenilis animus, sed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum. — II, 81. Nec minore animo regina Berenice partes iuvabat, florens aetate formaque et seni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata.

* BERONICE, v. BERENICE.

* BERITVS, v. BERYTVS.

* BERVVS CHILO[5], v. BETVVS CHILO.

BERYTVS. — II, 81. Consilium de summa rerum Beryti habitum (a Vespasiano et Muciano).

L. BESTIA[6]. — *O.* 39. « Satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium concursu totius civitatis et accusatos et defensos. »

* BETASII, v. BAETASII.

BETVVS CHILO[7]. — I, 37. (Loquitur Otho) : « ... Quam gloriam ad principatum adtulit (Galba), nisi occisi... Betui Chilonis in Gallia... ? »

[1] **M** : *bel Ius (bellus*, 2 m.). Rhenanus corr. : *Belus*, quae est nominis scriptura apud Plinium (*H. N.*, 5, 75 ; 36, 190). Cum vero apud Iosephum (*B. I.* 2, 10, 2) legatur Βήλεος, Orelli-Meiser maluit *Belius*, quod archetypum Medicei habuisse manifestum est.

[2] Iulia Berenice. Prosop., I, 431.

[3] **M** : *beronices*. Corr. Lipsius.

[4] **M** : *beronice*. Corr. Lipsius.

[5] **M** : *beriti*. Corr. Rhenanus. Cf. Forbiger, II, 668.

[6] L. Calpurnius Bestia in petitione praeturae de ambitu accusatus a. 698 = 56. Cf. Orelli, *Onomasticon Tullianum*.

[7] Prosop., 104 : « *Cilo* scribendum videtur ». Cf. *C. I. L.*, XI, 1941. — *Berrus Chilo*, *Vettius Chilo*, veteres editiones ante Iac. Gronovium.

Digitized by Google

BIBACVLVS[1]. — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) : « Carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Caesarum leguntur ».

* BIBONES, v. VBII (13, 57).

* BIBVLLIVS, v. VIBVLLIVS.

C BIBVLVS[2]. — 3. 52. Incipiente C. Bibulo ceteri quoque aediles disseruerunt sperni sumptuariam legem...

BINGIVM. — IV, 70. (Iulius) Tutor... vitato Mogontiaco Bingium concessit, fidens loco, quia pontem Navae fluminis abruperat.

BITHYNI. — 12, 22. Damnatus... lege repetundarum Cadius Rufus accusantibus Bithynis. — 14, 46. Damnatus isdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum Bithynis interrogantibus. — 16, 33. (Cassius Asclepiodotus) magnitudine opum praecipuus inter Bithynos.

BITHYNIA. — 1, 74. Granium Marcellum praetorem Bithyniae. — 16, 18. (T. Petronius) pro consule... Bithyniae et mox consul vigentem se ac parem negotiis ostendit.

BITHYNVM MARE. — 2, 60. Regem Rhamsen (regiones)... inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuisse.

BLAESI[3]. — 6, 40. Duo Blaesi[4] voluntario exitu cecidere... (Tiberius) Blaesis sacerdotia, integra eorum domo destinata, convulsa distulerat, tunc ut vacua contulit in alios, quod signum mortis intellexere et exsecuti sunt.

BLAESVS, v. IVNIVS BLAESVS (*A* et *B*).

BLAESVS[5]. — 1, 29. Rursum idem Blaesus (Iunii Blaesi legati Pannoniae filius)... ad Tiberium (mittitur, qui desideria militum perferat). — 3, 74. Alio latere, ne Cirtensium pagi impune traherentur (a Tacfarinate), propriam manum Blaesus filius (Iunii Blaesi proconsule Africae) duxit[6].

BLITIVS CATVLINVS. — 15, 71. Cluvidieno Quieto,... Blitio Catulino..., velut in agmen et numerum, Aegaei maris insulae permittuntur.

[1] M. Furius Bibaculus.

[2] C. (Calpurnius) Bibulus. Hoc uno Taciti loco notus.

[3] Intellegendi sunt (Q. Iunius) Blaesus et eius frater minor, filii (Q.) Iunii Blaesi (*A*). Prosop., I. 477 et 480.

[4] M : *blaesii*. Corr. Aurelius.

[5] Duos novimus Q. Iunii Blaesi filios, ex quibus unus praenomen *Quinti* habuit. Vter intellegendus sit, nescimus. Cf. Prosop., I., 477 et 480.

[6] V. etiam 1, 19.

Digitized by Google

*BOADICEA, v. BOVDICCA.

BOCCHORIS. — V, 3. Plurimi auctores consentiunt orta per Aegyptum tabe. . regem Bocchorim addito Hammonis oraculo remedium petentem purgare regnum et id genus hominum (Iudaeos) ut invisum deis alias in terras avehere iussum.

BODOTRIA. — A, 23. Clota et Bodotria diversi maris aestibus per immensum revectae angusto terrarum spatio dirimuntur; quod tum praesidiis (ab Agricola) firmabatur... — 25. (Agricola) amplexus civitates trans Bodotriam sitas... Regrediendumque citra Bodotriam et excedendum potius quam pellerentur, ignavi... admonebant.

BOIHAEMVS. — G. 28. Inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boii tenuere. Manet adhuc Boihaemi[1] nomen significatque loci veterem memoriam quamvis mutatis cultoribus.

BOII. — II, 61. Mariccus quidam e plebe Boiorum. — G, 28. Inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere. — 42. Praecipua Marcomanorum gloria viresque, atque ipsa etiam sedes pulsis olim Boiis virtute parta.

BOIOCALVS. — 13, 55. Aderat... (Ampsivariis) clarus per illas gentes et nobis quoque fidus nomine Boiocalus, vinctum se rebellione Cherusca iussu Arminii referens, mox Tiberio, Germanico ducibus stipendia meruisse et quinquaginta annorum obsequio id quoque adiungere quod gentem suam dicioni nostrae subiceret... — 13, 56. Haec in publicum Ampsivariis respondit (Duvius Avitus), ipsi Boiocalo ob memoriam amicitiae daturum agros. Quod ille ut proditionis pretium aspernatus addidit : « Deesse nobis terra in vitam, in qua moriamur, non potest ».

BONNA. — IV, 19. Herennio Gallo legionis primae legato, qui Bonnam obtinebat. — IV, 25. Sic mitigatis animis Bonnam, hiberna primae legionis, ventum... Motusque Bonna exercitus in coloniam Agrippinensem. — IV, 70. Legiones a Novaesio Bonnaque in Treviros, ut supra memoravimus, traductae... — IV, 77, Captarum apud Novaesium Bonnamque legionum... — V, 22. (Petilius Cerialis) profectus Novaesium Bonnamque

[1] **A B** : *boihemi* : **C** : *boiemi*. Corr. Muellenhoff.

Digitized by Google

ad visenda castra, quae hiematuris legionibus erigebantur, navibus remeabat...

BONNENSE. — IV, 20. Batavi, cum castris Bonnensibus propinquarent, praemisere, qui Herennio Gallo mandata. . exponeret... (Iidem) victores... Bonnense proelium excusabant, tamquam... — IV, 62. Duplicatur flagitium, postquam desertis Bonnensibus castris altera se legio miscuerat[1].

BONONIENSIS COLONIA, BONONIA. — 12, 58. Eodem (Nerone) oratore Bononiensi coloniae igni haustae subventum centiens sestertii largitione. — II, 53. (Post Bedriaci proelium senatores Mutinae ab Othone relicti) rediere omnes Bononiam... Bononiae, divisis per itinera, qui recentissimum quemque percontarentur, (de morte Othonis certiores facti sunt).— II, 67. Tertiadecimani struere amphitheatrum iussi ; nam Caecina Cremonae, Valens Bononiae spectaculum gladiatorum edere parabant. — II, 71. Exin Bononiae a Fabio Valente gladiatorum spectaculum editur.

* BOODICIA, v. BOVDICCA.

BORESTI. — 1, 38. (Agricola) in fines Borestorum[2] exercitum deducit.

BOSPORANI. — 12, 16. Composito agmine incedunt, cuius frontem et terga Aorsi, media cohortes et Bosporani tutabantur nostris in armis.

BOSPORANVS, VM. — 12, 15. Mithridates Bosporanus amissis opibus vagus. — 12, 63. (Claudius Byzantios) Thraecio Bosporanoque bello recens fessos iuvandosque rettulit.

BOSPORVS. — 12, 15. Iam iamque Bosporum invasurus habebatur (Mithridates).

BOVDICCA[3]. — 14, 31. Rex Icenorum Prasutagus... Caesarem heredem duasque filias scripserat, tali obsequio ratus regnumque et domum suam procul iniuria fore... Quod contra vertit... Iam primum uxor eius Boudicca[4] verberibus adfecta et filiae stu-

[1] V. etiam IV, 72.

[2] Vulg. : *Horestorum*.

[3] Prosop., 122.

[4] M : *boodicia*. Corr. Haase. — « *Boudicca* ist der richtige Name, wie die Formen *Bodicca* in Inschriften (*C. I. L.*, VIII, 2877; Bramb., *C. I. R.*, 745), *Bodicus*, *Budic* Gloeck, *Kelt. Nam. bei Caes.*, 54 zeigen » Nipperdey-Andresen . — Dio, 62, 2, 6, 7, 8 et 12 : Βουδουίκκα vel Βοδουίκκα. — Vulg. : *Boudicca*; Oberlin : *Boadicea*.

Digitized by Google

pro violatae sunt. — 14, 35. Boudicca[1] curru filias prae se vehens, ut quamque nationem accesserat, solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare testabatur. . — 14, 37. Boudicca[1] vitam veneno finivit. — *A*, 16. Boudicca[2] generis regii femina duce... sumpsere universi (Britanni) bellum.

* BOVDICEA, BOVDVCCA, BOVDVCEA, v. BOVDICCA.

BOVILLAE. — 2, 41. Sacrarium genti Iuliae effigiesque Divo Augusto apud Bovillas dicantur. — 15, 23. (Ob puerperium Poppaeae Neronis uxoris decretum est a senatu) ut... ludicrum circense, ut Iuliae genti apud Bovillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederetur. — IV, 2. Praemissi Ariciam equites (Flaviani), agmen legionum intra Bovillas stetit. — IV, 46. Vitelliani, quos apud Bovillas in deditionem acceptos memoravimus.

* BREGANTES, v. BRIGANTES.

BRIGANTES. — 12, 32. Iamque ventum haud procul mari, quod Hiberniam insulam adspectat, cum ortae apud Brigantas discordiae retraxere ducem (P. Ostorium Britanniae legatum)... Et Brigantes quidem, paucis qui arma coeptabant interfectis, in reliquos data venia, resedere. — 12, 36. Cartimanduae reginae Brigantum. — 12, 40. Post captum Caratacum praecipuus scientia rei militaris Venutius e Brigantum[3] civitate. — III, 45. Cartimandua Brigantibus imperitabat... Venutius accitis auxiliis, simul ipsorum Brigantum defectione, in extremum discrimen Cartimanduam adduxit. — *A*, 17. Terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantum[4] civitatem, quae numerosissima provinciae totius perhibetur, adgressus. Multa proelia et aliquando non incruenta ; magnamque Brigantum[5] partem aut victoria amplexus est aut bello. — 31. (Loquitur Calgacus) « Brigantes femina duce exurere coloniam, expugnare castra ac, nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuere. »

BRIGANTICVS, v. IVLIVS BRIGANTICVS.

BRINNO. — IV, 15. Erat in Canninefatibus stolidae audaciae

[1] **M** : *bouducea* vel *bouducca*. Corr. Haase.
[2] **A** : *Voadicca;* **B** : *Voaduca*. Corr. Haase.
[3] **M** : *enigantum*. Corr. Agricola. Veteres editiones : *e Iugantum*.
[4] **A B** : *Bregantum*.
[5] **A** : *Bregantum*. correctum in. 1 ex *Bregantium*; **B** : *Bregantium*.

Digitized by Google

Brinno, claritate natalium insigni..., dux deligitur. — IV. 16. Nec Brinnonem ducem eius belli, sed Civilem esse patuit.

BRITANNI, BRITANNVS. (sing. coll.) — 12, 33. (Caratacum) multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum imperatores praemineret. — 12, 35. Hi conferto gradu, turbatis contra Britannorum ordinibus, apud quos nulla loricarum galearumque tegmina — 13, 32. A. Plautio, quem ovasse de Britannis rettuli. — 14, 29. Tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos. — 14, 32. Iam Oceanus cruento adspectu, dilabente aestu humanorum corporum effigies relictae, ut Britannis ad spem, ita veteranis[1] ad metum trahebantur... Et victor Britannus Petilio Ceriali, legato legionis nonae, in subsidium adventanti obvius fudit legionem... — 14, 34. At Britannorum copiae passim per catervas et turmas exsultabant, quanta non alias multitudo, et animo adeo feroci, ut coniuges quoque testes victoriae secum traherent... — 14, 35. Boudicca..., ut quamque nationem accesserat, solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare testabatur. — 14, 37. Sunt qui paulo minus quam octoginta milia Britannorum cecidisse tradant. — I, 70. (Caecina, in Italiam) praemissis Gallorum Lusitanorumque et Britannorum cohortibus... — III, 45. Ea discordia (legionum) et crebris belli civilis rumoribus Britanni sustulere animos auctore Venutio... — IV, 74. (Verba facit apud Treveros et Lingonas Petilius Cerialis) « Nisi forte... Tutore et Clàssico regnantibus... minoribus quam nunc tributis parabuntur exercitus, quibus Germani Britannique arceantur. » — *A.* 11. Plus tamen ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit; nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus; mox segnitia cum otio intravit... Quod Britannorum olim victis evenit. — 13. Ipsi Britanni dilectum ac tributa et iniuncta imperii munera impigre obeunt, si iniuriae absint. — 15. Absentia legati remoto metu Britanni agitare inter se mala servitutis... « Quantulum enim transisse militum (Romanorum), si sese Britanni numerent?... Iam Britannorum etiam deos misereri, qui Romanum ducem absentem... detinerent. » — 21. Agricola principum filios liberalibus artibus erudire et ingenia Britannorum studiis Gallorum

[1] M : *brittanni... ueterani.* Corr. Iac. Gronovius. In M altera *t* geminatur etiam III. 45 et IV. 74.

Digitized by Google

anteferre... — 25. Britannos quoque, ut ex captivis audiebatur, visa classis obstupefaciebat... — 26. Ita ancipiti malo territi Britanni... — 27. Britanni non virtute *se*, sed occasione et arte ducis *victos* rati, nihil ex adrogantia remittere... — 28. (Desertores) cum plerisque Britannorum sua defensantium proelio congressi... — 29. Agricola... expedito exercitu, cui ex Britannis fortissimos et longa pace exploratos addiderat, ad montem Graupium pervenit, quem iam hostis insederat. Nam Britanni nihil fracti pugnae prioris eventu... omnium civitatum vires exciverant. — 32. (Loquitur Calgacus) « Nisi si Gallos et Germanos et, pudet dictu, Britannorum plerosque (qui in exercitu Romano sunt)... fide et adfectu teneri putatis... In ipsa hostium acie inveniemus nostras manus. Adgnoscent Britanni suam causam...» — 34. (Verba facit Agricola apud milites) « Ii ceterorum Britannorum fugacissimi ideoque tam diu superstites... Acerrimi Britannorum iam pridem ceciderunt. » — 35. Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterat... — 36. Simulque constantia, simul arte Britanni ingentibus gladiis et brevibus caetris missilia nostrorum vitare vel excutere atque ipsi magnam vim telorum superfundere... Britannorum gladii sine mucrone complexum armorum et in arto pugnam non tolerabant. — 37. Britanni, qui adhuc pugnae expertes summa collium insederant..., degredi paulatim et circumire terga vincentium coeperant... Ita consilium Britannorum in ipsos versum. — 38. Nox... laeta victoribus ; Britanni palantes mixtoque virorum mulierumque ploratu trahere vulneratos, vocare integros .. — *O*, 17. « Ei pugnae..., qua Caesarem inferentem arma Britanni[1] arcere litoribus et pellere adgressi sunt »[2].

BRITANNIA[3]. — 2, 24. Quidam (milites Romani) in Britanniam (vento) rapti et remissi a regulis. — 11, 3. Consultanti (Claudio) super absolutione (Valerii) Asiatici flens (L.) Vitellius ... percursis Asiatici in rem publicam officiis recentique adversus Britanniam militia... — 12, 31. In Britannia P. Ostorium propraetore turbidae res excepere. — 12, 36. (Caratacus) victoribus (a Carti-

[1] **A B C** : *britanniae*. Corr. Ernesti.
[2] V. etiam 14, 33, 36; .1. 22.
[3] Mediceus uterque tantum non semper *l* geminatum exhibet.

Digitized by Google

mandua regina) traditus est, nono post anno, quam bellum in Britannia coeptum. — 14, 29. Caesennio Paeto et Petronio Turpiliano consulibus gravis clades in Britannia accepta, in qua neque Didius legatus... nisi parta retinuerat et successor Veranius modicis excursibus Siluras populatus... — 14, 39. Igitur ad spectandum Britanniae statum missus est e libertis (Neronis) Polyclitus... — 16, 15. (M.) Ostorius multa militari fama et civicam coronam apud Britanniam meritus. — I, 2. Perdomita Britannia et statim missa. — I, 6. Plena urbs exercitu insolito. Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum... opprimendis Vindicis coeptis revocaverat. — I, 52. Fabius Valens... instigare Vitellium : « ... adfore Britanniam... » — I, 59. Accessere partibus (Vitellii)... Ne in Britannia quidem dubitatum. — II, 11. Praecipui fama quartadecimani rebellione Britanniae compressa. — II, 27. Cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quarta decima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu... Fabio Valenti adiunctas rettulimus... — II, 65. (Trebellius Maximus) profugerat Britannia ob iracundiam militum ; missus est in locum eius (a Vitellio) Vettius Bolanus. — II, 66. (Quartadecimanos) remitti... in Britanniam, unde a Nerone exciti erant, placuit (Vitellio)... Quartadecimani postquam (Graiis) Alpibus degressi sunt, seditiosissimus quisque signa Viennam ferebant ; consensu meliorum compressi et legio in Britanniam transvecta. — II, 86. Scriptae (a ducibus Flavianis) in Britanniam ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos epistulae, quod utraque legio pro Othone, adversa Vitellio fuerat. — II, 97. Auxilia tamen (Vitellius) e Germania Britanniaque et Hispaniis excivit, segniter et necessitatem dissimulans. Perinde legati provinciaeque cunctabantur..., Vettius Bolanus numquam satis quieta Britannia... — III, 2. Antonius Primus... festinationem ipsis (Flavianis) utilem, Vitellio exitiosam disseruit... Nec procul Germaniam, unde vires ; Britanniam freto dirimi... — III, 15. Ex Britannia Galliaque et Hispania auxilia Vitellius acciverat. — III, 35. In Britanniam inde et Hispanias nuntios famamque... (victores Flaviani) misere. — III, 44. Britanniam traditus erga Vespasianum favor, quod illic secundae legioni a Claudio praepositus et bello clarus egerat, non sine motu adiunxit ceterarum (le-

Digitized by Google

gionum). — III, 70. « Iam Hispaniis Germaniisque et Britannia desciscentibus (a Vitellio, se Flavium Sabinum) fratrem Vespasiani mansisse in fide ». — IV, 12. Batavi ... diu Germanicis bellis exerciti, mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus... — IV, 25, Hordeonius exemplares omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui recitavit... — IV, 54. Paria de Britannia fingebantur, (nempe rem Romanam ibi adflictari). -- IV, 68. Quarta decima legio e Britannia (a Muciano in Germanias accita). — IV, 76. Tutor cunctatione crescere rem Romanam adfirmabat... ; transvectam e Britannia legionem, accitas ex Hispania... — V, 16. (Petilius Cerialis) proprios... stimulos legionibus admovebat, domitores Britanniae quartadecimanos appellans... - *A*, 5. Prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paulino... duci adprobavit... Non sane alias exercitatior magisque in ambiguo Britannia fuit... — 8. Praeerat tum Britanniae Vettius Bolanus, placidius quam feroci provincia dignum est... Brevi deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit. — 9. Ad spem consulatus revocatus est (Agricola), comitante opinione Britanniam ei provinciam dari... Post consulatum... statim Britanniae praepositus est. — 10. Britanniae situm populosque multis scriptoribus memoratos... Britannia, insularum quas Romana notitia complectitur maxima, spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur, Gallis in meridiem etiam inspicitur... Formam totius Britanniae Livius..., Fabius Rusticus... oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere... Hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta insulam esse Britanniam adfirmavit. — 11. Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, ut inter barbaros parum compertum. — 12. Nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas... Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla... Quidam... arbitrantur... (margarita) in Britannia, prout expulsa sint, colligi. — 13. Primus omnium Romanorum Divus Iulius cum exercitu Britanniam ingressus. . potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. Mox bella civilia... ac longa oblivio Britanniae etiam in pace... Agitasse Gaium Caesarem de intranda Britannia satis constat. — 14. Redacta... paulatim in formam provinciae proxima pars Britan-

Digitized by Google

niae, addita insuper veteranorum colonia. — 16. Nisi Paulinus cognito provinciae motu propere subvenisset, amissa Britannia foret... Nec Vettius Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina. — 17. Vbi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit, magni duces, egregii exercitus, minuta hostium spes. — 18. Hunc Britanniae statum... media iam aestate transgressus Agricola invenit... Monam insulam, a cuius possessione revocatum Paulinum rebellione totius Britanniae supra memoravi... — 20. Praesidiis castellisque circumdatae (civitates), et tanta ratione curaque *habitae*, ut nulla ante Britanniae nova pars *pariter* illacessita transierit. — 23. Si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur, inventus in ipsa Britannia terminus... — 24. Eam... partem Britanniae, quae Hiberniam adspicit, copiis instruxit (Agricola) in spem magis quam ob formidinem, siquidem Hibernia medio inter Britanniam atque Hispaniam sita... Spatium eius, si Britanniae comparetur, angustius... Solum caelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differunt... Saepe ex eo audivi legione una et modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse, idque etiam adversus Britanniam profuturum... — 27. Exercitus... penetrandam Caledoniam inveniendumque tandem Britanniae terminum... fremebant. — 28. Cohors Vsiporum per Germanias conscripta et in Britanniam transmissa... Ita circumvecti Britanniam... primum a Suebis, mox a Frisiis intercepti sunt. — 30. (Loquitur Calgacus) « Magnus mihi animus est hodiernum diem... initium libertatis toti Britanniae fore... Quia nobilissimi totius Britanniae eoque in ipsis penetralibus siti... oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus... Nunc terminus Britanniae patet, nulla iam ultra gens ». — 31. « Britannia servitutem suam quotidie emit, quotidie pascit. » — 33. (Loquitur Agricola) « Septimus annus est, commilitones, ex quo... Britanniam vicistis... Finem Britanniae non fama nec rumore, sed castris et armis tenemus; inventa Britannia et subacta ». — 38. (Agricola) praefecto classis circumvehi Britanniam praecipit... Classis... Trucculensem portum tenuit, unde proximo Britanniae litore lecto omni, redierat. — 39. (Domitianus) optimum in praesentia statuit reponere odium..., nam etiam tum Agricola Britanniam obtinebat. — 40. Credidere plerique liber-

Digitized by Google

tum (Domitiani)... missum ad Agricolam codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse, cum praecepto ut, si in Britannia[1] foret, traderentur... — *O*, 17. (Loquitur Aper) : « Ipse ego in Britannia vidi senem, qui se fateretur ei pugnae interfuisse, qua Caesarem inferentem arma Britanni arcere litoribus et pellere adgressi sunt[2]. »

BRITANNICVS[3]. — 11, 1. Sosibius Britannici[4] educator. — 11, 4. Adiecit (L.) Vitellius sestertium deciens Sosibio, quod Britannicum praeceptis, Claudium consiliis iuvaret. — 11, 11. Sedente Claudio circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiae inirent interque eos Britannicus imperatore genitus et L. Domitius adoptione mox in imperium et cognomentum Neronis adscitus .. — 11, 26. (Silius apud Messalinam disserebat) se caelibem, orbum, nuptiis et adoptando Britannico paratum. — 11, 32. Messalina tamen, quamquam res adversae consilium eximerent, ...misit..., ut Britannicus et Octavia in complexum patris pergerent. — 11, 34. Et iam erat in aspectu Messalina clamitabatque, audiret Octaviae et Britannici matrem. — 12, 2. (Cum uxor Claudio deligenda esset,) Narcissus (Aeliae Paetinae fautor) vetus matrimonium, filiam communem, nam Antonia ex Paetina erat,... disserebat, si sueta coniunx rediret, haud quaquam novercalibus odiis visura Britannicum, Octaviam proxima suis pignora. — 12, 9. Despondeturque Octavia, ac super priorem necessitudinem sponsus iam et gener Domitius aequari Britannico studiis matris, arte eorum, quis ob accusatam Messalinam ultio ex filio timebatur. — 12, 25. (Pallas) stimulabat Claudium..., Britannici pueritiam robore circumdaret (adoptando L. Domitium). — 12, 26. Quibus patratis nemo adeo expers misericordiae fuit, quem non Britannici fortuna maerore adficeret... Puer intempestiva novercae officia in ludibrium vertebat, intellegens falsi. Neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt... — 12, 41. Ludicro circensium... Britannicus in praetexta, Nero triumphali veste travecti sunt... Simul qui centurio-

[1] **AB** : *Britanniam.*
[2] V. etiam *A.* 19.
[3] Ti Claudius Caesar Britannicus. Prosop., C., 666.
[4] **M** hic et ubique excepto uno loco (12, 9) geminat litt. *t.*

Digitized by Google

num tribunorumque sortem Britannici miserabantur, remoti fictis causis... Obvii inter se Nero Britannicum nomine, ille Domitium salutavere. — 12, 65. (Narcissus) prompsisse inter proximos ferebatur certam sibi perniciem, seu Britannicus rerum seu Nero poteretur; verum ita de se meritum Caesarem, ut vitam usui eius impenderet. Convictam Messalinam et Silium; [pares iterum accusandi causas esse], si Nero imperitaret: [Britannico successore][1] nullum principi meritum... Haec atque talia dictitans amplecti Britannicum, robur aetatis quam maturrimum precari... — 12, 68. Agrippina, velut dolore evicta et solacia conquirens, tenere amplexu Britannicum, veram paterni oris effigiem appellare ac variis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur. — 12, 69. Foribus Palatii repente diductis, comitante Burro Nero egreditur... Dubitavisse quosdam ferunt, respectantes rogitantesque, ubi Britannicus esset... — 13, 10. Neque recepti sunt inter reos... Iulius Densus equester, cui favor in Britannicum crimini dabatur. — 13, 14. Neque principis auribus abstinere (Agrippina), quo minus testaretur adultum iam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio... — 13, 15. Turbatus his Nero et propinquo die, quo quartum decumum aetatis annum Britannicus explebat, volutare secum.... modo ipsius indolem, levi quidem experimento nuper cognitam... Festis Saturno diebus ... ubi (Nero) Britannico iussit, exsurgeret progressusque in medium cantum aliquem inciperet, inrisum ex eo sperans pueri sobrios quoque convictus, nedum temulentos, ignorantis, ille constanter exorsus est carmen, quo evolutum eum sede patria rebusque summis significabatur... Vt proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet, olim provisum erat. Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit... — 13, 16. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque eius delectus ex ministris gustu explorabat,... talis dolus repertus est. Innoxia adhuc ac praecalida... potio traditur Britannico; dein, postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua adfunditur venenum... (Nero) solitum ita ait per comitialem morbum, quo prima ab infantia adflictaretur Britannicus... At Agrippinae is pavor...

[1] Verba haec uncis incl. Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

emicuit, ut perinde ignaram fuisse *atque* Octaviam sororem Britannici constiterit. — 13, 17. Nox eadem necem Britannici et rogum coniunxit, proviso ante funebri paratu, qui modicus fuit. In campo tamen Martis sepultus est... Tradunt plerique eorum temporum scriptores crebris ante exitium diebus illusum isse pueritiae Britannici Neronem... — 13, 19. (Iunia Silana in Agrippinam) parat accusatores.... non vetera et saepius iam audita deferens, quod Britannici mortem lugeret aut Octaviae iniurias evulgaret... — 13, 21. (Loquitur Agrippina) « Vivere ego Britannico potiente rerum poteram? » — 14, 3. Sed inter epulas principis si daretur (venenum Agrippinae), referri ad casum non poterat tali iam Britannici exitio[1].

BRITANNICVS, A, VM[2]. — I, 9. In Britannico exercitu nihil irarum. Non sane aliae legiones per omnes civilium bellorum motus innocentius egerunt... — I, 43. Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus. — I, 61. Adiuncto Britannico exercitu ingens viribus opibusque Vitellius... — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo;... Britannicum militem hoste et mari distineri... — II, 37. (Suetonius Paulinus) militia clarus gloriam nomenque Britannicis expeditionibus (meruerat). — II, 57. Vitellius... e Britannico *exercitu* delecta octo milia sibi adiunxit. — II, 100. Postremo (Caecinae) agmine unaetvicensima Rapax et prima Italica incessere cum vexillariis trium Britannicarum legionum... — III, 1. Quibus opperiri auxilia... videbatur, Germanicarum legionum vim famamque extollebant et advenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora .. — III, 22. (Quidam tradiderunt)... quintam et quintam decimam (legiones) cum vexillis nonae secundaeque et vicensimae Britannicarum legionum mediam aciem (Vitellianorum)... complesse. — III, 41. Venere (auxilio Fabio Valenti) tres cohortes cum ala Britannica... — IV, 15. (Iulius Civilis) mox occultis nuntiis pellexit Britannica auxilia, Batavorum cohortes. . tum Mogontiaci agentes. — IV, 46. (Vitellianos) Mucianus diduci et Germanicum Britannicumque militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim

[1] V. etiam 11, 38; 12. 5, 42, 46; 14. 63; 15. 62.
[2] M ubique litt. *l* geminat.

Digitized by Google

adsistere iubet. — IV, 79. Circumsteterat Civilem et alius metus, ne quarta decima legio adiuncta Britannica classe adflictaret Batavos, qua Oceano ambiuntur. — *G.* 45. Aestiorum gentes..., quibus ritus habitusque Sueborum, lingua Britannicae proprior.

BRIXELLVM. — II, 33. (Salvius Titianus et Licinius Proculus Othonem) perpulere, ut Brixellum concederet ac dubiis proeliorum exemptus summae rerum et imperii se ipsum reservaret. — II, 39. Profecto Brixellum Othone... — II, 51. Earum, quae Brixelli egerant, cohortium preces Rubrius Gallus tulit et venia statim impetrata (a ducibus Vitellianis). — II, 54. Coenus... atroci mendacio universos perculit, adfirmans superventu quartae decimae legionis, iunctis a Brixello viribus, caesos victores, versam partium fortunam.

BRIXIANA. — III, 27. (Antonius castrorum Vitellianorum apud Cremonam expugnandorum)vallum portasque legionibus attribuit ... Tertiadecimanos ad Brixianam portam impetus tulit.

BRVCTERI, NATIO BRVCTERA. — 1, 51. Excivit ea caedes Bructeros, Tubantes, Vsipetes. — 1, 60. (Germanicus) Caecinam... per Bructeros ad flumen Amisiam mittit .. Bructeros sua urentes expedita cum manu L. Stertinius missu Germanici fudit.. Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum. — 13, 56. (Ampsivarii) Bructeros, Tencteros, ulteriores etiam nationes socias bello vocabant... Absistentibus (Tencteris) pari metu exterriti Bructeri. — IV, 21. Iunguntur (Batavis) Bructeri Tencterique et excita nuntiis Germania ad praedam famamque. — IV, 61. (Velaeda) virgo nationis Bructerae late imperitabat, vetere apud Germanos more... — IV, 77. Dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri Tencterique... adsiluere. — V, 18. E mole, quam eductam in Rhenum rettulimus, Bructerorum cuneus tranatavit. — *G*, 33 Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant, nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis...

BRVNDISINVS. — 1, 10. Brundisino... foedere (inter Octavianum et Antonium facto).

BRVNDISIVM. — 2, 30. Vibius (accusator)... protulit libellos vaecordes adeo, ut consultaverit Libo, an habiturus foret opes, quis viam Appiam Brundisium usque pecunia operiret. — 3, 1.

Digitized by Google

(Agrippinae) adventu audito... ruere ad oppidum Brundisium, quod naviganti celerrimum fidissimumque adpulsu erat. — 3, 7. Vulgatum erat missam, ut dixi, a Cn. Sentio famosam veneficiis Martinam subita morte Brundisii exstinctam. — 4, 27. Auctor (servilis) tumultus T. Curtisius .. primo coetibus clandestinis apud Brundisium et circumiecta oppida ad libertatem vocabat agrestia... servitia.— II, 83. (Mucianus cogitabat) Vitellium in incerto fore, quam partem Italiae protegeret, si... Brundisium Tarentumque et Calabriae Lucaniaeque litora infestis classibus peterentur.

BRVTI. — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, concedebant) Cassii et Brutorum[1] exitus paternis inimicitiis datos. — 16, 22. (Verba facit apud Neronem Cossutianus Capito Thraseam significans) « Frustra Cassium amovisti, si gliscere et vigere Brutorum[2] aemulos passurus es. » — IV, 8. (Loquitur Eprius Marcellus) « Constantia, fortitudine Catonibus et Brutis[3] aequaretur Helvidius. . »

* BRVTIDIVS, v. BRVTTEDIVS.

BRVTTEDIVS NIGER, BRVTTEDIVS[4]. — 3, 66. C. Silanum proconsule Asiae... Mamercus Scaurus e consularibus, Iunius Otho praetor, Bruttedius Niger aedilis simul corripiunt obiectantque violatum Augusti numen, spretam Tiberii maiestatem... Bruttedium artibus honestis copiosum et, si rectum iter pergeret, ad clarissima quaeque iturum festinatio exstimulabat[5].

L. BRVTVS[6]. — 1, 1. Libertatem et consulatum L Brutus instituit. — 11, 22. Quaestores regibus etiam tum imperantibus instituti sunt, quod lex curiata ostendit ab L. Bruto repetita. — 11, 25. Paucis iam reliquis familiarum (patriciarum), quas Romulus maiorum et L. Brutus minorum gentium appellaverant.

BRVTVS, M. BRVTVS[7]. — 1, 2. Bruto et Cassio caesis nulla iam

[1] Intellegendi sunt M. Iunius Brutus et D. Iunius Brutus Albinus.
[2] Intellegendi sunt iidem.
[3] Intellegendus est M. Iunius Brutus.
[4] Sic Med. Taciti et libri Senecae. — *Brultidius*, Iuvenalis; quam scripturam maluit. Nipperdey post Beroaldum. — Rhenanus : *Brutidius*. — Prosop., 130.
[5] V. etiam 3, 67.
[6] I. Iunius Brutus.
[7] M. Iunius Brutus.

Digitized by Google

publica arma. — 2, 43, (Piso, Cn. Pisonis pater) Brutum et Cassium secutus. — 3, 76, Iunia sexagensimo quarto post Philippensem aciem anno supremum diem explevit.... C. Cassii uxor, M. Bruti soror... Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt...; sed praefulgebant Cassius atque Brutus eo ipso, quod effigies eorum non visebantur. — 4, 34. Cremutius Cordus postulatur.... quod, editis annalibus laudatoque M. Bruto, C. Cassium Romanorum ultimum dixisset... Cremutius... in hunc modum exorsus est: .. « Brutum et Cassium laudavisse dicor, quorum res gestas cum plurimi composuerint, nemo sine honore memoravit. Titus Livius... Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum nusquam latrones et parricidas.... saepe ut insignes viros nominat... Bruti contiones falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent... » — 4, 35... « Num enim armatis Cassio et Bruto. . populum per contiones incendo?... Nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modo Cassii et Bruti, sed etiam mei meminerint. » — I, 50. « Mansisse Gaio Iulio, mansisse Caesare Augusto victore imperium, mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque rem publicam. » — II. 6. Pompeio, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud prosperi exitus fuerant. — *O.* 17. (Loquitur Aper) « Nostrorum temporum disertis anteponere soletis. . Ciceronem et Caesarem et Caelium et Calvum et Brutum et Asinium et Messalam. » — 18. « Legistis utique et Calvi et Bruti ad Ciceronem missas epistulas, ex quibus facile est deprehendere... Ciceroni visum... Brutum... otiosum atque diiunctum; rursusque Ciceronem .. male audisse... a Bruto.... ut ipsius verbis utar, tamquam fractum atque elumbem ». — 21. « Brutum philosophiae suae relinquamus; nam in orationibus minorem esse fama sua etiam admiratores eius fatentur. Nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit, nisi qui et carmina eorumdem miratur. » — 25. (Loquitur Messalla) « Apud nos Cicero quidem ceteros eorumdem temporum disertos antecessit, Calvus autem et Asinius et Caesar et Caelius et Brutus iure et prioribus et sequentibus anteponuntur. ...Gravior Brutus... Solum inter hos arbitror Brutum [1] non mali-

[1] **AC** : *utrum*: **B** : *verum*. Corr. Puteolanus.

Digitized by Google

gnitate nec invidia, sed simpliciter et ingenue iudicium animi detexisse. An ille Ciceroni invideret, qui mihi videtur ne Caesari quidem invidisse? » — 38. (Loquitur Maternus) « Neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calvi, non denique ullius magni oratoris, liber apud centumviros dictus (legitur)[1] ... »

BRVTVS. — *O.* 30. « Notus est vobis utique Ciceronis liber, qui Brutus inscribitur, in cuius extrema parte, nam prior commemorationem veterum oratorum habet, sua initia, suos gradus, suae eloquentiae velut quamdam educationem refert.

BVRI. — *G*, 43. Retro Marsigni, Cotini, Osi, Buri terga Marcomanorum Quadorumque claudunt. E quibus Marsigni et Buri sermone cultuque Suebos referunt.

BVRRVS. v. AFRANIVS BVRRVS

BYZANTII. — 12, 62. Byzantii..., cum magnitudinem onerum apud senatum deprecarentur, cuncta repetivere, orsi a foedere, quod nobiscum icerant, qua tempestate bellavimus adversus regem Macedonum (Pseudophilippum)...

BYZANTIVM. — 2, 54. Perinthum... ac Byzantium, Thraecias urbes (Germanicus navigando praeterit). — 12, 63. Namque, artissimo inter Europam Asiamque divortio, Byzantium in extrema Europa posuere Graeci, quibus Pythium Apollinem consulentibus, ubi conderent urbem, redditum oraculum est, quaererent sedem caecorum terris adversam. Ea ambage Chalcedonii monstrabantur, quod priores illuc advecti, praevisa locorum utilitate, peiora legissent. Quippe Byzantium fertili solo, fecundo mari, quia vis piscium immensa Pontum erumpens... — II, 83. Mucianus... classem e Ponto Byzantium adigi iusserat... — III, 47. Lectissimas Liburnicarum omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat.

* CADICIA, v. CAEDICIA.

CADIVS RVFVS[2]. — 12, 22. Damnatus... lege repetundarum Cadius Rufus accusantibus Bithynis. — I, 77. Redditur (ab Othone) Cadio Rufo, Pedio Blaeso, Saevino Pontio, senatorius locus; repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone cecide-

[1] Cf. etiam BRVTI.
[2] Cadius Rufus. PROSOP., 5.

Digitized by Google

rant. Placuit ignoscentibus verso nomine, quod avaritia fuerat, videri maiestatem.

CADMVS. — 11, 14. Fama est Cadmum classe Phoenicum vectum rudibus adhuc Graecorun populis artis (litterarum) auctorem fuisse.

CADRA. — 6, 41. Duos colles... (Clitae) insederant, minori Cadra, alteri Davara nomen est.

CAECILIANVS. — 6, 7. Facta patribus potestate statuendi de Caeciliano[1] senatore, qui plurima in Cottam (Messalinum) prompserat, placitum eamdem poenam inrogari quam in Aruseium et Sanquinium...

* C. CAECILIVS, v. C. CAELIVS.

CAECILIVS CORNVTVS[2]. — 4, 28. (Vibius Serenus filius) adnectebat (patri a se accusato) ...Caecilium Cornutum praetorium ministravisse pecuniam. Qui taedio curarum . mortem in se festinavit... (Vibius Serenus pater) adseverabat... innocentem Cornutum et falso exterritum. — 4, 30. Quia Cornutus sua manu ceciderat...

CAECILIVS METELLVS[3]. — G, 37. Sexcentensimum et quadragensimum annum urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Caecilio Metello et Papirio Carbone consulibus.

C. (CAECILIVS METELLVS NEPOS) CAELIVS (RVFVS). v. C. CAELIVS.

L. (CAECILIVS) METELLVS[4], v. METELLVS.

(Q. CAECILIVS METELLVS) CRETICVS SILANVS, v. CRETICVS SILANVS.

CAECILIVS SIMPLEX, SIMPLEX[5]. — II, 60. Mario Celso consulatus servatus. Sed creditum fama obiectumque mox in senatu Caecilio Simplici, quod eum honorem pecunia mercari, nec sine exitio Celsi, voluisset. Restitit Vitellius deditque postea consulatum Simplici innoxium et inemptum. — III, 68. (Vitellius adsistenti consuli, Caecilius Simplex erat, exsolutum a

[1] M : *caesiliano*. Corr. Lipsius. — Wurm : *C. Caeciliano*. Sed Cf. Nipperdey-Andresen (infra ad Considium). — Ritter[2] : *Caesio Aeliano*.

[2] M. Caecilius Cornutus. Prosop., 27.

[3] C. Caecilius Metellus Caprarius, Cos. a. 641 = 113. Pauly-Wissowa, III, 1208 n° 84.

[4] Cos. a. 503 = 251, pontifex maximus.

[5] Cn. Caecilius Simplex. Prosop., 64.

Digitized by Google

latere pugionem, velut ius necis vitaeque civium, reddebat. Aspernante consule...

AVLVS CAECINA[1]. — *O*, 20. (Loquitur Aper) « Quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina, quae pro M. Tullio aut Aulo Caecina legimus? »

* A. CAECINA, v. CAECINA ALIENVS.

(CAECINA ALIENVS[2]), ALIENVS CAECINA, CAECINA. — I, 52. Multi in utroque (Germanico) exercitu, sicut modesti quietique, ita mali et strenui. Sed profusa cupidine et insigni temeritate legati legionum Alienus Caecina[3] et Fabius Valens. — I, 53. At in superiore Germania Caecina, decorus iuventa, corpore ingens, animi immodicus, scito sermone, erecto incessu, studia militum inlexerat. Hunc iuvenem Galba, quaestorem in Baetica... legioni praeposuit, mox... ut peculatorem flagitari iussit. Caecina aegre passus miscere cuncta... — I, 61. Caecina... Poeninis iugis degredi (in Italiam) iussus... Triginta milia Caecina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio unaetvicensima fuit. — I, 67. Plus praedae ac sanguinis per Caecinam haustum[4] (quam per Fabium Valentem) .. Caecina, belli avidus, proximam quamque culpam, antequam paeniteret, ultum ibat. — I, 68. Hinc Caecina cum valido exercitu, inde Raeticae alae cohortesque... In Iulium Alpinum e principibus (Helvetiorum), ut concitorem belli, Caecina animadvertit — I, 70. Caecina, paucos in Helvetiis moratus dies, ...simul transitum Alpium parans... Siliani (equites)... transiere in partes et... novo principi firmissima Transpadanae regionis municipia... adiunxere. Id Caecinae per ipsos compertum. — I, 89. (Othonem) Caecina iam Alpes transgressus exstimulabat. — II, 11. Transgresso iam Alpes Caecina, quem sisti intra Gallias posse speraverat (Otho). — II, 17. Praemissae a Caecina cohortes (in Italiam) advenerant... (Batavi Transrhenanique Padum) repente contra Placentiam transgressi, raptis quibusdam (Othonianis) exploratoribus, ita ceteros terruere, ut adesse omnem Caecinae exercitum trepidi ac falsi nuntiarent. —

[1] Cf. Orelli. *Onomast. Tullianum.*

[2] A. Caecina Alienus. Prosop., 71.

[3] M : *p. caecina hausit.* Corr. Meiser. — Vulg. : *plus praedae ac sanguinis Caecina hausit.*

[4] Veteres editores ex dett : *A. Caecina.*

Digitized by Google

II, 18. Certum erat (Vestricio) Spurinnae, is enim Placentiam obtinebat, necdum venisse Caecinam... (Seditiosi Spurinnae milites) prodi Othonem et accitum Caecinam clamitabant. — II, 19. Tum vetustissimus quisque castigare credulitatem suam, metum ac discrimen ostendere, si cum exercitu Caecina patentibus campis tam paucas cohortes circumfudisset... — II, 20. At Caecina, velut relicta post Alpes saevitia ac licentia, modesto agmine per Italiam incessit... Caecina Padum transgressus, temptata Othonianorum fide per conloquium et promissa, isdem petitus.... consilia curasque in oppugnationem Placentiae... vertit. — II, 21. Multo suorum cruore pulsus Caecina et nox parandis operibus absumpta. — II, 22. Caecina pudore coeptae temere oppugnationis ... traiecto rursus Pado Cremonam petere intendit... Turullius Cerialis... primipilaris et Caecinae haud alienus, quod ordines in Germania duxerat. — II, 23. Spurinna... defensam Placentiam, quaeque acta et quid Caecina pararet, Annium Gallum per litteras docet... Vbi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit (Gallus).. . legionem... Bedriaci sistit. — II, 24. Angebant Caecinam nequiquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama. — II, 26. Caecina non simul cohortes, sed singulas acciverat, quae res in proelio trepidationem auxit... Deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse, ni Suetonius Paulinus receptui cecinisset, utrisque in partibus (percrebruit). — II, 27. Id damnum Vitellianos... ad modestiam composuit, nec solum apud Caecinam, qui culpam in militem conferebat, seditioni magis quam proelio paratum. . Seditio exarserat (in exercitu Fabii Valentis), quam altiore initio, neque enim rerum a Caecina gestarum ordinem interrumpi oportuerat, repetam... — II, 30. Munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum et prope renovata seditio... Rapido agmine Caecinae iunguntur. Improspera Valentis fama apud exercitum Caecinae erat . Studia... militum in Caecinam inclinabant, super benignitatem animi.... etiam vigore aetatis, proceritate corporis et quodam inani favore. Hinc aemulatio ducibus : Caecina ut foedum ac maculosum (Valentem), ille ut tumidum ac vanum inridebant. — II, 31. Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis nulla ultra penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent. — II, 41. Ad Caecinam operi pontis intentum duo praetoriarum cohortium

Digitized by Google

tribuni, conloquium eius postulantes, venerunt... Caecina dimissis tribunis revectus in castra datum iussu Fabii Valentis pugnae signum... invenit. — II, 43. Ducibus Othonis iam pridem profugis, Caecina ac Valens subsidiis suos firmabant. — II, 51. (Post Othonis funus milites) ad Verginium versi, modo ut reciperet imperium, nunc ut legatione apud Caecinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant. — II, 55. Recitatae (apud senatum) Fabii Valentis epistulae ad consules scriptae haud immoderate, gratior Caecinae modestia fuit, quod non scripsisset. — II, 56. Minus avaritiae in Caecina, plus ambitionis, Valens ob lucra e quaestus infamis... — II, 59. Praesto fuere (Vitellio) Lugudun victricium victarumque partium duces. Valentem et Caecinam pro contione laudatos curuli suae circumposuit. — II, 67. Caecina Cremonae, Valens Bononiae spectaculum gladiatorum edere parabant. — II, 70. Inde Vitellius Cremonam flexit et spectato munere Caecinae insistere Bedriacensibus campis... concupivit... Aderant Valens et Caecina monstrabantque pugnae locos. — II, 71. Vt Valenti et Caecinae vacuos honoris menses aperiret (Vitellius), coartati aliorum consulatus... — II, 77. (Mucianus apud Vespasianum verba facit) « Nobis nihil ultra adrogabo, quam ne post Valentem et Caecinam numeremur. » — II, 92. Praeposuerat (Vitellius) praetorianis Publilium Sabinum..., Iulium Priscum.. Priscus Valentis, Sabinus Caecinae gratia pollebant. Inter discordes Vitellio nihil auctoritatis. Munia imperii Caecina ac Valens obibant, olim anxii odiis, quae bello et castris male dissimulata pravitas amicorum et fecunda gignendis inimicitiis civitas auxerat. . — II, 93. Sedecim praetoriae, quattuor urbanae cohortes scribebantur .. Plus in eo dilectu Valens audebat, tamquam ipsum Caecinam periculo exemisset... Omnisque inferioris Germaniae miles Valentem adsectabatur, unde primum creditur Caecinae fides fluitasse. — II, 95. Natalem Vitellii diem Caecina ac Valens editis tota urbe vicatim gladiatoribus celebravere. — II, 99. Tandem inruptione hostium atrocibus undique nuntiis exterritus (Vitellius) Caecinam ac Valentem expedire ad bellum iubet. Praemissus Caecina ; Valentem e gravi corporis morbo tum primum adsurgentem infirmitas tardabat... Accedebat huc Caecinae ambitio vetus, torpor recens, nimia fortnnae indulgentia soluti in luxum ; seu perfidiam meditanti infringere exer-

Digitized by Google

citus virtutem inter artes erat. Credidere plerique Flavii Sabini consiliis concussam Caecinae mentem.. , rata apud Vespasianum fore pacta transitionis. — II, 100. Caecina e complexu Vitellii multo cum honore digressus partem equitum ad occupandam Cremonam praemisit... Profecto Caecina scripsit Fabius Valens exercitui, quem ipse ductaverat, ut in itinere opperiretur; sic sibi cum Caecina convenisse. Qui... mutatum id consilium finxit... Nec sciri potest traxeritne Caecinam (Lucilius Bassus), an, quod evenit inter malos..., eadem illos pravitas impulerit (ad proditionem). — II, 101. Caecina legiones adsecutus centurionum militumque animos obstinatos pro Vitellio variis artibus subruebat. — III, 8. Possessa ipso transitu (Flavianorum) Vicetia; quod per se parvum... magni momenti locum obtinuit reputantibus illic Caecinam genitum et patriam hostium duci ereptam.— III, 9. Mox Caecina inter Hostiliam... et paludes Tartari fluminis castra permuniit... Sed Caecina per varias moras prima hostibus prodidit tempora belli..., donec per nuntios pacta perfidiae firmaret... Has ad copias nequaquam Vitellianis pares... misit epistulas Caecina temeritatem victa arma tractantium incusans... Flavianarum partium duces... ipsum Caecinam non obscure ad transitionem hortabantur. Recitatae pro contione epistulae addidere fiduciam, quod submisse Caecina, velut offendere Vespasianum timens, ipsorum duces contemptim, tamquam insultantes Vitellio, scripsissent. — III, 13. Caecina, defectione classis (Ravennatis) vulgata, primores centurionum et paucos militum... in verba Vespasiani adigit... Sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles... Mox cuncta simul erumpunt : « ..... Id Basso, id Caecinae visum, postquam domos, hortos, opes principi abstulerint, etiam auferre militem. » — III, 14. Repositis Vitellii imaginibus vincla Caecinae iniciunt... Inde Cremonam pergunt, ut legionibus primae Italicae et unietvicensimae Rapaci iungerentur, quas Caecina ad obtinendam Cremonam... praemiserat. — III, 15. Fabium Valentem profectum ab urbe adceleraturumque cognita Caecinae proditione coniectabat (Antonius Primus). — III, 31. Primores castrorum... catenas Caecinae, nam etiam tunc vinctus erat, exsolvunt orantque, ut causae suae deprecator (apud duces Flavianos) adsistat. Aspernantem tumentemque lacrimis fatigant... Sed ubi

Digitized by Google

Caecina praetexta lictoribusque insignis, dimota turba, consul incessit, exarsere victores : superbiam saevitiamque,... etiam perfidiam obiectabant. Obstitit Antonius datisque defensoribus ad Vespasianum dimisit. — III, 32. Exercitus (Flavianus)... vetere odio ad excidium Cremonensium incubuit... Auxit invidiam editum illic a Caecina gladiatorum spectaculum... — III, 36. At Vitellius profecto Caecina, cum Fabium Valentem paucis post diebus ad bellum impulisset... Nec multo post de Caecina adfertur (Vitellio) mixtus gaudio dolor, et descivisse et ab exercitu vinctum... Publilium Sabinum praetorii praefectum ob amicitiam Caecinae vinciri iubet, substituto in locum eius Alfeno Varo. — III, 37. Initium atrocis in Caecinam sententiae a L. Vitellio factum (in senatu)... Nec defuit qui unum consulatus diem, is enim in locum Caecinae supererat,. . eblandiretur. Pridie kalendas Novembres Rosius Regulus iniit eiuravitque. — III, 39. (Iunius Blaesus) integris quoque rebus a Caecina et primoribus partium iam Vitellium aspernantibus ambitus abnuere perseveravit. — III, 40. Fabius... Valens .., si coeptum iter properasset, nutantem Caecinam praevenire aut ante discrimen pugnae adsequi legiones potuisset. — IV, 31. Haec in Germania ante Cremonense proelium gesta, cuius eventum litterae Primi Antonii docuere, addito Caecinae edicto. — IV, 80. (Antonius Primus apud Vespasianum) alios ut imbelles, Caecinam ut captivum ac dediticium increpat[1].

(CAECINA LARGVS)[2], LARGVS CAECINA. — 11, 33. Ac ne, dum in urbem revehitur (Claudius), ad paenitentiam a L. Vitellio et[3] Largo Caecina mutaretur, (Narcissus) in eodem gestamine sedem poscit adsumiturque. — 11, 34. Instabat quidem Narcissus aperire ambages (L. Vitellii)... ; sed non ideo pervicit, quin suspensa et, quo ducerentur inclinatura, responderet exemploque eius Largus Caecina uteretur.

A. CAECINA, CAECINA, CAECINA SEVERVS, SEVERVS

[1] V. etiam II, 37 : III, 62. 86.

[2] C. Caecina Largus. Prosop., 75.

[3] M : *p.* Corr. Nipperdey. — Brotier : *et P.* — Caecinae Largi praenomen non erat *Publius*, sed *Gaius*. Praeterea Tacitus tribus nominibus eumdem hominem non denotat. Cf. Ritteri legem ad Caninivm Rebilvm. — Macke, I, 4 : « Da das Cognomen vor dem Gentile steht, ist ein Vorname unmöglich ».

Digitized by Google

CAECINA[1]. — 1, 31. Duo apud ripam Rheni exercitus erant;... inferiorem A. Caecina curabat. — 1, 32. Septimius cum perfugisset ad tribunal pedibusque Caecinae advolveretur... — 1, 37. Primam ac vicensimam legiones Caecina legatus in civitatem Vbiorum reduxit. — 1, 48. Germanicus... praemittit litteras ad Caecinam venire se valida manu ac, ni supplicium in malos praesumant, usurum promiscua caede. Eas Caecina aquiliferis signiferisque... occulte recitat. — 1, 50. Caecina cum expeditis cohortibus praeire... iubetur. — 1, 56. Germanicus quattuor legiones.. Caecinae tradit... Fuerat animus Cheruscis iuvare Chattos, sed exterruit Caecina. — 1, 60. (Germanicus) Caecinam... ad flumen Amisiam misit. — 1, 61. Praemisso Caecina, ut occulta saltuum scrutaretur... — 1, 63. Caecina, qui suum militem ducebat, monitus (a Germanico) .. pontes longos quam maturrime superare... Caecinae .. castra metari in loco placuit. — 1, 64. Quadragensimum id stipendium Caecina parendi aut imperitandi habebat .. — 1, 65. Caecina, dum sustentat aciem, suffosso equo delapsus circumveniebatur... — 1, 66. Caecina, comperto vanam esse formidinem.. , proiectus in limine portae... clausit viam. — 1, 72. Decreta eo anno triumphalia insignia A. Caecinae... ob res cum Germanico gestas. — 2, 6. Silius et Anteius et Caecina fabricandae classi (a Germanico) praeponuntur. — 3, 18. (Tiberius), cum Valerius Messalinus signum aureum in aede Martis Vltoris, Caecina Severus aram ultioni statuendam censuissent, prohibuit... — 3, 33. Inter quae Severus Caecina censuit, ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, uxor comitaretur. — 3, 34. Paucorum haec adsensu audita; plures obturbabant, neque relatum de negotio neque Caecinam dignum tantae rei censorem... Sic Caecinae sententia elusa est[2].

CAECINA TVSCVS, TVSCVS[3]. — 13, 20. Fabius Rusticus auctor est scriptos esse ad Caecinam Tuscum codicillos, mandata ei praetoriarum cohortium cura, sed ope Senecae dignationem Burro retentam. — III, 38. Aeger Vitellius Servilianis hortis turrim *in*

[1] Prosop., 80.
[2] V. etiam 1, 49. 67.
[3] Prosop., 82.

Digitized by Google

vicino sitam conlucere per noctem crebris luminibus animadvertit. Sciscitanti causam apud Caecinam Tuscum epulari multos, praecipuum honore Iunium Blaesum nuntiatur... Nec defuere qui ipsum Tuscum et alios, sed criminosius Blaesum incusarent, quod aegro principe laetos dies ageret.

CAEDICIA. — 15, 71. Caedicia[1] uxor (Flavii) Scaevini... Italia (prohibetur).

CAELES VIBENNA. — 4, 65. Montem eum... Caelium appellitatum a Caele Vibenna, qui dux gentis Etruscae, cum auxilium tulisset, sedem eam acceperat a Tarquinio Prisco, seu quis alius regum dedit.

CAELIANAE[2]. — *O.* 21. (Loquitur Aper) « Ex Caelianis orationibus nempe eae placent, sive universae sive partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum adgnoscimus. »

CAELIVS[3]. — *O*, 17. (Loquitur Aper) « Nostrorum temporum disertis anteponere soletis... Ciceronem et Caesarem et Caelium[4] et Calvum et Brutum et Asinium et Messalam... » — 18. « Vtinam nulla parte imitatus esset (oratores vere antiquos) Calvus vester aut Caelius aut ipse Cicero. » — 21. « Nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Caelium ex ea parte laudet, qua antiquus est. » — 25. (Loquitur Vipstanus Messalla) « Apud nos Cicero quidem ceteros eorumdem temporum disertos antecessit, Calvus autem et Asinius et Caesar et Caelius et Brutus iure et prioribus et sequentibus anteponuntur... Amarior Caelius. . » — 26. « Exspectabam, ut (Aper) incusato Asinio et Caelio et Calvo aliud nobis agmen produceret ., ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus. » — 38. (Loquitur Maternus) « Neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus (legitur)... »

C. CAELIVS[5]. - 2, 41. C. Caelio L. Pomponio consulibus.

[1] **M** : *cadicia*. Corr. Orelli : « Sunt *Caedicii* in titulis, *Cadicii* non item. Atque ex Neroniana aetate *Caedicium* iudicem commemorat Iuvenalis, 13, 197. »

[2] M. Caelii Rufi.

[3] M. Caelius Rufus.

[4] **B** : *Coelium;* **A C** : *alium*.

[5] C. Caecilius Metellus Nepos Caelius Rufus *vel* C. Caelius Rufus Caecilius Metellus Nepos. Cf. Nipperdey-Andresen. Cui non assentit Prosop., 112. — Vertramius hic scribendum censet : *C. Caecilius*.

Digitized by Google

CAELIVS CVRSOR. — 3, 37. Et Considius Aequus et Caelius Cursor equites Romani, quod fictis maiestatis criminibus Magium Caecilianum praetorem petivissent, ...puniti.

CAELIVS POLLIO, POLLIO[1]. — 12, 45. (Radamistus) Mithridaten compulit in castellum Gorneas, tutum loco ac praesidio militum, quis Caelius Pollio praefectus, centurio Casperius praeerat... Postremo, quia multitudinem hostium Pollio, iussa patris Radamistus obtendebant, pactus indutias abscedit (Casperius). — 12, 46. Augetur flagitii merces, et Pollio occulta corruptione impellit milites, ut pacem flagitarent seque praesidium omissuros minitarentur.

(CAELIVS ROSCIVS), v. ROSCIVS CAELIVS.

CAELIVS SABINVS[2]. — I, 77. Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere, Caelio ac Flavio Sabinis in Iulias (kalendas)... Quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit.

CAELIVS MONS. — 4, 64. Ignis violentia urbem ultra solitum adfecit, deusto monte Caelio... Adduntur sententiae, ut mons Caelius in posterum Augustus appellaretur. — 4, 65. Haud fuerit absurdum tradere montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, ...mox Caelium appellitatum a Caele Vibenna... — 15, 38. Initium (incendii) in ea parte circi ortum, quae Palatino Caelioque montibus contigua est.

CAEPIO CRISPINVS[3]. — 1, 74. Granium Marcellum praetorem Bithyniae quaestor ipsius Caepio Crispinus maiestatis postulavit.

CAERACATES. — IV, 70. (Iulius) Tutor Trevirorum copias recenti Vangionum, Caeracatium, Tribocorum dilectu auctas... firmavit... (Legionarii) honesto transfugio rediere, secutis Tribocis Vangionibusque et Caeracatibus.

CAESAR, DIVVS IVLIVS. DICTATOR CAESAR, CAESAR DICTATOR, C. CAESAR, C. IVLIVS. — 1, 1. Pompeii Crassique potentia cito in Caesarem (cessit). — 1, 8. Tiberius populum edicto monuit, ne, ut quondam nimiis studiis funus Divi Iulii turbassent,

[1] Prosop., 111.
[2] Cn. Arulenus Caelius Sabinus. Prosop., A., 982.
[3] Prosop., 118. — Macke, II, 5 : « Hier ist das Cognomen *Caepio* wahrscheinlich an die Stelle des abgeworfenen Gentile getreten; Cf. Mommsen, *Röm. Forschungen*, I, s. 51 ». Caepionum gentilicium erat *Servilius*.

Digitized by Google

ita... Diem illum crudi adhuc servitii et libertatis improspere repetitae, cum occisus dictator Caesar... — 1, 42. « Divus Iulius seditionem exercitus verbo uno compescuit, Quirites vocando, qui sacramentum eius detrectabant. » — 2, 41. Aedes Fortis Fortunae Tiberim iuxta in hortis, quos Caesar dictator populo Romano legaverat..., dicantur. — 2, 43. (Piso, Cn. Pisonis pater), civili bello resurgentes in Africa partes acerrimo ministerio adversus Caesarem iuvit.— 3, 5. (Tiberius populum) monuit edicto .. referendum iam animum ad firmitudinem, ut quondam Divus Iulius amissa unica filia... (abstruserit) tristitiam. — 3, 62. Aphrodisienses... et Stratonicenses dictatoris Caesaris ob vetusta in partes merita et recens Divi Augusti decretum adtulere, laudati quod... — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « ... Marci Ciceronis libro, quo Catonem caelo aequavit, quid aliud dictator Caesar, quam rescripta oratione, velut apud iudices, respondit? ... Carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Caesarum leguntur; sed ipse Divus Iulius, ipse Divus Augustus et tulere ista et reliquere. » — 4, 43. (Templum) Dianae Limnatidis... Lacedaemonii firmabant... C. Caesaris et M. Antonii sententia (sibi) redditum. — 6, 16. Legem dictatoris Caesaris, qua de modo credendi possidendique intra Italiam cavetur. — 11, 23. « Oppleturos omnia divites illos, quorum avi proavique hostilium nationum duces exercitus nostros ferro vique ceciderint, Divum Iulium apud Alesiam obsederint. » — 11, 25. Exhaustis etiam (familiis) quas dictator Caesar lege Cassia et princeps Augustus lege Saenia sublegere (in patriciorum numerum). — 12, 34. Caratacus (dux Britannorum)... vocabat... nomina maiorum, qui dictatorem Caesarem[1] pepulissent. — 12, 60. C. Oppius et Cornelius Balbus primi Caesaris opibus potuere condiciones pacis et arbitria belli tractare. — 13, 3. Dictator Caesar summis oratoribus aemulus. — 14, 9. (Mortuo demum Nerone Agrippina) domesticorum cura levem tumulum accepit viam Miseni propter et villam Caesaris dictatoris, quae subiectos sinus editissima prospectat. — 16, 22. (Loquitur Cossutianus Capito) « Vt quondam C. Caesarem et M. Catonem, ita nunc te, Nero, et Thraseam avida discordiarum

[1] Peerlkamp : *Divum Caesarem*. Sed « *Divus Caesar* kommt nicht vor » (Macke, IV, 18).

Digitized by Google

CAELIVS CVRSOR. — 3, 37. Et Considius Aequus et Caelius Cursor equites Romani, quod fictis maiestatis criminibus Magium Caecilianum praetorem petivissent, ...puniti.

CAELIVS POLLIO, POLLIO[1]. — 12, 45. (Radamistus) Mithridaten compulit in castellum Gorneas, tutum loco ac praesidio militum, quis Caelius Pollio praefectus, centurio Casperius praeerat... Postremo, quia multitudinem hostium Pollio, iussa patris Radamistus obtendebant, pactus indutias abscedit (Casperius). — 12, 46. Augetur flagitii merces, et Pollio occulta corruptione impellit milites, ut pacem flagitarent seque praesidium omissuros minitarentur.

(CAELIVS ROSCIVS), v. ROSCIVS CAELIVS.

CAELIVS SABINVS[2]. — I, 77. Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere, Caelio ac Flavio Sabinis in Iulias (kalendas)... Quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit.

CAELIVS MONS. — 4, 64. Ignis violentia urbem ultra solitum adfecit, deusto monte Caelio... Adduntur sententiae, ut mons Caelius in posterum Augustus appellaretur. — 4, 65. Haud fuerit absurdum tradere montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, ...mox Caelium appellitatum a Caele Vibenna... — 15, 38. Initium (incendii) in ea parte circi ortum, quae Palatino Caelioque montibus contigua est.

CAEPIO CRISPINVS[3]. — 1, 74. Granium Marcellum praetorem Bithyniae quaestor ipsius Caepio Crispinus maiestatis postulavit.

CAERACATES. — IV, 70. (Iulius) Tutor Trevirorum copias recenti Vangionum, Caeracatium, Tribocorum dilectu auctas... firmavit... (Legionarii) honesto transfugio rediere, secutis Tribocis Vangionibusque et Caeracatibus.

CAESAR, DIVVS IVLIVS, DICTATOR CAESAR, CAESAR DICTATOR, C. CAESAR, C. IVLIVS. — 1, 1. Pompeii Crassique potentia cito in Caesarem (cessit). — 1, 8. Tiberius populum edicto monuit, ne, ut quondam nimiis studiis funus Divi Iulii turbassent,

[1] Prosop., 111.

[2] Cn. Arulenus Caelius Sabinus. Prosop., A., 982.

[3] Prosop., 118. — Macke, II, 5 : « Hier ist das Cognomen *Caepio* wahr an die Stelle des abgeworfenen Gentile getreten; Cf. Mommsen, *Röm* I, s. 51 ». Caepionum gentilicium erat *Servilius*.

Digitized by Google

ita... Diem illum crudi adhuc servitii et libertatis improspere repetitae, cum occisus dictator Caesar... — 1, 42. « Divus Iulius seditionem exercitus verbo uno compescuit, Quirites vocando, qui sacramentum eius detrectabant. » — 2, 41. Aedes Fortis Fortunae Tiberim iuxta in hortis, quos Caesar dictator populo Romano legaverat..., dicantur. — 2, 43. (Piso, Cn. Pisonis pater), civili bello resurgentes in Africa partes acerrimo ministerio adversus Caesarem iuvit.— 3, 5. (Tiberius populum) monuit edicto .. referendum iam animum ad firmitudinem, ut quondam Divus Iulius amissa unica filia... (abstruserit) tristitiam. — 3, 62. Aphrodisienses... et Stratonicenses dictatoris Caesaris ob vetusta in partes merita et recens Divi Augusti decretum adtulere, laudati quod... — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « ... Marci Ciceronis libro, quo Catonem caelo aequavit, quid aliud dictator Caesar, quam rescripta oratione, velut apud iudices, respondit? ... Carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Caesarum leguntur; sed ipse Divus Iulius, ipse Divus Augustus et tulere ista et reliquere. » — 4, 43. (Templum) Dianae Limnatidis .. Lacedaemonii firmabant... C. Caesaris et M. Antonii sententia (sibi) redditum. — 6, 16. Legem dictatoris Caesaris, qua de modo credendi possidendique intra Italiam cavetur. — 11, 23. « Oppleturos omnia divites illos, quorum avi proavique hostilium nationum duces exercitus nostros ferro vique ceciderint, Divum Iulium apud Alesiam obsederint. » — 11, 25. Exhaustis etiam (familiis) quas dictator Caesar lege Cassia et princeps Augustus lege Saenia sublegere (in patriciorum numerum). — 12, 34. Caratacus (dux Britannorum)... vocabat... nomina maiorum, qui dictatorem Caesarem[1] pepulissent. — 12, 60. C. Oppius et Cornelius Balbus primi Caesaris opibus potuere condiciones pacis et arbitria belli tractare. — 13, 3. Dictator Caesar summis oratoribus aemulus. — 14, 9. (Mortuo demum Nerone Agrippina) domesticorum cura levem tumulum accepit viam Miseni [illegible] et villam Caesaris dictatoris, quae subiectos sinus [illegible] aspectat. — 16, 22. (Loquitur Cossutianus Capito [illegible] C. Caesarem et M. Catonem, ita nunc [illegible] te, N[illegible] ordiarum

[1] Peerlkamp : *Hiero*[illegible] [illegible]p. 8 (Macke, IV, 18).

Digitized by Google

civitas loquitur... Eiusdem animi est Poppaeam divam non credere, cuius in acta Divi Augusti et Divi Iulii non iurare. » — I, 42. (T. Vinius) ante aedem Divi Iulii iacuit primo ictu in poplitem. — I, 50. « Mansisse Gaio Iulio, mansisse Caesare Augusto victore imperium... » — I, 86. Prodigia insuper terrebant... statuam Divi Iulii in insula Tiberini amnis sereno et immoto die ab occidente in orientem conversam .. — I, 90. Quasi dictatorem Caesarem aut imperatorem Augustum prosequerentur, ita studiis votisque certabant. — III, 37. Consul uno die... fuerat Caninius Rebilus C. Caesare dictatore, cum belli civilis praemia festinarentur. — III, 66. « Non a Caesare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumes relictos. » — III, 68. Repentina vis dictatorem Caesarem oppresserat. — IV. 55. Iulius Sabinus... (ferebat) proaviam suam Divo Iulio per Gallias bellanti corpore atque adulterio placuisse. — IV, 57. Obtestante (apud Gallos Dillio) Vocula... melius Divo Iulio Divoque Augusto notos eorum animos (quam Galbae)... — *G.* 28. Validiores olim Gallorum res fuisse (quam Germanorum) summus auctorum Divus Iulius tradit. — 37. Nec impune C. Marius in Italia, Divus Iulius in Gallia... (Germanos) perculerunt. — *A*, 13. Primus omnium Romanorum Divus Iulius cum exercitu Britanniam ingressus, quamquam prospera pugna terruerit incolas ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. — 15. Britanni agitare inter se mala servitutis... « Recessuros (Romanos), ut Divus Iulius recessisset, modo virtutem maiorum suorum aemularentur ». — *O*, 17. (Loquitur Aper) « Nostrorum temporum disertis anteponere soletis... Ciceronem et Caesarem et Caelium et Calvum et Brutum et Asinium et Messalam... Ipse ego in Britannia vidi senem, qui se fateretur ei pugnae interfuisse, qua Caesarem inferentem arma Britanni arcere litoribus et pellere adgressi sunt. Ita si eum, qui armatus C. Caesari restitit, vel captivitas vel voluntas vel fatum aliquod in urbem pertraxisset, aeque idem et Caesarem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse ». — 21. « Concedamus sane C. Caesari, ut propter magnitudinem cogitationum et occupationes rerum minus in eloquentia effecerit, quam divinum eius ingenium postulabat... Nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros

Digitized by Google

legit, nisi qui et carmina eorumdem miratur. . » – 25. (Loquitur Messalla) « Apud nos Cicero quidem ceteros eorumdem temporum disertos antecessit, Calvus autem et Asinius et Caesar et Caelius et Brutus iure et prioribus et sequentibus anteponuntur... Splendidior Caesar... An (Brutus) Ciceroni invideret, qui mihi videtur ne Caesari quidem invidisse ? » — 26. « Exspectabam, ut (Aper) incusato Asinio et Caelio et Calvo aliud nobis agmen produceret,... ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus. » — 28. « Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam Augusti praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. » — 34. « Aetatis anno .. unoetvicensimo Caesar Dolabellam... (ea oratione insecutus est, quam) hodie quoque cum admiratione legimus. » — 38. (Loquitur Maternus) « Neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus (legitur)[1]... »

CAESAR AVGVSTVS, CAESAR OCTAVIANVS, v. AVGVSTVS.
C. CAESAR, Agrippae filius, v. GAIVS *(A)*.
L. CAESAR, Agrippae filius, v. LVCIVS.
TIBERIVS CAESAR, v. TIBERIVS.
GERMANICVS CAESAR, v. GERMANICVS.
DRVSVS CAESAR, Tiberii filius, v. DRVSVS *(A)*.
DRVSVS (CAESAR), Germanici filius, v. DRVSVS *(B)*.
NERO (CAESAR), Germanici filius, v. NERO *(A)*.
CAESAR CALIGVLA, v. GAIVS *(B)*,
CLAVDIVS CAESAR, v. CLAVDIVS.
(TI. CLAVDIVS CAESAR) BRITANNICVS, v. BRITANNICVS.
NERO CAESAR, Agrippinae filius, v. NERO *(B)*.
GALBA (CAESAR), v. GALBA.
(PISO) CAESAR, v. PISO LICINIANVS.
OTHO (CAESAR), v. OTHO.
VITELLIVS (CAESAR), v. A. VITELLIVS.
VESPASIANVS CAESAR, v. VESPASIANVS.
CAESAR TITVS, v. TITVS.
CAESAR DOMITIANVS, v. DOMITIANVS.

[1] V. etiam I, 9, 10; IV, 73.

Digitized by Google

NERVA CAESAR, v. NERVA.

TRAIANVS (CAESAR), v. TRAIANVS.

CAESAR, CAESARIS VOCABVLVM. — I, 62. Caesarem se appellari etiam victor prohibuit Vitellius — II, 62. (Vitellius) praemisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet...

CAESAREA. — II, 79. Discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream ; illa Syriae, hoc Iudaeae caput est.

CAESARES, CAESARVM FAMILIA, CAESARVM DOMVS. — 1, 3. Augustus,.. genitos Agrippa Gaium ac Lucium in familiam Caesarum induxerat. — 1, 10. Livia... gravis domui Caesarum noverca. — 1, 74. Addidit Hispo statuam Marcelli altius quam Caesarum sitam. — 2, 27. Firmius Catus senator, ex intima Libonis amicitia, iuvenem... impulit, dum proavum Pompeium... consobrinos Caesares.. ostentat.— 2, 30. Vno tamen libello manu Libonis nominibus Caesarum aut senatorum additas atroces vel occultas notas accusator arguebat. — 2, 42. Vt versa Caesarum subole imperium adeptus est (Tiberius)... — 2, 64. Structi et arcus circum latera templi Martis Vltoris cum effigie Caesarum. — 2, 76. (Apud Cn. Pisonem M. Piso filius disserebat).., non duraturos in partibus (eius) centuriones militesque, apud quos... penitus infixus in Caesares amor praevaleret. — 3, 9. Piso... Tiberi devectus... navem tumulo Caesarum adpulerat... — 3, 29. (Imperante Augusto) initia fastigii Caesaribus erant magisque in oculis vetus mos. — 4, 3. Plena Caesarum domus, iuvenis filius (Tiberii), nepotes adulti moram cupitis (Seiani) adferebant. — 4, 40. Ad ea Tiberius laudata pietate Seiani... adiunxit : « ..Simplicius acturum, de inimicitiis primum Agrippinae, quas longe acrius arsuras, si matrimonium Liviae velut in partes domum Caesarum distraxisset...»— 4, 75. In (Cn.) Domitio super vetustatem generis propinquum Caesaribus sanguinem delegerat (Tiberius). — 6, 46. Sin extra domum successor quaereretur, ne memoria Augusti, ne nomen Caesarum in ludibria et contumelias verterent, metuebat (Tiberius). — 12, 2. Pallas (suadebat Claudio, ut Agrippinam, Germanici filiam, uxorem duceret), ne femina expertae fecunditatis, integra iuventa, claritudinem Caesarum aliam in domum ferret. — 12, 6. (L. Vitellius disseruit apud senatum) .. audivisse a paren-

Digitized by Google

tibus, vidisse ipsos abripi coniuges ad libita Caesarum... — 12, 62. Byzantii... memorabant... recentia in Caesares merita... — 13, 1. (Iunium Silanum) virum... nobilem et, quod tunc spectaretur, e Caesarum posteris. — 14, 7. (Burrus) praetorianos toti Caesarum domui obstrictos memoresque Germanici nihil adversus progeniem eius (Agrippinam) atrox ausuros respondit. — 14, 61. (Queritur Poppaea apud Neronem) « Quod alioquin suum delictum? .. An quia veram progeniem penatibus Caesarum datura sit ? » — 15, 14. Tum (Caesennius) Paetus Lucullos, Pompeios et, si qua Caesares obtinendae donandaeve Armeniae egerant..., memorat. — 16, 7. Obiectavit... (Nero) Cassio, quod inter imagines maiorum etiam C. Cassii effigiem coluisset, ita inscriptam « Duci partium », quippe semina belli civilis et defectionem a domo Caesarum quaesitam. — I, 5. Miles urbanus longo Caesarum sacramento imbutus et ad destituendum Neronem arte magis et impulsu quam suo ingenio traductus. — I, 16. « (Neronem) longa Caesarum serie tumentem ». — I, 89 Ex quo Divus Augustus res Caesarum composuit. — II, 6. Auditique saepius in Syria Iudaeaque Caesares quam inspecti. — III, 72. Lutatii Catuli nomen (quippe qui restitutum a Sulla Capitolium dedicavisset) inter tanta Caesarum opera usque ad Vitellium mansit. — V, 5. Nulla simulacra urbibus suis (Iudaei), nedum templis, sistunt; non regibus haec adulatio, non Caesaribus honor. — *A*, 4 Gnaeus Iulius Agricola . . utrumque avum procuratorem Caesarum habuit.

CAESARIENSIS MAVRETANIA. — II, 58. Lucceius Albinus a Nerone Mauretaniae Caesariensi praepositus, addita per Galbam Tingitanae provinciae administratione. — II, 59. Albinus, dum e Tingitana provincia Caesariensem Mauretaniam petit...

CAESELLIVS BASSVS, BASSVS[1]. — 16, 1. Inlusit dehinc Neroni fortuna per .. promissa Caesellii Bassi, qui origine Poenus, mente turbida, nocturnae quietis imaginem ad spem haud dubiae rei traxit... — 16, 3. Bassus, effosso agro suo latisque circum arvis, dum hunc vel illum locum promissi specus adseverat..., pudorem et metum morte voluntaria effugit. Quidam vinctum ac mox dimissum tradidere...

[1] Prosop., 131. — Vulg. ante Bekkerum cum dett : *Cesellius.*

Digitized by Google

CAESENNIVS MAXIMVS[1]. — 15, 71. Caedicia... et Caesennius[2] Maximus Italia prohibentur.

CAESENNIVS PAETVS, PAETVS[3]. — 14, 29. Caesennio[4] Paeto et Petronio Turpiliano consulibus. — 15, 6. (Corbulo) proprium ducem tuendae Armeniae poposcerat, et adventare Caesennius Paetus audiebatur. Iamque aderat, copiis ita divisis, ut quarta et duodecima legiones addita quinta... simul Pontica et Galatarum Cappadocumque auxilia Paeto oboedirent .. Neque Corbulo aemuli patiens et Paetus, cui satis ad gloriam erat, si proximus haberetur, despiciebat gesta .. — 15, 7. Bellum propalam sumptum a Parthis. Nec Paetus detrectavit, sed duabus legionibus .. Armeniam intrat tristi omine... — 15, 8. Ceterum Paetus spretis ominibus, necdum satis firmatis hibernaculis, nullo rei frumentariae provisu, rapit exercitum trans montem Taurum reciperandis, ut ferebat, Tigranocertis... — 15, 9. Parthi omisso paratu invadendae Syriae spem omnem in Armeniam (verterunt), ubi Paetus imminentium nescius... (exercitum) infirmaverat. — 15, 10. Retineri castra et eludi Parthus tractu belli poterat, si Paeto aut in suis aut in alienis consiliis constantia fuisset. — 15, 11. At Vologaeses, quamvis obsessa a Paeto itinera hinc peditatu inde equite accepisset... — 15, 12. (Corbulo milites) diversas fugae causas obtendentes redire ad signa et clementiam Paeti experiri monebat. — 15, 14. Missi posthac Paeto nuntii et (Vologaesis) conloquium petitum, qui Vasacen praefectum equitatus ire iussit. Tum Paetus Lucullos, Pompeios et, si qua Caesares obtinendae donandaeve Armeniae egerant, . .memorat. — 15, 16. (Corbulo) adicit iure iurando Paeti cautum apud signa... neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur litterae Neronis, an paci adnueret... (Constat) una die quadraginta milium spa-

[1] Prosop., 162.

[2] *Caesonius* Lipsius ex Martiale, 7. 44. Cf. Nipperdey-Andresen. — « Vtra forma recta sit, certe diudicari nequit » (Prosop.). — Vulg. ante Lipsium ex dett. : *Cesenius*.

[3] Prosop., 137. — Veteres Taciti editores : *Cesenius*, *Cesennius*.

[4] M : *cesonio*. Corr. Nipperdey. « Da... 15, 6 ff. im I. 62 n. Chr. ein Konsular Caesennius Paetus vorkommt, welchen auch Dio, 62, 20, Λούκιον Καισέννιον Παῖτον nennt, so muss mann schon deshalb glauben, dass hier derselbe genannt sei, da eine so grosse Aehnlichkeit des Namens bei zwei verschiedenen Männern derselben Zeit und Stellung zu unwahrscheinlich ist » (Nipperdey-Andresen).

Digitized by Google

tium emensum esse Paetum, desertis passim sauciis, neque minus deformem illam fugientium trepidationem, quam si terga in aciem vertissent. — 15, 17. Exim Paetus per Cappadociam hibernavit. — 15, 24. Legati Parthorum mandata regis Vologaesis... (Romam) attulere : « . ..Nuper clausum Tigranen; post Paetum legionesque, cum opprimere posset, incolumes dimisisse. » — 15, 25. Talibus Vologaesis litteris, quia Paetus diversa, tamquam rebus integris scribebat. ., Corbulo (gerendo bello adversus Parthos) praeficitur, ne cuius alterius inscitia rursum peccaretur, quia Paeti piguerat... Regressum Paetum, cum graviora metueret, facetiis insectari satis habuit Caesar. — 15, 26. (Corbulo apud milites) orditur... magnifica de auspiciis imperatoris rebusque a se gestis, adversa in inscitiam Paeti declinans. — 15, 28. Locus, in quo nuper obsessae cum Paeto legiones erant, cum (a Tiridate conloquio delectus esset),. . Corbuloni non vitatus... Neque infamia Paeti augebatur, quod eo maxime patuit, quia filio eius tribuno ducere manipulos atque operire reliquias malae pugnae imperavit[1].

CAESIA SILVA. — 1. 50. At Romanus agmine propero silvam Caesiam limitemque a Tiberio coeptum scindit.

*CAESILIANVS, v. CAECILIANVS.

*CAESIVS AELIANVS, v. CAECILIANVS.

CAESIVS CORDVS. — 3, 38. Ancharius Priscus Caesium Cordum pro consule Cretae postulaverat repetundis, addito maiestatis crimine. — 3, 70. Post auditi Cyrenenses et accusante Anchario Prisco Caesius Cordus repetundarum damnatur.

CAESIVS NASICA. — 12, 40. Neque dispari eventu pugnatum a legione, cui Caesius Nasica praeerat (in Britannia).

*CAESIVS PROCVLVS, v. CESTIVS PROCVLVS.

*CAESONIVS MAXIMVS, v. CAESENNIVS MAXIMVS.

*CAESONIVS PAETVS, v. CAESENNIVS PAETVS.

C. CAETRONIVS[2]. — 1, 44. Seditiosissimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primae C. Caetronium.

CAETRONIVS PISANVS, — IV, 50. (Valerius Festus legionis in

[1] V. etiam 15. 13, 15.
[2] Vulg. : *C. Cetronius.*

Digitized by Google

Africa legatus) praefectum... castrorum Caetronium[1] Pisanum vinciri iussit proprias ob simultates, sed Pisonis (proconsulis) satellitem vocabat...

CALABRIA. — 3, 1. Corcyram insulam..., litora Calabriae contra sitam. — 3, 2. (Edixerat Tiberius), ut magistratus Calabriae Apulique et Campani suprema erga memoriam filii sui munia fungerentur. — 12, 65. (Domitiae Lepidae) obiecta sunt..., quodque parum coercitis per Calabriam servorum agminibus pacem Italiae turbaret. — II, 83. (Mucianus cogitabat) Vitellium in incerto fore, quam partem Italiae protegeret, si... Brundisium Tarentumque et Calabriae Lucaniaeque litora infestis classibus peterentur.

CALAVIVS SABINVS. — 15, 7. (Caesennius) Paetus... duabus legionibus, quarum... duodecimam Calavius[2] Sabinus (eo in tempore regebat), Armeniam intrat.

CALEDONIA. — *A*, 10. Formam totius Britanniae... oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere. Et est ea facies citra Caledoniam... — 11. Rutilae Caledoniam[3] habitantium comae, magni artus Germanicam originem adseverant. — 25. Caledoniam[4] incolentes populi... oppugnare ultro castella adorti... — 27. Exercitus nihil virtuti suae invium et penetrandam Caledoniam[5] inveniendumque tandem Britanniae terminum. . fremebant. — 31. « Primo statim congressu ostendamus, quos sibi Caledonia[6] viros seposuerit. »

CALES. — 4, 27. Cutius Lupus quaestor, cui provincia vetere ex more Cales[7] evenerant. — 6, 15. (M.) Vinicio oppidanum genus : Calibus ortus...

CALGACVS. — *A*, 29. Inter... duces (Britannorum) virtute et genere praestans nomine Calgacus[8] apud contractam multitudinem... in hunc modum locutus fertur.

[1] **M** : *cetronium*. Sic vulg. Corr. Orelli coll. 1, 44.

[2] Vrsinus : *Flavius;* Baiter : *C. Flavius;* Freinsheim : *Calvisius*. — *Calavii* memorati sunt in titulis.

[3] **B** : *Caledomam;* **A** : *Calydoniam* (litt. *y* suprasc. *e a* 1 m.).

[4] **A B** : *Calidoniam*.

[5] **A B** : *Calidoniam*.

[6] **B** : *Caledonia*; **A** : *Calidonia*.

[7] **M** : *calles*, quod tuetur Orelli. Corr. Lipsius. Cf. Nipperdey-Andressen.

[8] **B** : *galgacus*, quod corr. 1 m. Sic vulg. ante Broterium.

Digitized by Google

CALIGVLA, v. GAIVS CAESAR (*B*).

CALLISTVS[1]. — 11, 29. Ac primo Callistus, iam mihi circa necem *Gaii* Caesaris narratus, et... Narcissus flagrantissimaque eo in tempore gratia Pallas agitavere, num Messalinam secretis minis depellerent amore Silii... Dein metu... desistunt, Pallas per ignaviam, Callistus prioris quoque regiae peritus et potentiam cautis quam acribus consiliis tutius haberi. — 11, 38. Decreta Narcisso quaestoria insignia, levissimum fastidio eius, cum super Pallantem et Callistum ageret. — 12, 1. Convulsa principis domus, orto apud libertos certamine (cum uxor Claudio deligenda esset)...Callistus (Lolliae Paulinae fautor aderat). — 12, 2. Callistus (disserebat Aeliam Paetinam) improbatam longo discidio..., longeque rectius Lolliam induci...

(C. CALPETANVS RANTIVS QVIRINALIS) VALERIVS FESTVS, v. VALERIVS FESTVS.

CALPVRNIA. — 11, 30. Exim Calpurnia, id paelici (Claudii) nomen, ubi datum secretum, genibus Caesaris provoluta nupsisse Messalinam Silio exclamat[2].

CALPVRNIA[3]. — 12, 22. Calpurnia inlustris femina pervertitur, quia formam eius laudaverat princeps, nulla libidine, sed fortuito sermone, unde ira Agrippinae citra ultima stetit. — 14, 12. (Nero) quo gravaret invidiam matris eaque demota auctam lenitatem suam testificaretur, feminas inlustres Iuniam et Calpurniam... sedibus patriis reddidit ab Agrippina olim (pulsas).

CALPVRNIA SCITA[4]. — 15, 20. (Loquitur Paetus Thrasea) « Sic... magistratuum avaritia Calpurnia scita (peperit). »

CALPVRNII, CALPVRNIVM GENVS. — 3, 24. Inlustrium domuum adversa, etenim haud multum distanti tempore Calpurnii Pisonem, Aemilii Lepidam amiserant... — 15, 48. (C. Piso) Calpurnio genere ortus ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus.

CALPVRNIVS[5]. — 1, 39. Ni aquilifer (primae legionis) Calpurnius vim extremam arcuisset...

[1] C. Iulius Claudius Callistus. Prosop., I, 154.
[2] V. etiam 11, 29.
[3] Prosop., 267.
[4] Lex repetundarum L. Calpurnii Pisonis trib. pl. a. 605 = 149.
[5] Omissus est in Prosop.

Digitized by Google

CALPVRNIVS ASPRENAS, ASPRENAS[1]. — II, 9. Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat... Asprenati cuncta ex fide nuntiata, cuius cohortatione expugnata navis (falsi Neronis), et interfectus quisquis ille erat.

L. (CALPVRNIVS) BESTIA, v. L. BESTIA.

C. (CALPVRNIVS) BIBVLVS, v. C. BIBVLVS.

CALPVRNIVS FABATVS[2]. — 16, 8. Trahebantur ut conscii (Lepidae Cassii uxoris)... Calpurnius Fabatus eques Romanus; qui appellato principe instantem damnationem frustrati mox Neronem circa summa scelera distentum quasi minores evasere.

CALPVRNIVS GALERIANVS, GALERIANVS[3]. — IV, 11. Plurimum terroris intulit caedes Calpurnii Galeriani. Is fuit filius Gaii Pisonis, nihil ausus; sed nomen insigne et decora ipsius iuventa rumore vulgi celebrabantur, erantque in civitate adhuc turbida..., qui principatus inanem ei famam circumdarent. Iussu Muciani custodia militari cinctus... fuso per venas sanguine exstinguitur. — IV, 49. Claudius Sagitta... (L. Pisonem Africae proconsule admonet) cecidisse Galerianum consobrinum eius generumque.

C. (CALPVRNIVS) PISO, v. C. PISO.

(CN. CALPVRNIVS) PISO, cos. a. 731, v. PISO.

CN. (CALPVRNIVS) PISO, Germanici inimicus, v. CN. PISO.

L. CALPVRNIVS, CN. PISO[4]. — 3, 16. (Tiberius in senatu) recitat codicillos a Pisone in hunc ferme modum compositos: « ...Vosque oro, liberis meis consulatis, ex quibus Cn. Piso qualicumque fortunae meae non est adiunctus, cum omne hoc tempus in urbe egerit. » — 3, 17. Aurelius Cotta consul... censuit..., pars (bonorum Pisonis) ut Cn. Pisoni filio concederetur isque praenomen mutaret. — 4, 62. M. Licinio L. Calpurnio consulibus[5].

CALPVRNIVS PISO, L. PISO, PISO[6]. — 2, 32. Dona (deis)...

[1] Prosop., 197.
[2] Prosop., 208.
[3] Filius C. (Calpurnii) Pisonis, qui in Neronem coniuraverat.
[4] Prosop., 231 et 237.
[5] V. etiam 2, 57; 3, 15.
[6] Prosop., 233. Frater Cn. (Calpurnii) Pisonis, Germanici inimici.

Digitized by Google

L. Piso[1] et Gallus Asinius et Papius Mutilus et L. Apronius decrevere (ob mortem Libonis Drusi). — 2, 34. L. Piso ambitum fori, corrupta iudicia... increpans, abire se et cedere urbe... testabatur... Commotus est Tiberius et, quamquam mitibus verbis Pisonem permulsisset, propinquos quoque eius impulit, ut abeuntem... tenerent. Haud minus liberi doloris documentum idem Piso mox dedit vocata in ius Vrgulania... Nec aut Vrgulania obtemperavit, in domum Caesaris spreto Pisone vecta, aut ille abscessit... Propinquis Pisonem frustra coercentibus, deferri Augusta pecuniam, quae petebatur (iussit). Isque finis rei, ex qua neque Piso inglorius et Caesar maiore fama fuit. — 3, 11. Reo (Cn. Pisoni)... M'. Lepidus et L. Piso et Livineius Regulus (patroni) adfuere. — 3, 68. (Tiberius) L. Pisonem sententiam rogat. Ille... aqua atque igni Silano interdicendum censuit ipsumque in insulam Gyarum relegandum. — 4, 21. Actum dehinc de Calpurnio Pisone, nobili ac feroci viro. Is namque, ut rettuli, cessurum se urbe ob factiones accusatorum in senatu clamitaverat et spreta potentia Augustae trahere in ius Vrgulaniam... ausus erat... Pisonem Q. Granius secreti sermonis incusavit adversum maiestatem habiti, adiecitque in domo eius venenum esse eumque gladio accinctum introire curiam... Receptus est reus neque peractus ob mortem opportunam.

L. (CALPVRNIVS) PISO, v. L. PISO (*A*, *B*, *C*, *D*).

(L. CALPVRNIVS) PISO LICINIANVS, v, PISO LICINIANVS.

M. (CALPVRNIVS) PISO, v. M. PISO.

CALPVRNIVS REPENTINVS, CALPVRNIVS. — 1, 56. Quattuor centuriones duoetvicensimae legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti vinctique. — 1, 59. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium centuriones... occidi iussit (Vitellius), damnatos fidei crimine...

CALPVRNIVS SALVIANVS, SALVIANVS[2]. — 4, 36. Feriarum Latinarum diebus praefectum urbis Drusum... (adiit) Calpurnius

[1] M : *P.* Corr. Io. Fr. Gronovius. — Lipsius : *L. Paetus*, alii alia.
[2] Prosop., 261.

Digitized by Google

Salvianus in Sex. Marium. Quod a Caesare palam increpitum causa exilii Salviano fuit.

CALVIA CRISPINILLA[1]. — I, 73. Expostulata ad supplicium Calvia[2] Crispinilla variis frustrationibus... periculo exempta est. Magistra libidinum Neronis, transgressa in Africam ad instigandum in arma Clodium Macrum..., totius postea civitatis gratiam obtinuit, consulari matrimonio subnixa et apud Galbam, Othonem, Vitellium inlaesa, mox potens pecunia et orbitate...

CALVINA, v. IVNIA CALVINA.

CALVISIVS. — 13, 19. (Iunia Silana) spe ultionis oblata parat accusatores (in Agrippinam) ex clientibus suis, Iturium et Calvisium... Haec Iturius et Calvisius Atimeto, Domitiae Neronis amitae liberto, aperiunt. — 13, 21. (Loquitur Agrippina) « ...Nec si Iturius et Calvisius adesis omnibus fortunis novissimam suscipiendae accusationis operam anui rependunt, ideo... — 13, 22. Calvisius quoque et Iturius relegantur. — 14, 12. (Post caedem Agrippinae Nero) quos... ipse nuper relegaverat, Iturium et Calvisium poena exsolvit[3].

C. CALVISIVS, SABINVS CALVISIVS, CALVISIVS, CALVISIVS SABINVS[4]. — 4, 46. Lentulo Gaetulico C. Calvisio consulibus. — 6, 9. Acervatim ex eo Annius Pollio, Appius Silanus Scauro Mamerco simul ac Sabino Calvisio maiestatis postulantur..., clari genus atque idem summis honoribus. Contremuerantque patres..., ni Celsus urbanae cohortis tribunus tum inter indices, Appium et Calvisium discrimini exemisset. — I, 48. Titus Vinius... prima militia infamis. Legatum Calvisium Sabinum habuerat, cuius uxor, mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa,... in ipsis principiis stuprum ausa. Et criminis huius reus Titus Vinius arguebatur...

* CALVISIVS SABINVS, v. CALAVIVS SABINVS.

CALVSIDIVS. — 1, 35. Miles nomine Calusidius strictum obtulit (Germanico) gladium.

CALVVS[5]. — O. 17. (Loquitur Aper) « Nostrorum temporum

[1] Prosop., 297.
[2] *a : Galuia : b : Gallura*. Corr. Lipsius ex Dione, 63. 12.
[3] V. etiam 13, 20.
[4] Prosop., 289.
[5] C. Licinius Calvus.

Digitized by Google

disertis anteponere soletis... Ciceronem et Caesarem et Caelium et Calvum et Brutum et Asinium et Messalam... » — 18. « Vtinam nulla parte imitatus esset (oratores vere antiquos) Calvus vester aut Caelius aut ipse Cicero... Legistis utique et Calvi et Bruti ad Ciceronem missas epistulas, ex quibus facile est deprehendere Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem et aridum...; rursusque Ciceronem a Calvo quidem male audiisse tamquam solutum et enervem... » — 21. « Ipse mihi Calvus, cum unum et viginti, ut puto, libros reliquerit, vix in una et altera oratiuncula satis facit. Nec dissentire ceteros ab hoc meo iudicio video. Quotus enim quisque Calvi in Asitium aut in Drusum legit? At hercle in omnium studiosorum manibus versantur accusationes, quae in Vatinium inscribuntur .., ut scias ipsum quoque Calvum intellexisse quid melius esset, nec voluntatem ei..., sed ingenium ac vires defuisse. » — 23. « Vobis utique versantur ante oculos illi, qui... rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt, Calvi[1] mirantur. » — 25. (Loquitur Messalla) « Apud nos Cicero quidem ceteros eorumdem temporum disertos antecessit, Calvus autem et Asinius et Caesar et Caelius et Brutus iure et prioribus et sequentibus anteponuntur... Adstrictior Calvus... Calvum et Asinium et ipsum Ciceronem credo solitos... et livere et ceteris humanae infirmitatis vitiis adfici. » — 26. « Exspectabam, ut (Aper) incusato Asinio et Caelio et Calvo aliud nobis agmen produceret .., ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus. » — 34. « Aetatis anno... altero et vicensimo Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodie quoque cum admiratione legimus. » — 38. (Loquitur Maternus) « Neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus (legitur),.. »

CAMERIVM. — 11, 24. (Loquitur Claudius) « Neque enim ignoro... Coruncanios Camerio... accitos. »

CAMILLVS. — 2, 52. Post illum reciperatorem urbis[2] filiumque eius Camillum[3] penes alias familias imperatoria laus fuerat.

[1] Nipperdey : *L. Aelii.* Intellegendus est L. Aelius Stilo.
[2] M. Furius Camillus.
[3] L. Furius Camillus.

Digitized by Google

cederet hostibus... ; visamque speciem in aestuario Tamesae subversae coloniae [1].

CAMVRIVS [2]. — I, 41. De percussore (Galbae) non satis constat...; crebrior fama tradidit Camurium quintae decimae legionis militem impresso gladio iugulum eius hausisse.

* CANGI, v. CEANGI.

CANINIVS GALLVS, GALLVS [3]. — 6, 12. Relatum... de libro Sibullae, quem Caninius Gallus quindecimvirum recipi interceteros eiusdem vatis et ea de re senatus consultum postulaverat. Quo per discessionem facto misit litteras Caesar... Gallo exprobrabat, quod scientiae caerimoniarumque vetus incerto auctore... apud infrequentem senatum egisset.

CANINIVS REBILVS [4] *(A)*. — III, 37. Consul uno die... fuerat Caninius Rebilus [5] C. Caesare dictatore, cum belli civilis praemia festinarentur.

CANINIVS REBILVS [6] *(B)*. — 13, 30. Caninius Rebilus [7], ex primoribus peritia legum et pecuniae magnitudine, cruciatus aegrae senectae misso per venas sanguine effugit, haud creditus sufficere ad constantiam sumendae mortis, ob libidines muliebriter infamis.

CANNINEFAS (subst. et adiect.), CANNINEFATES [8]. — 4, 73. Repertis vadis alam Canninefatem et, quod peditum Germanorum inter nostros merebat, circumgredi terga hostium iubet (L. Apronius). — 11, 18. Chauci. . inferiorem Germaniam incursavere

[1] V. etiam *A*, 14, 16, 32.

[2] Prosop., 314.

[3] L. Caninius Gallus. Prosop., 328.

[4] C. Caninius Rebilus, cos. a. 709 = 45, suff. Q. Fabio Maximo.

[5] **M** : *rebitus*. Corr. Rhenanus.

[6] Prosop., 329. Nepos, ut videtur, eius qui praecedit.

[7] **M** : *G. Aminius rebius*. Corr. Lipsius dubitanter, sine haesitatione Ritter : « Tacitus enim ex tribus nominibus Romanoram *duo* ponit, ubi homines nobiles primum nominat, mox uno contentus est, nisi post maius intervallum rursus memorantur. Vnum praebet in commemoratione aut obscurorum hominum aut praeter ceteros illustrium, ut in Caesaribus et principibus. Ab ea consuetudine semel tantum neque sine iusta causa cessit *Agr.* 4, vitam soceri narraturus et totum librum huic uni destinaturus... *Aminia*... gens nulla cognita est... Porro nomen *Rebius* ignotum est... »

[8] De nominis huius scriptura v. Orelli, ad 4, 73. Vulg. a Lipsio ad Ernestium : *Caninefas*.

Digitized by Google

duce Gannasco, qui natione Canninefas, auxiliare stipendium meritus, post transfuga... — IV, 15. Missi (a Iulio Civile) ad Canninefates, qui consilia sociarent. Ea gens partem insulae colit, origine, lingua, virtute par Batavis; numero superantur... Erat in Canninefatibus stolidae audaciae Brinno...; dux deligitur. — IV, 16. Civilis dolo grassandum ratus... sese cum cohorte, cui praeerat, Canninefatem tumultum compressurum (pollicitus est)... Vbi insidiae parum cessere, ad vim transgressus Canninefates, Frisios, Batavos propriis cuneis componit... — IV, 19. Batavorum et Canninefatium cohortes... missus a Civile nuntius adsequitur. — IV, 32. (Loquitur Civilis) « En ego praefectus unius cohortis et Canninefates Batavique, exigua Galliarum portio... » — IV, 56. Claudius Labeo .. furtim magis quam bello Canninefates Marsacosque incursabat. — IV, 79. Classem (Britannicam) ultro Canninefates adgressi sunt maiorque pars navium depressa aut capta. Et Nerviorum multitudinem sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret, idem Canninefates fudere. — IV, 85. (Verba facit apud Domitianum Mucianus) « Si status imperii aut salus Galliarum in discrimine verteretur, debuisse Caesarem in acie stare; Canninefates Batavosque minoribus ducibus delegandos. »

CANOPVS. — 2, 60. Germanicus... Nilo subvehebatur orsus oppido a Canopo. Condidere id Spartani ob sepultum illic rectorem navis Canopum, qua tempestate Menelaus Graeciam repetens...

* CANTIVS, v. C. ANTIVS.

CANVTIVS. — *O*, 21. Nec unum de populo Canutii[1] aut Attii... de Furnio et Toranio, quique alii in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem produnt.

CAPITO ATEIVS, v. ATEIVS CAPITO.

CAPITO COSSVTIANVS, CAPITO, v. COSSVTIANVS CAPITO.

CAPITO, v. C. FONTEIVS CAPITO.

[1] **A C** : *Ganuti ; b : canuti* ex **B** : *sanuti.* « Locus misere corruptus neque a quoquam probabiliter correctus. De personis ex Hessio haec tenenda. Duo memorantur *Canutii. P. Canutius*, accusator Oppianici in causa Cluentina, ut homo eloquentissimus et in primis ingeniosus laudatur a Cic., *Brut*, 56,205, *Cluent*, 18,50 Eius aequalis fuit *Ti. Canutius*, acerrimus M. Antonii adversarius, quem trib. pl. continua rabie lacerabat (Cic. *Phil.*, 3, 9,23, *ad Fam.*, 12, 3), ab Octaviano postea necatus (Vell., 2, 64). Iam uter intellegendus sit, non liquet. » (Orelli-Andresen.)

Digitized by Google

CAPITOLINVS, A, VM. — 15, 18. At Romae tropaea de Parthis arcusque medio Capitolini montis sistebantur. — 15, 23. (Ob puerperium Poppaeae Neronis uxoris decretum est a senatu) ut... Fortunarum effigies aureae in solio Capitolini Iovis locarentur.—III, 71. (Vitelliani) erigunt aciem per adversum collem usque ad primas Capitolinae arcis fores...

CAPITOLIVM. — 3, 36. C. Cestius senator disseruit... neque quemquam in Capitolium aliave urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur. — 6, 12. Post exustum sociali bello Capitolium... — 11, 23. « Quid si memoria eorum oreretur, qui Capitolio et arce Romana manibias deorum deripere conati sint? » — 12, 24. Forumque et Capitolium non a Romulo, sed a Tito Tatio additum urbi credidere. — 12, 42. Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius : carpento Capitolium ingredi, qui honos sacerdotibus et sacris antiquitus concessus .. — 12, 43. Multa eo anno prodigia evenere : insessum diris avibus Capitolium... — 12, 64. Mutationem rerum in deterius portendi cognitum est crebris prodigiis... Fastigium Capitolii examen apium insedit. — 14, 13. (Romam regressus Nero post caedem Agrippinae) superbus ac publici servitii victor Capitolium adiit, grates exsolvit. — 14, 61. Exim laeti Capitolium scandunt deosque tandem venerantur. Effigies Poppaeae proruunt... — 15, 36. (Nero) provincias Orientis, maxime Aegyptum, secretis imaginationibus agitans..., super ea profectione adiit Capitolium. — 15, 44. (Post incendium Neronis ex Sibullae libris) propitiata Iuno per matronas, primum in Capitolio... — 15, 71. Sed compleri interim urbs funeribus, Capitolium victimis. — 15, 74. (Nero) pugionem (Flavii Scaevini) apud Capitolium sacravit... — I, 2. Vrbs incendiis vastata, consumptis antiquissimis delubris, ipso Capitolio civium manibus incenso. — I, 33. « Non exspectandum, ut compositis castris forum invadat (Otho) et prospectante Galba Capitolium adeat. » — I, 39. Alii in Palatium redire (Galbam), alii Capitolium petere (censebant). — I, 40. Nec (Galbae percussores) Capitolii adspectus et imminentium templorum religio. . terruere... — I, 47. Otho cruento adhuc foro per stragem iacentium in Capitolium atque inde in Palatium vectus... — I, 71. Marium Celsum consulem designatum... acciri in Capitolium iubet (Otho). — I, 86. Prodigia insuper terrebant... : in

Digitized by Google

vestibulo Capitolii omissas habenas bigae, cui Victoria institerat... — II, 89. (Vitellius) Capitolium ingressus atque ibi matrem complexus Augustae nomine honoravit. — III, 69. (Flavius) Sabinus, re trepida, quod tutissimum e praesentibus, arcem Capitolii insedit mixto milite et quibusdam senatorum equitumque... Concubia nocte suos liberos Sabinus et Domitianum fratris filium in Capitolium accivit. — III, 70. (Queritur Flavius Sabinus) stratam innocentium caedibus celeberrimam urbis partem, ne Capitolio quidem abstineri. — III, 71. Vixdum regresso in Capitolium (Cornelio) Martiale, furens miles aderat... Faces in prominentem porticum iecere (Vitelliani) et sequebantur ignem ambustasque Capitolii fores penetrassent, ni... Tum diversos Capitolii aditus invadunt iuxta lucum asyli et qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur... Nec sisti poterant scandentes per coniuncta aedificia, quae ut in multa pace in altum edita solum Capitolii aequabant... Sic Capitolium clausis foribus indefensum et indireptum conflagravit. — III, 72. Arserat et ante Capitolium civili bello, sed fraude privata. — III, 75. Vitellius (Quintii Attici) consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus ac velut vicem reddens, quod interrogantibus, quis Capitolium incendisset, se reum Atticus obtulerat eaque confessione .. invidiam crimenque... a partibus Vitellii amolitus videbatur. — III, 78. « Cuncta festinatione, deinde ignavia Sabini corrupta, qui... munitissimam Capitolii arcem et ne magnis quidem exercitibus expugnabilem adversus tres cohortes tueri nequivisset... » Ne Petilius quidem Cerialis.. satis maturaverat, donec obsessi Capitolii fama cunctos simul (duces Flavianos) exciret. — III, 79. Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra... venit. Illic interfectum Sabinum, conflagrasse Capitolium... accepit, — III, 81. Vitellio rescriptum (ab Antonio) Sabini caede et incendio Capitolii dirempta belli commercia. — IV, 4. Mox deos respexere (senatores), restitui Capitolium placuit. — IV, 9. Censuerat Helvidius, ut Capitolium publice restitueretur, adiuvaret Vespasianus. — IV, 53. (Vespasianus) curam restituendi Capitolii in L. Vestinum confert. — IV, 54. Nihil aeque quam incendium Capitolii, ut finem imperio adesse crederent, impulerat (Gallos)...

CAPPADOCES, CAPPADOX. — 2, 56. Cappadoces in formam provinciae redacti Q. Veranium legatum accepere. — 2, 60.

Digitized by Google

Quas... terras Suri Armeniique et contigui Cappadoces colunt (eae adnumerantur inter partes imperii Rhamsis). — 6, 41. Clitarum natio Cappadoci Archelao subiecta. — 14, 26. Tigranes a Nerone ad capessendum (Armeniae) imperium delectus, Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos. — 15, 6. Copiis ita divisis, ut quarta et duodecima legiones addita quinta..., simul Pontica et Galatarum Cappadocumque auxilia (Caesennio) Paeto oboedirent.

CAPPADOCIA. — 2, 42. Rex Archelaus quinquagensimum annum Cappadocia potiebatur. — 12, 49. Erat Cappadociae procurator Iulius Paelignus. — 13, 8. Copiae Orientis ita dividuntur, ut pars... remaneret, par civium sociorumque numerus Corbuloni esset, additis cohortibus alisque, quae *in* Cappadocia hiemabant. — 13, 35. Habiti per Galatiam Cappadociamque[1] dilectus (supplendis Corbulonis legionibus). — 15, 6. (Quidam Corbulonem incusant)... « Cur enim exercitum Romanum a Tigranocertis deductum ?... An melius hibernavisse in extrema Cappadocia, raptim erectis tuguriis ?... » — 15, 12. (Corbulo) parte copiarum apud Suriam relicta..., qua proximum et commeatibus non egenum, regionem Commagenam, exim Cappadociam, inde Armenios petivit. — 15, 17. Exim Paetus per Cappadociam hibernavit. — I, 78. (Otho) nova iura Cappadociae (dedit). . ostentui magis quam mansura. — II, 6. Septem legiones (Syriae et Iudaeae) statim (partibus Vespasiani)..., inde continua Aegyptus..., hinc Cappadocia Pontusque et quidquid castrorum Armeniis praetenditur. — II, 81. Quidquid provinciarum adluitur mari Asia atque Achaia tenus, quantumque introrsus in Pontum et Armenios patescit, iuravere (in verba Vespasiani), sed inermes legati regebant, nondum additis Cappadociae legionibus.

CAPREAE. — 4, 67, (Tiberius) perosus... municipia et colonias omniaque in continenti sita, Capreas se in insulam abdidit, trium milium freto ab extremis Surrentini promunturii diiunctam... Graecos ea tenuisse Capreasque Telebois habitatas fama tradit. — 6, 1. (Tiberius) tramisso, quod Capreas et Surrentum interluit, freto Campaniam praelegebat. — 6, 2. Crediderat nimirum (Togonius Gallus) epistulae subsidio sibi alterum ex consulibus pos-

[1] M : *cappodiciam*.

Digitized by Google

centis, ut tutus a Capreis urbem peteret. — 6. 10. Nec secus apud principem Vescularius Flaccus ac Iulius Marinus ad mortem aguntur, e vetustissimis familiarium, Rhodum secuti et apud Capreas individui... — 6. 20. Sub idem tempus Gaius Caesar, discedenti Capreas avo comes, Claudiam... coniugio accepit.

CAPVA. — 4, 57. Caesar in Campaniam (abscessit), specie dedicandi templa apud Capuam Iovi, apud Nolam Augusto. — 13, 31. Coloniae Capua atque Nuceria additis veteranis firmatae sunt. — III, 57. Praecipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contra Capua Vitellio fida, municipalem aemulationem bellis civilibus miscebant. — IV, 3. Capuae legio tertia hiemandi causa locatur et domus inlustres adflictae. — *O*, 8. « Ausim contendere Marcellum... Eprium... et Crispum Vibium... non minus *illustres* esse in extremis partibus terrarum quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur. »

CARACINA. — IV, 5. Helvidius Priscus [regione Italiae] e Caracinae[1] municipio Cluviis ..

CARATACVS[2]. — 12, 33. Itum inde in Siluras, super propriam ferociam Carataci viribus confisos, quem multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum imperatores praemineret. — 12, 34. Caratacus huc illuc volitans, illam diem, illam aciem testabatur aut reciperandae libertatis .. — 12, 35. Captaque uxor et filia Carataci[3] fratresque in deditionem accepti... — 12, 36. Ne Romae quidem ignobile Carataci nomen erat... At non Caratacus[4] aut vultu demisso aut verbis misericordiam requirens, ubi tribunali adstitit, in hunc modum locutus est. — 12, 38. Vocati posthac patres multa et magnifica super captivitate Carataci disseruere... Censentur Ostorio triumphi insignia, pros-

[1] M : *carecinae*. Madvig corr. : *e Caracinae*. Cf. Mommsen, ad *C. I. L.*, IX, 2999 et p. 257. — Vulg. ex dett. : *Tarracinae*. — Ritter : *Carnico e*. Alii in loco interpolato delendum hoc nomen cum aliis quibusdam verbis censuerunt.

[2] Prosop., 355 a. Cf. Nipperdey-Andresen, ad 12, 33 : « *Caratacus* heisst er auch bei Zonar. XI, 12, Καρτάκης in der entsprechenden Stelle von Dios, *Exc. Vat.* c. 90; *Cataratacus* bei Dio, LX, 20 und in der Hds. d. Tac. c. 36 zu Ende. Aber jenes wird als das richtige erwiesen durch eine Inschrift, Grut., 902,5 : *Sex. Aquinio Carataco*, und die keltischen Formen *Caratauc*, *Karaduc*, u. a. » — Vulg : *Caractacus*.

[3] M : *carattaci*.

[4] M : *cataratacus*.

Digitized by Google

peris ad id rebus eius, mox ambiguis, sive amoto Carataco, quasi debellatum foret, minus intenta apud nos militia fuit, sive hostes miseratione tanti regis acrius ad ultionem exarsere. — 12, 40. Post captum Caratacum praecipuus scientia rei militaris Venutius, e Brigantum civitate... — III, 45. Cartimandua (Brigantum regina)... capto per dolum rege Carataco instruxisse triumphum Claudii Caesaris videbatur.

C. CARBO [1]. — *O*, 18. (Loquitur Aper) « Servio Galbae aut C. *Laelio aut C.* [2] Carboni, quosque alios merito antiquos vocaverimus. Sunt enim horridi et impoliti et rudes et informes. » — 34. (Loquitur Messalla) « Nono decimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem... (ea oratione insecutus est, quam) hodie quoque cum admiratione legimus ».

* CARCINVM, v. CARACINA.

* CARECINA, v. CARACINA.

CARENES [3]. — 12, 13. Vocante Carene (Meherdaten) promptasque res ostentante, si citi advenissent, non comminus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petivit... Exim nivibus et montibus fessi, postquam campos propinquabant, copiis Carenis [4] adiunguntur. — 12, 14. Concursumque magna caede et ambiguo eventu, donec Carenem profligatis obviis longius evectum integer a tergo globus circumveniret.

* CARINAS CELER, v. CARRINAS CELER.

* CARIOVALDA, v. CHARIOVALDA.

CARMANII. — 6, 36. (Artabanus) in longinqua et contermina Scythiae fugam maturavit spe auxilii, quia Hyrcanis Carmaniisque per adfinitatem innexus erat.

CARMELVS. — II, 78. Est Iudaeam inter Syriamque Carmelus, ita vocant montem deumque. Nec simulacra deo aut templum...,

[1] C. Papirius Carbo, tribunus plebis a. 623 = 131, Gracchorum socius. Cos. a. 634 = 120.

[2] « *Laelio aut. C.* certa emendatione supplevit Ritter ex eis, quae Messalla respondet c. 25 ext. » (Orelli-Andresen). Ea sunt haec : « Quod ad Servium Galbam et C. Laelium attinet et si quos alios antiquiorum *Aper* agitare non destitit... » Attamen Ed. Wolff, *Corn. Tac. dial. de Orat.*, Gotha, 1890, lacunam hic esse negat.

[3] Omissus est in Prosop., — Vulg. : *Carrhenes.*

[4] M : *carrenis.*

Digitized by Google

ara tantum et reverentia. Illic sacrificanti Vespasiano... Basilides sacerdos inspectis... extis...

* CARRHENES, v. CARENES.

CARRINAS CELER. — 13, 10. Neque recepti sunt inter reos Carrinas[1] Celer senator servo accusante, aut...

(CARRINAS SECVNDVS), SECVNDVS CARRINAS[2]. — 15, 45. Per Asiam atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas provincias Acrato ac Secundo Carrinate[3]... Hic Graeca doctrina ore tenus exercitus animum bonis artibus non induerat.

CARSIDIVS SACERDOS[4]. — 4, 13. Carsidius[5] Sacerdos, reus tamquam frumento hostem Tacfarinatem iuvisset, absolvitur. — 6, 48. Stuprorum (Albucillae) ministri, Carsidius[6] Sacerdos praetorius, ut in insulam deportaretur... (decernitur).

* CARSIVS SACERDOS, v. CARSIDIVS SACERDOS.

CARSVLAE. — III, 60. Duces partium (Flavianarum) ut Carsulas venere.., Et locus ipse castrorum placebat, late prospectans, tuto copiarum adgestu, florentissimis pone tergum municipiis...

CARTHAGINIENSES. — IV, 49. (L. Piso proconsule Africae)... edicto Carthaginiensibus increpitis...

CARTHAGO. — 16, 1. « Dido Phoenissam Tyro profugam condita Carthagine illas opes abdidisse, ne novus populus nimia pecunia lasciviret, aut reges Numidarum, et alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur. » — I, 76. Idem Africae (erga Othonem) obsequium, initio Carthagine orto... Carthaginem ceterae civitates secutae. — IV, 49. Centurio a Muciano missus, ut portum Carthaginis attigit, magna voce laeta Pisoni (proconsuli) omina... continuare...

[1] M : *carinas*. Corr. Nipperdey. Cf. infra.

[2] Prosop., 379.

[3] M : *caprinate*. Corr. Nipperdey. — Puteolanus : *Carinate*. — « Duplici *r*... nomen scribitur et apud Iuvenalem » (VII, 204, ubi agitur de Secundo Carrinate rhetore nostri, ut videtur, patre; cf. Dio, 59, 20) « et in inscriptionibus » (Orelli). Cf. *C. I. L.*, I, p. 466, VI, 14433 sqq.

[4] Prosop., 380.

[5] M : *carsius*. Corr. Reinesius ex titulo (Gruter, 767, 10).

[6] M : *grasidius*. Corr. Reinesius.

Digitized by Google

CARTIMANDVA. — 12, 36. (Caratacus), cum fidem Cartimanduae[1] reginae Brigantum petivisset, vinctus ac victoribus (Romanis) traditus est. — 12, 40. Venutius, e Brigantum civitate..., fidus... diu et Romanis armis defensus, cum Cartimanduam[2] reginam matrimonio teneret. Mox orto discidio et statim bello etiam adversus nos hostilia induerat. Sed primo tantum inter ipsos certabatur callidisque Cartimandua[3] artibus fratrem ac propinquos Venutii intercepit... — III, 45. Britanni sustulere animos auctore Venutio, qui... propriis in Cartimanduam reginam stimulis accendebatur. Cartimandua Brigantibus imperitabat, pollens nobilitate; et auxerat potentiam, postquam capto per dolum rege Carataco instruxisse triumphum Claudii Caesaris videbatur... Spreto Venutio, is fuit maritus, armigerum eius Vellocatum in matrimonium regnumque accepit... Venutius accitis auxiliis, simul ipsorum Brigantum defectione, in extremum discrimen Cartimanduam adduxit. Tum petita a Romanis praesidia... exemere... periculo reginam.

CARVS METIVS, v. METIVS CARVS.

CASPERIVS[4]. — 12, 45. (Radamistus) Mithridaten compulit in castellum Gorneas, tutum loco ac praesidio militum, quis Caelius Pollio praefectus, centurio Casperius praeerat. . (Radamistus) avaritiam praefecti emercatur, obtestante Casperio, ne socius rex, ne Armenia donum populi Romani scelere et pecunia verterentur. — 12, 46. Casperius interim ad Pharasmanen pervadit, utque Hiberi obsidio decedant, expostulat. — 15, 5. Casperius centurio, in eam legationem (a Corbulone) delectus apud oppidum Nisibin... adit regem (Vologaesen) et mandata ferociter edidit.

CASPERIVS NIGER. — III, 73. Pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes,.. Casperius Niger..., pugnam ausi obtruncantur (in Capitolio a Vitellianis capto).

CASPIA VIA, CASPIARVM CLAVSTRA. — 6, 33. Hiberi locorum potentes Caspia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt.

[1] M : *cartimandus*. Corr. Puteolanus. — Lipsius : *Cartismanduae*. Sic vulg.
[2] M : *cartimandum*. — Lipsius : *Cartismanduam*.
[3] M : *cartimannus*. — Lipsius : *Cartismandua*.
[4] « Vielleicht ist der *H.* III, 73, ervähnte *Casperius Niger* derselbe » (Nipperdey-Andressen). — Vrsinus malebat *Asperius*.

Digitized by Google

— I, 6. Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum et bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis coeptis revocaverat.

CASSIA[1] LEX. — 11, 25. Exhaustis etiam (familiis), quas dictator Caesar lege Cassia et princeps Augustus lege Saenia sublegere (in numerum patriciorum).

CASSII, FAMILIA CASSIA. — 6, 2. At Romae... atroces sententiae dicebantur .. Scipiones haec et Silani et Cassii[2] isdem ferme aut paulum immutatis verbis adseveratione multa censebant. — 12, 12. (C.) Cassius (Syriae legatus)... revocare priscum morem, exercitare legiones...; ita dignum maioribus suis et familia Cassia per illas quoque gentes celebrata.

CASSIVS[3] *(A)*. — *G*, 37. Germani (Cimbri) Carbone et Cassio[4] et Scauro Aurelio et Servilio Caepione Cn. quoque Manlio fusis vel captis quinque simul consulares exercitus populo Romano... abstulerunt.

CASSIVS *(B)*. — 1, 73. Faianio obiciebat accusator, quod inter cultores Augusti... Cassium quemdam mimum corpore infamem adscivisset... (Tiberius) scripsit consulibus... Cassium histrionem solitum inter alios eiusdem artis interesse ludis, quos mater sua in memoriam Augusti sacrasset.

CASSIVS *(C)*. — 15, 66. (Faenius Rufus) iussu imperatoris a Cassio milite, qui ob insigne corporis robur adstabat, corripitur vinciturque.

CASSIVS, C. CASSIVS[5] *(A)*. — 1, 2. Bruto et Cassio caesis nulla iam publica arma. — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, concedebant) Cassii et Brutorum exitus paternis inimicitiis datos. — 2, 43. (Piso, Cn Pisonis pater), Brutum et Cassium secutus. — 3, 76. Iunia sexagensimo quarto post Philippensem aciem anno supremum diem explevit..., C Cassii uxor, M. Bruti soror...

[1] Ignoti cuiusdam Cassii.

[2] Intellegendi sunt L. Cassius (6, 15) et C. Cassius *(B)* (12, 11) fratres.

[3] L. Cassius Longinus, cos. a. 647 = 107.

[4] Ritter : « Carbo iam nominatus nunc uno nomine, ut par est, vocatur; sed Cassius eodem iure quo ceteri consulares liberae civitatis duobus nominandus erat. » Itaque scribit : *L. Cassio.*

[5] C. Cassius Longinus, praetor a. 710 = 44.

Digitized by Google

Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt... Sed praefulgebant Cassius atque Brutus eo ipso, quod effigies eorum non visebantur. — 4, 34. Cremutius Cordus postulatur..., quod, editis annalibus laudatoque M. Bruto, C. Cassium Romanorum ultimum dixisset... Cremutius... in hunc modum exorsus est...: « Brutum et Cassium laudavisse dicor... Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum nusquam latrones et parricidas..., saepe ut insignes viros nominat (T. Livius)... Messala Corvinus imperatorem suum Cassium praedicabat... » — 4, 35. « Num enim armatis Cassio et Bruto ac Philippenses campos obtinentibus belli civilis causa populum per contiones incendo ?... Nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modo Cassii et Bruti, sed etiam mei meminerint. » — 16, 7. Obiectavit... (Nero) Cassio, quod inter imagines maiorum etiam C. Cassii effigiem coluisset, ita inscriptam : « Duci partium. » — II, 6. Pompeio, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud prosperi exitus fuerant.

C. CASSIVS, CASSIVS[1] *(B)*. — 12, 11. Datum... C. Cassio, qui Suriae praeerat, deducere iuvenem (Meherdaten) ripam ad Euphratis. — 12, 12. Ea tempestate Cassius ceteros praeminebat peritia legum ; nam militares artes per otium ignotae... Ac tamen, quantum sine bello dabatur, revocare priscum morem... — 13, 41. Ob haec (a Corbulone in Armenia praeclare gesta)... senatus consulto supplicationes habitae..., aliaque in eamdem formam decernuntur, adeo modum egressa, ut C. Cassius de ceteris honoribus adsensus, si pro benignitate fortunae dis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere disseruerit, eoque oportere dividi sacros et negotiosos dies... — 13, 48. Isdem consulibus auditae Puteolanorum legationes, quas diversas ordo, plebs ad senatum miserant... C. Cassius adhibendo remedio delectus. Quia severitatem eius non tolerabant, precante ipso ad Scribonios fratres ea cura transfertur... — 14, 42. (Pedanio Secundo urbis praefecto a servo ipsius interfecto, cum apud senatum ambigeretur, num omnem familiam vetere ex more ad supplicium agi oporteret, plures nihil mutandum censebant). Ex quis C. Cassius sententiae loco in hunc modum disseruit. — 14, 44.

[1] C. Cassius Longinus, Prosop., 428.

Digitized by Google

Sententiae Cassii ut nemo unus contra ire ausus est, ita dissonae voces respondebant... — 15, 52. L. Silanus eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus. — 16, 7. Mortem Poppaeae... nova insuper invidia Nero complevit prohibendo C. Cassium officio exsequiarum, quod primum indicium mali; neque in longum dilatum est. Sed Silanus additur, nullo crimine, nisi Cassius opibus vetustis et gravitate morum, Silanus... praecellebant. Igitur missa ad senatum oratione removendos a re publica utrosque disseruit obiectavitque Cassio, quod inter imagines maiorum etiam C. Cassii effigiem coluisset, ita inscriptam : « Duci partium... » — 16, 8. Inducti posthac vocabulo indicum, qui in Lepidam, Cassii uxorem, Silani amitam, incestum cum fratris filio... confingerent. — 16, 9. Tunc consulto senatus Cassio et Silano exilia decernuntur... Deportatusque in insulam Sardiniam Cassius et senectus eius exspectabatur. — 16, 22. (Verba facit apud Neronem Cossutianus Capito) « ...Frustra Cassium amovisti, si gliscere et vigere Brutorum aemulos passurus es » (Thraseam significat)[1].

* L. CASSIVS, v. CASSIVS *(A)*.

CASSIVS ASCLEPIODOTVS[2]. — 16, 33. Idem tamen dies et honestum exemplum tulit Cassii Asclepiodoti, qui magnitudine opum praecipuus inter Bithynos, quo obsequio florentem (Baream) Soranum celebraverat, labantem non deseruit, exutusque omnibus fortunis et in exilium actus ..

CASSIVS CHAEREA[3]. — 1, 32. Cassius Chaerea (centurio in inferioris Germaniae exercitu) mox caede Gaii Caesaris memoriam apud posteros adeptus, tum adulescens et animi ferox, inter obstantes et armatos (milites sibi) ferro viam patefecit.

L. CASSIVS, CASSIVS, CASSIVS LONGINVS[4]. — 6, 15. Diu quaesito, quos neptibus suis maritos destinaret Caesar,. . L. Cassium, M. Vinicium legit... Cassius plebeii Romae generis, verum antiqui honoratique, et severa patris disciplina eductus facilitate saepius quam industria commendabatur. Huic Drusil-

[1] V. etiam 6, 2.
[2] Prosop., 414.
[3] Prosop., 416.
[4] Prosop., 430. Frater C. Cassii (Longini) *(B)*.

Digitized by Google

lam... Germanico (genitam) coniungit. — 6, 45. Idem annus gravi igne urbem adfecit... Aestimando cuiusque detrimento quattuor progeneri Caesaris Cn. Domitius, Cassius Longinus, M. Vinicius, Rubellius Blandus delecti...[1]

CASSIVS LONGVS. — III, 14. (Vitelliani milites) vincla Caecinae iniciunt; Fabium Fabullum quintae legionis legatum et Cassium Longum praefectum castrorum duces deligunt.

CASSIVS SEVERVS[2]. — 1, 72. Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis (maiestatis) tractavit, commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque inlustres procacibus scriptis diffamaverat. — 4, 21. Relatum et de Cassio Severo exule, qui sordidae originis, maleficae vitae, sed orandi validus, per immodicas inimicitias, ut iudicio iurati senatus Cretam amoveretur, effecerat. Atque illic eadem actitando recentia veteraque odia advertit, bonisque exutus, interdicto igni atque aqua, saxo Seripho consenuit. — *O*, 19. (Loquitur Aper) « Antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis constituere solent, qui usque ad Cassium, quem reum faciunt[3], quem primum adfirmant flexisse ab illa vetere atque directa dicendi via.. — 26. (Loquitur Messalla) « Equidem non negaverim Cassium Severum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si iis comparetur, qui postea fuerunt, posse oratorem vocari, quamquam in magna parte librorum suorum plus bilis habeat quam sanguinis... »

CASTOR. — *G*, 43. Deos (Nahanarvalorum) interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant. Ea vis numini, nomen Alcis.

CASTORES. — II, 24. Ad duodecimum a Cremona, locus Castorum[4] vocatur, (Caecina insidias Othonianis) composuit.

CATILINA[5]. — *O*, 37. (Loquitur Maternus) « Non, opinor, ...Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias fecerunt; Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt ».

[1] V. etiam 6, 2.

[2] Prosop., 443.

[3] Sic codices. Puteolanus pro *quem reum* edidit *Severum*. Locus plurimis coniecturis temptatus. Cf. Walther et Gudeman.

[4] M : *castrorū (castrarū* corr. 1 m.). Corr. Alciatus. Cf. Suet., *Otho*, 9 : *ad Castores;* Oros., 7, 8, 6 : *circa locum, quem Castores vocant.*

[5] L. Sergius Catilina.

Digitized by Google

(T. CATIVS) SILIVS ITALICVS, v. SILIVS ITALICVS.

CATO CENSORIVS, v. M. PORCIVS.

C. CATO[1]. — *O*, 34 « Aetatis anno... altero et vicensimo Asinius Pollio C. Catonem... (oratione insecutus est). »

CATO, M. CATO[2]. — 3, 76. Iunia... supremum diem explevit, Catone avunculo genita, C. Cassii uxor, M. Bruti soror. — 4, 34. « M. Ciceronis libro, quo Catonem caelo aequavit, quid aliud dictator Caesar, quam rescripta oratione, velut apud iudices, respondit? » (Loquitur Cremutius Cordus). — 16, 22. (Loquitur Cossutianus Capito) « Vt quondam C. Caesarem, inquit, et M. Catonem, ita nunc te, Nero, et Thraseam avida discordiarum civitas loquitur. » — *O*, 2. Postero die quam Curiatius Maternus Catonem recitaverat, cum offendisse potentium animos diceretur, tamquam in eo tragoediae argumento sui oblitus tantum Catonem cogitasset... — 10. « Effervescit enim vis pulcherrimae naturae tuae, nec pro amico aliquo, sed, quod periculosius est, pro Catone offendis. »

CATONES[3]. — IV, 8. (Loquitur Eprius Marcellus) « Constantia, fortitudine Catonibus[1] et Brutis aequaretur Helvidius....

CATO. — *O*, 2. Postero die quam Curiatius Maternus Catonem recitaverat, cum offendisse potentium animos diceretur, tamquam in eo tragoediae argumento oblitus sui tantum Catonem cogitasset, eaque de re per urbem frequens sermo haberetur... — 3. Tum Secundus : « Nihilne te, inquit, Materne, fabulae malignorum terrent, quo minus offensas Catonis tui ames? an ideo librum istum adprehendisti, ut... sublatis, si qua pravae interpretationi materiam dederunt, emitteres Catonem non quidem meliorem, sed tamen securiorem? » Tum ille : « .. Si qua omisit Cato, sequenti recitatione Thyestes dicet... » (Loquitur Aper) : « ...Etiamsi non novum tibi ipse negotium importasses, *ut* Domitium et Catonem... Graeculorum fabulis adgregares ».

(CATONIVS IVSTVS), IVSTVS CATONIVS[4]. — 1, 29. Iustus... Catonius primi ordinis centurio ad Tiberium (mittitur, qui desideria Pannonicarum legionum perferat).

[1] C. Porcius Cato, trib. pleb., a. 698 = 56.
[2] M. Porcius Cato Vticensis.
[3] Intellegendus est M. (Porcius) Cato, qui supra est.
[4] Prosop. 478.

Digitized by Google

* CATTI, v. CHATTI.

CATVALDA. — 2, 62. Erat inter Gotones nobilis iuvenis nomine Catualda, profugus olim vi Marobodui et tunc dubiis rebus eius ultionem ausus. — 2, 63. Idem Catualdae casus (qui Maroboduo) neque aliud perfugium. Pulsus haud multo post Hermundurorum opibus... receptusque Forum Iulium... mittitur.

CATVLLVS[1]. — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « Carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Caesarum leguntur. »

* CATVMERVS, v. ACTVMERVS.

CATVS DECIANVS, CATVS[2]. — 14, 32. (Veterani coloniae Camuloduni), quia procul Suetonius (Britanniae legatus) aberat, petivere a Cato Deciano procuratore auxilium... Qua clade et odiis provinciae, quam avaritia eius in bellum egerat, trepidus procurator Catus in Galliam transiit. — 14, 38. Iulius Classicianus, successor Cato missus et Suetonio discors...

CATVS FIRMIVS, CATVS, v. FIRMIVS CATVS.

* CAVCI, v. CHAVCI.

CAVDINA. — 15, 13. (Milites Caesennii Paeti a Vologaese obsessi cogitabant, si vis ingrueret, provisa exempla) *pacis* Caudinae Numantinaeque[3], *neque* eamdem vim Samnitibus, Italico populo, ac Parthis, Romani imperii aemulis.

CEANGI. — 12, 32. Ductus (a P. Ostorio Britanniae legato) in Ceangos[4] exercitus.

CECROPS. — 11, 14. Quidam Cecropem Atheniensem (ferunt litteras repperisse).

CELENDERIS. — 2, 80. Castellum Ciliciae, munitum admodum, cui nomen Celenderis[5].

[1] C. Valerius Catullus.

[2] Prosop., 489.

[3] M : *caudi nenū antine*. — *Pacis* vel *cladis* supplendum est. — Orelli : *Caudii et Numantiae*.

[4] M : *inde cangos*. Corr. Andresen coll. *C. I. L.*, VII, 1204-1206. — Pichena : *inde in Cangos*, Ritter (duce Ptolemaeo, 2, 3, 12) : *in Decantas* ; Bezzenberger : *in Decangos*. Tam *Cangi* quam *Decangi* aliunde ignoti sunt.

[5] M : *celendris*. Corr. Beroaldus. — « Tribus syllabis hoc nomen exhibetur etiam a Pomponio Mela, 1, 13. Sed Κελένδερις sive Κελενδερίς scribunt Strabo, Apollodorus, Iosephus, Ptolemaeus. Apud Plinium, *N. H.*, 5, 92, est *regio Celenderitis cum oppido...* » (Orelli). — « Alle Münzen Κελενδεριτῶν. (Eckhel, *d. n.*, III, 51 ; Mionnet, III, 569. S. VII, 199) und auch die Hdss. anderer Schriftsteller fast ohne Ausnahme diese Form » (Nipperdey-Andresen).

Digitized by Google

CELER. – 15, 42. Nero... exstruxit... domum (auream).., magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audaciæ erat, etiam quae natura denegavisset, per artem temptare et viribus principis inludere. Namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant...

P. CELER, CELER *(A)*. — 13, 1. Ministri (necis Iunii Silani proconsulis Asiae) fuere P. Celer[1] eques Romanus et Helius libertus rei familiaris principis in Asia impositi; ab his proconsuli venenum inter epulas datum est apertius, quam ut fallerent. — 13, 33. Idem annus plures reos habuit, quorum P. Celerem accusante Asia, quia absolvere nequibat Caesar, traxit, senecta donec mortem obiret. Nam Celer interfecto, ut memoravi, Silano pro consule magnitudine sceleris cetera flagitia obtegebat.

P. CELER, CELER *(B)*, v. P. EGNATIVS

* P. CELERIVS, v. P. CELER *(A)*.

CELSVS. — 6, 14. Fine anni Geminius, Celsus[2], Pompeius, equites Romani, cecidere coniurationis crimine (ob Seiani amicitiam).

CELSVS, v. IVLIVS CELSVS.

CELSVS MARIVS, CELSVS, v. MARIVS CELSVS.

CENCHRIVS. — 3, 61. Ephesii (de iure asyli senatum) adiere memorantes... esse apud se Cenchrium[3] amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam... edidisse (Dianam et Apollinem).

CEPHEVS. — V, 2. Plerique (memorant) Aethiopum prolem, quos rege Cepheo metus atque odium mutare sedes pepulerit, (Iudaeos esse).

CERCINA. — 1, 53. (Sempronius Gracchus Iuliae Augusti filiae adulter) amotus Cercinam, Africi maris insulam. — 4, 13. (C. Gracchum) comitem exilii... pater Sempronius in insulam Cercinam tulerat.

CERES. — 2, 49. (Tiberius) deum aedes vetustate aut igni abolitas coeptasque ab Augusto dedicavit, Libero Liberaeque et

[1] M : *celerius*. Corr. Lipsius.

[2] Editores ante Lipsium perperam coniungebant : *Geminius Celsus*.

[3] M : *cenchreum*. Corr. Beroaldus. — « Die Hds. *Cenchreum*, wie mit Wahrscheinlichkeit hergestellt ist bei Alexander Aetolos (Meineke, *An. Alex.*, p. 225) : ἣ τ' ἐπὶ Κεγχρείῳ τίμιον οἶκον ἔχει. Aber in Prosa heisst es stets Κέγχριος : Strabo, XIV, 1, 20; Paus., VII, 5, 10 » (Nipperdey-Andresen).

Digitized by Google

Cereri iuxta circum maximum... — 15, 44. (Post incendium Neronis ex libris Sibullae) supplicatum Vulcano et Cereri Proserpinaeque. — 15, 53. (C. Piso eiusque socii) statuere circensium ludorum die, qui Cereri celebratur, exsequi destinata... Interim Piso apud aedem Cereris opperiretur.

* CERETANVS, v. GERELLANVS.

CERIALIS ANICIVS, v. ANICIVS CERIALIS.

CERIALIS, v. PETILIVS CERIALIS.

CERIALES[1] CIRCENSES, LVDI. — 15, 74. (Oppressa C. Pisonis coniuratione decretum est)... ut... circensium Cerialium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur. — II, 55. Romae nihil trepidationis (audita morte Othonis). Ceriales ludi ex more spectabantur.

* CERIVS SEVERVS, v. CETRIVS SEVERVS.

CERVARIVS PROCVLVS. — 15, 50. (Primi C. Pisonis socii) adgregavere... Cervarium Proculum... equites Romanos... Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat, ceteris spes ex novis rebus petebatur. — 15, 66. (Faenius Rufus), ceteris... et maxime Cervario Proculo equite Romano ad convincendum eum conisis, iussu imperatoris... corripitur. — 15, 71. (Nero) Antonii Natalis et Cervarii Proculi festinata indicia impunitate remuneratur.

* CESELLIVS BASSVS, v. CAESELLIVS BASSVS.

* CESENIVS MAXIMVS, v. CAESENNIVS MAXIMVS.

* CESENNIVS, CESENIVS PAETVS, v. CAESENNIVS PAETVS.

C. CESTIVS, CESTIVS *(A)*[2]. — 3, 36. C Cestius senator disseruit... abolitas leges et funditus versas, ubi in foro, in limine curiae ab Annia Rufilla, quam fraudis sub iudice damnavisset, probra sibi et minae intendantur, neque ipse audeat ius experiri ob effigiem imperatoris oppositam. — 6, 7. Tiberius (Q. Servaeum et Minucium Thermum) praecipuos ad scelera increpans admonuit C. Cestium patrem[3] dicere senatui, quae sibi scripsisset, suscepitque Cestius accusationem. — 6, 31. C. Cestio M. Servilio consulibus.

C. CESTIVS, CESTIVS GALLVS[4]. — 15, 25. Syriae... exsecutio

[1] Vulg. cum dett. : *Cereales*.

[2] C. Cestius Gallus. Prosop., 571.

[3] Lipsius et Vrlichs : *praetorem*.

[4] Prosop., 572. Filius, ut videtur, eius qui praecedit.

Digitized by Google

C. Cestio[1], copiae militares Corbuloni permissae. — V, 10. (Bellum Iudaicum) comprimere coeptantem Cestium Gallum Syriae legatum varia proelia ac saepius adversa excepere. Qui ubi fato aut taedio occidit, missu Neronis Vespasianus...

CESTIVS PROCVLVS. — 13, 30. Absolutus Cestius[2] Proculus repetundarum, Cretensibus accusantibus.

CESTIVS SEVERVS — IV, 41. Eaque velut censura in Sariolenum Voculam et Nonium Attianum et Cestium Severum (senatores) acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos.

* CETHECIVS LABEO, v. CETHEGVS LABEO.

CETHEGVS LABEO. — 4, 73. Cethego[3] Labeoni, legato quintae legionis, quod reliquum auxiliorum tradit (L. Apronius).

CETRIVS SEVERVS, CETRIVS[4]. — I, 31. Pergunt etiam in castra praetorianorum tribuni Cetrius[5] Severus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus, si incipiens adhuc... seditio melioribus consiliis flecteretur. Tribunorum Subrium et Cetrium adorti milites minis...

* CETRONIVS, v. CAETRONIVS.

CHALCEDONII. — 12, 63. Byzantium in extrema Europa posuere Graeci, quibus Pythium Apollinem consulentibus, ubi conderent urbem, redditum oraculum est, quaererent sedem caecorum terris adversam. Ea ambage Chalcedonii monstrabantur, quod priores illuc advecti, praevisa locorum utilitate, peiora legissent.

CHALDAEI. — 2, 27. Firmius Catus... ex intima Libonis amicitia iuvenem improvidum et facilem inanibus ad Chaldaeorum promissa... impulit... — 3, 22. Lepida... defertur simulavisse partum ex P. Quirinio... Adiciebantur adulteria, venena, quaesitum-

[1] M : *citio*. Corr. Nipperdey. (Pighius, *Cestio*). — Orelli : *C. Itio;* alii : *Cincio*. — « Wir wissen durch eine Münze von Antiochia (Eckhel, *d. n*, III, 282) dass Cestius sicher im Herbst 65, aus Ioseph., *b. Iud.*, II, 14, 3, dass er im Mai 66 und früher Syrien verwaltete, während Corbulo frühestens Ende 66 von seinem Posten abgerufen und von Nero getötet wurde (Dio, LXIII, 17). Bei der Aehnlichkeit des Namens ist es also das wahrscheinlichste, dass *Cestius* jetz schon Syrien erhielt. » (Nipperdey-Andresen).

[2] M : *cestus*. Corr. Rhenanus. — Ritter : *Caesius*.

[3] M : *cethecio*. Corr. Lipsius. — Ritter[2] : *Ceterum Accio*.

[4] Prosop., 583. — Bipontini suspicabantur : *Curtius*.

[5] Vulg. : *Cerius* (ex dett. : *Cerrius*).

Digitized by Google

que per Chaldaeos in domum Caesaris. — 6, 20. Non omiserim praesagium Tiberii de Servio Galba..., scientia Chaldaeorum artis, cuius apiscendae otium apud Rhodum, magistrum Thrasullum habuit. . — 12, 22. Agrippina... molitur crimina et accusatorem, qui obiceret (Lolliae Paulinae) Chaldaeos, magos... — 12. 52. Furius Scribonianus in exilium agitur, quasi finem principis per Chaldaeos scrutaretur. — 12, 68. (Agrippina) crebro... vulgabat ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret tempusque (Neroni) prosperum ex monitis Chaldaeorum adventaret. — 14, 9. Consulenti super Nerone (Agrippinae) responderunt Chaldaei fore ut imperaret matremque occideret. — 16, 14. Pammenem... exulem et Chaldaeorum arte famosum eoque multorum amicitiis innexum.

CHAMAVI. — 13, 55. (Boiocalus causam Ampsivariorum apud Duvium Avitum orat) « ... Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum et post Vsiporum fuisse... » — *G*, 33. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant ; nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis. — 34. Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgubnii et Chasuarii cludunt aliaeque gentes..., a fronte Frisii excipiunt.

CHARICLES [1]. — 6, 50. Erat medicus arte insignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudines principis (Tiberii) solitus, consilii tamen copiam praebere... Charicles tamen labi spiritum nec ultra biduum duraturum Macroni firmavit.

CHARINDA, v. ERINDES.

CHARIOVALDA [2]. — 2, 11. Qua celerrimus amnis, Chariovalda dux Batavorum erupit... Chariovalda, diu sustentata hostium saevitia..., congestis telis et suffosso equo labitur.

CHASVARII. — *G*, 34. Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgubnii et Chasuarii [3] cludunt.

CHATTI [4]. — 1, 55. (Germanicus bellum) initio veris et repentino in Chattos excursu praecepit. — 1, 56. Germanicus . expeditum exercitum in Chattos rapit... Chattis adeo improvisus advenit, ut... Fuerat animus Cheruscis iuvare Chattos, sed exterruit

[1] Prosop., 591.
[2] Vulg. : *Cariovalda.*
[3] **A** : *thasuarii;* **B** : *tasuarii;* **C** : *occasuarii.*
[4] Editorum alii *Chalti*, alii *Catti* scribunt. Item variat codicum scriptura.

Digitized by Google

Caecina. — 2, 7. Caesar (Germanicus)... Silium legatum... inruptionem in Chattos facere iubet... Neque Silio... aliud actum, quam ut modicam praedam et Arpi principis Chattorum coniugem filiamque raperet. — 2, 25. C. Silio... ire in Chattos imperat (Germanicus). — 2, 41. Germanicus... triumphavit de Cheruscis Chattisque et Angrivariis, quaeque aliae nationes usque ad Albim colunt. — 2, 88. Adgandestrii principis Chattorum. — 11, 16. (Italico) mater ex Actumero principe Chattorum erat. — 12, 27. Isdem temporibus in superiore Germania trepidatum adventu Chattorum latrocinia agitantium. — 12, 28. (P.) Pomponius cum legionibus (ad montem Taunum) opperiebatur, si Chatti cupidine ulciscendi casum pugnae praeberent. — 13, 56. Ampsivariorum gens retro ad Vsipos et Tubantes concessit, quorum terris exacti cum Chattos, dein Cheruscos petissent... — 13, 57. Eadem aestate inter Hermunduros Chattosque certatum magno proelio dum flumen gignendo sale fecundum et conterminum vi trahunt... Sed bellum Hermunduris prosperum, Chattis exitiosius fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere, quo voto equi, viri, cuncta viva occidioni dantur. — IV, 12. Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Chattorum... — IV, 37. Discesserant obsessores (Mogontiaci), mixtus ex Chattis, Vsipis, Mattiacis exercitus, satietate praedae nec incruenta re... — *G*, 29. Batavi... Chattorum quondam populus. — 30. Vltra hos (qui decumates agros exercent) Chatti. Initium sedis ab Hercynio saltu incohatur... Chattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit. . Alios ad proelium ire videas, Chattos ad bellum. — 31. Aliis Germanorum populis usurpatum raro et privata cuiusque audentia apud Chattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque submittere nec nisi hoste caeso exuere... Plurimis Chattorum hic placet habitus... — 32. Proximi Chattis certum iam alveo Rhenum... Vsipi ac Tencteri colunt... Nec maior apud Chattos peditum laus quam Tencteris equitum. — 35. Chaucorum gens .. omnium, quas exposui, gentium lateribus obtenditur, donec in Chattos usque sinuetur. — 36. In latere Chaucorum Chattorumque Cherusci... Cherusci nunc inertes ac stulti vocantur, Chattis victoribus fortuna in sapientiam cessit. — 38. Nunc de Suebis dicendum est, quorum non una, ut Chattorum Tencterorumve gens.

Digitized by Google

CHAVCI[1]. — 1, 38. In Chaucis coeptavere seditionem praesidium agitantes vexillarii discordium legionum. — 1, 60. Chauci cum auxilia (Germanico) pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. — 2, 17. Quidam (Arminium) adgnitum a Chaucis inter auxilia Romana agentibus emissumque tradiderunt. — 2, 24. Sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit. — 11, 18. Per idem tempus Chauci, nulla dissensione domi et morte Sanquinii (Maximi) alacres, dum Corbulo adventat, inferiorem Germaniam incursavere duce Gannasco. — 11, 19 Missis, qui maiores Chaucos ad deditionem pellicerent... Caede (Gannasci) motae Chaucorum mentes. — 13, 55. Ampsivarii... pulsi a Chaucis et sedis inopes tutum exilium orabant. — IV, 79. Flagrantissima cohortium (Iulii Civilis)... e Chaucis Frisiisque composita... — V, 19. Civili Chaucorum auxilia venere. — *G*, 35. Chaucorum gens, quamquam incipiat a Frisiis ac partem litoris occupet, omnium, quas exposui, gentium lateribus obtenditur, donec in Chattos usque sinuetur. Tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed et implent, populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit iustitia tueri. — 36. In latere Chaucorum Chattorumque Cherusci...

CHERVSCI. — 1, 56. Fuerat animus Cheruscis iuvare Chattos, sed exterruit Caecina. — 1, 59. (Arminius) volitabat... per Cheruscos, arma... poscens. — 1, 60. Conciti per haec non modo Cherusci, sed conterminae gentes. — 1, 64. Cheruscis sueta apud paludes proelia, procera membra, hastae ingentes. — 2, 9. Flumen Visurgis Romanos Cheruscosque interfluebat. — 2, 11. (Chariovaldam equitesque Batavos) Cherusci fugam simulantes in planitiem saltibus circumiectam traxere. — 2, 16. Soli Cherusci iuga insedere. — 2, 17. Visis Cheruscorum catervis... validissimos equitum incurrere latus... iubet (Germanicus)... Medii inter (hostes) Cherusci collibus detrudebantur. — 2, 19. Nisi quod latus unum Angrivarii lato aggere extulerant, quo a Cheruscis dirimerentur. — 2, 26. (Tiberius monet Germanicum) posse et Cheruscos ceterasque rebellium gentes... internis discordiis relinqui. — 2, 41. Germanicus... triumphavit de Cheruscis Chattisque et Angrivariis, quaeque aliae nationes usque ad Albim

[1] Beroaldus : *Cauci*, quam lectionem (vel *Cauchi*) saepius exhibet **M** alter.

Digitized by Google

colunt. — 2, 44. Suebi praetendebantur (a Tiberio, ut Drusum in Illyricum mitteret) auxilium adversus Cheruscos orantes. — 2, 45. Cherusci sociique eorum, vetus Arminii miles, sumpsere bellum... — 2, 46. Maroboduus... Inguiomerum tenens illo in corpore decus omne Cheruscorum... testabatur... Exercitus propriae quoque causae stimulabant, cum a Cheruscis Langobardisque pro antiquo decore aut recenti libertate... certaretur... Responsum est (a Tiberio legatis Marobodui) non iure eum adversus Cheruscos arma Romana invocare... — 11, 16. Eodem anno Cheruscorum gens regem Roma petivit. — 12, 28. (Chatti) metu, ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quis aeternum discordant, circumgrederentur... — 13. 56. Ampsivariorum gens retro ad Vsipos et Tubantes concessit. Quorum terris exacti cum Chattos, dein Cheruscos petissent... — *G*, 36. In latere Chaucorum Chattorumque Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem inlacessiti nutrierunt... Ita qui olim boni aequique Cherusci, nunc inertes ac stulti vocantur, Chattis victoribus fortuna in sapientiam cessit. Tracti ruina Cheruscorum et Fosi contermina gens ..

CHERVSCA (adiect.). — 11, 17. (Italicus rex) pulsus... ac rursus Langobardorum opibus refectus, per laeta per adversa res Cheruscas adflictabat. — 13, 55. Aderat... clarus per illas gentes et nobis quoque fidus nomine Boiocalus, vinctum se rebellione Cherusca iussu Arminii referens...

CHOBVS. — III, 48. (Virdius Geminus) adsequitur Anicetum in ostio fluminis Chobi [1], tutum sub Sedochezorum regis auxilio...

CHRISTIANI, CHRISTVS. — 15, 44. Non decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos et quaesitissimis poenis adfecit, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat ; repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursum erumpebat, non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per urbem etiam. . Haud proinde in crimine incendii quam odio humani generis convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria... — *F*, 2. (Alii et Titus ipse evertendum in primis templum cense-

[1] M : *cohibi* (?) Corr. Colerus. Cf. Plin., *H. N.*, 6, 14; Arrian., *Peripl. Ponti Eux.*. 10.

Digitized by Google

bant, quo plenius Iudaeorum et Christianorum religio tolleretur; quippe has religiones, licet contrarias sibi, isdem tamen ab auctoribus profectas, Christianos ex Iudaeis exstitisse...)

CIBYRATICA CIVITAS. — 4, 13. Facta... auctore (Tiberio) senatus consulta, ut civitati Cibyraticae apud Asiam... motu terrae labefactis subveniretur remissione tributi in triennium.

MARCVS CICERO, CICERO[1].— 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « ...Marci Ciceronis libro, quo Catonem caelo aequavit, quid aliud dictator Caesar, quam rescripta oratione, velut apud iudices, respondit? » — *O*, 12. (Loquitur Maternus) « Plures hodie reperies, qui Ciceronis gloriam quam qui Vergilii detrectent. » — 15. (Loquitur Messalla) « Video etiam Graiis accidisse, ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes... quam (Domitius) Afer aut (Iulius) Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis ». — 16. (Loquitur Aper) « Si, ut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus et verus annus, quo eadem positio caeli siderumque, quae cum maxime est, rursum exsistet... » — 17. « Nostrorum temporum disertis anteponere soletis... Ciceronem et Caesarem et Caelium et Calvum et Brutum et Asinium et Messalam... Vt de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scribit, septimo idus *Decembres* occisus est... Centum et viginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, unius hominis aetas .. Aeque idem et Caesarem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse. » — 18. « Vtinam nulla parte imitatus esset (oratores vere antiquos) Calvus vester aut Caelius aut ipse Cicero... (Catone et C. Graccho) distinctior et urbanior et altior Cicero, Cicerone mitior Corvinus et dulcior et in verbis magis elaboratus... Satis constat ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens nec satis pressus, sed supra modum exsultans et superfluens et parum Atticus videretur. Legistis utique et Calvi et Bruti ad Ciceronem missas epistulas, ex quibus facile est deprehendere Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem et aridum, Brutum autem otiosum atque diiunctum ; rursusque Ciceronem a Calvo quidem male audisse tamquam solutum et enervem, a Bruto autem... tam-

[1] M. Tullius Cicero.

Digitized by Google

quam fractum atque elumbem ». — 21. « Fecerunt... et carmina (Caesar Brutusque).. , non melius quam Cicero, sed felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt. » — 22. « Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit, quae mihi vobiscum est... » — 24. (Loquitur Maternus) « Cum praesertim centum et viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit ». — 25. (Loquitur Messalla) « Apud nos Cicero quidem ceteros eorumdem temporum disertos antecessit... Vehementior et plenior et valentior Cicero... Et Calvum et Asinium et ipsum Ciceronem credo solitos... et livere et ceteris humanae infirmitatis vitiis adfici... An (Brutus) Ciceroni invideret, qui mihi videtur ne Caesari quidem invidisse ? » — 26. « Exspectabam, ut (Aper) incusato Asinio et Caelio et Calvo aliud nobis agmen produceret, ...ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus... Quotus .. quisque scholasticorum non hac sua persuasione fruitur, ut se ante Ciceronem numeret... ? » — 30. « Nótus est vobis utique Ciceronis liber, qui Brutus inscribitur, in cuius extrema parte... sua initia, suos gradus... refert... In libris Ciceronis deprehendere licet... non... ullius artis ingenuae scientiam ei defuisse... » — 32. « Cicero... refert, quidquid in eloquentia effecerit, id se non rhetorum *officinis*, sed Academiae spatiis consecutum. » — 35. « Rhetores... paulo ante Ciceronis tempora exstitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est, quod Crasso et Domitio censoribus claudere, ut ait Cicero, ludum impudentiae iussi sunt. » — 37. (Loquitur Maternus) « Non, opinor, ...Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias faciunt, Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt... » — 38. « Neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus (legitur). » — 40. « Nec bene famam eloquentiae Cicero tali exitu pensavit [1]. »

* CICONIVS, v. CINGONIVS.

* CIETAE, v. CLITAE.

CILICES, CILIX, — 2, 42. Philopatore Cilicum (rege de-

[1] V. etiam *O*, 20.

Digitized by Google

functo). — 2, 78. (Cn.) Piso... regulis Cilicum ut se auxiliis iuvarent, scribit. — 2, 80. Piso... admixtis desertoribus. . auxilia Cilicum, quae reguli miserant, in numerum legionis composuerat... Vertunt terga Cilices seque castello claudunt. — 12, 55. Agrestium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum. — 13, 33. Cossutianum Capitonem Cilices detulerant... Pervicaci accusatione conflictatus postremo defensionem omisit ac lege repetundarum damnatus est. — 16, 21. Capito Cossutianus... iniquus Thraseae, quod auctoritate eius concidisset, iuvantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant. — II, 3. Fama recentior tradit a Cinyra sacratum templum (Paphiae Veneris)..., sed scientiam artemque haruspicum accitam et Cilicem[1] Tamiram intulisse ..

CILICIA. — 2, 58. Pompeiopolim Ciliciae maritimam urbem. — 2, 68. Vonones, quem amotum in Ciliciam memoravi. — 2, 80. Castellum Ciliciae munitum admodum, cui nomen Celenderis. — 3, 48. (Sulpicius Quirinius) expugnatis per Ciliciam Homonadensium castellis... — 6, 31. (Artabanus) missis, qui gazam a Vonone relictam in Syria Ciliciaque reposcerent... — 13, 8. Apud Aegeas civitatem Ciliciae.

* CILLINIVS MAECENAS, v. CILNIVS MAECENAS.

CILNIVS MAECENAS, MAECENAS, C. MAECENAS[2]. — 1, 54. Indulserat (histrionum) ludicro Augustus, dum Maecenati obtemperat effuso in amorem Bathylli. — 3, 30. Sallustius Crispus... Maecenatem aemulatus sine dignitate senatoria multos triumphalium consulariumque potentia anteit... Incolumi Maecenate proximus, mox praecipuus... aetate provecta speciem magis in amicitia principis quam vim tenuit. Idque et Maecenati acciderat... — 6, 11. Augustus bellis civilibus Cilnium[3] Maecenatem equestris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit. — 14, 53.

[1] M : *et cilicen*. Corr. Rhenanus. Puteolanus : *e Cilicia*.

[2] Prosop., M, 30. Maecenatis nomen ei gentilicium fuisse ibi confirmatur. Cf. notam, quae infra est.

[3] M : *cillinium*. Corr. Lipsius. — « Sein eigentlicher Name war *C. Maecenas*... Der Name *Cilnius*, den nur noch Macrob., *Sat.*, II, 4, 12, bezeugt, darf nicht als Gentilname gelten, denn die von ihm hinterlassenen Sklaven heissen inschriftlich *Maecenatiani*, nicht *Cilniani*; er scheint ihm zur Bezeichnung seiner Abkunft mütterlicherseits beigelegt worden zu sein. » (Nipperdey-Andresen.)

Digitized by Google

(Verba facit apud Neronem Seneca) « ... Abavus tuus Augustus M. Agrippae Mytilenense secretum, C. Maecenati urbe in ipsa velut peregrinum otium permisit, quorum alter bellorum socius, alter Romae pluribus laboribus iactatus, ampla quidem, sed pro ingentibus meritis, praemia acceperant... » — 14, 55. Ad quae Nero sic ferme respondit : « ...Abavus meus Augustus Agrippae et Maecenati usurpare otium post labores concessit..., ac tamen neutrum datis a se praemiis exuit. Bello et periculis meruerant... » — 15, 39. Domui..., qua (Nero) Palatium et Maecenatis hortos continuaverat. — *O*, 26. (Loquitur Messalla) « Malim hercle C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem quam calamistros Maecenatis aut tinnitus Gallionis. »

CIMBRI. — IV, 73. (Contionatur Petilius Cerialis apud Treveros) « Quot proeliis adversus Cimbros Teutonosque, quantis exercituum nostrorum laboribus... Germanica bella tractaverimus, satis clarum. » — *G*, 37. Eumdem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens... Sexcentensimum et quadragensimum annum urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma Caecilio Metello et Papirio Carbone consulibus...

CINCIA[1] LEX, CINCIA ROGATIO. — 11, 5. Consurgunt patres legemque Cinciam[2] flagitant, qua cavetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat. — 13, 42. (P. Suillii) opprimendi gratia repetitum credebatur senatus consultum poenaque Cinciae legis adversus eos, qui pretio causas oravissent. — 15, 20. (Loquitur Thrasea) « Oratorum licentia Cinciam rogationem (peperit). »

* C. CINCIVS, v. CESTIVS GALLVS.

CINGONIVS VARRO, CINGONIVS[3]. — 14, 45. (Cum Pedanium Secundum servus ipsius interfecisset, vetere ex more de servis omnibus eiusdem familiae supplicium sumptum est). Censuerat Cingonius Varro[4], ut liberti quoque, qui sub eodem tecto fuissent, Italia deportarentur. Id a principe prohibitum est, ne mos antiquus...

[1] Intellegendus est M. Cincius Alimentus tribunus plebis a. 550 = 204.
[2] Vulg. ante Lipsium ex dett. : *Titiam*.
[3] Prosop., 608.
[4] M : *cingonius barro*. Corr. Rhenanus. Cf. Plut., *G.*, 15.

Digitized by Google

per saevitiam intenderetur. — I, 6. Tardum Galbae iter et cruentum, interfectis Cingonio Varrone[1] consule designato et Petronio Turpiliano consulari ; ille ut Nymphidii socius, hic ut dux Neronis, inauditi atque indefensi tamquam innocentes perierant. — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum adtulit (Galba), nisi occisi... Cingonii in via... ? »

* CINIPHII, CINYPHII, v. CINITHII.

CINITHII. — 2, 52. (Tacfarinas et Mazippa) compulerant... Cinithios[2], haud spernendam nationem, in (bellum adversus Romanos), cum Furius Camillus pro consule Africae...

CINNA, L. CINNA[3]. — 1, 1. Non Cinnae, non Sullae longa dominatio. — III, 51. Proelio, quo apud Ianiculum adversus Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles... — III, 83. Conflixerant *et* ante armati exercitus in urbe, bis Lucio Sulla, semel L. Cinna[4] victoribus...

CINYRAS, CINYRADES. — II, 3. Fama recentior tradit a Cinyra sacratum templum (Paphiae Veneris)... Cinyrades sacerdos consulitur.

CIRTENSES. — 3, 74. Alio latere, ne Cirtensium pagi impune traherentur (a Tacfarinate), propriam manum Blaesus filius (proconsulis Africae Iunii Blaesi) duxit.

* CITAE, v. CLITAE.

* CITIVS, v. C. CESTIVS *(B)*.

CIVICA[5]. — 1. 42. Occiso Civica nuper nec Agricolae consilium deerat nec Domitiano exemplum.

CIVILIS, v. IVLIVS CIVILIS.

CLANIS. — 1, 79. Orantibus Florentinis, ne Clanis solito alveo demotus in amnem Arnum transferretur.

CLARIVS APOLLO. — 2, 54. (Germanicus) adpellit... Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur. — 12, 22. Agrippina .. molitur crimina et accusatorem, qui obiceret (Lolliae Pauli-

[1] M : *ciconio barrone*. Corr. Lipsius.

[2] M : *cnitios* (in marg : an *cyniphios?*). Corr. Beroaldus, coll. Ptolemaeo, 4,3,22, Plin., *H. N.*, 5, 4, 30. — Muret : *Ciniphios* ; Brotier : *Cinyphios*.

[3] L. Cornelius Cinna.

[4] M : *Cinna*. Praenomen addidit Ritter[2] ob concinnitatem.

[5] C. Vettulenus Civica Cerialis. Prosop., V, 352.

Digitized by Google

nae)... interrogatum . . Apollinis Clarii simulacrum super nuptiis imperatoris.

CLASSICVS, v. IVLIVS CLASSICVS.

CLAVDIA FAMILIA, CLAVDII, CLAVDIA DOMVS, CLAVDIA GENS. — 1, 4. Insita Claudiae familiae superbia. — 2, 43. Druso proavus eques Romanus Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur. — 3, 5. Circumfusas lecto (Drusi Germanici patris funebri) Claudiorum Iuliorumque imagines. — 4, 9. Funus (Drusi Tiberii filii) imaginum pompa maxime inlustre fuit, cum... Sabina nobilitas, Attus Clausus ceteraeque Claudiorum effigies longo ordine spectarentur. — 4, 64. Adduntur sententiae, ut mons Caelius in posterum Augustus appellaretur... Sanctos acceptosque numinibus Claudios et augendam caerimoniam loco, in quo tantum in principem honorem di ostenderint. — 5, 1. Iulia Augusta... nobilitatis per Claudiam familiam et adoptione Liviorum Iuliorumque clarissimae. — 6, 8. « Non enim Seianum Vulsiniensem, sed Claudiae et Iuliae domus partem, quas adfinitate occupaverat,... colebamus ». — 6, 51. Pater (Tiberio Caesari) Nero et utrimque origo gentis Claudiae. — 12, 2. Pallas (Claudio suadebat ut Agrippinam uxorem duceret, matrem L. Domitii, Germanici filiam, atque ita) stirpem nobilem et familiae *Iuliae* Claudiaeque posteros coniungeret. — 12, 25. Adnotabant periti nullam antehac (ante L. Domitium a Claudio Caesare adoptatum) adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosque ab Atto Clauso continuos duravisse. — 12, 26. Rogataque lex, qua in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret (L. Domitius). — 13, 17. Illum supremum Claudiorum sanguinem (Britannicum) — 15, 23. (Ob puerperium Poppaeae Neronis uxoris decretum est a senatu) ut... ludicrum circense, ut Iuliae genti apud Bovillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederetur. — I, 16. (Loquitur Galba) : « Finita Iuliorum Claudiorumque domo optimum quemque adoptio inveniet. » — II, 48. (Gloriatur Otho) post Iulios, Claudios, Servios se primum in familiam novam imperium intulisse.

CLAVDIA[1]. — 6, 20. Gaius Caesar... Claudiam M. Silani filiam

[1] Suet., *Cal.*, 12 : *Iunia Claudilla*. Prosop., 842 et I., 571.

Digitized by Google

coniugio accepit. — 6, 45. Post mortem Claudiae, quam nuptam (Gaio Caesari) rettuli.

(CLAVDIA) ACTE, v. ACTE.

(CLAVDIA ?) ANTONIA, v. ANTONIA (Claudii filia).

(CLAVDIA) AVGVSTA, v. AVGVSTA. (Neronis filia).

(CLAVDIA) OCTAVIA, v. OCTAVIA (Claudii filia).

CLAVDIA PVLCHRA, PVLCHRA [1]. — 4, 52. At Romae commota principis domo, ut series futuri in Agrippinam exitii inciperet, Claudia Pulchra sobrina eius postulatur accusante Domitio Afro... Crimen impudicitiae, adulterum Furnium, veneficia in principem et devotiones obiectabat. Agrippina... pergit ad Tiberium... : « Frustra Pulchram praescribi, cui sola exitii causa sit, quod Agrippinam stulte prorsus ad cultum delegerit .. » Pulchra et Furnius damnantur. — 4, 66. Corripueratque Varum Quintilium... Domitius Afer Claudiae Pulchrae matris eius condemnator...

CLAVDIA QVINTA [2]. — 4, 64. (Cum) cunctis circum flagrantibus sola Tiberii effigies... inviolata mansisset, (memorabant) evenisse id olim Claudiae Quintae eiusque statuam vim ignium bis elapsam maiores apud aedem matris deum consecravisse. Sanctos acceptosque numinibus Claudios ..

CLAVDIA SACRATA. — V, 22 (Germani) praetoriam navem..., illic ducem rati, abripiunt. (Petilius) Cerialis alibi noctem egerat, ut plerique credidere, ob stuprum Claudiae Sacratae [3] mulieris Vbiae.

CLAVDIALE FLAMONIVM. — 13, 2. Decreti et a senatu (Agrippinae) duo lictores, flamonium Claudiale...

CLAVDIANA, VM. — 14, 11. (Nero litteris ad senatum post caedem Agrippinae missis) temporum quoque Claudianorum obliqua insectatione cuncta eius dominationis flagitia in matrem transtulit... — II, 85. Tertia legio exemplum ceteris Moesiae legionibus praebuit (transgrediendi in partes Vespasiani) ; octava erat ac septima Claudiana, imbutae favore Othonis... — III, 9. Interim Aponius Saturninus cum legione septima Claudiana advenit. Le-

[1] Prosop., 875.

[2] « Der Beiname, weil sie die fünfte Tochter war. » (Nipperdey-Andresen.) — « Im Sinne des Tacitus ist *Quinta* nicht als Vorname, sondern als Cognomen zu fassen. » (Macke I, 14.) — Beroaldus : *Quintiae*.

[3] Suspicatur Macke, I, 13, Tacitum in designanda muliere inferioris loci duo nomina non revera adhibuisse.

Digitized by Google

gioni tribunus Vipstanus Messalla praeerat... — III, 21. (Antonius Primus) sistere tertiam decimam legionem in ipso viae Postumiae aggere iubet, cui iuncta a laevo septima Galbiana..., dein septima Claudiana agresti fossa... praemunita... — III, 27. Antonius cingi... vallum corona iussit...; dexteriora valli (legiones sumpsere) octava ac septima Claudiana. — V, 12. (Iudaei) per avaritiam Claudianorum temporum empto iure muniendi struxere muros in pace tamquam ad bellum.

CLAVDIVS, CAESAR, TI. CLAVDIVS, DIVVS CLAVDIVS. — 1, 1. Tiberii Gaiique et Claudii ac Neronis res florentibus ipsis ob metum falsae. — 1, 54. Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adiciuntur (sodalibus Augustalibus sorte ductis). — 3, 2. Drusus (ut obviam iret cineribus Germanici) Tarracinam progressus est cum Claudio fratre liberisque Germanici, qui in urbe fuerant. — 3, 3. Matrem Antoniam non... reperio ullo insigni officio functam (in exsequiis Germanici), cum super Agrippinam et Drusum et Claudium ceteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint. — 3, 18. Addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vindictam Germanici grates agendas, omiseratque Claudii mentionem. Et Messalinum quidem L. Asprenas senatu coram percontatus est, an prudens praeterisset; ac tum demum nomen Claudii adscriptum est. — 3, 29. Adversis animis acceptum, quod filio Claudii socer Seianus destinaretur. — 4, 31... Suillio, quem vidit sequens aetas praepotentem, venalem et Claudii principis amicitia diu prospere, numquam bene usum. — 6, 32. (L. Vitellius) regendis provinciis prisca virtute egit. Vnde regressus et formidine Gaii Caesaris, familiaritate Claudii turpe in servitium mutatus... — 6, 46. (Tiberius) dubitavit de tradenda re publica, primum inter nepotes... Etiam de Claudio agitanti, quod is composita aetate bonarum artium cupiens erat, imminuta mens eius obstitit. — 11, 1. Adiungitur (Suillio Valerii Asiatici accusatori) Sosibius... qui per speciem benevolentiae moneret Claudium cavere vim atque opes principibus infensas... Claudius nihil ultra scrutatus citis cum militibus... Crispinum praetorii praefectum misit. — 11, 2. (Valerius Asia-

[1] Ti. Claudius Nero Germanicus, Ti. Claudius Caesar Augustus Germanicus. Prosop., 752.

Digitized by Google

ticus) ingressus... defensionem, commoto maiorem in modum Claudio... (Messalina) ad perniciem Poppaeae festinat .., adeo ignaro Caesare, ut paucos post dies epulantem apud se maritum eius Scipionem percontaretur, cur sine uxore discubuisset. — 11, 3. Secuta sunt Claudii verba in eamdem clementiam. — 11, 4. Pergit Suillius addere reos equites Romanos inlustres, quibus Petra cognomentum... Nocturnae quietis species alteri obiecta, tamquam vidisset Claudium spicea corona evinctum, spicis retro conversis... Adiecit Vitellius sestertium deciens Sosibio, quod Britannicum praeceptis, Claudium consiliis iuvaret. — 11, 6. Suillius et Cossutianus et ceteri... circumsistunt Caesarem, ante acta deprecantes. — 11, 8. Sub idem tempus Mithridates, quem imperitasse Armeniis *iussuque Gaii*[1] Caesaris vinctum memoravi, monente Claudio in regnum remeavit. — 11, 9. Paululum cunctationis attulit rex minoris Armeniae Cotys, versis illuc quibusdam procerum; dein litteris Caesaris coercitus et cuncta in Mithridaten fluxere. — 11, 11. Sedente Claudio circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiae inirent... — 11, 13. At Claudius matrimonii sui ignarus et munia censoria usurpans, theatralem populi licentiam severis edictis increpuit... — 11, 14. Nobis quoque paucae primum fuere (litterae); deinde additae sunt. Quo exemplo Claudius tres litteras adiecit. — 11, 16. Caesar .. hortatur (Italicum) gentile decus magno animo capessere. — 11, 19. Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri praesidia cis Rhenum iuberet. — 11, 20. Insigne tamen triumphi indulsit (Corbuloni) Caesar, quamvis bellum negavisset. — 11, 25. Isdem diebus in numerum patriciorum adscivit Caesar vetustissimum quemque e senatu aut quibus clari parentes fuerant... Ob ea Vipstanus consul rettulit patrem senatus appellandum esse Claudium... Sed ipse cohibuit consulem. — 11, 26. (Messalinam abrumpere) dissimulationem etiam Silius .. urgebat: ...mansuram eamdem Messalinae potentiam, addita securitate, si praevenirent Claudium, ut insidiis incautum, ita irae properum... Nec ultra exspectato, quam dum sacrificii gratia Claudius Ostiam proficisceretur, cuncta nuptiarum sollemnia celebrat (Messalina).

[1] Suppl. Vrlichs.

Digitized by Google

— 11. 29. Longa apud Ostiam Caesaris mora. — 11, 30. Exim Calpurnia, id paelici nomen, ubi datum secretum, genibus Caesaris provoluta nupsisse Messalinam Silio exclamat. Simul[1] Cleopatram... interrogot...— 11, 31. Satis constat eo pavore offusum Claudium, ut identidem interrogaret, an ipse imperii potens, an Silius privatus esset. — 11, 32. Vndique nuntii incedunt, qui gnara Claudio cuncta et venire promptum ultioni adferrent. — 11, 33. Trepidabatur nihilo minus ad Caesarem; quippe... Narcissus... non aliam spem incolumitatis Caesaris adfirmat, quam si ius militum uno illo die in aliquem libertorum transferret... — 11, 34. Iam erat in aspectu Messalina... (Narcissus) codicillos libidinum indices tradidit, quis visus Caesaris averteret. — 11, 35. Mirum inter haec silentium Claudii. — 11, 36. Commotum (Mnesteris verbis) et pronum ad misericordiam Caesarem perpulere liberti, ne... histrioni consuleretur. — 11, 37. Claudius domum regressus et tempestivis epulis delenitus, ubi vino incaluit, iri iubet nuntiarique miserae (Messalinae), hoc enim verbo usum ferunt, dicendam ad causam postera die adesset. — 11, 38. Nuntiatumque Claudio epulanti perisse Messalinam, non distincto sua an aliena manu. Nec ille quaesivit poposcitque poculum et solita convivio celebravit. — 12, 1. Caede Messalinae convulsa principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio, caelibis vitae intoleranti et coniugum imperiis obnoxio. — 12, 3. (Agrippina) nuptias... Domitii, quem ex Cn. Ahenobarbo genuerat, et Octaviae Caesaris filiae moliri; quod sine scelere perpetrari non poterat, quia L. Silano desponderat Octaviam Caesar... — 12, 4. (Vitellio Silanum accusanti) praebebat Caesar aures, accipiendis adversus generum suspicionibus caritate filiae promptior... Silanus .. ordine senatorio movetur..., simul adfinitatem Claudius diremit. — 12, 5. Pactum inter Claudium et Agrippinam matrimonium iam fama, iam amore inlicito firmabatur... (L.) Vitellius... percontatus Caesarem, an iussis populi, an auctoritati senatus cederet. — 12, 7. Haud defuere qui certatim, si cunctaretur Caesar, vi acturos testificantes erumperent curia. . Nec Claudius ultra exspectato... (senatus) decre-

[1] Ritter[2] : *Simul Claudius Cleopatram.*

Digitized by Google

tum postulat, quo iustae inter patruos fratrumque filias nuptiae... statuerentur. — 12, 8. Addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda (quibus procuraretur incestum L. Silano et sorori Iuniae Calvinae obiectum)... Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii et infensus Claudio dolore iniuriae credebatur. — 12, 9. Mammium Pollionem... inducunt sententiam expromere (Agrippina eiusque amici), qua oraretur Claudius despondere Octaviam Domitio. — 12, 11. Incipit orationem Caesar de fastigio Romano Parthorumque obsequiis. — 12, 17. Zorsines... datis obsidibus apud effigiem Caesaris procubuit. — 12, 19. Eunones... legatos litterasque ad Caesarem in hunc modum mittit : « ... Sibi et Claudio etiam communionem victoriae esse. » — 12, 20. At Claudius, quamquam nobilitatibus externis mitis, dubitavit tamen accipere captivum pacto salutis an repetere armis rectius foret. — 12, 21. Traditus posthac Mithridates... ferocius quam pro fortuna disseruisse apud Caesarem ferebatur. — 12, 22. Claudius inaudita rea (Lollia Paulina) multa de claritudine eius apud senatum praefatus... ; proin publicatis bonis cederet Italia. — 12, 23. Pomoerium urbis auxit Caesar, more prisco, quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos urbis propagare datur. — 12, 24. Quos tum Claudius terminos posuerit, facile cognitu et publicis actis perscriptum. — 12, 25. Adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur, qui... stimulabat Claudium... — 12, 29. Nec Claudius, quamquam saepe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio perfugium promittens, si pelleretur. — 12, 36. Caesar, dum suum decus extollit, addidit gloriam victo (Carataco). Vocatus quippe ut ad insigne spectaculum populus... — 12, 37. Ad ea Caesar veniam ipsique (Carataco) et coniugi et fratribus tribuit. — 12, 40. At Caesar, cognita morte legati (Britanniae P. Ostorii)... A. Didium suffecit. — 12, 41. Ti. Claudio quintum Servio Cornelio Orfito consulibus... Caesar adulationibus senatus libens cessit, ut vicensimo aetatis anno consulatum Nero iniret... — 12, 42. Praebuissetque aures Caesar (accusatori L. Vitellii), nisi Agrippinae minis magis quam precibus mutatus esset... — 12, 43. Nec occulti tantum questus, sed iura reddentem Claudium circumvasere clamoribus turbidis, pulsumque in extremam fori partem vi urgebant, donec militum globo infensos perrupit. — 12, 48.

Digitized by Google

Ne tamen adnuisse (caedi Mithridatis Armeniae regis) viderentur (Vmmidius Quadratus Syriae legatus eiusque amici) et diversa Caesar iuberet... — 12, 49. Erat Cappadociae procurator Iulius Paelignus, ignavia animi et deridiculo corporis iuxta despiciendus, sed Claudio perquam familiaris, cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret. — 12, 52. Furius Scribonianus in exilium agitur... Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam moverat ; idque ad clementiam trahebat Caesar, quod stirpem hostilem iterum conservaret. — 12, 53. Pallanti, quem repertorem eius relationis ediderat Caesar... Adseveravit Claudius contentum honore Pallantem intra priorem paupertatem subsistere. — 12, 54. Claudius causis rebellionis auditis ius statuendi etiam de procuratoribus (Iudaeae) dederat (Vmmidio Quadrato Syriae legato). — 12, 56. Lacu (Fucino) in ipso navale proelium... (edidit) Claudius... — 12, 58. Nero Octaviam Caesaris filiam in matrimonium accepit. — 12, 59. Claudius saevissima quaeque promere adigebatur eiusdem Agrippinae artibus. — 12, 60. Claudius (procuratoribus suis) omne ius tradidit, de quo totiens seditione aut armis certatum, cum Semproniis rogationibus equester ordo... Claudius libertos, quos rei familiari praefecerat, sibique et (legibus adaequavit). — 12, 61. Claudius, facilitate solita, quod uni (Xenophonti medico suo immunitatem Coo insulae) concesserat, nullis extrinsecus adiumentis velavit. — 12, 64. Vocem Claudii, quam temulentus iecerat, fatale sibi, ut coniugum flagitia ferret, dein puniret... — 12, 65. (Narcissus) prompsisse inter proximos ferebatur... ita de se meritum Caesarem, ut vitam usui eius impenderet. — 12, 66. (Timebat Agrippina), si lentum et tabidum (venenum) delegisset, ne admotus supremis Claudius et dolo intellecto ad amorem filii rediret. — 12, 67. Temporum illorum scriptores (prodiderunt) infusum... boleto venenum, nec vim medicaminis statim intellectam, socordiane an Claudii vinolentia... — 12, 69. Caelestesque honores Claudio decernuntur et funeris sollemne perinde ac Divo Augusto celebratur. — 13, 1. Narcissus Claudii libertus. — 13, 2. (Agrippina) habebat in partibus Pallantem, quo auctore Claudius nuptiis incestis et adoptione exitiosa semet perverterat... Decreti et a senatu (Agrippinae) duo lictores, flamonium Claudiale, simul Claudio censorium funus et mox consecratio. — 13, 3. Nec in

Digitized by Google

Claudio, quotiens meditata dissereret, elegantiam requireres. — 13, 5. Multa... arbitrio senatus constituta sunt,... ne designatis quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset; quod quidem adversante Agrippina, tamquam acta Claudii subverterentur, obtinuere patres. — 13, 6. Contra alii melius evenisse disserunt, quam si invalidus senecta et ignavia Claudius militiae ad labores vocaretur, servilibus iussis obtemperaturus. — 13, 14. Nero... demovet Pallantem cura rerum, quis a Claudio impositus velut arbitrium regni agebat... Simul intendere manus (in Neronem Agrippina), aggerere probra, consecratum Claudium, infernos Silanorum manes invocare et tot inrita facinora. — 13, 23. Cornelius Sulla claritudine generis et adfinitate Claudii, cui per nuptias Antoniae gener erat... — 13, 29. Tum Claudius quaestores rursum imposuit (aerario) iisque, ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores promisit. — 13, 32. Pomponia Graecina... post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam... non cultu nisi lugubri, non animo nisi maesto egit; idque illi imperitante Claudio impune... vertit. — 13, 42. P. Suillius imperitante Claudio terribilis ac venalis... Suillius ...Senecam increpans infensum amicis Claudii, sub quo iustissimum exilium pertulisset. — 13, 43. (Testes) omnem... Claudii saevitiam (P.) Suillio obiectabant. — 14, 18. Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem, praetoria potestate usum et missum disceptatorem a Claudio agrorum, quos regis Apionis quondam avitos et populo Romano cum regno relictos proximus quisque possessor invaserant... Senatus ignota sibi esse mandata Claudii et consulendum principem (Neronem) respondit. — 14, 31. Templum Divo Claudio constitutum (in colonia Camuloduno) quasi arx aeternae dominationis adspiciebatur, delectique sacerdotes specie religionis omnes fortunas effundebant. — 14, 56. (Nero Senecae respondet) « ...Nisi forte aut te Vitellio ter consuli aut me Claudio postponis... » — 14, 63. Meminerant adhuc quidam Agrippinae a Tiberio, recentior Iuliae memoria obversabatur a Claudio pulsae. — 15, 53. Antonia, Claudii Caesaris filia.—16, 12. Menses, qui Aprilem eumdemque Neroneum sequebantur, Maius Claudii, Iulius Germanici vocabulis mutantur. — I, 10. Licinius Mucianus... insignes amicitias iuvenis ambitiose coluerat; mox attritis opibus, suspecta etiam Claudii iracundia, in secretum

Digitized by Google

Asiae sepositus... — I, 16. « Sub Tiberio et Gaio et Claudio unius familiae quasi hereditas fuimus. » — I, 48. Fratres (Pisonis Liciniani) Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant... Titus Vinius... probro respersus est, tamquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus. Et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit. — I, 52. « Vitellio tres patris (L. Vitellii) consulatus, censuram, collegium Caesaris... » — I, 77. Redditus (ab Othone) Cadio Rufo, Pedio Blaeso, Saevino Pontio, senatorius locus. Repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant. — I, 89. Scriboniani contra Claudium incepta simul audita et coercita... — II, 75. « Sic Scribonianum sub Claudio interfectum, sic percussorem eius Volaginium e gregario ad summa militiae provectum. » — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Non adversus Divi Augusti acerrimam mentem nec adversus cautissimam Tiberii senectutem, ne contra Gaii quidem aut Claudii vel Neronis fundatam longo imperio domum exsurgimus ». — III, 44. (Vespasianus in Britannia) secundae legioni a Claudio praepositus... bello clarus egerat. — III, 45. Cartimandua (Brigantum regina) ...capto per dolum rege Carataco instruxisse triumphum Claudii Caesaris videbatur. — III, 66. (Loquuntur amici Vitellii principis) « Nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat (quam Caesar et Augustus), cliens (L.) Vitellii, cum (L.) Vitellius collega Claudio foret. — V, 9. Claudius, defunctis regibus aut ad modicum redactis, Iudaeam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit, e quibus Antonius Felix... Eiusdem (M.) Antonii Felix progener, Claudius nepos (erat). — *A.* 13. Divus Claudius... transvectis (in Britanniam) legionibus auxiliisque et adsumpto in partem rerum Vespasiano... — *O.* 17. « Adice Tiberii tres et viginti (annos principatus), et prope quadriennium Gaii, ac bis quaternos denos Claudii et Neronis annos...[1] »

CLAVDIVS APOLLINARIS. — III, 57. Praeerat classi (Misenensi) Claudius Apollinaris, neque fidei constans neque strenuus in perfidia ; et Apinius Tiro praetura functus... ducem se defectoribus obtulit. — III, 76. Praeerat, ut supra memoravimus, Iulianus

[1] V. etiam 11. 7, 12, 15, 20, 22 — 24, 27; 12, 6, 39, 57, 63; 13, 4. 15, 18; 14. 59; 1, 49.

Digitized by Google

gladiatoribus, Apollinaris remigibus, lascivia socordiaque gladiatorum magis quam ducum similes. — III, 77. Sex Liburnicae inter primum tumultum evasere, in quis praefectus classis Apollinaris.

TI. (CLAVDIVS) BALBILLVS, v. TI. BALBILLVS.

AP. (CLAVDIVS) CAECVS, v. APPIVS CAECVS.

(TI. CLAVDIVS CAESAR) BRITANNICVS, v. BRITANNICVS.

* CLAVDIVS CIVILIS, v. IVLIVS CIVILIS.

CLAVDIVS COSSVS. — I, 69. Claudius[1] Cossus[2], unus ex legatis (Helvetiorum), notae facundiae..., militis (Vitelliani) animum mitigavit.

CLAVDIVS DEMIANVS. — 16, 10. Interversis (L. Antistii Veteris) patroni rebus ad accusandum transgrediens Fortunatus libertus, adscito Claudio Demiano, quem ob flagitia vinctum a Vetere Asiae proconsule exsolvit Nero in praemium accusationis.

CLAVDIVS DRVSVS, DRVSVS, DRVSVS GERMANICVS[3]. — 1, 3. Augustus... Tiberium Neronem et Claudium Drusum privignos imperatoriis nominibus auxit, integra etiam tum domo sua... Druso... pridem exstincto, Nero solus e privignis erat...Germanicum Druso ortum.— 1, 33. (Germanicus) Druso fratre Tiberii genitus... Drusi magna apud populum Romanum memoria, credebaturque, si rerum potitus foret, libertatem redditurus. — 1, 41. Socer Drusus (Agrippinae, Germanici uxoris). — 1, 43. « Tua, pater Druse, imago, tui memoria isdem istis cum militibus... eluant hanc maculam. » — 2, 7. Veterem aram Druso sitam (Germani) disiecerant. — 2, 8. (Germanicus) fossam cui Drusianae nomen ingressus precatusque Drusum patrem, ut se eadem ausum... iuvaret... — 2, 41. Suberat occulta formido reputantibus haud prosperum in Druso patre (Germanici) favorem vulgi. — 2, 82. At Romae, postquam Germanici valetudo percrebruit..., erumpebant questus... : vera prorsus de Druso seniores locutos : displicere regnantibus civilia filiorum ingenia, neque ob aliud interceptos, quam quia populum Romanum aequo iure complecti reddita libertate agitaverint. — 3, 5. Fuere qui... (cum exsequiis

[1] Iac. Gronov et Ernesti ex det. quodam : *Cornelius Cossus.*
[2] *b* : *cossutianus.*
[3] D., *mox* Nero Claudius Drusus. Prosop., 689.

Digitized by Google

Germanici) compararent... quae in Drusum patrem Germanici honora et magnifica Augustus fecisset...—4, 72. (Frisiis) tributum Drusus iusserat modicum pro angustia rerum, ut in usus militares coria boum penderent. — 6, 9. (Tiberius) Sex. Vistilium... Druso fratri percarum in cohortem suam transtulerat. — 6, 51. (Tiberius) multis aemulis conflictatus est... Etiam frater eius Drusus prosperiore civium amore erat. — 13, 53. Paulinus Pompeius... incohatum ante tres et sexaginta annos a Druso aggerem coercendo Rheno absolvit. — V, 19. (Iulius Civilis) diruit molem a Druso Germanico factam Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem ...effudit. — *G.* 34. Nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem inquiri. — 37. Nec impune C. Marius in Italia, Divus Iulius in Gallia, Drusus ac (Tiberius) Nero et Germanicus in suis (Germanos) sedibus perculerunt[1].

CLAVDIVS FAVENTINVS[2]. — III, 57. Classem Misenensem... Claudius Faventinus centurio per ignominiam a Galba dimissus ad defectionem traxit, fictis Vespasiani epistulis pretium proditionis ostentans.

CLAVDIVS IVLIANVS, IVLIANVS[3]. — III, 57. Vitellius Claudium Iulianum, is nuper classem Misenensem molli imperio rexerat, permulcendis militum (eiusdem classis) animis delegit; data in auxilium urbana cohors et gladiatores, quibus Iulianus praeerat. Vt conlata utrimque castra, haud magna cunctatione Iuliano in partes Vespasiani transgresso, Tarracinam occupavere... — III, 76. Praeerat. ut supra memoravimus, Iulianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus, lascivia socordiaque gladiatorum magis quam ducum similes. — III, 77. Iulianus ad L. Vitellium perductus et verberibus foedatus in ore eius iugulatur.

CLAVDIVS LABEO, LABEO. — IV, 18. Praefectus alae Batavorum Claudius Labeo oppidano certamine aemulus (Iulio) Civili... in Frisios avehitur. — IV, 56. Claudius[4] Labeo, quem captum et

[1] V. etiam 1, 10, 31, 56; 3, 29; 5, 1; 12, 25.
[2] Prosop., 693.
[3] Prosop., 721.
[4] M : *gladius*. Corr. Puteolanus.

Digitized by Google

extra commeatum amandatum in Frisios diximus, corruptis custodibus perfugit (in coloniam Agrippinensem); pollicitusque... — IV, 66. Civilis societate Agrippinensium auctus... quo minus ultra pergeret, Claudius Labeo Baetasiorum Tungrorumque et Nerviorum tumultuaria manu restitit... Pugnabaturque in angustiis ambigue, donec Germani tranatantes terga Labeonis invasere... Labeo, antequam circumveniretur, profugit. — IV, 70. Civilis avia Belgarum circumibat, dum Claudium Labeonem capere aut exturbare nititur.

CLAVDIVS MARCELLVS, MARCELLVS[1]. — 1, 3. Augustus... Claudium Marcellum, sororis filium, admodum adulescentem pontificatu et curuli aedilitate... extulit. Mox (Agrippam) defuncto Marcello generum sumpsit. — 2, 41. Suberat formido reputantibus... avunculum (Germanici) Marcellum flagrantibus plebis studiis intra iuventam ereptum. — 3, 64. Cum haud procul theatro Marcelli effigiem Divo Augusto Iulia (Livia) dicaret... — 6, 51. (Tiberius) multis aemulis conflictatus est, dum Marcellus et Agrippa, mox Gaius Luciusque Caesares viguere. — I, 15. « (Divus Augustus) sororis filium Marcellum... in proximo sibi fastigio conlocavit. »

(M. CLAVDIVS) MARCELLVS AESERNINVS, v. AESERNINVS MARCELLVS.

(TI. CLAVDIVS) NARCISSVS, v. NARCISSVS.

CLAVDIVS NERO, v. NERO *(B)*.

TI. (CLAVDIVS) NERO, v. TI. NERO[2].

*CLAVDIVS PAVLVS, v. IVLIVS PAVLVS.

CLAVDIVS PYRRICHVS. — II, 16. (Pacarius Decimus Corsicae procurator) vocatis principibus insulae consilium (iuvandi Vitellii) aperit et contra dicere ausos, Claudium Pyrrichum trierarchum Liburnicarum ibi navium... interfici iubet...

(TI. CLAVDIVS) ROMANVS, v. ROMANVS.

CLAVDIVS SAGITTA, SAGITTA. — IV, 49. Claudius Sagitta, praefectus alae Petrianae, prospera navigatione praevenit Papirium centurionem a Muciano missum, adseveravitque mandata interficiendi Pisonis (pro consule Africae) centurioni data;

[1] M. Claudius Marcellus. Prosop., 739.
[2] Tiberii Caesaris pater.

Digitized by Google

...unam in audacia spem salutis... Piso indicio Sagittae vel insita modestia non in publicum egressus.

CLAVDIVS SANCTVS, SANCTVS. — IV, 62. Dux (Gallorum) Claudius Sanctus[1] effosso oculo dirus ore, ingenio debilior... Non tulit ala Picentina gaudium insultantis vulgi spretisque Sancti promissis aut minis Mogontiacum abeunt.

CLAVDIVS SENECIO, SENECIO. — 13, 12. Delapso Nerone in amorem libertae, cui vocabulum Acte fuit, simul adsumptis in conscientiam *M.* Othone et Claudio Senecione, adulescentibus decoris, quorum... Senecio liberto Caesaris patre genitus. — 15, 50. (C. Pisonis socii) adgregavere Claudium[2] Senecionem.., equites Romanos. Ex quibus Senecio, e praecipua familiaritate Neronis, speciem amicitiae etiam tum retinens eo pluribus periculis conflictabatur. — 15, 56. Lucanus Quintianusque et Senecio diu abnuere; post, promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, ...Senecio Annium Pollionem, amicorum praecipuos, nominavere. — 15, 58. Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quintianus passim conscios edere... — 15, 70. Senecio... et Quintianus et Scaevinus non ex priore vitae mollitia... periere.

CLAVDIVS SEVERVS. — I, 68 (Helvetii) primo tumultu Claudium Severum ducem legerant.

CLAVDIVS TIMARCHVS. — 15, 20. Claudius Timarchus Cretensis reus agitur... Vna vox eius usque ad contumeliam senatus penetraverat, quod dictitasset in sua potestate situm, an proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur... Paetus Thrasea... (censuit reum) provincia Creta depellendum.

CLAVDIVS VICTOR. — IV, 33. Civilis... veteranas cohortes et quod e Germanis maxime promptum adversus Voculam... mittit, Iulio Maximo et Claudio Victore, sororis suae filio, ducibus.

CLAVSVS, v. ATTVS CLAVSVS.

CLEMENS IVLIVS, CLEMENS, v. IVLIVS CLEMENS.

CLEMENS[3]. — 2, 39. Postumi Agrippae servus nomine Clemens, conperto fine Augusti pergere in insulam Planasiam et fraude

[1] **M** : *sĉs*. Macke, III, 7, dubitat utrum *Sanctus* an *Sancus* legendum sit.
[2] **M** : *tullium*. Corr. Ritter.
[3] Prosop., 885.

Digitized by Google

aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos non servili animo concepit .. Interim patrata caede ad maiora et magis praecipitia conversus, ...nam aetate et forma haud dissimili in dominum erat[1].

CLEONICVS. — 15, 45. Tradidere quidam venenum (Senecae) per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum iussu Neronis vitatumque a Seneca proditione liberti seu propria formidine...

CLEOPATRA. — V, 9. Antonius Felix... Drusilla Cleopatrae et Antonii nepte in matrimonium accepta...

CLEOPATRA. — 11, 30. Calpurnia, id paelici (Claudii) nomen,... nupsisse Messalinam Silio exclamat, simul Cleopatram (alteram paelicem), quae id opperiens adstabat, an comperisset interrogat, atque illa adnuente[2]...

CLITAE. — 6, 41. Per idem tempus Clitarum[3] natio, Cappadoci Archelao subiecta..., in iuga Tauri montis abscessit..., donec M. Trebellius legatus... ad deditionem coegit. — 12, 55. Agrestium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum, saepe et alias commotae, tunc Troxobore duce montes asperos castris cepere...

P. CLODIVS[4]. — 11, 7. (Suillius, Cossutianus, ceteri) disserunt... prompta sibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio contionari soliti sint.

(T. CLODIVS) EPRIVS MARCELLVS, v. EPRIVS MARCELLVS.

CLODIVS MACER, MACER[5]. — I, 7. Forte congruerat ut Clodii Macri et Fonteii Capitonis caedes nuntiarentur. Macrum in Africa haud dubie turbantem Trebonius Garutianus procurator iussu Galbae... (interfecerat). — I, 11. Africa ac legiones in ea, interfecto Clodio Macro, contenta qualicumque principe post experimentum domini minoris. — I, 37. (Loquitur Otho) « ...Quam

[1] V. etiam 2, 40.

[2] V. etiam 11, 29.

[3] M : *cietarum*. Corr. Lipsius. (Priores : *Citarum*) — Codicis scripturam defendit Ad. Wilhelm, *Archäol.-epig. Mitth. aus Oesterr.-Ung.*, 17, p. 1, haud scio an iure. Κιῆται enim in nnmmis, Κιητίς in inscriptionibus memorantur.

[4] P. Clodius Pulcher, aed. cur. a. 698=56.

[5] L. Clodius Macer. Prosop., 922.

Digitized by Google

gloriam ad principatum adtulit (Galba), nisi occisi... Clodii Macri in Africa...? » — I, 73. Calvia Crispinilla..., magistra libidinum Neronis, transgressa in Africam ad instigandum in arma Clodium Macrum, famem populo Romano haud obscure molita. — II, 97. In Africa legio cohortesque delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae, rursus iussu Vitellii militiam cepere. — IV, 49. Quod (Papirius centurio) ex interfectoribus Clodii Macri cruentas legati sanguine manus ad caedem proconsulis (L. Pisonis) rettulisset.

CLODIVS QVIRINALIS[1]. — 13, 30. Clodius Quirinalis, quod praefectus remigum, qui Ravennae haberentur, velut infimam nationem Italiam luxuria saevitiaque adflictavisset, veneno damnationem anteiit.

(P. CLODIVS) THRASEA PAETVS, v. THRASEA PAETVS.

CLOTA[2]. — *A.* 23. Clota et Bodotria diversi maris aestibus per immensum revectae angusto terrarum spatio dirimuntur; quod tum praesidiis (ab Agricola) firmabatur...

CLVTORIVS PRISCVS, CLVTORIVS, PRISCVS[3]. — 3, 49. Fine anni Clutorium[4] Priscum equitem Romanum, post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat, pecunia donatum a Caesare, corripuit delator obiectans aegro Druso composuisse, quod, si exstinctus foret, maiore praemio vulgaretur. Id Clutorius[5] in domo P. Petronii... per vaniloquentiam iecerat. — 3, 50. Contra (Haterium Agrippam) M'. Lepidus in hunc modum exorsus est : « Si, patres conscripti, unum id spectamus, quam nefaria voce Clutorius[6] Priscus mentem suam et aures hominum polluerit... Vita Clutorii[7] in integro est, qui neque servatus in

[1] P. Palpellius Clodius Quirinalis. Prosop., P. 52.

[2] Vulg. ante Broterium : *Glota.*

[3] Prosop., 950.

[4] Lipsius : *C. Lutorium;* Ritter : *Lutorium.* — « *Clutorium* hat die Hds. des Tacitus und der Name ist aus Inschriften nachgewiesen (*Rhein. Mus.*, 16, 291). Bei Dio LVII, 20 steht : Γάϊος Λουτώριος Πρίσκος, bei Plinius, *H. N.*, VII, 39, 129, in den Hdss. *utorio* und *sutorio* (Nipperdey-Andresen). — *Clutorium* non corruptum esse ex *C. Lutorium* recte animadvertit Ritter, cum Tacitus ne nobilissimos quidem viros tribus nominibus denotet.

[5] Lipsius : *C. Lutorius;* Ritter : *Lutorius.*

[6] Lipsius : *Lutorius.*

[7] Lipsius : *Lutorii.*

Digitized by Google

periculum rei publicae neque interfectus in exemplum ibit. — 3, 51. Ductus... in carcerem Priscus ac statim exanimatus.

CLVVIAE. — IV, 5. Helvidius Priscus [regione Italiae] e Caracinae municipio Cluviis[1]...

CLVVIDIENVS QVIETVS. — 15, 71. Cluvidieno Quieto..., velut in agmen et numerum, Aegaei maris insulae permittuntur.

*CLVVIVS, v. C. VIBIVS.

CLVVIVS, CLVVIVS RVFVS[2]. — 13, 20. Plinius et Cluvius nihil dubitatum (a Nerone) de fide praefecti (Burri) referunt. — 14, 2. Tradit Cluvius ardore retinendae Agrippinam potentiae eo usque provectam, ut medio diei... offerret se saepius (Neroni) temulento comptam et incesto paratam. Iamque... Sed quae Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodidere et fama huc inclinat... — I, 8. E provinciis Hispaniae praeerat Cluvius Rufus, vir facundus et pacis artibus, bellis inexpertus. — I, 76. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum... legiones. Idem ex Hispania adlatum laudatusque per edictum Cluvius Rufus; sed statim cognitum est conversam ad Vitellium Hispaniam. — II, 58. Lucceius Albinus (utriusque Mauretaniae procurator)..., caeso Galba in Othonem pronus..., Hispaniae... imminebat. Inde Cluvio Rufo metus et decimam legionem propinquare litori ut transmissurus iussit. — II, 65. Digressum a Luguduno Vitellium Cluvius[1] Rufus adsequitur omissa Hispania, laetitiam et gratulationem vultu ferens, animo anxius... Hilarius Caesaris libertus detulerat (eum), tamquam... propriam ipse potentiam .. temptasset... Auctoritas Cluvii praevaluit, ut puniri ultro libertum suum Vitellius iuberet. Cluvius comitatui principis adiectus, non adempta Hispania, quam rexit absens exemplo L. Arruntii. Eum Ti. Caesar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat. — III, 65. (Vitellius et Flavius Sabinus) in aede Apollinis,

M : *cluvios* (*s* del. 1 m.) Corr. Haase et Nipperdey. — Heraeus : *Cluviano*. — Orelli-Meiser : « *Cluvia* nemoratur apud Livium, 9, 31, 2..., unde conicias, quoniam litt. *s* in Mediceo inducta est, hic quoque scribendum esse *municipio Cluvia*. »

[2] Prosop., 958.

[3] M : *M. Cluvius* (teste Rittero). In apparatu Orellii-Meiseri nihil hic adnotatum est.

Digitized by Google

ut fama fuit, pepigere; verba vocesque duos testes habebant, Cluvium Rufum et Silium Italicum. — IV, 39. Mucianus... (Antonium Primum) secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans discessu Cluvii Rufi vacuam. — IV, 43. Helvidius (Priscus)... a laude Cluvii Rufi orsus, qui perinde dives et eloquentia clarus nulli umquam sub Nerone periculum facessisset...

• CNITII, v. CINITHII.

COCCEIVS NERVA, NERVA[1].—4, 58. Profectio (Tiberii in Campaniam) arto comitatu fuit : unus senator consulatu functus, Cocceius Nerva, cui legum peritia... — 6, 26. Haud multo post Cocceius Nerva continuus principi, omnis divini humanique iuris sciens, integro statu, corpore inlaeso, moriendi consilium cepit. Quod ut Tiberio cognitum, adsidere .. Adversatus sermonem Nerva abstinentiam cibi coniunxit. Ferebant gnari cogitationum eius. .

COCCEIVS NERVA (imperator), v. NERVA CAESAR.

COCCEIVS PROCVLVS. — I, 24. (Otho)... Cocceio Proculo speculatori de parte finium cum vicino ambigenti universum vicini agrum sua pecunia emptum dono (dedit).

COELALETAE[2]. — 3, 38. Coelaletae Odrusaeque et Dii, validae nationes (Thraeciae), arma cepere...

COENVS. — II, 54. Repente Coenus libertus Neronis atroci mendacio universos (senatores post Othonis mortem Bononiae agentes) perculit adfirmans superventu quartae decimae legionis... caesos victores, versam partium fortunam... Et Coenus quidem rapide in urbem vectus paucos post dies iussu Vitellii poenas luit.

COERANVS[3]. — 14, 59. Sunt qui... ferant... doctores... sapientiae, Coeranum Graeci, Musonium Tusci generis, constantiam opperiendae mortis... suasisse (Rubellio Plauto).

COEVS. — 12, 61. Rettulit dein (Claudius) de immunitate Cois tribuenda, multaque super antiquitate eorum memoravit : Argi-

[1] M. Cocceius Nerva. Prosop., 972. Avus imperatoris Nervae.

[2] « Ebenso die Hds. bei Plin., *H. N.*, IV, 11, 41. Bei Ptol., III, 11, 9, heisst ihr Land Κοιλητικὴ στρατηγία » (Nipperdey-Andresen). — Ryck et Ernesti : *Coeletae;* Ritter : *Coeletae* aut *Calybetae*.

[3] Prosop., 1004.

Digitized by Google

vos vel Coeum[1] Latonae parentem vetustissimos insulae cultores...

COGIDVMNVS. — *A*. 14. Quaedam civitates (Britanniae a Claudio) Cogidumno regi donatae. Is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit.

COI. — 4, 14. Is quoque annus legationes Graecarum civitatium habuit..., Cois Aesculapii delubro vetustum asyli ius ut firmaretur petentibus... Neque dispar apud Coos antiquitas et accedebat meritum ex loco; nam... — 12, 61. Rettulit deinde (Claudius) de immunitate Cois tribuenda, multaque super antiquitate eorum memoravit... Quin etiam dixit Xenophontem, cuius scientia ipse uteretur, eadem (Aesculapii) familia ortum precibusque eius dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi sacram et tantum dei ministram insulam colerent.

*COHIBVS, v. CHOBVS.

COLCHI. — 6, 34. Qua tempestate Iaso post avectam Medeam genitosque ex ea liberos inanem mox regiam Aeetae vacuosque Colchos repetivit.

COLLEGA[2]. — *A*. 44. Agricola... excessit... Collega Priscoque consulibus.

COLLINA PORTA. — III, 82. Tertium (Flavianorum) agmen per Salariam (viam) Collinae portae propinquabat... Superstantes maceriis hortorum (Sallustianorum) Vitelliani ad serum usque diem saxis pilisque subeuntes arcebant, donec ab equitibus, qui porta Collina inruperant, circumvenirentur.

COLOPHON. — 2, 54. (Germanicus) adpellit... Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur.

COMATA. — 11, 23. Primores... Galliae, quae Comata appellatur.

C. COMINIVS. — 4, 31. C. Cominium equitem Romanum, probrosi in se carminis convictum, Caesar precibus fratris, qui senator erat, concessit.

*COMITIVS POLLIO, v. DOMITIVS POLLIO,

COMMAGENI, COMMAGENA. — 2, 42. Antiocho Commagenorum (rege defuncto). — 2, 56. Commagenis Q. Servaeus praepo-

[1] M : *cum*. Corr. Mercerus.
[2] Pompeius Collega. Prosop., P. 457.

Digitized by Google

nitur, tum primum ad ius praetoris translatis. — 15, 12. (Corbulo) parte copiarum apud Suriam relicta..., qua proximum et commeatibus non egenum, regionem Commagenam, exim Cappadociam, inde Armenios petivit.

CONCORDIA. — 2, 32. Dona Iovi, Marti, Concordiae.., L. Piso et Gallus Asinius et Papius Mutilus et L. Apronius decrevere (ob mortem Libonis Drusi). — III, 68. Vt in aede Concordiae positurus insignia imperii... discessit (e contione Vitellius).

CONSIDIVS [1]. — 5, 8. (Pomponio Secundo) a Considio[2] praetura functo obiectabatur Aelii Galli amicitia, qui punito Seiano in hortos Pomponii... profugisset.

CONSIDIVS AEQVVS. — 3, 37. Considius Aequus et Caelius Cursor equites Romani, quod fictis maiestatis criminibus Magium Caecilianum praetorem petivissent,.. puniti.

CONSIDIVS PROCVLVS[3]. — 6, 18. Dein redeunt priores metus, postulato maiestatis Considio Proculo, qui, nullo pavore diem natalem celebrans, raptus in curiam pariterque damnatus interfectusque est.

CONSVS. — 12, 24. Quod pomoerium Romulus posuerit, noscere haud absurdum reor... A foro boario... sulcus designandi oppidi coeptus...; inde... per ima montis Palatini ad aram Consi...

*CORA, v. COSA.

*CORANIVS, v. TORANIVS.

CORBVLO, v. DOMITIVS CORBVLO.

CORCYRA. — 3, 1. Agrippina Corcyram insulam advehitur, litora Calabriae contra sitam.

CORINTHIENSIS. — 5, 10. (Poppaeus Sabinus) Corinthiense litus angustiasque Isthmi evadit.

CORINTHIVS. — 11, 14. Etrusci ab Corinthio Demarato... didicerunt (litteras).

CORINTHVS. — II, 1. Titus Vespasianus... Corinthi, Achaiae urbe, certos nuntios accepit de interitu Galbae.

CORMA. — 12, 14. Gotarzes... flumine Corma pro munimento uti.

[1] Prosop., 1026 : « Fortasse idem atque Considius Proculus. »

[2] Wurm : *C. Considio.* Sed cf. Nipperdey-Andresen : « Tac. hat öfter hochgestellte Männer nur mit einem Namen bezeichnet, wenn er ihre Würde hinzufügt. »

[3] Prosop., 1029. Cf. Considivs.

Digitized by Google

CORNELIA. — *O.* 28. « Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam Augusti praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. »

CORNELIA. — 4, 16. Decretum Corneliae virgini, quae in locum Scantiae capiebatur, sestertium viciens.

CORNELIA[1]. — 15, 22 Defuncta... virgo Vestalis Laelia, in cuius locum Cornelia ex familia Cossorum capta est.

CORNELIA LEX[2]. — 14, 40. Valerius Fabianus... subdidit testamentum (Domitio Balbo propinquo suo), adscitis Vinicio Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi Antonium Primum... sociaverant... Quod apud patres convictum, et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia damnantur.

(CORNELII) LENTVLI, oratores, v. LENTVLI.

CORNELIVS[3]. — 6, 29. Ab Servilio et Cornelio accusatoribus adulterium Liviae, magorum sacra obiectabantur (Mamerco Scauro). — 6, 30. Ac tamen accusatores, si facultas incideret, poenis adficiebantur, ut Servilius Corneliusque perdito Scauro famosi, quia pecuniam a Vario Ligure omittendae delationis ceperant, in insulas interdicto igni atque aqua demoti sunt.

C. CORNELIVS[4]. — *O.* 39. « Satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium concursu totius civitatis et accusatos et defensos. »

P. CORNELIVS[5]. — III, 34. Condita erat (Cremona) T*i*. Sempronio *P.*[6] Cornelio consulibus, ingruente in Italiam Annibale...

CORNELIVS AQVINVS. — I, 7. (Fonteium) Capitonem in Germania, cum (turbas) coeptaret, Cornelius Aquinus et Fabius Valens legati legionum interfecerant, antequam iuberentur (a Galba).

CORNELIVS BALBVS (maior)[7]. — 12, 60. C. Oppius et Cornelius

[1] Prosop., 1211.

[2] De falsis sive testamentaria, lata ab L. Cornelio Sulla dictatore. Cf. Forcellini-De Vit., *Totius Latin. Onomast.*, II, p. 460.

[3] Omissus est in Prosop.

[4] Trib. pl. a 687 = 67, a Cicerone defensus a. 689 = 65.

[5] P. Cornelius Scipio, cos. a. 536 = 218, Africani maioris pater.

[6] *P.* add. Rhenanus. — Ritter : *Sempronio et Cornelio*, coll. *A.* 44 : *Collega Priscoque consulibus*, *O.*, 17 : *Hirtio... et Pansa consulibus.*

[7] L. Cornelius Balbus.

Digitized by Google

Balbus primi (equitum Romanorum) Caesaris opibus potuere condiciones pacis et arbitria belli tractare.

(CORNELIVS) BALBVS (minor), v. BALBVS.

CORNELIVS CETHEGVS[1]. — 4, 17. Cornelio Cethego Visellio Varrone consulibus.

L. (CORNELIVS) CINNA, v. L. CINNA.

CORNELIVS COSSVS[2] *(A)*. — 4, 34. Cornelio Cosso Asinio Agrippa consulibus.

CORNELIVS COSSVS[3] *(B)*. — 14, 20. Nerone quartum Cornelio Cosso consulibus.

* CORNELIVS COSSVS, v. CLAVDIVS COSSVS.

(CN. CORNELIVS) DOLABELLA[4], v. DOLABELLA.

CORNELIVS DOLABELLA, DOLABELLA CORNELIVS, P. DOLABELLA, DOLABELLA[5]. — 3, 47. Solus Dolabella Cornelius, dum anteire ceteros parat, absurdam in adulationem progressus, censuit, ut ovans e Campania (Tiberius) urbem introiret. — 3, 69. At Cornelius Dolabella, dum adulationem longius sequitur..., addidit, ne quis vita probrosus et opertus infamia provinciam sortiretur, idque princeps diiudicaret. — 4, 23. Caesar..., quasi nullis iam in Africa hostibus, reportari nonam legionem iusserat, nec pro consule eius anni P. Dolabella retinere ausus erat, iussa principis magis quam incerta belli metuens. — 4, 24. At Dolabella, contracto quod erat militum, ...primo sui incessu solvit (Thubusci) obsidium...— 4, 26. Dolabellae petenti abnuit triumphalia Tiberius, Seiano tribuens, ne Blaesi avunculi eius laus obsolesceret. — 4, 69. Publium Dolabellam socium delationis exstitisse (Domitio Afro in Quintilium Varum) miraculo erat, quia claris maioribus et Varo conexus suam ipse nobilitatem, suum sanguinem perditum ibat. — 11, 22. Isdem consulibus P. Dolabella censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quaesturam adipiscerentur... Quaestura... gratuito concedebatur, donec sententia Dolabellae velut venumdaretur.

[1] Ser. Cornelius Cethegus. Prosop., 1081.
[2] Cossus Cornelius Lentulus Prosop., 1125. Pater eius qui sequitur. Cos. a. 25.
[3] Cossus Cornelius Lentulus. Prosop., 1126. Cos. a. 60.
[4] Cos. a. 673 = 81, a Caesare accusatus.
[5] P. Cornelius Dolabella. Prosop., 1092

Digitized by Google

CORNELIVS DOLABELLA, DOLABELLA[1] — I, 88. Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem..., nullum ob crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbae monstratus. — II, 63. Sed Vitellius... occidi Dolabellam iussit, quem in coloniam Aquinatem sepositum ab Othone rettulimus. Dolabella audita morte Othonis urbem introierat. Id ei Plancius Varus praetura functus, ex intimis Dolabellae amicis, apud Flavium Sabinum praefectum urbis obiecit, tamquam rupta custodia ducem se victis partibus ostentasset... — II, 64. Igitur Vitellius metu et odio, quod Petroniam uxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepisset, vocatum per epistulas... devertere Interamnam atque ibi interfici iussit. Longum interfectori visum : in itinere ac taberna proiectum humi iugulavit...

CORNELIVS FLACCVS. — 13, 39. Minora (castella exscindenda Corbulo) Cornelio Flacco legato et Insteio Capitoni castrorum praefecto mandat.

CORNELIVS FVSCVS, FVSCVS[2]. — II, 86. Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes. Sed procurator aderat Cornelius Fuscus, vigens aetate, claris natalibus; prima iuventa inquies cupidine senatorium ordinem exuerat. Idem pro Galba dux coloniae suae, eaque opera procurationem adeptus, susceptis Vespasiani partibus acerrimam bello facem praetulit ; non tam praemiis periculorum quam ipsis periculis laetus... — III, 4. Proxima (Antonii Primi auctoritati) Cornelii Fusci procuratoris auctoritas. Is quoque inclementer in Vitellium invehi solitus nihil spei sibi inter adversa reliquerat... Rerum novarum cupido (Tampium Flavianum legatum)... misceri civilibus armis impulerat, suadente Cornelio Fusco, non quia industria Flaviani egebat, sed ut consulare nomen surgentibus cum maxime partibus honesta specie praetenderetur. — III, 12. Classis (Ravennas) Cornelium Fuscum praefectum sibi destinat, qui propere adcurrit. — III, 42. Digresso (Fabio) Valente trepidos, qui Ariminum tenebant, Cornelius Fuscus... terra marique circumvenit. — III, 66. Vt quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant... « Fabium (Flavianis) Valentem... prae-

[1] Cn. Cornelius Dolabella. Prosop., 1090. Filius, ut videtur, eius qui praecedit.
[2] Prosop., 1107.

Digitized by Google

gravem fuisse, nedum (Antonius) Primus ac Fuscus et... Mucianus ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant. » — IV, 4. (Decernuntur) Cornelio Fusco et Arrio Varo praetoria insignia. — *F.* 6. (Diurpanei Dacorum regis cum Fusco duce proelia...)

CORNELIVS LACO, LACO [1]. — I, 6. Invalidum senem (Galbam) Titus Vinius et Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignavissimus, odio flagitiorum oneratum contemptu inertiae destruebant. — I, 13. Potentia principatus divisa in Titum Vinium consulem, Cornelium Laconem praetorii praefectum ; nec minor gratia Icelo... Hi discordes... circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. Vinius pro M. Othone, Laco atque Icelus consensu non tam unum aliquem fovebant quam alium. — I, 14. Galba... comitia imperii transigit, adhibitoque super Vinium ac Laconem Mario Celso... ac Ducenio Gemino..., Pisonem Licinianum accersiri iubet, seu propria electione sive, ut quidam crediderunt, Lacone instante, cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia ; sed callide ut ignotum fovebat. — I, 19. Censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos. Agitatum secreto, num et Piso proficisceretur... Placebat et Laconem praetorii praefectum simul mitti ; is consilio intercessit. — I, 26. Quaedam (seditionis indicia) apud Galbae aures praefectus Laco elusit, ignarus militarium animorum consiliique, quamvis egregii, quod non ipse adferret, inimicus et adversus peritos pervicax. — I, 33. Repugnantem huic sententiae Vinium Laco minaciter invasit, stimulante Icelo. — I, 39. Agitasse Laco ignaro Galba de occidendo Tito Vinio dicitur, sive ut poena eius animos militum mulceret, seu conscium Othonis credebat, ad postremum vel odio. — I, 46. Laco praefectus [2], tamquam in insulam seponeretur, ab evocato, quem ad caedem eius Otho praemiserat, confossus.

CN. (CORNELIVS) LENTVLVS AVGVR, v. LENTVLVS.

(CORNELIVS) LENTVLVS GAETVLICVS, v. LENTVLVS GAETVLICVS.

(CORNELIVS LENTVLVS) MALVGINENSIS, v. MALVGINENSIS.

[1] Prosop., 1116.

[2] Ioh. Müller : *profectus*.

Digitized by Google

CORNELIVS LVPVS[1]. — 13, 43. (Testes P. Suillio)... Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum circumventos... obiectabant.

CORNELIVS MARCELLVS, MARCELLVS CORNELIVS[2]. — 16, 8. Trahebantur ut conscii (Lepidae Cassii uxoris) Vulcatius Tullinus ac Marcellus Cornelius senatores... ; qui appellato principe instantem damnationem frustrati mox Neronem circa summa scelera distentum quasi minores evasere. — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum adtulit (Galba), nisi occisi Obultronii Sabini et Cornelii Marcelli in Hispania... ? »

CORNELIVS MARTIALIS *(A)*. — 15, 71. Exuti dehinc tribunatu... Cornelius Martialis..., quasi principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur.

CORNELIVS MARTIALIS, MARTIALIS[3] *(B)*. — III, 70. Luce prima (Flavius) Sabinus, antequam in vicem hostilia coeptarent, Cornelium Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit cum mandatis et questu... Vitellius... monuit Martialem, ut per secretam aedium partem occulte abiret... — III, 71. Vixdum regresso in Capitolium Martiale .. — III, 73. Pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes Cornelius Martialis..., pugnam ausi obtruncantur.

CORNELIVS MERVLA[4]. — 3, 58. Servius Maluginensis flamen Dialis (in senatu disseruit)... quinque et septuaginta annis post Cornelii Merulae caedem neminem suffectum (flaminem Dialem) neque tamen cessavisse religiones.

SERVIVS CORNELIVS ORFITVS, CORNELIVS ORFITVS, ORFITVS[5]. — 12, 41. Ti. Claudio quintum Servio Cornelio Orfito[6] consulibus. — 16, 12. Menses, qui Aprilem eumdemque Neroneum sequebantur, Maius Claudii, Iunius Germanici vocabulis

[1] Prosop., 1145

[2] L. Cornelius Marcellus, Prosop., 1148.

[3] Prosop., 1150 : « Potest idem haberi atque is qui praecedit, si ponitur Martialem post tribunatum primipilatum iterum (cf. *C. I. L.* V, 867) adeptum esse. »

[4] L, Cornelius Merula, cos. 667 = 87, L. Cinnae suff.

[5] Ser. Cornelius Salvidienus Orfitus. Prosop., 1181.

[6] Ritter, quem secuti sunt Orelli, Nipperdey-Andresen, Klebs, alii, *Orfito* uncis incl., quippe cum Tacitus viros tribus nominibus denotare non soleat, praecipue consules. Cf. Ritteri legem supra ad Caninivm Rebilvm. — Medicei scripturam dubitanter tuetur Macke, I, 3 sq. Idem, IV, 5 : « ...falls nicht auch hier, wie bei *Sisenna Statilius Taurus*..., der Vorname zu streichen ist. »

Digitized by Google

mutantur, testificante Cornelio Orfito, qui id censuerat, ideo Iunium mensem transmissum, quia duo iam Torquati ob scelera interfecti infaustum nomen Iunium fecissent. — IV, 42. (Aquilium) Regulum subversa Crassorum et Orfiti domus in summum odium extulerat.

CORNELIVS PRIMVS. — III, 74. Domitianus (capto incensoque Capitolio)... apud Cornelium Primum paternum clientem iuxta Velabrum delituit.

CORNELIVS SCIPIO, SCIPIO, SCIPIO CORNELIVS[1]. — 3, 74. Tres incessus, totidem agmina parantur (a Iunio Blaeso in Tacfarinatem). Ex quis Cornelius Scipio legatus praefuit, qua praedatio in Leptitanos et suffugia Garamantum. — 11, 2. (Poppaea Sabina ad voluntariam mortem propulsa est), adeo ignaro (Claudio), ut paucos post dies epulantem apud se maritum eius Scipionem percontaretur, cur sine uxore discubuisset. — 11, 4. Rogatus sententiam et Scipio : « Cum idem, inquit, de admissis Poppaeae sentiam, quod omnes, putate me idem dicere, quod omnes », eleganti temperamento inter coniugalem amorem et senatoriam necessitatem. — 12, 53. Additum a Scipione Cornelio grates publice agendas (Pallanti).

L. (CORNELIVS) SCIPIO, v. L. SCIPIO.

P. (CORNELIVS) SCIPIO, v. P. SCIPIO et SCIPIO AFRICANVS.

(CORNELIVS) SISENNA, v. SISENNA.

CORNELIVS SVLLA *(A)*. — 2, 48. (Tiberius) Caesar. . prodigos et ob flagitia egentes..., Cornelium Sullam..., movit senatu aut sponte cedere passus est.

CORNELIVS SVLLA *(B)*, FAVSTVS SVLLA, SVLLA[2].— 12, 52. Fausto Sulla Salvio Othone consulibus. — 13, 23. Deferuntur dehinc consensisse Pallas ac Burrus, ut Cornelius Sulla claritudine generis et adfinitate Claudii, cui per nuptias Antoniae gener erat, ad imperium vocaretur. — 13, 47. Nero... suspectabat maxime Cornelium Sullam, socors ingenium eius in contrarium trahens callidumque et simulatorem interpretando. Quem metum Graptus ex libertis Caesaris... tali mendacio intendit..., aucto-

[1] P. Cornelius Lentulus Scipio. Prosop., 1143.

[2] Faustus Cornelius Sulla Felix. Prosop., 1197.

Digitized by Google

remque eius doli Sullam ementitur, quia forte redeuntibus ministris principis quidam per iuvenilem licentiam... inanem metum fecerant. Neque servorum quisquam neque clientium Sullae adgnitus, maximeque despecta et nullius ausi capax natura eius a crimine abhorrebat. Perinde tamen, quasi convictus esset, cedere patria et Massiliensium moenibus coerceri iubetur. — 14, 57. Tigellinus... comperto .. Plautum et Sullam maxime timeri (a Nerone), Plautum in Asiam, Sullam in Galliam Narbonensem nuper amotos, nobilitatem eorum et propinquos huic Orientis, illi Germaniae exercitus commemorat... Erectas Gallias ad nomen dictatorium...; Sullam inopem, unde praecipuam audaciam, et simulatorem segnitiae, dnm temeritati locum reperiret... Nec ultra mora. Sulla sexto die pervectis Massiliam percussoribus ante metum et rumorem interficitur, cum epulandi causa discumberet. Relatum caput eius inlusit Nero, tamquam praematura canitie deforme. — 14, 59. (Nero) ad senatum litteras misit de caede Sullae Plautique haud confessus, verum utriusque turbidum ingenium esse et sibi incolumitatem rei publicae magna cura haberi. Decretae eo nomine supplicationes, utque Sulla et Plautus senatu moverentur...

L. (CORNELIVS) SVLLA, v. L. SVLLA *(A, B, C)*.

CORSICA, CORSI. — II, 16. Corsicam ac Sardiniam ceterasque proximi maris insulas fama victricis classis in partibus Othonis tenuit. Sed Corsicam prope adflixit Decimi Pacarii procuratoris temeritas... Namque Othonis odio iuvare Vitellium Corsorum viribus statuit, inani auxilio, etiamsi provenisset.

CORVINVS, v. MESSALA CORVINVS.

CORVNCANII. — 11, 24. (Loquitur Claudius) « Neque enim ignoro... Coruncanios Camerio... accitos. »

COSA. — 2, 39. Cosam[1] Etruriae promunturium.

COSSI. — 15, 22. Cornelia ex familia Cossorum capta est (virgo Vestalis).

COSSVTIANVS, COSSVTIANVS CAPITO, CAPITO COSSVTIANVS, CAPITO[2]. — 11, 6. Suillius et Cossutianus et ceteri,

[1] M : *coram*. Corr. Lipsius. Cf. Strabo, V, 2, 8; Servius *ad Verg. Aen.*, X, 167. — Andresen, *De codicibus Mediceis Ann. Tac.*, p. 6, testatur in M tam *cosam* quam *coram* legi posse.

[2] Prosop., 1257.

Digitized by Google

qui non iudicium, quippe in manifestos, sed poenam statui videbant, circumsistunt (Claudium) Caesarem, ante acta deprecantes. — 13, 33. Cossutianum Capitonem Cilices detulerant maculosum foedumque et idem ius audaciae in provincia ratum, quod in urbe exercuerat; sed pervicaci accusatione conflictatus postremo defensionem omisit ac lege repetundarum damnatus est. — 14, 48. Antistius praetor... a Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui receperat, maiestatis delatus est. — 16, 17. (Annaeus) Mela... exsolvit venas, scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat, quo cetera manerent. — 16, 21. Quae oblitterari non sinebat Capito Cossutianus, praeter animum ad flagitia praecipitem iniquus Thraseae, quod auctoritate eius concidisset, iuvantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant. — 16, 22. Extollit ira promptum Cossutiani animum Nero adicitque Marcellum Eprium... — 16, 26. Contra qui opperiendum (Thraseae) domi censebant:... « Non solum Cossutianum aut Eprium ad scelus promptos. » — 16, 28. Et, initium faciente Cossutiano, maiore vi Marcellus... clamitabat... — 16, 33. Accusatoribus Eprio et Cossutiano quinquagiens sestertium singulis... tribuuntur.

COTINI.— *G.* 43. Retro Marsigni, Cotini[1], Osi, Buri terga Marcomanorum Quadorumque claudunt... Cotinos[2] Gallica... lingua coarguit non esse Germanos, et quod tributa patiuntur... Cotini[3], quo magis pudeat, et ferrum effodiunt.

L. COTTA[4]. — 3, 66. Mamercus antiqua exempla iaciens L. Cottam a Scipione Africano, Servium Galbam a Catone Censorio... accusatos...

COTTA MESSALINVS, MESSALINVS COTTA, COTTA[5]. — 2, 32. Cotta Messalinus, ne imago Libonis exsequias posterorum comitaretur, censuit. — 4, 20. At Messalinus Cotta, haud minus claris maioribns (quam M'. Lepidus), sed animo diversus, censuit

[1] **A B C** : *gotini*. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.
[2] **A B C** : *gotinos*.
[3] **C** : *cotini*; **A B** : *gotini*.
[4] L. Aurelius Cotta, cos. a. 610 = 144.
[5] M. Aurelius Cotta Maximus Messalinus. Prosop., A, 1236, hunc eumdem esse contendit atque M. Aurelium Cottam, cos. a. 20. Diversam Nipperdeii sententiam secutus sum.

Digitized by Google

cavendum senatus consulto, ut quamquam insontes magistratus et culpae alienae nescii provincialibus uxorum criminibus perinde quam suis plecterentur. — 5, 3. Missae... (a Tiberio patribus) in Agrippinam ac Neronem litterae... Pauci..., ut referretur, postulavere, promptissimo Cotta Messalino cum atroci sententia. — 6, 5. Cotta Messalinus, saevissimae cuiusque sententiae auctor eoque inveterata invidia... arguitur pleraque *in* C. Caesarem .. dixisse... Nec multo post litterae (Tiberii) adferuntur, quibus in modum defensionis, repetito inter se atque Cottam amicitiae principio crebrisque eius officiis commemoratis, ne verba prave detorta .. in crimen (ducerentur) postulavit. — 6, 7. Facta patribus potestate statuendi de Caeciliano senatore, qui plurima adversum Cottam prompserat, placitum eamdem poenam inrogari, quam in... accusatores L. Arrumtii. Quo non aliud honorificentius Cottae evenit, qui nobilis quidem, sed egens ob luxum, per flagitia infamis... — 12, 22. Claudius (memorat Lolliae Paulinae) maiorem... patruum Cottam Messalinum esse.

COTTIANAE ALPES, COTTIAE ALPES. — I, 61. Fabius Valens... Cottianis Alpibus Italiam inrumpere... iussus. — I, 87. Quando Poeninae Cottiaeque[1] Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur... — IV, 68. Legiones... Poeninis Cottianisque Alpibus, pars monte Graio traducuntur.

COTYS[2]. — 2, 64. (Rhoemetalce) defuncto Augustus partem Thraecum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit. In ea divisione arva et urbes et vicina Graecis Cotyi... Mox Rhescuporis egredi fines, vertere in se Cotyi data et resistenti vim facere... — 2, 65. (Tiberius) deligit centurionem, qui nuntiaret regibus, ne armis disceptarent, statimque a Cotye dimissa sunt, quae paraverat, auxilia... Rhescuporis... per epulas et vinolentiam incautum Cotyn... catenis onerat... Rescriptum (a Tiberio)... tradito Cotye veniret (Rhescuporis). — 2, 66. Litteras (Tiberii) Latinius Pandusa... cum militibus, quis Cotys traderetur, in Thraeciam misit. Rhescuporis... occidi Cotyn iubet mortemque sponte sumptam ementitur. — 2, 67. (Idem) accusatus in senatu ab uxore Cotyis damnatur, ut procul regno teneretur. Thraecia in Rhoemetalcen filium... inque liberos Cotyis dividi-

[1] *a b: coctiae.* Corr. Rhenauus, Ritter: *Cottianae.*
[2] Prosop., 1269.

Digitized by Google

tur. — 3, 38. Caesar Antistium Veterem... ad dicendam maiestatis causam retraxit, ut... Rhescuporidis consiliis permixtum, qua tempestate Cotye [fratre[1]] interfecto bellum adversus nos volverat... Thraecia diviso imperio in Rhoemetalcen et liberos Cotyis, quis ob infantiam tutor erat Trebellenus Rufus... — 4, 5. Thraeciam Rhoemetalces et liberi Cotyis... attinebant.

COTYS[2]. — 11, 9. Paululum cunctationis attulit rex minoris Armeniae Cotys .., dein litteris Caesaris coercitus et cuncta in Mithridaten fluxere.

COTYS[3]. — 12, 15. At Mithridates Bosporanus amissis opibus vagus, postquam Didium ducem Romanum... abisse cognoverat, relictos in novo regno Cotyn iuventa rudem et paucas cohortium cum Iulio Aquila equite Romano, spretis utrisque concire nationes... Vbi.. (Mithridates) iam iamque Bosporum invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys... externas et ipsi gratias quaesivere, missis legatis ad Eunonem, qui Aorsorum (rex erat). — 12, 18. Mithridates... consultat, cuius misericordiam experiretur. Frater Cotys, proditor olim, deinde hostis, metuebatur[4].

COVS. — 2, 75. Pisonem... apud Coum insulam nuntius adsequitur excessisse Germanicum.

* CRANIVS SILVANVS, v. GAVIVS SILVANVS.

CRASSI. — II, 72. Exstiterat quidam Scribonianum se Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Histria occultatum, quod illic clientelae et agri veterum Crassorum ac nominis favor manebat. — IV, 42. (Aquilium) Regulum subversa Crassorum[5] et Orfiti domus in summum odium extulerat.

CRASSVS, v. M. LICINIVS *(B)*.

L. CRASSVS, CRASSVS[6].— *O.* 18. (Loquitur Aper) « Sic Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior, sic Graccho politior et ornatior Crassus. » — 26. (Loquitur Messalla) « Malim hercle C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem

[1] « *Fratre* ist fremder unrichtiger zusatz. » (Nipperdey-Andresen.) Cf. 2,64. Verbum hoc spurium esse iam viderat Ernesti.

[2] Prosop., 1270.

[3] Prosop., 1271.

[4] V. etiam 12, 16.

[5] Accusato M. Licinio *(B)* Crasso.

[6] L. Licinius Crassus, cos. 659 = 95.

Digitized by Google

quam calamistros Maecenatis ant tinnitus Gallionis ». — 34. « Nono decimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem... (ea oratione insecutus est, quam) hodie quoque cum admiratione legimus ». — 35. « Qui rhetores vocantur, quos paulo ante Ciceronis tempora exstitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est, quod Crasso [1] et Domitio censoribus cludere, ut ait Cicero, ludum impudentiae iussi sunt ».

CRASSVS, M. CRASSVS [2]. — 1, 1. Pompeii Crassiqne potentia cito in Caesarem (cessit). — 2, 2. (Inter se rogabant Parthi) ubi illam gloriam trucidantium Crassum... — I, 15. Galba, adprehensa Pisonis (Liciniani) manu, in hunc modum locutus fertur : « Si te privatus... adoptarem, et mihi egregium erat Cn. Pompeii et M. Crassi subolem in penatés meos adsciscere.... » — *G.* 37. Ne Parthi quidem saepius admonuere (Romanos quam Germani) ... Quid enim aliud nobis quam caedem Crassi, amisso et ipse Pacoro, infra Ventidium deiectus Oriens obiecerit ? — *O.* 37. « Ex (veterum epistularum actorumque libris a Muciano editis) intellegi potest Cn. Pompeium et M. Crassum non viribus modo et armis, sed ingenio quoque et oratione valuisse. »

M. CRASSVS [3], v. M. LICINIVS. *(A)*.

CREMERENSIS CLADES. — II, 91. Apud civitatem cuncta interpretantem funesti ominis loco acceptum est, quod maximum pontificatum adeptus Vitellius de caerimoniis publicis XV kalendas Augustas edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Alliensique cladibus.

CREMONA. — II, 17. Capta (ab Alieno Caecina) Pannoniorum cohors apud Cremonam. — II, 22. Caecina, pudore coeptae temere oppugnationis (Placentiae)... traiecto rursus Pado Cremonam petere intendit. — II, 23. (Annius Gallus), ubi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit..., legionem... Bedriaci sistit. Inter Veronam Cremonamque situs est vicus... Isdem diebus a Marcio Macro haud procul Cremona prospere pugnatum... Turbata ibi Vitellianorum auxilia et, ceteris Cremonam fugientibus, caesi

[1] **A B C** : *M. Crasso.* Corr. Schurzfleisch. « L. Licinius Crassus et Cn. Domitius Ahenobarbus censores fuerunt a. 92. » (Orelli-Andresen). — Michaelis : a *Crasso.*

[2] M. Licinius Crassus, cos. iterum a. 699 = 55.

[3] Cos. a. 27.

Digitized by Google

qui restiterant. — II, 24. Ad duodecimum a Cremona, locus Castorum vocatur, (Caecina insidias Othonianis) componit. — II, 67. Tertiadecimani struere amphitheatrum iussi. Nam Caecina Cremonae, Valens Bononiae spectaculum gladiatorum edere parabant. — II, 70. Inde Vitellius Cremonam flexit et spectato munere Caecinae insistere Bedriacensibus campis... concupivit... — II, 100. Caecina e complexu Vitellii... digressus partem equitum ad occupandam Cremonam praemisit... Adcelerare legiones, Cremonam, pars Hostiliam petere iussae. — III, 14. (Vitelliani) relictis castris, abrupto ponte, Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, ut legionibus primae Italicae et unietvicensimae Rapaci iungerentur, quas Caecina ad obtinendam Cremonam cum parte equitum praemiserat. — III, 18. Ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa Rapacis atque Italicae... — III, 19. Inumbrante vespera universum Flaviani exercitus robur advenit... Pergere Cremonam et victos in deditionem accipere aut expugnare deposcunt... — III, 22. At Vitellianus exercitus, cui adquiescere Cremonae et reciperatis cibo somnoque viribus... hostem postera die profligare... ratio fuit... — III, 26. Vt Cremonam venere (Flaviani), novum immensumque opus occurrit. — III, 27. Incesserat cunctatio, ni duces fesso militi et velut inritas exhortationes abnuenti Cremonam monstrassent. — III, 31. Languescere paulatim Vitellianorum animi. Vt quis ordine anteibat, cedere fortunae, ne Cremona quoque excisa nulla ultra venia (foret)... — III, 32. Plebs interim Cremonensium inter armatos conflictabatur... Vocatos ad contionem Antonius adloquitur, magnifice victores, victos clementer, de Cremona in neutrum... Excepta vox est (Antonii), cum teporem (balinearum) incusaret, statim futurum, ut incalescerent. Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit, tamquam signum incendendae Cremonae dedisset, quae iam flagrabat. — III, 33. Per quadriduum Cremona (diripientibus Flavianis) suffecit. — III, 34. Hic exitus Cremonae anno ducentesimo octogesimo sexto a primordio sui... Mox rediit Cremonam reliquus populus; reposita fora templaque... ; et Vespasianus hortabatur. – III, 40. Nec deerant qui (Fabium Valentem) monerent, ut cum fidissimis per occultos tramites vitata Ravenna Hostiliam Cremonamve pergeret. — III, 46. Adfuit... fortuna populi Romani, quae Mucianum viresque

Digitized by Google

Orientis illuc tulit, et quod Cremonae interim transegimus. — III, 49. Primus Antonius nequaquam pari innocentia post Cremonam agebat. — III, 53 Antonius... litteras ad Vespasianum composuit... : « Casum Cremonae bello imputandum... » — III, 54. At Vitellius fractis apud Cremonam rebus nuntios cladis occultans... Centurio Iulius Agrestis... Vitellium... perpulit, ut ad vires hostium spectandas quaeque apud Cremonam acta forent, ipse mitteretur... Missi (ab Antonio) qui locum proelii, Cremonae vestigia, captas legiones ostenderent. — III, 60. (Verba facit apud milites Antonius Primus) «... Satis gloriae proelio Cremonensi partum et exitio Cremonae nimium invidiae »... — IV, 72. (Loquuntur milites avidi eruendae coloniae Trevirorum)... « Quid tantum Cremonam meruisse, quam e gremio Italiae raptam, quia unius noctis moram victoribus adtulerit ? »

CREMONENSES ; CREMONENSIS (adiect). — II, 70. Nec minus inhumana pars viae, quam Cremonenses lauru rosaque constraverant... ; quae laeta in praesens mox perniciem ipsis fecere. — III, 15. (Antonius Primus) universo cum exercitu... Bedriacum venit. Postero die... auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missae. — III, 18. Propinqua Cremonensium moenia quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabant (Vitellianis). — III, 19. (Loquuntur milites Flaviani) « Quod si lucem opperiantur, ...opes Cremonensium in sinu praefectorum legatorumque fore ». — III, 21. Progressi equites sub ipsa moenia vagos e Cremonensibus corripiunt. — III, 26. Othoniano bello Germanicus miles moenibus Cremonensium castra sua... circumiecerat... — III, 30. Frequens obstrictusque Vitellianis partibus Cremonensis populus... Rapi ignes Antonius inferrique amoenissimis extra urbem aedificiis iubet, si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur. — III, 32 Plebs interim Cremonensium inter armatos conflictabatur... Exercitus (Flavianus) praeter insitam praedandi cupidinem vetere odio ad excidium Cremonensium incubuit. Iuvisse partes Vitellianas Othonis quoque bello credebantur. — III, 34. Antonius pudore flagitii, crebrescente invidia, edixit, ne quis Cremonensem captivum detineret. — III, 41. (Fabius Valens) cognito pugnae Cremonensis eventu... — III, 46. Mucianus... Cremonensis victoriae gnarus... — III, 48. Vespasianum... Cremonensis proelii

Digitized by Google

nuntius in Aegypto adsequitur. — III, 60. (Verba facit apud milites Antonius) « Satis gloriae proelio Cremonensi partum... » — IV, 2. (Antonius) pecuniam familiamque e principis domo quasi Cremonensem praedam rapere. — IV, 31. Haec in Germania ante Cremonense proelium gesta... — IV, 51. At Vespasiano post Cremonensem pugnam et prosperos undique nuntios cecidisse Vitellium multi... nuntiavere[1].

CREMVTIVS CORDVS, CREMVTIVS[2]. — 4, 34. Cremutius Cordus postulatur novo ac tnnc primum audito crimine, quod, editis annalibus laudatoque M. Bruto, C. Cassium Romanorum ultimum dixisset, ...Defensionem..., quam Cremutius, relinquendae vitae certus, in hunc modum exorsus est[3].

CREPEREIVS GALLVS, CREPEREIVS. — 14, 5. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus, ex quis Crepereius Gallus haud procul gubernaculis adstabat..., cum dato signo ruere tectum loci multo plumbo grave. Pressusque Crepereius et statim exanimatus est.

CRESCENS. — I, 76. Neque exspectata Vipstani Aproniani proconsulis auctoritate, Crescens Neronis libertus... epulum plebi (Carthaginiensium) ob laetitiam recentis (Othonis) imperii obtulerat.

CRETA. — 3, 38. Ancharius Priscus Caesium Cordum pro consule Cretae postulaverat repetundis addito maiestatis crimine. — 4, 21. (Cassius Severus) per immodicas inimicitias, ut iudicio iurati senatus Cretam amoveretur, effecerat. — 15, 20. Claudius Timarchus Cretensis reus agitur... Vna vox eius usque ad contumeliam senatus penetraverat, quod dictitasset in sua potestate situm, an proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur... Paetus Thrasea... de reo censuerat provincia Creta depellendum. — V, 2. Iudaeos Creta insula profugos... memorant, qua tempestate Saturnus vi Iovis pulsus cesserit regnis. Argumentum e nomine petitur : inclutum in Creta Idam montem, accolas Idaeos aucto in barbarum cognomento Iudaeos vocitari.

[1] De Cremonensi pugna v. etiam III, 51.
[2] A. Cremutius Cordus. Prosop., 1281.
[3] V. etiam 4, 35.

Digitized by Google

CRETENSES, CRETENSIS. — 3, 26. Maxime... fama celebravit (leges) Cretensium, quas Minos, Spartanorum, quas Lycurgus, ac mox Atheniensibus quaesitiores iam et plures Solo perscripsit. — 3, 63. (Consules rettulerunt) petere et Cretenses (ius asyli) simulacro Divi Augusti. — 13, 30. Absolutus Cestius Proculus repetundarum Cretensibus[1] accusantibus. — 15, 20. Claudius Timarchus Cretensis reus agitur... — *O.* 40. « Quem enim oratorem Lacedaemonium, quem Cretensem accepimus? Quorum civitatum severissima disciplina et severissimae leges traduntur. »

CRETICVS SILANVS, SILANVS[2]. — 2, 4. Rector Syriae Creticus Silanus excitum (Vononen regem Armeniorum) custodia circumdat. — 2, 43. Tiberius demoverat Syria Creticum Silanum per adfinitatem conexum Germanico, quia Silani filia Neroni vetustissimo liberorum eius pacta erat.

CRISPINA[3]. — I, 47. Otho... concedi corpora sepulturae... permisit... Titum Vinium Crispina filia (composuit)[4].

CRISPINVS. — I, 58. (Saevitiae militum a Vitellio) ut piaculum obicitur centurio Crispinus : sanguine (Fonteii) Capitonis se cruentaverat.

CRISPINVS, v. RVFRIVS CRISPINVS.

CRISPVS VIBIVS, CRISPVS, v. VIBIVS CRISPVS.

CRVPTORIX[5]. — 4, 73. (Frisii) Cruptorigis[6] quondam stipendiarii villa...

CTESIPHON. — 6, 42. Placitum (Tiridati)... opperiri viros praepollentes (Phraatem et Hieronem) atque interim Ctesiphon sedes imperii petita.

CVGERNI. — IV, 26. In proximos Cugernorum[7] pagos, qui societatem Civilis acceperant, ductus a Vocula exercitus. — V, 16. Batavi Cugernique in dextro, laeva... Transrhenani tenuere. — V, 18. Perfuga Batavus adiit Cerialem terga hostium promittens,

1 M. *credentibus.* Corr. Nipperdey.
2 Caecilius Metellus Creticus Silanus. Prosop., 47.
3 Prosop., 1292.
4 V. etiam I, 13, 72.
5 Omissus est in Prosop.
6 M : *cruptoricis.* Corr. Otto.
7 M : *gugernorum*. Corr. Nipperdey. Cf. V, 16; Henzen, 5442. 6726; Wilmans, 1534.

Digitized by Google

si extremo paludis eques mitteretur : solidum illa et Cugernos[1], quibus custodia obvenisset, parum intentos...

CVMAE. — 16, 19. Forte illis diebus Campaniam petiverat (Nero) Caesar, et Cumas usque progressus (T.) Petronius illic attinebatur.

CVMANA LITORA. — 15, 46. Gubernatores, quamvis saeviente pelago, a Formiis movere et, gravi Africo, dum promunturium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti triremium plerasque... amiserunt.

CVRIATIVS MATERNVS, MATERNVS[2]. — *O.* 2. Postero die quam Curiatius Maternus Catonem recitaverat, cum offendisse potentium animos diceretur, tamquam in eo tragoediae argumento sui oblitus tantum Catonem cogitasset, ...venerunt ad eum Marcus Aper et Iulius Secundus... — 3. Igitur ut intravimus cubiculum Materni... Tum Secundus : « Nihilne te, inquit, Materne, fabulae malignorum terrent, quo minus offensas Catonis tui ames ? » ... Tum ille : « Leges, inquit, quid Maternus sibi debuerit[3]. » — 4. « Et Maternus : « Perturbarer hac tua severitate... » — 5. (Loquitur Aper) « Non patiar Maternum societate plurium defendi... Plura de utilitate (eloquentiae) non dico, cui parti minime contra dicturum Maternum meum arbitror. » — 9. « Carmina et versus, quibus totam vitam Maternus insumere optat... Licet haec ipsa et quae deinceps dicturus sum aures tuae, Materne, respuant, cui bono est, si apud te Agamemnon aut Iason diserte loquitur ?... Si amicus eius..., si denique ipse (Saleius Bassus) in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret aut ad te, Materne... » — 10. « Sed tecum mihi, Materne, res est, quod, cum natura *te* tua in ipsam arcem eloquentiae ferat, errare mavis et summa adepturus in levioribus subsistis... » — 11. Quae cum dixisset Aper acrius, ut solebat..., remissus et subridens Maternus... — 14. Vixdum finierat Maternus, concitatus et velut instinctus... (Loquitur Iulius Secundus) : « Delectasset... te et Apri nostri accuratissimus sermo, cum Mater

[1] **M** : *gugernos.*

[2] Prosop., 1313.

[3] Sic. Halm. **ABC** : *leges tu (tu* om. C) *quid Maternus sibi debuerit;* Baehrens : *leges tu quae audisti, et agnosces, quid Maternus sibi debuerit;* Nipperdey, quem seq. Orelli-Andresen : *leges, inquit, si libuerit.*

Digitized by Google

num ut omne ingenium ac studium suum ad causas agendas converteret exhortatus est, et Materni pro carminibus suis laeta, utque poetas defendi decebat, audentior et poetarum quam oratorum similior oratio. » — 15. (Loquitur Vipstanus Messalla) « ...neque aut Secundum aut Maternum aut te ipsum, Aper, ...aliter sentire credo. » — 16. « Pro duobus, inquit Maternus, promitto ; nam et ego et Secundus exsequemur eas partes... » — 23. (Loquitur Aper) « Vos, Materne ac Secunde, ita gravitati sensuum nitorem et cultum verborum miscetis, ea electio inventionis, is ordo rerum, ea, quotiens causa poscit, ubertas, ea, quotiens permittit, brevitas... » — 24. Quae cum Aper dixisset « Adgnoscitisne, inquit Maternus...? » — 25. Tum Messalla : « Sequar praescriptam a te, Materne, formam... » — 27. « Parce, inquit Maternus, et potius exsolve promissum... Perge, inquit Maternus, et cum de antiquis loquaris, utere antiqua libertate, a qua vel magis degeneravimus quam ab eloquentia. » — 28. Tum Messalla : « Non reconditas, Materne, causas requiris .. » — 33. Et Maternus : « Mihi quidem, inquit, susceptum a te munus adeo peregisse nondum videris... » — 42. Finierat Maternus, cum Messalla... « Fiet, inquit Maternus, postea arbitratu tuo et, si qua tibi obscura in hoc meo sermone visa sunt, de iis rursus conferemus[1]. »

C. CVRIO[2]. — 11, 7. « Prompta sibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio contionari soliti sint. »

CVRIONES[3]. — *O.* 37. « Ex (veterum actorum epistularumque libris) intellegi potest... Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones et ceteram procerum manum multum in (eloquentiae) studiis operae curaeque posuisse, nec quemquam illis temporibus...

CVRTII[4] LACVS. — I, 41. Iuxta Curtii lacum trepidatione ferentium Galba proiectus e sella ac provolutus est. — II, 55. (Post nuntiatam Romae Othonis mortem) populus cum lauru ac floribus

[1] V. etiam *O*, 1, 12, 13.

[2] C. Scribonius Curio, trib. plebis, a. 704 = 50.

[3] Intellegendi sunt C. Scribonius Curio praetor a. 633 = 121, C. Scribonius Curio, eius filius, cos. a. 678 = 76, et eius nepos, ille qui supra est. Cf. Orelli, *Onomast. Tullianum*.

[4] *Mettii Curtii* (Varr., *L. L.*, V, 149; Liv., I, 13, 5) aut *Marci Curtii* (Liv., VII, 6, 3).

Digitized by Google

Galbae imagines circum templa tulit, congestis in modum tumuli coronis iuxta lacum Curtii, quem locum Galba moriens sanguine infecerat.

CVRTILIVS MANCIA[1]. — 13, 56. (Duvius) Avitus scripto ad Curtilium Manciam superioris exercitus legatum, ut Rhenum transgressus arma a tergo (Ampsivariis eorumque sociis) ostenderet...

T. CVRTISIVS. — 4, 27. Auctor (servilis) tumultus T. Curtisius[2], quondam praetoriae cohortis miles...

CVRTIVS ATTICVS. — 4, 58. Profectio (Tiberii in Campaniam) arto comitatu fuit : ...eques Romanus praeter Seianum ex inlustribus Curtius Atticus. — 6, 10. (Iulio) Marino participe Seianus Curtium Atticum oppresserat.

* CVRTIVS LVPVS, v. CVTIVS LVPVS.

CVRTIVS MONTANVS, MONTANVS. — 16, 28. (Eprius Marcellus in Paetum Thraseam eiusque amicos verba facit) « ...Nimium mites ad eam diem patres, qui Thraseam desciscentem, ... simul ...Curtium Montanum detestanda carmina factitantem eludere impune sinerent. » — 16, 29. Erant (in senatu) qui Helvidium quoque miserarentur..., enimvero Montanum probae iuventae neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi ». — 16, 33. Montanus patri concessus est, praedicto, ne in re publica haberetur. — IV, 40. Referente Caesare (Domitiano) de restituendis Galbae honoribus, censuit Curtius Montanus, ut Pisonis quoque memoria celebraretur. — IV, 42. Occurrit (Vipstano Messallae fratrem Aquilium Regulum defendenti) truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus, ut... — IV, 43. Tanto cum adsensu senatus auditus est Montanus, ut...

CVRTIVS RVFVS, RVFVS[3]. — 11, 20. Curtius Rufus (legatus Germaniae superioris insignia triumphi) adipiscitur, qui in agro Mattiaco recluserat specus quaerendis venis argenti. — 11, 21. De origine Curtii Rufi, quem gladiatore genitum quidam prodidere, neque falsa prompserim et vera exsequi pudet... Sectator

[1] T. Curtilius Mancia. Prosop., 1314.

[2] « Der Name findet sich sonst nicht und ist vielleicht für *Curtilius* verschrieben. » (Nipperdey-Andresen.) — Ea Reinesii coniectura est.

[3] Prosop., 1326. — Cf. Teuffel-Schwabe, *Gesch. der rim. Literatur*, 5te Auf., § 292. 3.

Digitized by Google

quaestoris, cui Africa obtigerat... Oblata ei species muliebris... et audita est vox : « Tu es, Rufe, qui in hanc provinciam pro consule venies » ...Quaesturam et... praeturam principis suffragio adsequitur, cum hisce verbis Tiberius dedecus natalium eius velavisset : « Curtius Rufus videtur mihi ex se natus... » Consulare imperium, triumphi insignia ac postremo Africam obtinuit...

CVRTIVS SEVERVS. — 12, 55. Obsessaque (a Clitis) civitas Anemuriensis, et missi e Syria in subsidium equites cum praefecto Curtio Severo turbantur.

CVSVS. — 2, 63. Barbari utrumque (Maroboduum et Catualdam) comitati... Danuvium ultra inter flumina Marum et Cusum locantur.

CVTIVS LVPVS. — 4, 27. Cutius[1] Lupus quaestor, cui provincia vetere ex more Cales evenerant.... (T. Curtisium servilem tumultum) coeptantem (oppressit).

CYCLADES.— 2, 55. Cn. Piso... navigatione celeri per Cycladas... adsequitur Germanicum apud insulam Rhodum. — 5, 10. Per idem tempus Asia atque Achaia exterritae sunt acri magis quam diuturno rumore, Drusum Germanici filium apud Cycladas insulas mox in continenti visum.

CYCLOPES. — 3, 61. Ephesii... memorantes... esse apud se... lucum Ortygiam... atque ipsum illic Apollinem post interfectos Cyclopas Iovis iram vitavisse.

CYME.— 2, 47. Cymen... levari (in quinquennium tributo)... placuit.

CYNICA INSTITVTIO, CYNICA SECTA. — 16, 34 (Paetus Thrasea) maxime intentus Demetrio Cynicae institutionis doctori, cum quo... de natura animae et dissociatione spiritus corporisque inquirebat. — IV, 40. Iustam vindictam explesse Musonius videbatur, diversa fama Demetrio Cynicam sectam professo, quod manifestum reum (P. Egnatium Celerem) ambitiosius quam honestius defendisset.

CYPRII. — 3,62. Cyprii tribus de delubris (disseruerunt in senatu), quorum vetustissimum Paphiae Veneri auctor Aerias, post filius eius Amathus Veneri Amathusiae et Iovi Salaminio Teucer... posuissent.

[1] M pr. m. habet : *Cutius;* sed corr. scr. : *Curtius*, quae vulg. est lectio.

Digitized by Google

CYPRVS. — II, 2. Oram Achaiae et Asiae ac laeva maris praevectus, Rhodum et Cyprum insulas... petebat (Titus).

CYRENENSES. — 3, 70. Post auditi Cyrenenses et accusante Anchario Prisco Caesius Cordus repetundarum damnatur. — 14, 18. Motus senatu et Pedius Blaesus, accusantibus Cyrenensibus violatum ab eo thesaurum Aesculapii dilectumque militarem pretio et ambitione corruptum. Idem Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem..., missum disceptatorem a Claudio agrorum, quos regis Apionis quondam avitos et populo Romano cum regno relictos proximus quisque possessor invaserant... Nero, probata Strabonis sententia, se nihilo minus subvenire sociis et usurpata concedere scripsit. — IV, 45. Antonius Flamma Cyrenensibus accusantibus damnatur lege repetundarum et exilio ob saevitiam.

CYRRVS. — 2, 57. Cyrri[1]... apud hiberna decimae legionis convenere (Piso et Germanicus).

CYRVS. — 3, 62. Altius Hierocaesarienses exposuere, Persicam apud se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum... — 6, 31. (Artabanus) se .. invasurum possessa Cyro et post Alexandro... iaciebat.

CYTHNVS. — 3, 69. (Tiberius) addidit insulam Gyarum immitem et sine cultu hominum esse ; darent Iuniae familiae... ut Cythnum[2] potius concederet (C. Silanus). — II, 8. (Falsus Nero) vi tempestatum Cythnum insulam detrusus. — II, 9. Datae e classe Misenensi duae triremes(Calpurnio Asprenati Galatiae ac Pamphyliae rectori) ad prosequendum, cum quibus Cythnum[3] insulam tenuit.

CYZICENI. — 4, 36. Obiecta publice Cyzicenis incuria caerimoniarum Divi Augusti, additis violentiae criminibus adversum cives Romanos. Et amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant, circumsessi nec minus sua constantia quam praesidio Luculli pulso rege.

DACIA. — III, 53. Antonius (Primus)... litteras ad Vespasianum composuit... « Neque officere gloriae eorum, qui Daciam[4] interim

[1] Brotier, Ruperti : *Cyrrhi.*

[2] M : *cythenum* (marg. : *Cytheram)* Corr. Lipsius.

[3] M : *scithinum (b² : cythinum).* Corr. Frobenius.

[4] M : *asiā* Corr. Sirker; Ritter : *alia.* — « Quoniam in Asiae parte, quam Mucianus obtinebat, nihil turbarum fuerat, Sirker videtur recte scripsisse *Daciam* ex c.46 :

Digitized by Google

composuerunt : illis Moesiae pacem, sibi salutem securitatemque Italiae cordi fuisse. — A. 41. Ea insecuta sunt reipublicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent, tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi.

DACVS (sing. coll., DACI. — I. 2. Nobilitatus cladibus mutuis Dacus. — III. 46. Mota et Dacorum gens numquam fida, tunc sine metu, abducto e Moesia exercitu .. Ne externa moles utrimque ingrueret, si Dacus Germanusque diversi inrupissent. — IV, 54. Vulgato rumore a Sarmatis Dacisque Moesica ac Pannonica hiberna circumsederi. — *F.* 6 Diurpanei Dacorum regis). — *G.* 1. Germania omnis . a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur.

DAHAE. — 2, 3. Artabanus Arsacidarum e sanguine apud Dahas adultus. — 11, 8. Interim Gotarzes Daharum[1] Hyrcanorumque opibus auctus bellum renovat. — 11, 10. Ad flumen Sinden, quod Dahas Ariosque disterminat.

DALMATIA, v. DELMATIA.

DANDARICA. — 12, 16. Sic pulsus hostis ventumque Sozam oppidum Dandaricae.

DANDARIDAE. — 12, 15. Mithridates Bosporanus amissis opibus vagus... exercitu coacto regem Dandaridarum exturbat imperioque eius potitur.

* DANVBIVS, v. DANVVIVS.

DANVVIVS, - 2, 63. (Maroboduus) trangressus Danuvium, qua Noricum provinciam praefluit... Barbari utrumque (Maroboduum et Catualdam) comitati, ne quietas provincias immixti turbarent, Danuvium ultra inter flumina Marum et Cusum locantur. — 4, 5. Ripam... Danuvii legionum duae in Pannonia, duae in Moesia attinebant, totidem apud Delmatiam locatis... — 12, 30. Vannius .. ad classem in Danuvio opperientem perfugit. — III, 46. (Daci) expugnatis cohortium alarumque hibernis utraque Danuvii ripa potiebantur, iamque castra legionum (Moesicarum) exscindere parabant... — *G.* 1. Germania omnis a Gallis Raetis-

mota et Dacorum gens, abducto e Moesia exercitu. Cf. *Agric.*, 41 : *in Moesia Daciaque* v. (Ubert. Meisner.)

[1] M dehaeram

que et Pannoniis Rheno et Danuvio[1] fluminibus... separatur... Danuvius[2] molli et clementer edito montis Abnobae iugo effusus plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpat ; septimum os paludibus hauritur. — 29. Non numeraverim inter Germaniae populos, quamquam trans Rhenum Danuviumque[3] consederint, eos, qui decumates agros exercent. — 41. Vt, quo modo paulo ante Rhenum, sic nunc Danuvium[4] sequar... — 42. Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danuvio[5] praecingitur.

DAREVS, DARIVS. — 3, 63. (Consules, cum de iure asyli in senatu ageretur, disseruerunt)... neque minus Milesios Dareo rege niti (qui ab Alexandro victus est). — 12, 13. Castellum insigne fama, quod postremo inter Darium atque Alexandrum proelio Persarum illic opes conciderant.

DAVARA. — 6, 41. Duos colles... (Clitae) insederant ; minori Cadra, alteri Davara nomen est.

DECEMBER. — 13, 10. Quamquam censuissent patres, ut principium anni inciperet mense Decembri, quo ortus erat Nero .. — *O.* 17. « (Cicero) septimo idus *Decembres*[6] occisus est.

* DECANGI, v. CEANGI.

* DECANTAE, v. CEANGI.

DECIMVS PACARIVS, v. PACARIVS DECIMVS.

* DECIVS CALPVRNIANVS, v. DECRIVS CALPVRNIANVS.

DECIVS SAMNIS[7]. — *O*, 21. (Loquitur Aper) « Nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis.., libros legit.

DECRIVS. — 3, 20. Praeerat castello (a Tacfarinate circumsesso praefectus cohortis) Decrius impiger manu, exercitus militia et illam obsidionem flagitii ratus. Is cohortatus milites... Neque proelium omisit, donec desertus suis caderet.

[1] **A B** : *danubio;* **C** : *danuuio*, quae est scriptura utriusque Medicei, nummorum, inscriptionum.
[2] **A B** : *danubius;* **C** : *danuuius.*
[3] **A B** : *danubium ;* **C** : *danuuium.*
[4] **A C** : *danuuium ;* **B** : *danubium.*
[5] **A C** : *danuuio;* **B** : *danubio.*
[6] *Decembres* add. Lipsius.
[7] Cn. Decius Samnis.

Digitized by Google

DECRIVS CALPVRNIANVS. — 11, 35. Decrius[1] quoque Calpurnianus vigilum praefectus (morte adfectus ut Silii et Messalinae socius).

*DEHAE, v. DAHAE.

DEIOTARVS. — *O.* 21. (Loquitur Aper) « Nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit... »

DALMATAE[2].— III, 12. Lucilius Bassus classis Ravennatis praefectus ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatae Pannoniique erant, quae provinciae Vespasiano tenebantur, partibus eius adgregaverat. — III, 50. Vndecima legio sese adiunxerat (Flavianis). . Sex milia Dalmatarum, recens dilectus, cunctabantur... Ad has copias e classicis Ravennatibus... optimus quisque adsciti. Classem Dalmatae supplevere.

DELMATIA. — 2, 53. Germanicus... viso fratre Druso in Delmatia agente... — 4, 5. Ripam .. Danuvii legionum duae in Pannonia, duae in Moesia attinebant, totidem apud Delmatiam locatis, quae positu regionis a tergo illis ac, si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirentur. — 12, 52. Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam moverat. — I, 76. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones. — II, 11. Laeta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus. — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus .. disseruit... contra ipsis omnia opulenta et fida, Pannoniam, Moesiam, Dalmatiam, Orientem cum integris exercitibus .. — II, 86. Iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere (in partes Vespasiani), quamquam consularibus legatis nihil turbantibus. Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes. Sed procurator aderat Cornelius Fuscus...

DELMATICVS, VM. — 3, 9. Piso Delmatico mari[3] tramisso relictisque apud Anconam navibus. . — 6, 37. Ornospades (Parthus)...

[1] Vulg. ante Waltherum : *Decius*.

[2] In scribendis nominibus *Dalmatae*, *Delmatia*, *Delmaticus*, variant Taciti codices. Quam varietatem diligenter servavi.

[3] Idem mare Tacitus alibi *Illyricum* nominat aut *Hadriaticum*, *Hadriae*, *Hadriam*.

Digitized by Google

Tiberio, cum Delmaticum bellum conficeret, haud inglorius auxiliator. — II, 86. Iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere (in partes Vespasiani).

DELOS. — 3, 61. Ephesii... memorantes non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos...

DELPHI. — 2, 54. (Clari) non femina..., ut apud Delphos (oracula Apollinis profert.) — *F.* 8. (Locri... qui iuxta Delphos colunt, Ozolae nuncupantur, ...ut Cornelius Tacitus refert.)

DEMARATVS. — 11, 14. At in Italia Etrusci ab Corinthio Demarato... didicerunt (litteras).

DEMETRIVS[1]. — 16, 34. (Paetus Thrasea) inlustrium virorum feminarumque coetum frequentem egerat, maxime intentus Demetrio Cynicae institutionis doctori, cum quo... de natura animae et dissociatione spiritus corporisque inquirebat. — 16, 35. Accepto dehinc senatus consulto Helvidium et Demetrium in cubiculum inducit... Post lentitudine exitus graves cruciatus adferente, obversis in Demetrium... — IV, 40. Iustam vindictam explesse Musonius videbatur; diversa fama Demetrio Cynicam sectam professo, quod manifestum reum (P. Egnatium Celerem) ambitiosius quam honestius defendisset.

DEMONAX. — 11, 9. Nec... restitere Armenii, fuso (ab Hiberis) qui proelium ausus erat, Demonacte praefecto (Parthico).

DEMOSTHENES. — *O.* 12. (Loquitur Maternus) « Illud certe mihi concedes, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros. » — 15. (Loquitur Messalla) « Video etiam Graiis accidisse, ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes... quam (Domitius) Afer aut (Iulius) Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis ». — 16. (Loquitur Aper) « Vos... (ut antiquos) Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita tamen ut utrique superstites essent. Ex quo apparet non multo plures quam quadringentos annos interesse inter nostram et Demosthenis aetatem... Si... is est magnus et verus annus, quo eadem positio caeli siderumque... exsistit, ...incipit Demosthenes..., quem vos veterem et antiquum fingitis, ...eodem anno, quo nos... exstitisse. » — 25. (Loquitur Vipsta-

[1] Prosop., 31.

Digitized by Google

nus Messalla) « Inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent... » — 32. « Demosthenem, quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriae proditum est. » — 37. (Loquitur Maternus) « Non, opinor, Demosthenem orationes inlustrant, quas adversus tutores suos composuit... »

DENTER ROMVLIVS. — 6. 11. Ferunt .. ab Romulo Dentrem Romulium .. (urbi impositum).

DENTHALIAS. — 4, 43. Messenii veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere, suoque regi Denthaliatem[1] agrum, in quo (Dianae Limnatidis) delubrum, cessisse.

DIALIS FLAMEN, DIALIA SACRA, DIALES. — 3, 58. Servius Maluginensis flamen Dialis, ut Asiam sorte haberet, postulavit, frustra vulgatum dictitans non licere Dialibus egredi Italia, neque aliud ius suum, quam Martialium Quirinaliumque flaminum ; porro, si hi duxissent provincias, cur Dialibus id vetitum ?... Saepe pontifices Dialia sacra fecisse, si flamen valetudine aut munere publico impediretur. — 3, 71. Dilatum nuper responsum adversus Servium Maluginensem flaminem Dialem prompsit (Tiberius) Caesar recitavitque decretum pontificum, quotiens valetudo adversa flaminem Dialem incessisset, ut pontificis maximi arbitrio plus quam binoctium abesset, dum... Quae principe Augusto constituta satis ostendebant annuam absentiam et provinciarum administrationem Dialibus non concedi. — 4, 16. Sub idem tempus de flamine Diali in locum Servii Maluginensis defuncti legendo, simul roganda nova lege disseruit Caesar .. Lata lex, qua flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cetera promiscuo feminarum iure ageret.

DIANA. — 3, 61. Ephesii (senatum de iure asyli) adiere memorantes non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos : esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam .. edidisse ea numina... — 3, 62. Magnetes L. Scipionis et L. Sullae constitutis nitebantur (qui)... fidem atque virtutem Magnetum decoravere, uti Dianae Leucophrynae perfugium

[1] M pr. m : *recident heliatem*, corr. : *recident haliatem*. — Lipsius : *regi Dentheliatem*. — Corr. Nipperdey, coll. Steph. Byz., p. 225 Meis. : Δενθάλιοι... (quod pro Δε)θάνιοι restituit Holstenius).

Digitized by Google

inviolabile foret. Altius Hierocaesarienses exposuere, Persicam apud se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum... — 3, 63. (Consules in senatu, cum de iure asyli ageretur, disserunt)... neque minus Milesios Dareo rege niti (quam Sardianos Alexandro) ; sed cultus numinum utrisque Dianam aut Apollinem venerandi. — 4, 43. Auditae dehinc Lacedaemoniorum et Messeniorum legationes de iure templi Dianae Limnatidis, quod... — 4, 55. Ephesii Milesiique, hi Apollinis, illi Dianae caerimonia occupavisse civitates visi. — 12, 8. Addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda (quibus procuraretur incestum L. Silano et Iuniae Calvinae sorori obiectum).

DIDIVS, A. DIDIVS, DIDIVS GALLVS [1]. — 12, 15. Mithridates Bosporanus amissis opibus vagus, postquam Didium ducem Romanum roburque exercitus abisse cognoverat... — 12, 40. Caesar, cognita morte legati (Britanniae Ostorii)... A. Didium suffecit... Silures... late... persultabant, donec adcursu Didii pellerentur... Didius, senectute gravis et multa copia honorum, per ministros agere et arcere hostem satis habebat. Haec, quamquam a duobus [Ostorio Didioque [2]] propraetoribus... gesta, coniunxi, — 14, 29. Britannia.. , in qua neque Didius [3] legatus, ut memoravi, nisi parta retinuerat et successor Veranius...— *A*. 14. Didius Gallus (Britanniae legatus) parta a prioribus continuit, paucis admodum castellis in ulteriora promotis... Didium Veranius excepit.

(A. DIDIVS GALLVS) FABRICIVS VEIENTO, v. FABRICIVS VEIENTO.

DIDIVS SCAEVA. — III, 73. Pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes... Didius Scaeva, pugnam ausi obtruncantur (in Capitolio a Vitellianis capto).

DIDO. — 16, 1. (Caesellius Bassus Neroni) coniectura demonstrabat Dido Phoenissam Tyro profugam condita Carthagine illas opes abdidisse, ne novus populus nimia pecunia lasciviret, aut reges Numidarum, et alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur.

[1] Prosop., 60.
[2] Duo haec nomina e glossa addita esse vidit Freinsheimius.
[3] M : *hanitus*. Corr. Nipperdey. — Lipsius : *A. Didius*.

Digitized by Google

composuerint ; illis Moesiae pacem, sibi salutem securitatemque Italiae cordi fuisse. - *A*, 41. Ea insecuta sunt reipublicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent, tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi.

DACVS (sing. coll.), DACI. — I, 2. Nobilitatus cladibus mutuis Dacus. — III, 46. Mota et Dacorum gens numquam fida, tunc sine metu, abducto e Moesia exercitu .. Ne externa moles utrimque ingrueret, si Dacus Germanusque diversi inrupissent. — IV, 54. Vulgato rumore a Sarmatis Dacisque Moesica ac Pannonica hiberna circumsederi. — *F*, 6. (Diurpanei Dacorum regis). — *G*. 1. Germania omnis. . a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur.

DAHAE. — 2, 3. Artabanus Arsacidarum e sanguine apud Dahas adultus. — 11, 8. Interim Gotarzes Daharum[1] Hyrcanorumque opibus auctus bellum renovat. — 11, 10. Ad flumen Sinden, quod Dahas Ariosque disterminat.

DALMATIA, v. DELMATIA.

DANDARICA. — 12, 16. Sic pulsus hostis ventumque Sozam oppidum Dandaricae.

DANDARIDAE. — 12, 15. Mithridates Bosporanus amissis opibus vagus... exercitu coacto regem Dandaridarum exturbat imperioque eius potitur.

* DANVBIVS, v. DANVVIVS.

DANVVIVS, — 2, 63. (Maroboduus) trangressus Danuvium, qua Noricam provinciam praefluit... Barbari utrumque (Maroboduum et Catualdam) comitati, ne quietas provincias immixti turbarent, Danuvium ultra inter flumina Marum et Cusum locantur. — 4, 5. Ripam... Danuvii legionum duae in Pannonia, duae in Moesia attinebant, totidem apud Delmatiam locatis... — 12, 30. Vannius... ad classem in Danuvio opperientem perfugit. — III, 46. (Daci) expugnatis cohortium alarumque hibernis utraque Danuvii ripa potiebantur, iamque castra legionum (Moesicarum) exscindere parabant... — *G*, 1. Germania omnis a Gallis Raetis-

mota et Dacorum gens... abducto e Moesia exercitu. Cf. *Agric.*, 41 : *in Moesia Daciaque.* » (Orelli--Meiser.)

[1] M : *deharum.*

Digitized by Google

que et Pannoniis Rheno et Danuvio[1] fluminibus... separatur... Danuvius[2] molli et clementer edito montis Abnobae iugo effusus plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpat ; septimum os paludibus hauritur. — 29. Non numeraverim inter Germaniae populos, quamquam trans Rhenum Danuviumque[3] consederint, eos, qui decumates agros exercent. — 41. Vt, quo modo paulo ante Rhenum, sic nunc Danuvium[4] sequar... — 42. Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danuvio[5] praecingitur.

DAREVS, DARIVS. — 3, 63. (Consules, cum de iure asyli in senatu ageretur, disseruerunt)..neque minus Milesios Dareo rege niti (qui ab Alexandro victus est). — 12, 13. Castellum insigne fama, quod postremo inter Darium atque Alexandrum proelio Persarum illic opes conciderant.

DAVARA. — 6, 41. Duos colles... (Clitae) insederant ; minori Cadra, alteri Davara nomen est.

DECEMBER. — 13, 10. Quamquam censuissent patres, ut principium anni inciperet mense Decembri, quo ortus erat Nero .. — *O*, 17. « (Cicero) septimo idus *Decembres*[6] occisus est.

* DECANGI, v. CEANGI.

* DECANTAE, v. CEANGI.

DECIMVS PACARIVS, v. PACARIVS DECIMVS.

* DECIVS CALPVRNIANVS, v. DECRIVS CALPVRNIANVS.

DECIVS SAMNIS[7]. — *O*, 21. (Loquitur Aper) « Nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis.., libros legit.

DECRIVS. — 3, 20. Praeerat castello (a Tacfarinate circumsesso praefectus cohortis) Decrius impiger manu, exercitus militia et illam obsidionem flagitii ratus. Is cohortatus milites... Neque proelium omisit, donec desertus suis caderet.

[1] **A B** : *danubio;* **C** : *danuuio*, quae est scriptura utriusque Medicei, nummorum, inscriptionum.
[2] **A B** : *danubius;* **C** : *danuuius*.
[3] **A B** : *danubium ;* **C** : *danuuium*.
[4] **A C** : *danuuium ;* **B** : *danubium*.
[5] **A C** : *danuuio;* **B** : *danubio*.
[6] *Decembres* add. Lipsius.
[7] Cn. Decius Samnis.

Digitized by Google

DECRIVS CALPVRNIANVS. — 11, 35. Decrius[1] quoque Calpurnianus vigilum praefectus (morte adfectus ut Silii et Messalinae socius).

*DEHAE, v. DAHAE.

DEIOTARVS. — *O.* 21. (Loquitur Aper) « Nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit... »

DALMATAE[2].— III, 12. Lucilius Bassus classis Ravennatis praefectus ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatae Pannoniique erant, quae provinciae Vespasiano tenebantur, partibus eius adgregaverat. — III, 50. Vndecima legio sese adiunxerat (Flavianis). . Sex milia Dalmatarum, recens dilectus, cunctabantur... Ad has copias e classicis Ravennatibus... optimus quisque adsciti. Classem Dalmatae supplevere.

DELMATIA. — 2, 53. Germanicus... viso fratre Druso in Delmatia agente... — 4, 5. Ripam .. Danuvii legionum duae in Pannonia, duae in Moesia attinebant, totidem apud Delmatiam locatis, quae positu regionis a tergo illis ac, si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirentur. — 12, 52. Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam moverat. — I, 76. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones. — II, 11. Laeta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus. — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus .. disseruit... contra ipsis omnia opulenta et fida, Pannoniam, Moesiam, Dalmatiam, Orientem cum integris exercitibus .. — II, 86. Iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere (in partes Vespasiani), quamquam consularibus legatis nihil turbantibus. Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes. Sed procurator aderat Cornelius Fuscus...

DELMATICVS, VM. — 3, 9. Piso Delmatico mari[3] tramisso relictisque apud Anconam navibus. . — 6, 37. Ornospades (Parthus)...

[1] Vulg. ante Waltherum : *Decius*.

[2] In scribendis nominibus *Dalmatae*, *Delmatia*, *Delmaticus*, variant Taciti codices. Quam varietatem diligenter servavi.

[3] Idem mare Tacitus alibi *Illyricum* nominat aut *Hadriaticum*, *Hadriae*, *Hadriam*.

Digitized by Google

Tiberio, cum Delmaticum bellum conficeret, haud inglorius auxiliator. — II, 86. Iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere (in partes Vespasiani).

DELOS. — 3, 61. Ephesii... memorantes non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos...

DELPHI. — 2, 54. (Clari) non femina..., ut apud Delphos (oracula Apollinis profert.) — *F.* 8. (Locri... qui iuxta Delphos colunt, Ozolae nuncupantur, ...ut Cornelius Tacitus refert.)

DEMARATVS. — 11, 14. At in Italia Etrusci ab Corinthio Demarato... didicerunt (litteras).

DEMETRIVS[1]. — 16, 34. (Paetus Thrasea) inlustrium virorum feminarumque coetum frequentem egerat, maxime intentus Demetrio Cynicae institutionis doctori, cum quo... de natura animae et dissociatione spiritus corporisque inquirebat. — 16, 35. Accepto dehinc senatus consulto Helvidium et Demetrium in cubiculum inducit... Post lentitudine exitus graves cruciatus adferente, obversis in Demetrium... — IV, 40. Iustam vindictam explesse Musonius videbatur; diversa fama Demetrio Cynicam sectam professo, quod manifestum reum (P. Egnatium Celerem) ambitiosius quam honestius defendisset.

DEMONAX. — 11, 9. Nec... restitere Armenii, fuso (ab Hiberis) qui proelium ausus erat, Demonacte praefecto (Parthico).

DEMOSTHENES. — *O.* 12. (Loquitur Maternus) « Illud certe mihi concedes, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros. » — 15. (Loquitur Messalla) « Video etiam Graiis accidisse, ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes... quam (Domitius) Afer aut (Iulius) Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis ». — 16. (Loquitur Aper) « Vos... (ut antiquos) Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita tamen ut utrique superstites essent. Ex quo apparet non multo plures quam quadringentos annos interesse inter nostram et Demosthenis aetatem... Si... is est magnus et verus annus, quo eadem positio caeli siderumque... exsistit, ...incipit Demosthenes..., quem vos veterem et antiquum fingitis, ...eodem anno, quo nos... exstitisse. » — 25. (Loquitur Vipsta-

[1] Prosop., 31.

Digitized by Google

nus Messalla) « Inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent... » — 32. « Demosthenem, quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriae proditum est. » — 37. (Loquitur Maternus) « Non, opinor, Demosthenem orationes inlustrant, quas adversus tutores suos composuit... »

DENTER ROMVLIVS. — 6. 11. Ferunt .. ab Romulo Dentrem Romulium .. (urbi impositum).

DENTHALIAS. — 4, 43. Messenii veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere, suoque regi Denthaliatem[1] agrum, in quo (Dianae Limnatidis) delubrum, cessisse.

DIALIS FLAMEN, DIALIA SACRA, DIALES. — 3, 58. Servius Maluginensis flamen Dialis, ut Asiam sorte haberet, postulavit, frustra vulgatum dictitans non licere Dialibus egredi Italia, neque aliud ius suum, quam Martialium Quirinaliumque flaminum ; porro, si hi duxissent provincias, cur Dialibus id vetitum ?... Saepe pontifices Dialia sacra fecisse, si flamen valetudine aut munere publico impediretur. — 3, 71. Dilatum nuper responsum adversus Servium Maluginensem flaminem Dialem prompsit (Tiberius) Caesar recitavitque decretum pontificum, quotiens valetudo adversa flaminem Dialem incessisset, ut pontificis maximi arbitrio plus quam binoctium abesset, dum... Quae principe Augusto constituta satis ostendebant annuam absentiam et provinciarum administrationem Dialibus non concedi. — 4, 16. Sub idem tempus de flamine Diali in locum Servii Maluginensis defuncti legendo, simul roganda nova lege disseruit Caesar .. Lata lex, qua flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cetera promiscuo feminarum iure ageret.

DIANA. — 3, 61. Ephesii (senatum de iure asyli) adiere memorantes non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos : esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam .. edidisse ea numina... — 3, 62. Magnetes L. Scipionis et L. Sullae constitutis nitebantur (qui)... fidem atque virtutem Magnetum decoravere, uti Dianae Leucophrynae perfugium

[1] M pr. m : *recident heliatem*, corr. : *recident haliatem*. — Lipsius : *regi Dentheliatem*. — Corr. Nipperdey, coll. Steph. Byz., p. 225 Meis. : Δενθάλιοι... (quod pro Δενθαλιοι restituit Holstenius).

Digitized by Google

inviolabile foret. Altius Hierocaesarienses exposuere, Persicam apud se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum... — 3, 63. (Consules in senatu, cum de iure asyli ageretur, disserunt)... neque minus Milesios Dareo rege niti (quam Sardianos Alexandro) ; sed cultus numinum utrisque Dianam aut Apollinem venerandi. — 4, 43. Auditae dehinc Lacedaemoniorum et Messeniorum legationes de iure templi Dianae Limnatidis, quod... — 4, 55. Ephesii Milesiique, hi Apollinis, illi Dianae caerimonia occupavisse civitates visi. — 12, 8. Addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda (quibus procuraretur incestum L. Silano et Iuniae Calvinae sorori obiectum).

DIDIVS, A. DIDIVS, DIDIVS GALLVS [1]. — 12, 15. Mithridates Bosporanus amissis opibus vagus, postquam Didium ducem Romanum roburque exercitus abisse cognoverat... — 12, 40. Caesar, cognita morte legati (Britanniae Ostorii)... A. Didium suffecit... Silures... late... persultabant, donec adcursu Didii pellerentur... Didius, senectute gravis et multa copia honorum, per ministros agere et arcere hostem satis habebat. Haec, quamquam a duobus [Ostorio Didioque [2]] propraetoribus... gesta, coniunxi, — 14, 29. Britannia.. , in qua neque Didius [3] legatus, ut memoravi, nisi parta retinuerat et successor Veranius...— *A*. 14. Didius Gallus (Britanniae legatus) parta a prioribus continuit, paucis admodum castellis in ulteriora promotis... Didium Veranius excepit.

(A. DIDIVS GALLVS) FABRICIVS VEIENTO, v. FABRICIVS VEIENTO.

DIDIVS SCAEVA. — III, 73. Pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes... Didius Scaeva, pugnam ausi obtruncantur (in Capitolio a Vitellianis capto).

DIDO. — 16, 1. (Caesellius Bassus Neroni) coniectura demonstrabat Dido Phoenissam Tyro profugam condita Carthagine illas opes abdidisse, ne novus populus nimia pecunia lasciviret, aut reges Numidarum, et alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur.

[1] Prosop., 60.
[2] Duo haec nomina e glossa addita esse vidit Freinsheimius.
[3] M : *hauitus*. Corr. Nipperdey. — Lipsius : *A. Didius*.

Digitized by Google

DIDYMVS. — 6, 24. Attii centurionis et Didymi liberti epistulae servorum nomina praeferebant, ut quis egredientem cubiculo Drusum (Germanici filium) pulsaverat, exterruerat.

DII. — 3, 38. Coelaletae Odrusaeque et Dii[1], validae nationes (Thraeciae), arma cepere...

DILLIVS APONIANVS, APONIANVS[2]. — III, 10. Adventu... duarum legionum, e quibus tertiam Dillius Aponianus[3] (ducebat)..., militari vallo Veronam circumdare placuit (Flavianis). — III, 11. Nec tam (Antonius) Primus et Aponianus et (Vipstanus) Messalla, quamquam omni modo nisi, eripuere (irae militum Aponium) Saturninum, quam obscuritas latebrarum.

DILLIVS VOCVLA, VOCVLA[4]. — IV, 24. (Hordeonius) Flaccus... lectos *e* legionibus Dillio Voculae duoetvicensimae legionis legato tradit... — IV, 25. Conscendit tribunal Vocula mira constantia prensumque militem ac vociferantem duci ad supplicium iussit... Exim consensu ducem Voculam poscentibus, Flaccus summam rerum ei permisit. — IV, 26. Additus Voculae in partem curarum Herennius Gallus legatus... In proximos Cugernorum pagos... ductus a Vocula exercitus. — IV, 27. Vinctus (a militibus Herennius Gallus)... adventu demum Voculae exsolvitur. — IV, 33. Civilis... veteranas cohortes... adversus Voculam exercitumque eius mittit... Adeoque improvisi castra involavere, ut non adloqui, non pandere aciem Vocula potuerit. — IV, 34. Vocula nec adventum hostium exploravit... ; dein victoriae parum confisus, tritis frustra diebus castra in hostem movit... In conspectu castrorum constitui signa fossamque et vallum circumdari Vocula iubet .. Sed Vocula omissis fugientium tergis vallum turresque castrorum augebat, tamquam rursus obsidium immineret... — IV, 35. Addit exercitui suo Vocula mille delectos e quinta et quinta decima legionibus apud Vetera obsessis... Duplex hinc seditio, aliis revocantibus Voculam, aliis redire in castra abnuentibus. — IV, 36. Interim Civilis Vetera circumsedit, Vocula Geldubam atque inde Novaesium concessit... (Milites Hordeonium

[1] M : *alii*. Corr. Lipsius, coll. Thuc., II, 96 : Θρᾳκῶν ...οἱ Δῖοι καλοῦνται.
[2] Prosop., 75.
[3] M : *aponian* : Corr. Rhenanus.
[4] C. Dillius Vocula. Prosop., 76.

Digitized by Google

Flaccum) interficiunt. Eadem in Voculam parabantur, nisi servili habitu per tenebras ignoratus evasisset. — IV, 37. Mutati in paenitentiam primani quartanique et duoetvicensimani Voculam sequuntur. — IV, 56. Simulatum ipsis (Iulio Classico eiusque sociis) obsequium, quo incautiorem Voculam opprimerent. Nec defuere qui Voculae nuntiarent, sed vires ad coercendum deerant... — IV, 57. Vocula Gallorum fraude inlectus ad hostem contendit .. Obtestante Vocula non adeo turbatam civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam Lingonibusque despectui sit... Vocula, quamquam plerique fugam suadebant, audendum ratus vocata contione in hunc modum disseruit (apud seditiosos milites). — IV, 59. Digressum Voculam et de supremis agitantem liberti servique prohibuere foedissimam mortem sponte praevenire... Interfectorem Voculae altis ordinibus... attollit (Iulius Classicus). — IV, 62. Forte obvio interfectore Voculae (Aemilio) Longino, coniectis in eum telis initium exsolvendae... culpae fecere (milites alae Picentinae). — IV, 77. (Loquitur Petilius Cerialis) « Non Flaccum, inquit, non Voculam deseritis ; nulla hic proditio [1]...

DINIS. — 4. 50. E ducibus (Thraecum) Dinis, provectus senecta et longo usu vim atque clementiam Romanam edoctus, ponenda arma, unum adflictis id remedium disserebat, primusque se cum coniuge et liberis victori permisit.

DIODOTVS. — *O*, 30. « (Cicero in Bruto refert) se... apud Philonem Academicum, apud Diodotum [2] Stoicum omnes philosophiae partes penitus hausisse, neque iis doctoribus contentum, quorum ei copia in urbe contigerat... »

DIS. — IV, 83. Timotheus quaesitis, qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen nec procul templum vetere inter accolas fama Iovis Ditis ; namque et muliebrem effigiem adsistere, quam plerique Proserpinam vocent. — IV, 84. Deum ipsum (Serapidem) multi Aesculapium..., quidam Osirin..., plerique Iovem..., plurimi Ditem patrem insignibus, quae in ipso manifesta, aut per ambages coniectant.

DIVODVRVM. — I, 63. Divoduri, Mediomatricorum id oppidum

[1] V. etiam IV, 58, 72 ; V. 25.

[2] **C** : *Diodotum ;* **A B** : *Diodorum*. Cf. Cic., *Tusc.*, 5. 39, 113 ; *Ad Fam.*, 13, 16, 4 ; *Ad Att.*, 2, 20, 6.

Digitized by Google

est, quamquam omni comitate exceptos (Vitellii milites) subitus pavor terruit...

DIVRPANEVS [1].— *F.* 6. (Quanta fuerint Diurpanei, Dacorum regis, cum Fusco duce proelia... evolverem, nisi Cornelius Tacitus, qui hanc historiam diligentissime contexuit...)

DIVVS AVGVSTVS, v. AVGVSTVS.

* DIVVS CAESAR, v. CAESAR (12, 34).

DIVVS CLAVDIVS, v. CLAVDIVS.

DIVVS IVLIVS, v. CAESAR.

DIVVS NERO, v. NERO *(B)* (15, 74).

DIVVS NERVA, v. NERVA CAESAR.

DIVVS VESPASIANVS, v. VESPASIANVS.

DOLABELLA [2]. — *O.* 34. Aetatis anno... unoetvicensimo Caesar Dolabellam (oratione insecutus est)».

DOLABELLA CORNELIVS, DOLABELLA, P. DOLABELLA, v. CORNELIVS DOLABELLA.

DOMITIA GENS. — 15, 23. (Ob puerperium Poppaeae Neronis uxoris decretum est a senatu) ut... ludicrum circense, ut Iuliae genti apud Bovillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederetur.

DOMITIA [3]. — 13, 19. Haec (crimina in Agrippinam) Iturius et Calvisius Atimeto, Domitiae Neronis amitae liberto, aperiunt, qui laetus oblatis, quippe inter Agrippinam et Domitiam infensa aemulatio exercebatur, Paridem histrionem, libertum et ipsum Domitiae, impulit ire propere crimenque atrociter deferre. — 13, 21. (Loquitur Agrippina) « Domitiae inimicitiis gratias agerem, si benevolentia mecum in Neronem meum certaret. Baiarum suarum piscinas extollebat, cum... Nunc per concubinum Atimetum et histrionem Paridem quasi scaenae fabulas componit[4]. »

DOMITIA DECIDIANA [5]. — *A.* 6. Ad capessendos magistratus in urbem degressus Domitiam Decidianam, splendidis natalibus ortam, sibi iunxit (Agricola)[6].

[1] Prosop., 95.
[2] Cn. Cornelius Dolabella, cos. a. 673 = 81. Cf. Orelli, *Onomast. Tullianum.*
[3] Prosop., 148.
[4] V. etiam, 13, 20.
[5] Prosop., 151.
[6] V. etiam *A.* 43-46.

Digitized by Google

DOMITIA LEPIDA, LEPIDA[1]. — 11, 37. Euodus (caedi Messalinae praepositus)... repperit fusam humi, adsidente matre Lepida, quae florenti filiae haud concors supremis eius necessitatibus ad misericordiam evicta erat suadebatque, ne percussorem opperiretur... — 12, 64. Perdita (ab Agrippina)... Domitia Lepida[2] muliebribus causis, quia Lepida minore Antonia genita, avunculo Augusto, Agrippinae sobrina propior ac Gnaei mariti eius soror, parem sibi claritudinem credebat. Nec forma, aetas, opes multum distabant, et utraque impudica, infamis, violenta... Enimvero certamen acerrimum, amita potius an mater apud Neronem praevaleret. Nam Lepida blandimentis ac largitionibus iuvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina[3].

DOMITIANVS, CAESAR, CAESAR DOMITIANVS[4]. — 11, 11. Libris, quibus res imperatoris Domitiani composui. — I, 1. Dignitatem nostram... a Domitiano longius provectam non abnuerim. — III, 59. Flavio quoque Sabino ac Domitiano patuisse effugium (ex Roma ad duces Flavianos) multi tradidere... Domitiano aderat animus, sed custodes a Vitellio additi, quamquam se socios fugae promitterent, tamquam insidiantes timebantur. Atque ipse Vitellius respectu suarum necessitudinum nihil in Domitianum atrox parabat. — III, 69. Concubia nocte suos liberos Sabinus et Domitianum fratris filium in Capitolium accivit. — III, 74. Domitianus prima inruptione (Vitellianorum in Capitolium) apud aedituum occultatus... — III, 86. Domitianum, postquam nihil hostile metuebatur, ad duces partium progressum et Caesarem consalutatum miles frequens, utque erat in armis, in paternos penates deduxit.— IV, 2. Nomen sedemque Caesaris Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus, sed stupris et adulteriis filium principis agebat. — IV, 3. Ipsi (Vespasiano) consulatus cum Tito filio, praetura Domitiano et consulare imperium decernuntur. — IV, 39. Mox eiurante (Iulio) Frontino Caesar Domitianus praeturam (urbanam) cepit... Vis penes

[1] Prosop., 155.
[2] M : *domitiale*. Corr. Pichena.
[3] V. etiam 11, 38; 12, 65.
[4] Flavius Domitianus, Imp. Caesar Domitianus Augustus. Prosop., F., 176.

Digitized by Google

Mucianum erat, nisi quod pleraque Domitianus instigantibus amicis aut propria libidine audebat. — IV, 40. Quo die senatum ingressus est Domitianus, de absentia patris fratrisque ac iuventa sua pauca et modica disseruit, decorus habitu, et ignotis adhuc moribus crebra oris confusio pro modestia accipiebatur. Referente Caesare de restituendis Galbae honoribus... Signo ultionis in accusatores dato, petit a Caesare Iunius Mauricus, ut commentariorum principalium potestatem senatui faceret...— IV, 43. Quod ubi sensit (Eprius) Marcellus, velut excedens curia : « Imus, inquit, (Helvidi) Prisce, et relinquimus tibi senatum tuum ; regna praesente Caesare ». — IV, 44. Proximo senatu, inchoante Caesare de abolendo dolore iraque et priorum temporum necessitatibus, censuit Mucianus prolixe pro accusatoribus. — IV, 46. Paucis post diebus adloquentem Domitianum firmati iam excepere (Vitelliani dediti). — IV, 47. Abrogati inde legem ferente Domitiano consulatus, quos Vitellius dederat. — IV, 51. Vespasianus in Italiam resque urbis intentus adversam de Domitiano famam accipit, tamquam terminos aetatis et concessa filio egrederetur. — IV, 52. Vespasianus haud aeque Domitiano mitigatus quam Titi pietate gaudens... — IV, 68. Domitiani indomitae libidines timebantur (a Muciano)... Vtque Domitiani animum (Arrio) Varo haud alienum deleniret, Arrecinum Clementem, domui Vespasiani per adfinitatem innexum et gratissimum Domitiano, praetorianis praeposuit... Domitianus Mucianusque accingebantur (ad bellum) dispari animo, ille spe ac iuventa properus, hic moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferocia aetatis et pravis impulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret. — IV, 75. Civilis et Classicus misere ad (Petilium) Cerialem epistulas... ; «... Muciani ac Domitiani vana et sine viribus nomina » ...Cerialis... eum, qui adtulerat, et ipsas epistulas ad Domitianum misit. — IV, 80. Mucianus... neque Antonium Primum adsciri inter comites a Domitiano (cum ad bellum Germanicum profecturus esset) passus est. — IV, 85. At Domitianus Mucianusque, antequam Alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere... Sed Mucianus, quod diu occultaverat, ut recens exprompsit..., parum decore Domitianum confecto prope bello alienae gloriae interventurum ; si status imperii aut salus Galliarum in discrimine verteretur, debuisse

Digitized by Google

Caesarem in acie stare... — IV, 86. Ita Lugudunum ventum. Vnde creditur Domitianus occultis ad Cerialem nuntiis fidem eius temptavisse, an praesenti sibi exercitum imperiumque traditurus foret... Domitianus sperni a senioribus iuventam suam cernens modica quoque et usurpata antea munia imperii omittebat, simplicitatis ac modestiae imagine in altitudinem conditus studiumque litterarum et amorem carminum simulans... — *A.* 7. Initia principatus ac statum urbis Mucianus regebat, iuvene admodum Domitiano et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. — 39. Hunc rerum cursum, quamquam nulla verborum iactantia epistulis Agricolae auctum, ut Domitiano moris erat, fronte laetus, pectore anxius excepit.— 40. Credidere plerique libertum ...missum ad Agricolam codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse, cum praecepto ut, si in Britannia foret, traderentur ; eumque libertum in ipso freto Oceani obvium Agricolae ne appellato quidem eo ad Domitianum remeasse... — 41. Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est (Agricola)... Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas. — 42. Occiso Civica nuper nec Agricolae consilium deerat nec Domitiano exemplum... Quidam cogitationum principis periti... suadentes simul terrentesque pertraxere (Agricolam) ad Domitianum... Domitiani... natura praeceps in iram et, quo obscurior, eo irrevocabilior, moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur. — 43. Satis constabat lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit, laetatum eum velut honore iudicioque. — 44. Festinatae mortis grande solacium tulit evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus non iam per intervalla..., sed continuo et velut uno ictu rem publicam exhausit. — 45. Nero.., subtraxit oculos suos iussitque scelera, non spectavit ; praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et adspici [1]...

DOMITIVS [2]. — *O.* 35. « Qui rhetores vocantur, quos paulo ante Ciceronis tempora exstitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est, quod Crasso et Domitio censoribus cludere, ut ait Cicero, ludum impudentiae iussi sunt. »

[1] V. etiam II, 1, 74, 77; III, 70; IV, 8; *A.* 2, 3, 45.
[2] Cn. Domitius Ahenobarbus, censor a. 662 = 92.

Digitized by Google

DOMITIVS. — *O.* 3. (Loquitur Aper) « Etiamsi non novum tibi ipse (Materne) negotium importasses, ut Domitium [1] et Catonem, id est nostras quoque historias et Romana nomina, Graeculorum fabulis adgregares. »

CN. DOMITIVS, CN. AHENOBARBVS, GNAEVS[2]. — 4, 75. Tiberius neptem Agrippinam Germanico ortam cum coram Cn. Domitio tradidisset, in urbe celebrari nuptias iussit. In Domitio super vetustatem generis propinquum Caesaribus sanguinem delegerat; nam is aviam Octaviam et per eam Augustum avunculum praeferebat. — 6, 1. Cn. Domitius et Camillus Scribonianus consulatum inierant... — 6, 45. Idem annus gravi igne urbem adfecit... Aestimando cuiusque detrimento quattuor progeneri Caesaris Cn. Domitius, Cassius Longinus, M. Vinicius, Rubellius Blandus delecti... — 6, 47. Albucilla... defertur impietatis in principem. Conectebantur ut conscii et adulteri eius Cn. Domitius, Vibius Marsus, L. Arruntius. De claritudine Domitii supra memoravi. — 6, 48. Igitur Domitius defensionem meditans, Marsus tamquam inediam destinavisset, produxere vitam. — 12, 3. (Agrippina) nuptias... Domitii, quem ex Cn. Ahenobarbo genuerat, et Octaviae Caesaris filiae moliri. — 12, 64. (Domitia) Lepida..., Agrippinae sobrina propior ac Gnaei [3] mariti eius soror. — 13, 10. Eodem anno Caesar effigiem Cn. Domitio patri... petivit a senatu.

L. DOMITIVS[4]. — 1, 63. Caecina... monitus... pontes longos quam maturrime superare. Angustus is trames vastas inter paludes et quondam a L. Domitio aggeratus... — 4, 44. Obiere eo anno viri nobiles Cn. Lentulus et L. Domitius... Domitium decoravit pater civili bello maris potens, donec Antonii partibus, mox Caesaris misceretur. Avus Pharsalica acie pro optimatibus ceciderat; ipse delectus cui minor Antonia... daretur, post exercitu flumen Albim transcendit...

L. DOMITIVS, v. NERO *(B)*.

[1] « L. Domitium Ahenobarbum intellegere videtur, acerrimum Caesaris inimicum, qui in acie Pharsalica cecidit. » (Orelli-Andresen.) Cos. a. 700 = 54.

[2] Prosop., 109. Neronis pater.

[3] « Hierzu wird aus dem vorhergehenden *Domitia* und *soror Domitii* gedacht, wenn nicht, da auch *prioris* bei *mariti* fehlt, zu schreiben ist *Gnaei Domitii prioris mariti eius.* » (Nipperdey-Andresen.) — Ritter [2] : *Cn. Domitii mariti eius...*

[4] L. Domitius Ahenobarbus, pater eius qui praecedit, avus Neronis. Prosop., 110.

Digitized by Google

DOMITIVS AFER, AFER, AFER DOMITIVS[1]. — 4, 52. Claudia Pulchra... postulatur accusante Domitio Afro. Is recens praetura, modicus dignationis et quoquo facinore properus clarescere... Afer primoribus oratorum additus, divulgato ingenio et secuta adseveratione Caesaris, qua suo iure disertum eum appellavit. Mox capessendis accusationibus aut reos tutando prosperiore eloquentiae quam morum fama fuit, nisi quod aetas extrema multum etiam eloquentiae dempsit... — 4, 66. Corripuerat. . Varum Quintilium... Domitius Afer, Claudiae Pulchrae matris eius condemnator, nullo mirante, quod diu egens et parto nuper praemio male usus plura ad flagitia accingeretur. — 14, 19. Sequuntur virorum inlustrium mortes, Domitii Afri et M. Servilii, qui summis honoribus et multa eloquentia viguerant, ille orando causas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris et elegantia vitae, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus. — *O.* 13. « Ne nostris quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio vel dignitate vitae vel perpetuitate famae cesserit. » — 15. « Video... Graiis accidisse ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes... quam Afer aut Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis. »

DOMITIVS BALBVS. — 14, 40. Domitius Balbus[2] erat praetorius, simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. Ei propinquus Valerius Fabianus... subdidit testamentum... quod apud patres convictum...

DOMITIVS CAECILIANVS. — 16, 34. Advenit (in hortis Paeti Thraseae) Domitius Caecilianus ex intimis amicis, et ei quid senatus censuisset exposuit.

DOMITIVS CELER, DOMITIVS. — 2, 77. Contra Domitius Celer ex intima (Cn. Pisonis) amicitia disseruit utendum eventu; Pisonem, non Sentium, Suriae praepositum... — 2, 78. Piso... Domitium impositum triremi... pergere in Suriam iubet. — 2, 79. Domitius Laodiciam urbem Syriae adpulsus, cum hiberna sextae legionis peteret..., a Pacuvio legato praevenitur.

DOMITIVS CORBVLO, CORBVLO[3]. — 3, 31. Domitius Corbulo

[1] Cn. Domitius Afer. PROSOP., 106.

[2] Reinesius suspicabatur : *Tullus*. — WALTHER : « Balbos fuisse Domitios non invenio. » Suspicatur : *Calvus* vel *Calvinus*.

[3] Cn. Domitius Corbulo, PROSOP., 122. Pater, ut videtur, eius qui sequitur.

Digitized by Google

praetura functus de L. Sulla nobili iuvene questus est apud senatum, quod sibi inter spectacula gladiatorum loco non decessisset. Pro Corbulone aetas, patrius mos, studia seniorum erant... Satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullae... erat. Idem Corbulo plurima per Italiam itinera fraude mancipum et incuria magistratuum interrupta et impervia clamitando exsecutionem eius negotii libens suscepit ..

DOMITIVS CORBVLO, CORBVLO[1]. — 11, 18. Chauci... morte Sanquinii alacres, dum Corbulo adventat inferiorem Germaniam incursavere .. At Corbulo provinciam ingressus magna cum cura et mox gloria, cui principium illa militia fuit... — 11, 19. Natio Frisiorum... datis obsidibus consedit apud agros a Corbulone descriptos... Caede (Gannasci) motae Chaucorum mentes, et Corbulo semina rebellionis praebebat, ut laeta apud plerosque, ita apud quosdam sinistra fama... — 11, 20. Iam castra in hostili solo molienti Corbuloni eae litterae redduntur. Ille... nihil aliud prolocutus quam : « Beatos quondam duces Romanos », signum receptui dedit. — 13, 8. Domitium Corbulonem retinendae Armeniae praeposuerat (Nero), videbaturque locus virtutibus patefactus. Copiae Orientis ita dividuntur, ut pars auxiliarium cum duabus legionibus apud provinciam Suriam et legatum eius Quadratum Vmmidium remaneret, par civium sociorumque numerus Corbuloni esset, additis cohortibus alisque, quae *in* Cappadocia hiemabant. Socii reges, prout bello conduceret, parere iussi ; sed studia eorum in Corbulonem promptiora erant. Qui... apud Aegeas civitatem Ciliciae obvium Quadratum habuit, illuc progressum, ne, si ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret, corpore ingens, verbis magnificis et super experientiam sapientiamque etiam specie inanium validus. — 13, 9. Postquam Corbuloni cognitum est (centurionem Insteium ab Vmmidio missum accepisse obsides Vologaesis), ire praefectum cohortis Arrium Varum et reciperare obsides iubet... Arbitrium rei obsidibus legatisque, qui eos ducebant, permissum. Atque illi recentem gloria et inclinatione quadam etiam hostium Corbulonem praetulere. Vnde discordia inter duces, querente Vmmidio praerepta, quae suis consiliis patravisset, testante contra

[1] Cn. Domitius Corbulo. Prosop., 123.

Digitized by Google

Corbulone non prius conversum regem ad offerendos obsides, quam ipse dux bello delectus spes eius ad metum mutaret. Nero, quo componeret diversos, sic evulgari iussit, ob res a Quadrato et Corbulone prospere gestas laurum fascibus imperatoriis addi. — 13, 34. Corbulo dignum magnitudine populi Romani rebatur parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. — 13, 35. Sed Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum quam contra perfidiam hostium erat. — 13, 36. Interim Corbulo, legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisque per idoneos locos cohortibus auxiliariis, ne pugnam priores auderent praedicit ... Quod graviter Corbulo accepit increpitumque Paccium et praefectos militesque tendere extra vallum iussit. — 13, 37. Corbulo quaesito diu proelio frustra habitus et exemplo hostium circumferre bellum coactus, dispertit vires... Ad ea (Tiridatis legatorum verba) Corbulo, satis comperto Vologaesen defectione Hyrcaniae attineri, suadet Tiridati precibus Caesarem adgredi... — 13, 38. Mille equitum praesidium Tiridates adfore sibi dicebat; quantum Corbuloni cuiusque generis militum adsisteret, non statuere, dum... Dieque pacto prior Corbulo socias cohortes et auxilia regum pro cornibus, medio sextam legionem constituit. — 13, 39. Corbulo, ne inritum bellum traheretur utque Armenios ad sua defendenda cogeret, exscindere parat castella... — 13, 41. Corbulo..., an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret obsidioque circumdaret, agitavit... — 14, 23. At Corbulo, post deleta Artaxata utendum recenti terrore ratus ad occupanda Tigranocerta, ...illuc pergit... Corbulo (Mardos) immissis Hiberis vastavit... — 14, 25. (Legatos, quos Hyrcani ad Neronem miserant,) regredientes Corbulo... dato praesidio ad litora maris Rubri deduxit... — 14, 26. Corbulo in Suriam abscessit morte Vmmidii legati vacuam ac sibi permissam. — 14, 29. Tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos, scientia militiae et rumore populi, qui neminem sine aemulo sinit, Corbulonis concertator receptaeque Armeniae decus aequare domitis perduellibus cupiens. — 14, 58. Vulgoque fingebant petitum ab (Rubellio Plauto) Corbulonem, magnis tum exercitibus praesidentem et clari atque insontes si interficerentur, praecipuum ad pericula. — 15, 1. Interea rex Parthorum Vologaeses cognitis Corbulonis rebus regemque alienigenam Tigranen Armeniae impositum...

Digitized by Google

— 15, 3. Quae ubi Corbuloni certis nuntiis audita sunt, legiones duas... subsidium Tigrani mittit... — 15, 4. Ea dum a Corbulone tuendae Syriae parantur... — 15, 5. Corbulo tamen, quamvis secundis rebus suis..., misit ad Vologaesen, qui expostularent vim provinciae inlatam... — 15, 6. Haec plures ut formidine regis et Corbulonis minis patrata ac magnifica extollebant; alii occulto pepigisse interpretabantur... Dilata prorsus arma, ut Vologaeses cum alio quam cum Corbulone certaret, Corbulo meritae tot per annos gloriae non ultra periculum faceret... Copiis ita divisis, ut... tertia et sexta et decima legiones priorque Syriae miles apud Corbulonem manerent; cetera ex rerum usu sociarent partirenturve. Sed neque Corbulo aemuli patiens et (Caesennius) Paetus... — 15, 8. Paetus... rapit exercitum trans montem Taurum reciperandis, ut ferebat, Tigranocertis vastandisque regionibus, quas Corbulo integras omisisset. — 15, 9. Interim Corbulo numquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus praesidiis insedit. — 15, 10. Aegre compulsum ferunt (Caesennium Paetum), ut instantem (Vologaesen) Corbuloni fateretur; nec a Corbulone properatum, quo gliscentibus periculis etiam subsidii laus augeretur. — 15, 11. Missis iterum ad Corbulonem precibus, veniret propere... — 15, 13. (Caesennii Paeti milites)... nec aliud quam munimenta propugnabant, pars iussu ducis et alii propria ignavia aut Corbulonem opperientes... — 15, 16. Ceterum obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem inicerent, contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum... relicturos oppugnationem neque se plus tridui itinere afuisse... Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius (Paeto) non eam speciem insignium et armorum praetulit, ut diversitatem exprobraret. — 15, 17. (Paetus) respondit..., iuncti invaderent Armeniam... Non ea imperatoris habere mandata Corbulo (dixit)... At Vologaesi ad Corbulonem missi nuntii, detraheret castella trans Euphraten... Ille Armeniam quoque diversis praesidiis vacuam fieri expostulabat. Et postremo concessit rex; dirutaque, quae Euphraten ultra communiverat Corbulo... — 15, 25. Corbulo militum atque hostium tot per annos gnarus gerendae rei (bello adversus Parthos) praeficitur... Syriaeque exsecutio C. Cestio, copiae militares Corbuloni permissae... Scribitur tetrarchis ac

Digitized by Google

regibus praefectisque et procuratoribus et, qui praetorum finitimas provincias regebant, iussis Corbulonis obsequi, in tantum ferme modum aucta potestate, quem populus Romanus Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat. — 15, 26. At Corbulo... integrum militem et crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit... — 15, 28. Non infensum nec cum hostili odio Corbulonis nomen etiam barbaris habebatur, eoque consilium eius fidum credebant... Locus, in quo nuper obsessae cum Paeto legiones erant, (a Tiridate conloquio) delectus est ob memoriam laetioris sibi rei, Corbuloni non vitatus, ut dissimilitudo fortunae gloriam augeret... Die pacta Tiberius Alexander... et Vinicianus Annius, gener Corbulonis..., in castra Tiridatis venere, honori eius ac ne metueret insidias tali pignore... Viso Corbulone rex prior equo desiluit; nec cunctatus Corbulo, sed pedes uterque dexteras miscuere ... — 15, 30. Addidit gloriae Corbulo comitatem epulasque... — 15, 31. (Vologaeses) propriis nuntiis a Corbulone petierat, ne quam imaginem servitii Tiridates perferret. — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Confugiendum est ad imperium. An excidit trucidatus Corbulo? Splendidior origine quam nos sumus, fateor... » — III, 6. Arrius Varus strenuus bello, quam gloriam ei dux Corbulo et prosperae in Armenia res addiderant. Idem secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus; unde infami gratia primum pilum adepto... — III, 24. Antonius (Primus) ...plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens, ut... sub Corbulone Armenios.., pepulissent [1].

(L. DOMITIVS) PARIS, v. PARIS.

DOMITIVS POLLIO, POLLIO. — 2, 86. Rettulit Caesar capiendam virginem (Vestalem)... egitque grates Fonteio Agrippae et Domitio [2] Pollioni, quod offerendo filias de officio in rem publicam certarent. Praelata est Pollionis filia...

DOMITIVS SABINVS. — I, 31. Praeceptum Amulio Sereno et Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites e Libertatis atrio accerserent.

DOMITIVS SILVS. — 15, 59. (C. Piso uxorem) amici matrimonio

[1] V. etiam 13, 40; 14, 24; 15, 12, 27.
[2] M : *comitio*. Corr. Lipsius.

Digitized by Google

abstulerat. Nomen mulieris Atria Galla, priori marito Domitius Silus [1]; hic patientia, illa impudicitia, Pisonis infamiam propagavere.

DONATIVS VALENS, DONATIVS. — I, 56. Quattuor centuriones duoetvicensimae legionis Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti vinctique. — I, 59. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium centuriones... occidi iussit (Vitellius), damnatos fidei crimine.

DONVSA. — 4, 30. Gallus Asinius cum Gyaro aut Donusa claudendum censeret (Vibium Serenum patrem), id quoque aspernatus est (Tiberius), egenam aquae utramque insulam referens...

DORYPHORVS [2]. — 14, 65. Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse creditus est (Nero), Doryphorum, quasi adversatum nuptiis Poppaeae...

DRVIDAE. — 14, 30. Stabat pro litore... (Britannorum) acies... Druidaeque circum, preces, diras sublatis ad caelum manibus fundentes, novitate adspectus perculere militem (Romanum). — IV, 54. Fatali nunc igne (nempe incendio Capitolii) signum caelestis irae datum et possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus portendi superstitione vana Druidae canebant.

DRVSI COGNOMENTVM. — 2, 32. Cn. Lentulus, ne quis Scribonius cognomentum Drusi adsumeret (censuit).

DRVSI. — 1, 28. (Seditiosos Pannonici exercitus milites interrogant ei, qui bonis artibus grati sunt in vulgus) « Percennius et Vibulenus... pro Neronibus et Drusis imperium populi Romani capessent ? ». — 4, 7. (Queritur Drusus)... « Communes (Seiano cum familia Drusorum fore nepotes... » — 11, 35. (Narcissus in vestibulo domus Silii Claudio demonstrat), quidquid avitum Neronibus et Drusis in pretium probri cessisse.

DRVSIANA [3] FOSSA. — 2, 8. (Germanicus) fossam, cui Drusianae nomen, ingressus precatusque Drusum patrem...

DRVSILLA [4]. — 6, 15. (Tiberius L. Cassio) Drusillam .. Germanico (genitam) coniungit [5].

[1] Vulg. ante Ernestium ex dett : *Silius*.
[2] Prosop., 167.
[3] Claudii Drusi Germanici.
[4] Iulia Drusilla. Prosop., I. 439.
[5] V. etiam, 2. 41, 71. 72; 3, 2. 12, 17; 4. 53, 59, 68; 5, 1.

Digitized by Google

DRVSILLA. — V. 9. Antonius Felix... Drusilla Cleopatrae et Antonii nepte in matrimonium accepta...

DRVSVS [1] *(A)*. — 3, 27. Hinc Gracchi et Saturnini turbatores plebis, nec minor largitor nomine senatus Drusus.

DRVSVS [2] *(B)*. — *O*. 21. « Quotus... quisque Calvi in Asitium aut in Drusum legit ? »

DRVSVS *(C)* (Augusti privignus), v. CLAVDIVS DRVSVS.

DRVSVS, CAESAR, DRVSVS CAESAR [3] *(D)*.— 1, 14. Quo minus (imperium proconsulare Tiberius postularet) pro Druso, ea causa, quod designatus consul Drusus praesensque erat. — 1, 24. Haec audita... Tiberium perpulere, ut Drusum filium... mitteret (ad Pannonicas legiones rebellantes)... Druso propinquanti quasi per officium obviae fuere legiones. — 1, 25. Stabat Drusus silentium manu poscens. Illi... viso Caesare trepidare. — 1, 26. Ad (postulata militum) Drusus cum arbitrium senatus et patris obtenderet, clamore turbatur... Tiberium olim nomine Augusti desideria legionum frustrari solitum, easdem artes Drusum rettulisse... — 1, 27. Vt quis praetorianorum militum amicorumve Caesaris occurreret, manus intentantes..., maxime infensi Cn. Lentulo, quod is... firmare Drusum credebatur .. Nec multo post digredientem cum Caesare... circumsistunt,... saxa iaciunt, iamque lapidis ictu cruentus... adcursu multitudinis, quae cum Druso advenerat, protectus est. — 1, 28. Vtendum inclinatione ea Caesar... ratus... — 1, 29. Drusus, orto die et vocata contione, quamquam rudis dicendi, nobilitate ingenita incusat... L. Aponius eques Romanus, e cohorte Drusi... Promptum ad asperiora ingenium Druso erat. — 1, 30. Drusus, non exspectato legatorum regressu, quia praesentia satis consederant, in urbem rediit. — 1, 47. (Cogitabat Tiberius) resistentes... Germanico aut Druso (seditiosos milites) posse a se mitigari vel infringi. — 1, 52. Paucioribus (quam Germanicum) Drusum et finem Illyrici motus laudavit (Tiberius). — 1, 54. Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adiciuntur (sodalibus Augustalibus sorte ductis). —

[1] M. Livius Drusus, trib. pleb., a. 663 = 91.

[2] « Suspicor fuisse illum, quem a Lucretio reum de praevaricatione factum Cicero a se defensum scribit Attico, 4, 15. » (Orelli-Andresen.) Cf. Orelli, *Onomast. Tullianum*.

[3] Drusus Iulius Caesar. Prosop., I. 144.

Digitized by Google

1, 55. Druso Caesare C. Norbano consulibus. — 1, 76. Edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris ac suo nomine obtulerat, Drusus praesedit, quamquam vili sanguine nimis gaudens. — 2, 26. (Tiberius monebat Germanicum) relinqueret materiem Drusi fratris gloriae... — 2, 43. (Tiberius) apud patres disseruit... Drusi nondum satis adolevisse (aetatem, ut ad motum Orientem componendum mitteretur)... Divisa... et discors aula erat tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. Tiberius ut proprium et sui sanguinis Drusum fovebat... Druso proavus eques Romanus Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur. Et coniunx Germanici Agrippina fecunditate ac fama Liviam uxorem Drusi praecellebat. — 2, 44. Nec multo post Drusus in Illyricum missus est. — 2, 46. Missus tamen Drusus, ut rettulimus, paci firmator. — 2, 51. Germanicus atque Drusus..., (cum de praetore subrogando ageretur) Haterium Agrippam... fovebant. — 2, 53, Germanicus... viso Druso fratre in Delmatia agente... — 2, 62. Dum ea aestas Germanico plures per provincias transigitur, haud leve decus Drusus quaesivit inliciens Germanos ad discordias... — 2, 64. Decrevere patres ut Germanicus atque Drusus ovantes urbem introirent. — 2, 84. Recenti adhuc (ex morte Germanici) maestitia soror Germanici Livia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est... Sed populo tali in tempore id quoque dolorem tulit, tamquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis urgeret. — 3, 2. Drusus (ut obviam iret cineribus Germanici) Tarracinam progressus est... — 3, 3. Matrem Antoniam non... reperio ullo insigni officio functam (in exsequiis Germanici), cum super Agrippinam et Drusum et Claudium ceteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint. — 3, 7. (Peractis Germanici exsequiis) Drusus Illyricos ad exercitus profectus est. — 3, 8. (Cn.) Piso... ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu trucem quam remoto aemulo aequiorem sibi sperabat... Drusus Pisoni, si vera forent, quae iacerentur, praecipuum in dolore suum locum respondit, sed malle falsa... esse. — 3, 11. Interim Drusus rediens Illyrico, quamquam patres censuissent... ut ovans iniret, prolato honore urbem intravit. — 3, 12. (Loquitur apud senatum Tiberius in causa Cn. Pisonis) «... Nemo Drusi lacrimas, nemo maestitiam meam spectet... » — 3, 18. Addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vin-

Digitized by Google

dictam Germanici grates agendas... — 3, 19. At Drusus urbe egressus repetendis auspiciis, mox ovans introiit, paucosque post dies Vipsania mater eius excessit... — 3, 22. (Tiberius in causa Lepidae) exemit etiam Drusum consulem designatum dicendae primo loco sententiae... — 3, 23. Itum in sententiam Rubellii Blandi, a quo aqua atque igni arcebatur (Lepida). Huic Drusus adsensit, quamquam alii mitius censuissent. — 3, 29. Auctum dehinc gaudium nuptiis Neronis (Germanici filii) et Iuliae Drusi filiae. — 3, 30. Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filii collegio insignis... Eius anni principio Tiberius... in Campaniam concessit, longam et continuam absentiam paulatim meditans, sive ut amoto patre Drusus munia consulatus solus impleret... Certabantque orationibus..., donec Drusus apta temperandis animis disseruit. — 3,34 (Orationi Valerii Messalini) addidit pauca Drusus de matrimonio suo... — 3, 36. Haud dissimilia alii et quidam atrociora circumstrepebant precabanturque Drusum daret ultionis exemplum, donec accitam convictamque (Anniam Rufillam) attineri publica custodia iussit. — 3, 37. Vtrumque in laudem Drusi trahebatur (et Anniam Rufillam comprehendi iussam et Considium Aequum Caeliumque Cursorem punitos),... Neque luxus in iuvene adeo displicebat... — 3, 47. Tiberius... simul causas, cur non ipse, non Drusus profecti ad id bellum (Galliarum motum) forent, adiunxit. — 3, 49. Clutorium Priscum equitem Romanum, post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat, pecunia donatum a Caesare, corripuit delator, obiectans aegro Druso composuisse, quod, si exstinctus foret, maiore praemio vulgaretur. — 3, 56. Tiberius... mittit litteras ad senatum, quis potestatem tribuniciam Druso petebat... (Divi Augusti) exemplo Tiberius summae rei admovit, cum incolumi Germanico integrum inter duos iudicium tenuisset... — 3, 59. Tiberius... decretas ob tribuniciam Drusi potestatem caerimonias temperavit ...Recitatae et Drusi epistulae, quamquam ad modestiam flexae, pro superbissimis accipiuntur... Sane gravaretur aspectum civium senex imperator... Druso quod nisi ex adrogantia impedimentum? — 3, 75. Obiere eo anno viri inlustres, Asinius Saloninus, M. Agrippa et Pollione Asinio avis, fratre Druso insignis... — 4, 3. Placuit tamen (Seiano) occultior via et a Druso

Digitized by Google

incipere, in quem recenti ira ferebatur. Nam Drusus, impatiens aemuli et animo commotior, orto forte iurgio intenderat Seiano manus et contra tendentis os verberaverat... (Livia) cui avunculus Augustus, socer Tiberius, ex Druso liberi, seque ac maiores et posteros municipali adultero (Seiano) foedabat. — 4, 4. Addidit orationem Caesar, multa cum laude filii sui, quod patria benevolentia in fratris liberos foret. Nam Drusus... aequus adulescentibus aut certe non adversus habebatur. — 4, 7. Quae cuncta... retinebat tamen, donec morte Drusi verterentur. — 4, 8. (Venenum) Druso datum per Lygdum spadonem, ut octo post annos cognitum est .. (Loquitur apud senatum Tiberius) « ...Erepto Druso preces ad vos converto... Augusti pronepotes, clarissimis maioribus genitos, suscipite (Germanici liberos) ». — 4, 9. Memoriae Drusi eadem, quae in Germanicum, decernuntur plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio. — 4, 10. In tradenda morte Drusi, quae plurimis maximaeque fidei auctoribus memorata sunt, rettuli. Sed non omiserim eorumdem temporum rumorem..., Seianum... eo audaciae provectum, ut verteret et occulto indicio Drusum veneni in patrem arguens moneret Tiberium... Ea fraude illectum senem... exceptum poculum Druso tradidisse... — 4, 12. Seianus ubi videt mortem Drusi inultam interfectoribus... — 4, 15. Idem annus alio quoque luctu Caesarem adfecit, alterum ex geminis Drusi liberis exstinguendo. — 4, 40. Ad ea Tiberius laudata pietate Seiani... adiunxit : «... Se non illuc decurrere, quod promptum rescriptu, posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus isdem tolerandum haberet... Falleris enim, Seiane, si... putas... Liviam, quae Gaio Caesari, mox Druso nupta fuerit, ea mente acturam, ut cum equite Romano senescat... ». — 6, 27. Iulia Drusi filia, quondam Neronis uxor, denupsit in domum Rubellii Blandi. — 6, 46. (Tiberius) dubitavit de tradenda re publica, primum inter nepotes, quorum Druso genitus sanguine et caritate propior, sed nondum pubertatem ingressus. — 6, 51. Morum quoque tempora (Tiberio) diversa..., occultum ac subdolum fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuere. — 12, 29. Vannius Suebis a Druso Caesare impositus pellitur regno. — 13, 32. Post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam. — 13, 43. (Testes P. Suillio)... Iuliam Drusi filiam... ad mortem (actam)...

Digitized by Google

obiectabant. — 14, 57. (De Rubellio Plauto nuper in Asiam amoto verba facit apud Neronem Tigellinus) «... Nec minus suspensos Asiae populos claritudine avi Drusi [1]. »

DRVSVS [2] (*E*). — 4, 4. Interim anni principio Drusus ex Germanici liberis togam virilem sumpsit, quaeque fratri eius Neroni decreverat senatus, repetita. — 4, 8. (Loquitur Tiberius apud senatum) «... Hi vobis, Nero et Druse, parentum loco.» — 4, 17. Pontifices eorumque exemplo ceteri sacerdotes, cum pro incolumitate principis vota susciperent, Neronem quoque et Drusum (Germanici filios) isdem dis commendavere. — 4, 36. Postulandis reis tam continuus annus fuit, ut feriarum Latinarum diebus praefectum urbis Drusum, auspicandi gratia tribunal ingressum, adierit Calpurnius Salvianus in Sextum Marium. — 4, 60. (Seianus) fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes, spe obiecta principis loci, si priorem aetate... demovisset. Atrox Drusi ingenium super cupidinem potentiae et solita fratribus odia accendebatur invidia, quod mater Agrippina promptior Neroni erat. Neque tamen Seianus ita Drusum fovebat, ut non in eum quoque semina futuri exitii meditaretur, gnarus praeferocem et insidiis magis opportunum. — 5, 10. Per idem tempus Asia atque Achaia exterritae sunt acri magis quam diuturno rumore, Drusum Germanici filium apud Cycladas insulas, mox in continenti visum. — 6, 23. Drusus deinde exstinguitur, cum se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum ad diem detinuisset. Tradidere quidam praescriptum fuisse Macroni, si arma ab Seiano temptarentur, extractum custodiae iuvenem, nam in Palatio attinebatur, ducem populo imponere. Mox... — 6, 24. Attii centurionis et Didymi liberti epistulae servorum nomina praeferebant, ut quis egredientem cubiculo Drusum pulsaverat, exterruerat. Etiam sua verba centurio... — 6, 40. Aemilia Lepida, quam iuveni Druso nuptam rettuli, crebris criminibus maritum insectata, quamquam intestabilis, tamen impunita agebat, dum [3]...

* DVBIVS AVITVS, v. DVVIVS AVITVS.

[1] V. etiam 1, 4, 8, 46; 2, 14, 71; 3, 5; 4, 11; 12, 25.

[2] Drusus Iulius Germanicus Caesar. Prosop., I, 145.

[3] V. etiam 1, 8, 33; 2, 41, 71, 72; 3, 2, 12, 17; 4, 3, 12, 40, 53, 59, 68; 5, 1; 6, 20.

Digitized by Google

DVCENIVS GEMINVS[1]. — 15, 18. (Nero) tres... consulares, L. Pisonem, Ducenium Geminum, Pompeium Paulinum vectigalibus publicis praeposuit. — I, 14. Galba .. comitia imperii transigit, adhibitoque super Vinium ac Laconem Mario Celso consule designato ac Ducenio Gemino praefecto urbis .. Pisonem Licinianum arcessi iubet.

C. DVILIVS[2]. — 2, 49. (Tiberius) dedicavit... Iano templum, quod apud forum holitorium C Duilius[3] struxerat, qui primus rem Romanam prospere mari gessit triumphumque navalem de Poenis meruit.

DVLGVBNII.— *G*, 34. Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgubnii[4] et Chasuarii claudunt.

DVVIVS AVITVS, AVITVS[5]. — 13, 54. Frisii... agros... vacuos et militum usui sepositos insedere... Duvius[6] Avitus, accepta a (Pompeio) Paulino provincia, minitando vim Romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos aut novam sedem a Caesare impetrarent, perpulit Verritum et Malorigem (duces eorum) preces suscipere... — 13, 56. Commotus his (Boiocali verbis) Avitus[7]... Avitus scripto ad Curtilium Manciam superioris exercitus legatum, ut Rhenum transgressus arma a tergo (Ampsivariis eorumque sociis) ostenderet, ipse legiones in agrum Tencterum induxit...

DYRRACHIVM. — II, 83. Mucianus... classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii, num omissa Moesia Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet...

ECBATANA[8]. — 15, 31. Digressus (a Corbulone Tiridates)... Vologaesen Ecbatanis repperit, non incuriosum fratris.

EDESSA. — 12, 12. (Acbarus rex Arabum Meherdaten) ignarum

[1] A. Ducenius Geminus Prosop., 173. — Vulg. ex dett. : *Ducennius*.

[2] Cos. a. 494 = 260.

[3] **M** : *dullius*. Corr. Orelli ex fastis Capitolinis. Vulgo : *Duillius*.

[4] **A** : *dulgibini* (suprascr. : *dulgicubini*); **B** : *dulgitubini*; **C** : *dulgibini*. Corr. I. Grimm. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[5] L. Duvius Avitus. Prosop., 181. Codices Pliniani et Tacitus : *Dubius*; tituli : *Duvius*.

[6] **M** : *dubius*. — Lipsius : *Vibius*.

[7] **M** : *habitus*.

[8] *Ecbatana, orum*, melius quam *Ecbatana, ae*. Cf. Forbiger, II, 590.

Digitized by Google

et summam fortunam in luxu ratum multos per dies attinuit apud oppidum Edessam.

* EGAE, EGEAE, v. AEGEAE.

EGNATIA MAXIMILLA[1]. — 15, 71. (Glitium) Gallum (in exilium pulsum) Egnatia[2] Maximilla (coniunx comitata est), magnis primum et integris opibus, post ademptis, quae utraque gloriam eius auxere.

EGNATII[3]. — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, memorabant) interfectos Romae Varrones, Egnatios, Iullos[4].

P. EGNATIVS, P. CELER, CELER, PVBLIVS[5]. — 16, 32. Quantum misericordiae saevitia accusationis permoverat, tantum irae P. Egnatius testis concivit. Cliens hic (Bareae) Sorani, et tunc emptus ad opprimendum amicum, auctoritatem Stoicae sectae praeferebat, habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ceterum animo perfidiosus, subdolus, avaritiam ac libidinem occultans; quae postquam pecunia reclusa sunt... — IV, 10. Tum invectus est Musonius Rufus in P. Celerem, a quo Baream Soranum falso testimonio circumventum arguebat .. Vilis et nocens reus protegi non poterat; quippe Sorani sancta memoria, Celer professus sapientiam, dein testis in Baream, proditor corruptorque amicitiae... Proximus (senatus) dies causae destinatur; nec tam Musonius aut Publius quam (Helvidius) Priscus et (Eprius) Marcellus ceterique, motis ad ultionem animis, exspectabantur. — IV, 40. Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum et Publium Celerem placuit damnatusque Publius et Sorani manibus satisfactum... Ipsi Publio neque animus in periculis neque oratio subpeditavit.

ELEAZARVS[6]. — V, 12. Tres duces (Iudaeis a Tito obsessis), totidem exercitus; extrema et latissima moenium Simo, mediam urbem Ioannes..., templum Eleazarus[7] firmaverat. Multitudine et armis Ioannes ac Simo, Eleazarus[8] loco pollebat... Mox

[1] Prosop., 32.

[2] M: *et gnatia*. Correxisse iam pr. m. testatur Andresen, *De codd. Med. Ann.*, *Tac.*, p. 20.

[3] Intellegendus est M. Egnatius Rufus; Cf. Nipperdey-Andresen. — Prosop., 26.

[4] Cf. etiam ad Aegialos.

[5] Prosop., 15.

[6] Prosop., 39.

[7] M: *alazarus*. Correctum ex Iosepho.

[8] M: *alazarus*.

Digitized by Google

Ioannes, missis per speciem sacrificandi, qui Eleazarum[1] manumque eius obtruncarent, templo potitur.

ELEPHANTINE. — 2, 61. Exim ventum Elephantinen ac Syenen, claustra olim Romani imperii, quod nunc Rubrum ad mare patescit.

ELEVSIS. — IV, 83. Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum, quem (Ptolemaeus Alexandriam) ut antistitem caerimoniarum Eleusine[2] exciverat.

* ELISII, v. HELISII.

ELYMAEI. — 6, 44. Abdagaeses regrediendum in Mesopotamiam censebat, ut amne obiecto Armeniis interim Elymaeisque... a tergo excitis... fortunam temptarent.

EMERITENSES. — I, 78. (Otho) Hispalensibus et Emeritensibus familiarum adiectiones... dono dedit.

ENNIA[3]. — 6, 45. (Macro) gratiam Gaii Caesaris numquam sibi neglectam acrius in dies fovebat, impuleratque post mortem Claudiae, quam nuptam ei rettuli, uxorem suam Enniam imitando amorem iuvenem inlicere pactoque matrimonii vincire...

L. ENNIVS. — 3, 70. L. Ennium[4] equitem Romanum maiestatis postulatum, quod effigiem principis promiscuum ad usum argenti vertisset, recipi (Tiberius) Caesar inter reos vetuit.

M'. ENNIVS[5]. — 1, 38. Duorum (militum) supplicium iusserat M'. Ennius[6] castrorum praefectus, bono magis exemplo quam concesso iure.

* M'. ENNIVS RVFINVS. v. VIVENNIVS RVFINVS.

EPAPHRODITVS[7]. — 15, 55. Milichus (index coniurationis)... deductus... ab ianitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem...

[1] M : *lazarũ* (*a* superscr. 2 m.).

[2] M : *eleusim.* Corr. Io. Fr. Gronovius. — Walther : *Eleusinarum:* L. Spengel : *Eleusiniarum.*

[3] Ennia Thrasylla. Prosop., 47.

[4] M : *Lennium.* Corr. Beroaldus.

[5] Prosop., 45.

[6] M : *mennius.* Corr. Ruperti et Nipperdey. — Heinsius : *M. Ennius.* — « *Mennius*... kein römischer Name ist. Oben c. 20 und 13, 30, werden die Lagerpraefecten *Aufidienus Rufus* und *Insteius Capito*... ebenfalls mit zwei Namen genannt... Hier ist am wahrscheinlichste *M. Ennius* zu schreiben und der hier genannte dieselbe Person welche Dio, 55, 33... erwähnt : Μάνιον Ἔννιον... » (Nipperdey-Andresen.)

[7] Prosop., 51.

Digitized by Google

EPHESII. — 3, 61. Primi omnium Ephesii (senatum de iure asyli) adiere... — 4, 55. Ephesii Milesiique, hi Apollinis, illi Dianae caerimonia occupavisse civitates visi.— 16, 23. (Barea Soranus pro consule Asiae) portui Ephesiorum aperiendo curam insumpserat.

EPHESVS. — *O*, 15. « Sacerdos iste Nicetes et si quis alius Ephesum vel Mytilenas concentu scholasticorum et clamoribus quatit ».

EPICHARIS[1]. — 15, 51. Interim cunctantibus (C. Pisonis sociis)... Epicharis quaedam, incertum quonam modo sciscitata, neque illi ante ulla rerum honestarum cura fuerat, accendere et arguere coniuratos, ac postremo... in Campania agens primores classiariorum Misenensium labefacere et conscientia inligare conisa est tali initio... Epicharis plura (de coniuratione cum Volusio Proculo navarcho communicavit)... Accita (a Nerone)... Epicharis et cum indice (Proculo) composita nullis testibus innisum facile confutavit. Sed ipsa in custodia retenta est... — 15, 57. Nero recordatus Volusii Proculi indicio Epicharin attineri ratusque muliebre corpus impar dolori tormentis dilacerari iubet... Clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo...

EPICVRVS. — *O*, 31. « Ad (sensus) permovendos... ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam exclamationes adsumere... alienum erit oratori ».

EPIDAPHNE[2]. — 2, 83. (Decretum Germanico) tribunal Epidaphnae, quo in loco vitam finierat.

EPIPHANES[3]. — II, 25. Vulneratur rex Epiphanes impigre pro Othone pugnam ciens (ad Castores).

EPOREDIA. — I, 70. Siliani (equites)... transiere in partes (Vitellii) et, ut donum aliquod, novo principi firmissima Transpadanae regionis municipia, Mediolanum ac Novariam et Eporediam et Vercellas adiunxere.

EPPONINA[4]. — IV, 67. Insigne Epponinae uxoris (Iulii Sabini) exemplum suo loco reddemus.

[1] Prosop., 53.

[2] Immo Daphne, Antiochiae suburbium, quae dicebatur ipsa Epidaphne, ut a ceteris eiusdem nominis urbibus distingueretur. De Taciti errore cf. Orelli.

[3] Epiphanes Antiochus. Prosop., 57.

[4] Prosop., 61. — Plut. : *Empona;* Dio : *Peponilla*.

Digitized by Google

EPRIVS MARCELLVS, MARCELLVS EPRIVS, EPRIVS, MARCELLVS[1]. — 12, 4. Adactus .. (L.) Silanus eiurare magistratum et reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum conlatus est. — 13, 33. Pro Eprio Marcello, a quo Lycii res repetebant, eo usque ambitus praevaluit, ut quidam accusatorum eius exilio multarentur, tamquam insonti periculum fecissent — 16, 22. (Cossutiano Capitoni Paeti Thraseae accusatori) Nero adicit... Marcellum Eprium acri eloquentia. — 16, 26. Contra qui (Thraseae) oppetendum domi censebant : « ...Non solum Cossutianum aut Eprium ad scelus promptos. » — 16, 28. Et, initium faciente Cossutiano, maiore vi Marcellus summam rem publicam agi clamitabat . — 16, 29. Cum per haec atque talia Marcellus, ut erat saevus ac minax, voce, vultu, oculis ardesceret... — 16, 33. Accusatoribus Eprio et Cossutiano quinquagiens sestertium singulis... solvuntur. — II, 53. Notabile iurgium fuit, quo Licinius Caecina Marcellum Eprium ut ambigua disserentem invasit. Nec ceteri sententiam aperiebant : sed invisum memoria delationum expositumque ad invidiam Marcelli nomen inritaverat Caecinam... — II, 95. Misera civitas... inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos vana et pudenda sorte agebat, donec successere Mucianus et Marcellus et magis alii homines quam alii mores. — IV, 6. (Helvidius Priscus) ruina soceri in exilium pulsus, ut Galbae principatu redit, Marcellum Eprium, delatorem Thraseae, accusare adgreditur. Ea ultio... senatum in studia diduxerat; nam si cadere Marcellus, agmen reorum sternebatur... Mox, dubia voluntate Galbae . omisit Priscus... Eo senatus die, quo de imperio Vespasiani censebant, placuerat mitti ad principem legatos. Hinc inter Helvidium et Eprium acre iurgium Priscus eligi nominatim legationis iuratis. Marcellus urnam postulabat, quae consule designato sententia fuerat. — IV, 7. Sed Marcelli studium [illegible] exstitit, ne aliis electis posthabitus crederetur. Nec [illegible] per dilectationem ad continuas et infestas orationes [illegible] Helvidio, quid ita Marcellus iudicium [illegible] esse illi pecuniam et eloquentiam... ; [illegible] nem in exitium tot innocentium impule- [illegible] et impunitate .. — IV, 8. Marcellus non

[1] [illegible] Prosop. C, 913.

suam sententiam impugnari, sed consulem designatum censuisse dicebat... — IV, 10. Proximus dies (senatus P. Celeris) causae destinatur; nec tam Musonius aut Publius quam Priscus et Marcellus ceterique, motis ad ultionem animis, exspectabantur. — IV, 42. (Loquitur Curtius Montanus) « Retinete, patres conscripti, et reservate hominem tam expediti consilii, ut omnis aetas instructa sit, et quo modo senes nostri Marcellum, (Vibium) Crispum, iuvenes (Aquilium) Regulum imitentur ». — IV, 43. Tanto cum adsensu senatus auditus est Montanus, ut spem caperet Helvidius (Priscus) posse etiam Marcellum prosterni. Igitur a laude Cluvii Rufi orsus... crimine simul exemploque Eprium urgebat, ardentibus patrum animis. Quod ubi sensit Marcellus, velut excedens curia : « Imus, inquit, Prisce... » Sequebatur Vibius Crispus, ambo infensi, vultu diverso, Marcellus minacibus oculis... — *O.* 5. (Loquitur Aper) « Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus quam eloquentiam suam opposuit? Qua accinctus et minax... Helvidii sapientiam elusit ». — 8. « Ausim contendere Marcellum hunc Eprium, de quo modo locutus sum, et Crispum Vibium... non minus illustres esse in extremis partibus terrarum quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur... Neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos iam annos potentissimi sunt civitatis... ; nunc principes in Caesaris (Vespasiani) amicitia ...Vespasianus... intellegit... Marcellum.., et Crispum attulisse ad amicitiam suam, quod non a principe acceperint nec accipi possit. — 13. (Loquitur Maternus) « Crispus iste et Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac sua fortuna concupiscendum? quod timent, an quod timentur?... »

ERATO[1]. — 2, 4. Temptato (ab Armeniis). . feminae imperio, cui nomen Erato, eaque brevi pulsa...

ERINDES. — 11, 10. (Gotarzi) contra itum ad amnem Erinden[2]; in cuius transgressu... pervicit Vardanes.

ERTHA, v. NERTHVS.

[1] Prosop., 63.

[2] « Nusquam quod sciam exstat fluminis eius mentio praeterquam hoc loco. Vnde suspecta mihi scriptura legendumque fortasse *Charindam*, Nam Charinda a Ptolemaeo, 6, 2, ponitur inter Mediam et Hyrcaniam terminus... Meminit Charindae etiam Ammianus Marc., 23, 6. » (Ryck).

Digitized by Google

ERYCVS. — 4, 43. Segestani aedem Veneris montem apud Erycum[1]... restaurari postulavere.

ERYTHRAE — 6, 12. Post exustum sociali bello Capitolium quaesitis Samo, Ilio, Erythris,... carminibus Sibullae.,.

ESQVILIAE. — 15, 40. Sexto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus.

ESQVILINA PORTA. — 2, 32. In P. Marcium consules extra portam Esquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco advertere.

ETRVRIA. — 2, 39. Cosam Etruriae promunturium. — 4, 5. Tres urbanae, novem praetoriae cohortes (urbem insidebant), Etruria ferme Vmbriaque delectae aut vetere Latio et coloniis antiquitus Romanis. — 4, 55. Sardiani decretum Etruriae recitavere ut consanguinei; nam Tyrrhenum Lydumque... — 11, 15. Rettulit deinde (Claudius) ad senatum super collegio haruspicum...; primores... Etruriae sponte aut patrum Romanorum impulsu retinuisse scientiam et in familias propagasse. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Neque enim ignoro... Etruria Lucaniaque et omni Italia in senatum accitos ». — 15, 53. (Flavius Scaevinus) pugionem templo Salutis [in Etruria][2] sive... Fortunae Ferentino in oppido detraxerat... — I, 86. Prodigia insuper terrebant... : ...prolocutum in Etruria bovem... — III, 41. (Fabius Valens) flexit in Vmbriam atque inde Etruriam...

ETRVSCI. — 11, 14. Etrusci ab Corinthio Demarato... didicerunt (litteras).

EVANDER. — 11, 14. In Italia.. Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt (litteras). — 15, 41. Magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat (incendio Neronis amissa sunt).

EVBOEA. — 2, 54. Petita inde Euboea (Germanicus) tramisit Lesbum. — 5, 10. (Poppaeus Sabinus)... mox Euboeam, Aegaei maris insulam, et Piraeum Atticae orae... evadit.

EVCAERVS. — 14, 60. (Poppaea Sabina) quemdam ex ministris Octaviae impulit servilem ei amorem obicere. Destinaturque

[1] « Die Form *Erycus* für *Eryx* auch bei Cic., *Verr. II*, 22, 115. » (Nipperdey-Andresen.)

[2] Verba *in Etruria* post Ernestium uncis incl. recentiores. Cf. Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

reus cognomento Eucaerus, natione Alexandrinus, canere tibiis doctus[1].

EVDEMVS[2]. — 4, 3. Adsumitur (a Seiano et Livia) in conscientiam Eudemus, amicus ac medicus Liviae (uxoris Drusi), specie artis frequens secretis. — 4, 11. Ordo alioqui sceleris per Apicatam Seiani proditus, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactus est.

EVDOSES. — *G.* 40. (Inter Sueborum gentes adnumerantur) Eudoses.

EVMOLPIDAE. — IV, 83. Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum, quem (Ptolemaeus Alexandriam) ut antistitem caerimoniarum Eleusine exciverat.

EVNONES. — 12, 15. Vbi... (Mithridates) iam iamque Bosporum invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys,... externas et ipsi gratias quaesivere, missis legatis ad Eunonen, qui Aorsorum genti praesidebat... Pepigere equestribus proeliis Eunones certaret, obsidia urbium Romani capesserent. — 12, 18. Mithridates nullo in armis subsidio... ad Eunonen convertit, propriis odiis *non* infensum et recens coniuncta nobiscum amicitia validum. — 12, 19. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum et prece haud degeneri permotus, adlevat supplicem... — 12, 20. Claudius... scripsit Eunoni meritum quidem novissima exempla Mithridaten. .[3]

EVODVS[4]. — 11, 37. (Militibus, quibus Narcissus caedem Messalinae iusserat), custos et exactor e libertis Euodus datur.

EVPHRATES. — 2, 58. (Nuntiabat rex Parthorum Artabanus daturum... honori Germanici, ut ripam Euphratis accederet. — 4, 5. Cetera... initio ab Suriae usque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quattuor legionibus coercita. — 6, 31. (Nobiles Parthi) Phraaten regis Phraatis filium Roma poscebant: nomine tantum et auctore opus, ut genus Arsacis, ut sponte Caesaris, ripam apud Euphratis cerneretur. — 6, 37. (L.) Vitellius... robur legionum sociorumque ripam ad Euphratis ducit... Nuntiavere accolae Euphraten nulla imbrium vi sponte et immensum attolli,

[1] V. etiam 14, 62.
[2] Prosop., 80.
[3] V. etiam 12, 16.
[4] Prosop., 85.

Digitized by Google

simul albentibus spumis in modum diadematis sinuare orbes... Ornospades... praefectus campis, qui Euphrate et Tigre inclutis amnibus circumflui Mesopotamiae nomen acceperunt. — 12, 11. Datum... C. Cassio, qui Suriae praeerat, deducere (Meherdaten) ripam ad Euphratis. — 13, 7. Nero... iubet... pontes per amnem Euphraten iungi. — 14, 25. (Legatos Hyrcanorum) regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium (Parthorum) custodiis circumvenirentur, dato praesidio ad litora maris Rubri deduxit. — 15, 3. (Corbulo) reliquas legiones pro ripa Euphratis locat. — 15, 7. (Caesennius) Paetus... duabus legionibus... Armeniam intrat tristi omine. Nam in transgressu Euphratis, quem ponte tramittebant... — 15, 9. Interim Corbulo numquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus praesidiis insedit... ; dein pons continuatus... — 15, 12. (Corbulo)... parte copiarum apud Suriam relicta, ut munimenta Euphrati imposita retinerentur. ., Armenios petivit. — 15, 16. Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius (fugienti Paeto). — 15, 17. Vologaesi ad Corbulonem missi nuntii, detraheret castella trans Euphraten amnemque ut olim, medium faceret... Dirutaque, quae Euphraten ultra communiverat Corbulo. — 15, 26. (Corbulo omnes copias suas conduxit) apud Melitenen, qua tramittere Euphraten parabat. — V, 9. Rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus interfectusque a P. Ventidio, et Parthi trans Euphraten redacti.

EVRIPIDES. — *O.* 12. « Illud certe mihi concedes, Aper,... nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hyperidis includi ».

EVROPA. — 12, 63. Artissimo inter Europam Asiamque divortio Byzantium in extrema Europa posuere Graeci...

(Q. * EVTETIVS) LVSIVS SATVRNINVS, v. LVSIVS SATVRNINVS.

* EZATES, v. IZATES.

(FABIA) NVMANTINA, v. NVMANTINA

FABIANVS, v. VALERIVS FABIANVS.

* T. FABIANVS, v. TAMPIVS FLAVIANVS.

FABIVS FABVLLVS[1]. — III, 14. (Vitelliani) vincla Caecinae

[1] Prosop., 23. Cf. 24.

Digitized by Google

iniciunt, Fabium Fabullum, quintae legionis legatum et Cassium Longum, praefectum castrorum, duces deligunt.

(FABIVS IVSTVS), IVSTVS FABIVS[1]. — *O.* 1. Saepe ex me requiris, Iuste Fabi, cur... nostra potissimum aetas deserta et laude eloquentiae orbata vix nomen ipsum oratoris retineat.

FABIVS MAXIMVS[2], MAXIMVS, FABIVS. — 1. 5. Rumor incesserat, paucos ante menses Augustum, electis consciis et comite uno Fabio Maximo, Planasiam vectum ad visendum Agrippam... Quod Maximum uxori Marciae aperuisse ; illam Liviae. Gnarum id Caesari. Neque multo post exstincto Fabio, dubium an quaesita morte...

(FABIVS PAVLVS), PAVLVS FABIVS[3]. — 6, 28. Paulo Fabio L. Vitellio consulibus.

FABIVS PRISCVS. — IV, 79. (Quartam decimam) legionem terrestri itinere Fabius Priscus legatus in Nervios Tungrosque duxit, eaeque civitates in deditionem acceptae.

FABIVS ROMANVS. — 16, 17. (Lucani pater) Annaeus Mela..., dum rem familiarem eius acriter requirit, accusatorem concivit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis...

FABIVS RVSTICVS, FABIVS[4]. — 13, 20. Fabius Rusticus auctor est scriptos esse ad Caecinam Tuscum codicillos, mandata ei praetoriarum cohortium cura, sed ope Senecae dignationem Burro retentam... Sane Fabius inclinat ad laudes Senecae, cuius amicitia floruit. — 14, 2. Fabius Rusticus non Agrippinae, sed Neroni cupitnm (incestum) memorat eiusdemque (Actes) libertae astu disiectum. — 15, 61. Tradit Fabius Rusticus... tribunum (missum a Nerone ad Senecam, ut ei mortem indiceret)... flexisse ad Faenium praefectum et... an obtemperaret interrogavisse, monitumque ab eo ut exsequeretur... — *A.* 10. Formam totius Britanniae Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere.

FABIVS VALENS, VALENS, FABIVS[5], FABII. — I, 7. (Fonteium) Capitonem in Germania, cum (turbas) coeptaret, Cornelius Aquinus

[1] L. Fabius Iustus. Prosop., 32.
[2] Paullus Fabius Maximus. Prosop., 38.
[3] Paullus Fabius Persicus. Prosop., 42. Filius, ut videtur, eius qui praecedit.
[4] Prosop., 52.
[5] Prosop., 57.

Digitized by Google

EPRIVS MARCELLVS, MARCELLVS EPRIVS, EPRIVS, MARCELLVS[1]. — 12, 4. Adactus .. (L.) Silanus eiurare magistratum et reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum conlatus est. — 13, 33. Pro Eprio Marcello, a quo Lycii res repetebant, eo usque ambitus praevaluit, ut quidam accusatorum eius exilio multarentur, tamquam insonti periculum fecissent — 16, 22. (Cossutiano Capitoni Paeti Thraseae accusatori) Nero adicit... Marcellum Eprium acri eloquentia. — 16, 26. Contra qui (Thraseae) opperiendum domi censebant : « ...Non solum Cossutianum aut Eprium ad scelus promptos. » — 16, 28. Et, initium faciente Cossutiano, maiore vi Marcellus summam rem publicam agi clamitabat... — 16, 29. Cum per haec atque talia Marcellus, ut erat torvus ac minax, voce, vultu, oculis ardesceret... — 16, 33. Accusatoribus Eprio et Cossutiano quinquagiens sestertium singulis... tribuuntur. — II, 53. Notabile iurgium fuit, quo Licinius Caecina Marcellum Eprium ut ambigua disserentem invasit. Nec ceteri sententiam aperiebant; sed invisum memoria delationum expositumque ad invidiam Marcelli nomen inritaverat Caecinam... — II, 95. Misera civitas... inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos varia et pudenda sorte agebat, donec successere Mucianus et Marcellus et magis alii homines quam alii mores. — IV, 6. (Helvidius Priscus) ruina soceri in exilium pulsus, ut Galbae principatu rediit, Marcellum Eprium, delatorem Thraseae, accusare adgreditur. Ea ultio... senatum in studia diduxerat; nam si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur... Mox, dubia voluntate Galbae..., omisit Priscus... Eo senatus die, quo de imperio Vespasiani censebant, placuerat mitti ad principem legatos. Hinc inter Helvidium et Eprium acre iurgium Priscus eligi nominatim a magistratibus iuratis, Marcellus urnam postulabat, quae consulis designati sententia fuerat. — IV, 7. Sed Marcelli studium proprius rubor excitabat, ne aliis electis posthabitus crederetur. Paulatimque per altercationem ad continuas et infestas orationes provecti sunt, quaerente Helvidio, quid ita Marcellus iudicium magistratuum pavesceret; esse illi pecuniam et eloquentiam...; satis Marcello quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit; frueretur praemiis et impunitate .. — IV, 8. Marcellus non

[1] T. Clodius Eprius Marcellus. Prosop , C. 915.

Digitized by Google

suam sententiam impugnari, sed consulem designatum censuisse dicebat... — IV, 10. Proximus dies (senatus P. Celeris) causae destinatur; nec tam Musonius aut Publius quam Priscus et Marcellus ceterique, motis ad ultionem animis, exspectabantur. — IV, 42. (Loquitur Curtius Montanus) « Retinete, patres conscripti, et reservate hominem tam expediti consilii, ut omnis aetas instructa sit, et quo modo senes nostri Marcellum, (Vibium) Crispum, iuvenes (Aquilium) Regulum imitentur ». — IV, 43. Tanto cum adsensu senatus auditus est Montanus, ut spem caperet Helvidius (Priscus) posse etiam Marcellum prosterni. Igitur a laude Cluvii Rufi orsus... crimine simul exemploque Eprium urgebat, ardentibus patrum animis. Quod ubi sensit Marcellus, velut excedens curia : « Imus, inquit, Prisce... » Sequebatur Vibius Crispus, ambo infensi, vultu diverso, Marcellus minacibus oculis... — *O.* 5. (Loquitur Aper) « Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus quam eloquentiam suam opposuit? Qua accinctus et minax... Helvidii sapientiam elusit ». — 8. « Ausim contendere Marcellum hunc Eprium, de quo modo locutus sum, et Crispum Vibium... non minus illustres esse in extremis partibus terrarum quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur... Neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos iam annos potentissimi sunt civitatis... ; nunc principes in Caesaris (Vespasiani) amicitia ...Vespasianus... intellegit... Marcellum..., et Crispum attulisse ad amicitiam suam, quod non a principe acceperint nec accipi possit. — 13. (Loquitur Maternus) « Crispus iste et Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac sua fortuna concupiscendum? quod timent, an quod timentur?... »

ERATO[1]. — 2, 4. Temptato (ab Armeniis). . feminae imperio, cui nomen Erato, eaque brevi pulsa...

ERINDES. — 11, 10. (Gotarzi) contra itum ad amnem Erinden[2]; in cuius transgressu... pervicit Vardanes.

* ERTHA, v. NERTHVS.

[1] Prosop., 63.

[2] « Nusquam quod sciam exstat fluminis eius mentio praeterquam hoc loco. Vnde suspecta mihi scriptura legendumque fortasse *Charindam*, Nam Charinda a Ptolemaeo, 6, 2, ponitur inter Mediam et Hyrcaniam terminus... Meminit Charindae etiam Ammianus Marc., 23, 6. » (Ryck).

Digitized by Google

ERYCVS. — 4, 43. Segestani aedem Veneris montem apud Erycum[1]... restaurari postulavere.

ERYTHRAE — 6, 12. Post exustum sociali bello Capitolium quaesitis Samo, Ilio, Erythris,... carminibus Sibullae.,.

ESQVILIAE. — 15, 40. Sexto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus.

ESQVILINA PORTA. — 2, 32. In P. Marcium consules extra portam Esquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco advertere.

ETRVRIA. — 2, 39. Cosam Etruriae promunturium. — 4, 5. Tres urbanae, novem praetoriae cohortes (urbem insidebant), Etruria ferme Vmbriaque delectae aut vetere Latio et coloniis antiquitus Romanis. — 4, 55. Sardiani decretum Etruriae recitavere ut consanguinei; nam Tyrrhenum Lydumque... — 11, 15. Rettulit deinde (Claudius) ad senatum super collegio haruspicum...; primores... Etruriae sponte aut patrum Romanorum impulsu retinuisse scientiam et in familias propagasse. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Neque enim ignoro... Etruria Lucaniaque et omni Italia in senatum accitos ». — 15, 53. (Flavius Scaevinus) pugionem templo Salutis [in Etruria][2] sive... Fortunae Ferentino in oppido detraxerat... — I, 86. Prodigia insuper terrebant... : ...prolocutum in Etruria bovem... — III, 41. (Fabius Valens) flexit in Vmbriam atque inde Etruriam...

ETRVSCI. — 11, 14. Etrusci ab Corinthio Demarato... didicerunt (litteras).

EVANDER. — 11, 14. In Italia.. Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt litteras). — 15, 41. Magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat (incendio Neronis amissa sunt).

EVBOEA. — 2, 54. Petita inde Euboea (Germanicus) tramisit Lesbum. — 5, 10. Poppaeus Sabinus)... mox Euboeam, Aegaei maris insulam, et Piraeum Atticae orae... evadit.

EVCAERVS. — 14, 60. (Poppaea Sabina) quemdam ex ministris Octaviae impulit servilem ei amorem obicere. Destinaturque

[1] « Die Form *Erycus* für *Eryx* auch bei Cic., *Verr. II*, 22, 115. » Nipperdey-Andresen.

[2] Verba in *Etruria* post Ernestium uncis incl. recentiores. Cf. Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

reus cognomento Eucaerus, natione Alexandrinus, canere tibiis doctus[1].

EVDEMVS[2]. — 4, 3. Adsumitur (a Seiano et Livia) in conscientiam Eudemus, amicus ac medicus Liviae (uxoris Drusi), specie artis frequens secretis. — 4, 11. Ordo alioqui sceleris per Apicatam Seiani proditus, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactus est.

EVDOSES. — *G.* 40. (Inter Sueborum gentes adnumerantur) Eudoses.

EVMOLPIDAE. — IV, 83. Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum, quem (Ptolemaeus Alexandriam) ut antistitem caerimoniarum Eleusine exciverat.

EVNONES. — 12, 15. Vbi... (Mithridates) iam iamque Bosporum invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys,... externas et ipsi gratias quaesivere, missis legatis ad Eunonen, qui Aorsorum genti praesidebat... Pepigere equestribus proeliis Eunones certaret, obsidia urbium Romani capesserent. — 12, 18. Mithridates nullo in armis subsidio... ad Eunonen convertit, propriis odiis *non* infensum et recens coniuncta nobiscum amicitia validum. — 12, 19. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum et prece haud degeneri permotus, adlevat supplicem... — 12, 20. Claudius... scripsit Eunoni meritum quidem novissima exempla Mithridaten. .[3]

EVODVS[4]. — 11, 37. (Militibus, quibus Narcissus caedem Messalinae iusserat), custos et exactor e libertis Euodus datur.

EVPHRATES. — 2, 58. (Nuntiabat rex Parthorum Artabanus daturum... honori Germanici, ut ripam Euphratis accederet. — 4, 5. Cetera... initio ab Suriae usque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quattuor legionibus coercita. — 6, 31. (Nobiles Parthi) Phraaten regis Phraatis filium Roma poscebant: nomine tantum et auctore opus, ut genus Arsacis, ut sponte Caesaris, ripam apud Euphratis cerneretur. — 6, 37. (L.) Vitellius... robur legionum sociorumque ripam ad Euphratis ducit... Nuntiavere accolae Euphraten nulla imbrium vi sponte et immensum attolli,

[1] V. etiam 14, 62.
[2] Prosop., 80.
[3] V. etiam 12, 16.
[4] Prosop., 85.

Digitized by Google

simul albentibus spumis in modum diadematis sinuare orbes... Ornospades... praefectus campis, qui Euphrate et Tigre inclutis amnibus circumflui Mesopotamiae nomen acceperunt. — 12, 11. Datum... C. Cassio, qui Suriae praeerat, deducere (Meherdaten) ripam ad Euphratis. — 13, 7. Nero... iubet... pontes per amnem Euphraten iungi. — 14, 25. (Legatos Hyrcanorum) regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium (Parthorum) custodiis circumvenirentur, dato praesidio ad litora maris Rubri deduxit. — 15, 3. (Corbulo) reliquas legiones pro ripa Euphratis locat. — 15, 7. (Caesennius) Paetus... duabus legionibus... Armeniam intrat tristi omine. Nam in transgressu Euphratis, quem ponte tramittebant... — 15, 9. Interim Corbulo numquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus praesidiis insedit... ; dein pons continuatus... — 15, 12. (Corbulo)... parte copiarum apud Suriam relicta, ut munimenta Euphrati imposita retinerentur. ., Armenios petivit. — 15, 16. Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius (fugienti Paeto). — 15, 17. Vologaesi ad Corbulonem missi nuntii, detraheret castella trans Euphraten amnemque ut olim, medium faceret... Dirutaque, quae Euphraten ultra communiverat Corbulo. — 15, 26. (Corbulo omnes copias suas conduxit) apud Melitenen, qua tramittere Euphraten parabat. — V, 9. Rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus interfectusque a P. Ventidio, et Parthi trans Euphraten redacti.

EVRIPIDES. — *O.* 12. « Illud certe mihi concedes, Aper,... nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hyperidis includi ».

EVROPA. — 12, 63. Artissimo inter Europam Asiamque divortio Byzantium in extrema Europa posuere Graeci...

(Q. * EVTETIVS) LVSIVS SATVRNINVS, v. LVSIVS SATVRNINVS.

* EZATES, v. IZATES.

(FABIA) NVMANTINA, v. NVMANTINA

FABIANVS, v. VALERIVS FABIANVS.

* T. FABIANVS, v. TAMPIVS FLAVIANVS.

FABIVS FABVLLVS[1]. — III, 14. (Vitelliani) vincla Caecinae

[1] Prosop., 23. Cf. 24.

Digitized by Google

iniciunt, Fabium Fabullum, quintae legionis legatum et Cassium Longum, praefectum castrorum, duces deligunt.

(FABIVS IVSTVS), IVSTVS FABIVS[1]. — *O.* 1. Saepe ex me requiris, Iuste Fabi, cur... nostra potissimum aetas deserta et laude eloquentiae orbata vix nomen ipsum oratoris retineat.

FABIVS MAXIMVS[2], MAXIMVS, FABIVS. — 1. 5. Rumor incesserat, paucos ante menses Augustum, electis consciis et comite uno Fabio Maximo, Planasiam vectum ad visendum Agrippam... Quod Maximum uxori Marciae aperuisse ; illam Liviae. Gnarum id Caesari. Neque multo post exstincto Fabio, dubium an quaesita morte...

(FABIVS PAVLVS), PAVLVS FABIVS[3]. — 6, 28. Paulo Fabio L. Vitellio consulibus.

FABIVS PRISCVS. — IV, 79. (Quartam decimam) legionem terrestri itinere Fabius Priscus legatus in Nervios Tungrosque duxit, eaeque civitates in deditionem acceptae.

FABIVS ROMANVS. — 16, 17. (Lucani pater) Annaeus Mela..., dum rem familiarem eius acriter requirit, accusatorem concivit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis...

FABIVS RVSTICVS, FABIVS[4]. — 13, 20. Fabius Rusticus auctor est scriptos esse ad Caecinam Tuscum codicillos, mandata ei praetoriarum cohortium cura, sed ope Senecae dignationem Burro retentam... Sane Fabius inclinat ad laudes Senecae, cuius amicitia floruit. — 14, 2. Fabius Rusticus non Agrippinae, sed Neroni cupitnm (incestum) memorat eiusdemque (Actes) libertae astu disiectum. — 15, 61. Tradit Fabius Rusticus... tribunum (missum a Nerone ad Senecam, ut ei mortem indiceret)... flexisse ad Faenium praefectum et... an obtemperaret interrogavisse, monitumque ab eo ut exsequeretur... — *A.* 10. Formam totius Britanniae Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere.

FABIVS VALENS, VALENS, FABIVS[5], FABII. — I, 7. (Fonteium) Capitonem in Germania, cum (turbas) coeptaret, Cornelius Aquinus

[1] L. Fabius Iustus. Prosop., 32.
[2] Paullus Fabius Maximus. Prosop., 38.
[3] Paullus Fabius Persicus. Prosop., 42. Filius, ut videtur, eius qui praecedit.
[4] Prosop., 52.
[5] Prosop., 57.

Digitized by Google

et Fabius Valens legati legionum interfecerant, antequam iuberentur (a Galba). — I, 52. Multi in utroque (Germanico) exercitu... mali et strenui. Sed profusa cupidine et insigni temeritate legati legionum Alienus Caecina et Fabius Valens; e quibus Valens infensus Galbae, tamquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset, instigare Vitellium... — I, 57. Proxima legionis primae hiberna erant et promptissimus e legatis Fabius Valens. Is... coloniam Agrippinensem... ingressus imperatorem Vitellium consalutavit. — I, 61. Fabius Valens adlicere vel, si abnuerent, vastare Gallias et Cottianis Alpibus Italiam inrumpere... iussus. Valenti inferioris exercitus electi cum aquila quintae legionis et cohortibus alisque, ad quadraginta milia armatorum data. — I, 62. Laetum augurium Fabio Valenti exercituique, quem in bellum agebat..., aquila... velut dux viae praevolavit. — I, 64. Nuntium de caede Galbae et imperio Othonis Fabius Valens in civitate Leucorum accepit... Brevis laetitia fuit (Batavorum) cohortium intemperie, quas... exercitui suo Fabius Valens adiunxerat... Ni Valens animadversione paucorum oblitos iam Batavos imperii admonuisset... Manlius Valens legatus Italicae legionis .. nullo apud Vitellium honore fuit: secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum et, quo incautior deciperetur, palam laudatum. — I, 66. Addidit Valens trecenos singulis militibus sestertios. Tum vetustas dignitasque coloniae (Viennae) valuit et verba Fabii salutem incolumitatemque Viennensium commendantis aequis auribus accepta... Sed fama constans fuit ipsum Valentem magna pecunia emptum. Is... inopi iuventa senex prodigus. — I, 74. Addidit epistulas Fabius Valens nomine Germanici exercitus ad praetorias et urbanas cohortes... — II, 14. Imminere provinciae Narbonensi, in verba Vitellii adactae, classem Othonis trepidi nuntii Fabio Valenti attulere... — II, 24. Caecina) propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illic concederet, reciperare gloriam avidius quam consultius properabat. — II, 27. Fabii quoque Valentis copiae, iam enim Ticinum venerat, posito hostium contemptu... aequalius duci parebant. Gravis alioquin seditio exarserat .. Cohortes Batavorum, quas... in civitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas retulimus, superbe agebant... Ad postremum Valens e petulantia etiam perfidiam suspectabat. —

Digitized by Google

II, 29. Postquam immissis lictoribus Valens coercere seditionem coeptabat, ipsum invadunt.,., spolia Galliarum et Viennensium aurum... occultare clamitantes... Valens servili veste apud decurionem equitum tegebatur... Vt vero deformis et flens et praeter spem incolumis Valens processit, gaudium, miseratio, favor... — II, 30. Munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum, et prope renovata seditio, tamquam fraude et cunctationibus Valentis proelio defuissent... Improspera Valentis fama apud exercitum Caecinae erat... Et quamquam plus virium, prope duplicatus legionum auxiliorumque numerus erat Valenti, studia tamen militum in Caecinam inclinabant... — II, 31. Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis nulla ultra penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent. — II, 41. Caecina... revectus in castra datum iussu Fabii Valentis pugnae signum et militem in armis invenit. — II, 43. Ducibus Othonis iam pridem profugis, Caecina ac Valens subsidiis suos firmabant. — II, 51. (Post funus Othonis milites) ad Verginium versi, modo ut reciperet imperium, nunc ut legatione apud Caecinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant. — II, 54, Donec missae a Fabio Valente epistulae demerent metum (senatoribus, qui Othonem secuti Bononiae agebant). — II, 55. Recitatae (Romae in senatu) Fabii Valentis epistulae ad consules scriptae haud immoderate ; gratior Caecinae modestia fuit, quod non scripsisset. — II, 56. Minus avaritiae in Caecina, plus ambitionis ; Valens ob lucra et quaestus infamis eoque alienae etiam culpae dissimulator. — II, 59, Praesto fuere (Vitellio) Luguduni victricium victarumque partium duces. Valentem et Caecinam pro contione laudatos curuli suae circumposuit. — II, 67. Caecina Cremonae, Valens Bononiae spectaculum gladiatorum edere parabant. — II, 70. Aderant Valens et Caecina monstrabantque (Vitellio Bedriacensis) pugnae locos. — II. 71. Exin Bononiae a Fabio Valente gladiatorum spectaculum editur... Vt Valenti et Caecinae vacuos honoris menses aperiret (Vitellius), coartati aliorum consulatus... — II, 77. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Nobis nihil ultra adrogabo, quam ne post Valentem et Caecinam numeremur ». — II, 92. (Vitellius) praeposuerat praetorianis Publilium Sabinum... Iulium Priscum... Priscus Valentis, Sabinus Caecinae gratia pollebant. Inter discordes Vitellio nihil auctoritatis. Munia imperii

Digitized by Google

Caecina ac Valens obibant, olim anxii odiis, quae bello et castris male dissimulata pravitas amicorum et fecunda gignendis inimicitiis civitas auxerat. . — II, 93. Sedecim praetoriae, quattuor urbanae cohortes scribebantur... Plus in eo dilectu Valens audebat, tamquam ipsum Caecinam periculo exemisset... Omnisque inferioris Germaniae miles Valentem adsectabatur, unde primum creditur Caecinae fides fluitasse. — II, 95. Natalem Vitellii diem Caecina ac Valens editis tota urbe vicatim gladiatoribus celebravere... Misera civitas eodem anno Othonem, Vitellium passa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos varia et pudenda sorte agebat. — II, 99. Tandem inruptione hostium atrocibus undique nuntiis exterritus (Vitellius), Caecinam ac Valentem expedire ad bellum iubet. Praemissus Caecina, Valentem e gravi corporis morbo tum primum adsurgentem infirmitas tardabat...Simul odiorum invidiaeque erga Fabium Valentem admonebatur (a Flavio Sabino Caecina)... — II, 100. Profecto Caecina scripsit Fabius Valens exercitui, quem ipse ductaverat, ut in itinere opperiretur ; sic sibi cum Caecina convenisse, qui... mutatum id consilium finxit. — III, 15. Fabium Valentem profectum ab urbe adceleraturumque cognita Caecinae proditione coniectabat (Antonius Primus). Et fidus Vitellio Fabius neq militiae ignarus. — III, 36. At Vitellius profecto Caecina, cum Fabium Valentem paucis post diebus ad bellum impulisset... — III, 40. Fabius interim Valens multo ac molli concubinarum spadonumque agmine segnius quam ad bellum incedens... — III, 41. Sed Valens ne in tanto quidem discrimine infamia caruit, quo minus rapere inlicitas voluptates... crederetur... — III, 42. Digresso Valente trepidos, qui Ariminum tenebant, Cornelius Fuscus... terra marique circumvenit... Fabius Valens e sinu Pisano... portum Herculis Monoeci depellitur... Marius Maturus Alpium maritimarum procurator... Valentem comiter exceptum, ne Galliam Narbonensem temere ingrederetur, monendo terruit. — III, 43. Fabius Valens cum quattuor speculatoribus et tribus amicis, totidem centurionibus, ad naves regreditur... Ceterum ut mare tutius Valenti quam litora aut urbes, ita futuri ambiguus... adversa tempestate Stoechadas Massiliensium insulas adfertur. — III, 44. Capto Valente cuncta ad victoris opes conversa. — III, 62. Isdem diebus Fabius Valens Vrbini in custodia interficitur... Pervasisse in Germanias Valen-

Digitized by Google

tem et veteres illic novosque exercitus ciere credebant (Vitelliani)... Et Flavianus exercitus immane quantum *aucto* animo exitium Valentis ut finem belli accepit. Natus erat Valens Anagniae equestri familia, procax moribus neque absurdus ingenio... Galbae proditor, Vitellio fidus et aliorum perfidia inlustratus. — III, 66. Vt quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant... « Fabium illis Valentem, captivum et casibus dubiis reservatum, praegravem fuisse, nedum [1]... »

FABRICII [2]. — 2, 33. Gallus Asinius disseruit... aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam...

FABRICIVS VEIENTO, VEIENTO [3]. — 14, 50. Haud dispari crimine Fabricius Veiento [4] conflictatus est, quod multa et probrosa in patres et sacerdotes composuisset iis libris, quibus nomen codicillorum dederat. Adiciebat Tullius Geminus accusator venditata ab eo munera principis... Quae causa Neroni fuit suscipiendi iudicii, convictumque Veientonem [5] Italia depulit et libros exuri iussit...

* FAENIVS POSTVMVS, v. POENIVS POSTVMVS.

FAENIVS RVFVS, RVFVS, RVFVS FAENIVS [6]. — 13, 22. Praefectura annonae Faenio [7] Rufo (Agrippinae amico; cf. 13, 21) (permittitur). — 14, 51. (Mortuo Burro) Caesar duos praetoriis cohortibus imposuerat, Faenium Rufum ex vulgi favore, quia rem frumentariam sine quaestu tractabat, Ofonium Tigellinum... Atque illi pro cognitis moribus fuere..., prospera populi et militum fama Rufus, quod apud Neronem adversum experiebatur. — 14, 57. Perculso Seneca promptum fuit Rufum Faenium [8] imminuere Agrippinae amicitiam in eo criminantibus. — 15, 50. Summum robur (C. Pisonis coniurationis) in Faenio Rufo praefecto videbatur, quem vita famaque laudatum per saevitiam impudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat, fatigabatque criminationibus ac saepe in metum adduxerat quasi adulterum Agrippinae et desiderio eius ultioni intentum. — 15, 53. Interim Piso apud

[1] V. etiam II, 37.
[2] C. Fabricius Luscinus.
[3] A. Didius Gallus Fabricius Veiento. PROSOP., D, 61.
[4] M : *aegento*. Corr. Puteolanus.
[5] M : *aegentone*. Corr. Puteolanus.
[6] L. Faenius Rufus. PROSOP., 74.
[7] M : *senio*. Corr. Orelli. — Lipsius : *Fenio*.
[8] M : *fenium*. Corr. Orelli.

Digitized by Google

aedem Cereris opperiretur, unde eum praefectus Faenius et ceteri accitum ferrent in castra... — 15, 58. Faenius quoque Rufus violenter (urgebat reos), nondum ab indicibus nominatus, et, quo fidem inscitiae pararet, atrox adversus socios. Idem Subrio Flavo adsistenti adnuentique, an inter ipsam cognitionem destringeret gladium caedemque (Neronis) patraret, renuit... — 15, 61. Tradit Fabius Rusticus... tribunum (missum a Nerone ad Senecam, ut ei mortem indiceret)... flexisse ad Faenium praefectum et, expositis Caesaris iussis, an obtemperaret interrogavisse, monitumque ab eo ut exsequeretur. — 15, 66. Militaris quoque conspiratio non ultra fefellit, accensis indicibus ad prodendum Faenium Rufum, quem eumdem conscium et inquisitorem non tolerabant. Ergo instanti minitantique renidens Scaevinus... Non vox adversum ea Faenio[1] non silentium, sed verba sua praepediens et pavoris manifestus..., iussu imperatoris... corripitur vinciturque. — 15, 68. At non Faenio Rufo par animus, sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit. — 16, 12. P. Gallus eques Romanus, quod Faenio[2] Rufo intimus et (L. Antistio) Veteri non alienus fuerat, aqua atque igni prohibitus est.

FAIANIVS[3]. — 1, 73. Haud pigebit referre in Faianio et Rubrio, modicis equitibus Romanis praetemptata (maiestatis crimina). Faianio obiciebat accusator, quod inter cultores Augusti... Cassium quemdam mimum .. adscivisset, quodque venditis hortis...

* FALANIVS, v. FAIANIVS.

FANVM FORTVNAE. — III, 50. Exercitus ducesque (Flaviani) ad Fanum Fortunae iter sistunt, de summa rerum cunctantes. .

FAVONII[4]. — 16, 22. (Cossutianus Capito Paetum Thraseam incusat) « Ista secta (Stoicorum) Tuberones et Favonios, veteri quoque reipublicae ingrata nomina, genuit. »

FAVSTVS SVLLA, v. CORNELIVS SVLLA *(B)*.

FEBRVARIVS. — I, 27. Octavo decimo kalendas Februarias.

[1] M : *faenius*.
[2] M : *fenio*. Corr. Orelli.
[3] Prosor., 80. Sic Mediceus Cf. Hübner, *Ephem. epig.*, 2, 66. Editores *Falanius*.
[4] Intellegendus est M. Favonius, M. Catonis Vticensis amicus.

Digitized by Google

FECVNDITAS. — 15. 23. (Ob puerperium Poppaeae Neronis uxoris) templum .. Fecunditati[1] (decretum a senatu).

* FENIVS RVFVS, v. FAENIVS RVFVS.

FENNI. — *G.* 46. Peucinorum Venetorumque et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam, dubito... Veneti..., quidquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant ...Fennis mira feritas, foeda paupertas...

FERENTINVM OPPIDVM[2]. — 15, 53. (Flavius Scaevinus unus e C. Pisonis sociis) pugionem templo Salutis sive, ut alii tradidere, Fortunae Ferentino[3] in oppido detraxerat (occidendo Neroni).

FERENTINVM MVNICIPIVM[4]. — II, 50. Origo (Othoni principi) e municipio Ferentino[5].

FERONIA. — III, 76. L. Vitellius positis apud Feroniam castris excidio Tarracinae imminebat.

FESTVS. — II, 59. Festus (cohortis praefectus, ex amicis Lucceii Albini utriusque Mauretaniae procuratoris, opprimitur).

FESTVS, v. VALERIVS FESTVS.

FIDENA, FIDENAE[6]. — 4, 62. Coepto apud Fidenam amphitheatro, Atilius quidam..., quo spectaculum gladiatorum celebraret... — III, 79. Ceteri (equites Flaviani) foeda fuga consternantur, non ultra Fidenas secutis victoribus.

FIRMIVS CATVS, CATVS, CATVS FIRMIVS. — 2, 27. Firmius Catus senator, ex intima Libonis amicitia iuvenem... impulit... — 2, 30. Accesserant praeter Trionem et Catum accusatores Fonteius Agrippa et C. Vibius... — 4, 31. Eadem poena (deportatio in insulam) in Catum Firmium senatorem statuitur, tamquam falsis maiestatis criminibus sororem petivisset. Catus, ut

[1] Andresen, *De codicibus Med. Ann. Tac.*, p. 19, testatur pro *fecunditati* legendum esse *fecunditatis*. « Iam *fecunditas* desinit esse dea. Cf. 1, 14 : *aram adoptionis;* IV, 74 : *aram clementiae*. etc. »

[2] In Latio situm; cf. Nipperdey-Andresen.

[3] **M** : *frentano*. Corr. Cluverius.

[4] Ferentium, Etruriae oppidum. Cf. Nipperdey-Andresen.

[5] **M** : *ferentio*. Corr. dett. et ed. pr.

[6] « Magis solitus est numerus pluralis. Cf. *Hist.*, III, 79; Horat., *Epp.* I, 11, 8; Liv., II, 19; Suet., *Tib.*, 40. Singularis tamen etiam apud Verg., *Aen.*, VI, 773; Sil., XV, 91. Graeci quoque fluctuarunt inter formam Φιδήνη, et Φιδῆναι. » (Orelli.) Adfert Nipperdey-Andresen alium singularis exemplum, Plin., *h. n.* XVI, 4, 11.

Digitized by Google

rettuli, Libonem inlexerat insidiis, deinde indicio perculerat[1]...

FLACCVS HORDEONIVS, FLACCVS, v. HORDEONIVS FLACCVS.

FLACCVS POMPONIVS, FLACCVS, v. POMPONIVS FLACCVS.

FLACCVS VESCVLARIVS, v. VESCVLARIVS FLACCVS.

* T. FLAVIANVS, v. TAMPIVS FLAVIANVS.

FLAMINIA VIA, VIA FLAMINIA[2].— 3, 9. Piso... relictis ...apud Anconam navibus per Picenum ac mox Flaminiam viam... — 13, 47. Pons Mulvius in eo tempore celebris nocturnis inlecebris erat, ventitabatque illuc Nero... Igitur regredienti per viam Flaminiam compositas insidias fatoque vitatas, quoniam diverso itinere Sallustianos in hortos remeaverit... — I, 86. Paranti expeditionem Othoni campus Martius et via Flaminia iter belli (inundatione Tiberis erat) obstructum. — II, 64. Vitellius... vocatum per epistulas (Cornelium Dolabellam) vitata Flaminiae viae celebritate devertere Interamnam atque ibi interfici iussit. — III, 79. Antonius (Primus) per Flaminiam (viam) ad Saxa rubra... venit. — III. 82. Pars (exercitus Flaviani)... Flaminia via, pars iuxta ripam Tiberis incessit ; tertium agmen Salariam...

FLAVIA DOMVS. — II, 101. Scriptores temporum, qui potiente rerum Flavia domo monimenta belli huiusce composuerunt...

FLAVIANVS, v. TAMPIVS FLAVIANVS.

FLAVIANVS, A ; FLAVIANI (subst). — II, 67. (Praetoriani a Vitellio dimissi) arma ad tribunos suos deferebant, donec motum a Vespasiano bellum crebresceret ; tum resumpta militia robur Flavianarum partium fuere. — III, 1. Meliore fato fideque partium Flavianarum duces consilia belli tractabant. — III, 7. Principia belli secundum Flavianos data .. — III, 9. Flavianarum partium duces... pro Vespasiano magnifice, pro causa fidenter... (Caecinae litteris rescripsere). — III, 13. (Caecina proditionem coeptante milites indignabantur)... « Integros incruentosque, Flavianis quoque partibus viles, quid dicturos reposcentibus aut prospera aut adversa ? » — III, 19. Inumbrante vespera universum Flaviani exercitus robur advenit... — III, 22. At Vitellia-

[1] V. etiam 2, 32 : Bona inter accusatores dividuntur et praeturae extra ordinem datae iis, qui senatorii ordinis erant.

[2] A C. Flaminio cens. a. 534 = 220 munita.

Digitized by Google

nus exercitus... tertia ferme noctis hora paratis iam dispositisque Flavianis impingitur. — III, 23. Flavianis aequior a tergo (luna)... — III, 27. Primo sagittis saxisque eminus certabant, maiore Flavianorum pernicie, in quos tela desuper librabantur... — III, 37. (Vocatis a Vitellio post Caecinae proditionem patribus), nulla in oratione cuiusquam erga Flavianos duces obtrectatio... — III, 59. Haud dubium erga Flavianas partes studium tam pavidus Vitellii discessus addidit [1]... Fortuna... quae Flavianis ducibus non minus saepe quam ratio adfuit. — III, 62. Flavianus exercitus immane quantum *aucto* animo exitium (Fabii) Valentis ut finem belli accepit. — III, 63. Flavianus exercitus, ut ad proelium intentus ornatusque, densis circa viam ordinibus adstiterat ; accepti in medium Vitelliani... — III, 69. (Flavius) Sabinus... misso per neglecta ad Flavianos duces nuntio, qui circumsideri ipsos... nuntiaret. — III, 82. Proelia ante urbem multa et varia, sed Flavianis consilio ducum praestantibus saepius prospera... Concurrere et in campo Martio infestae acies ; pro Flavianis fortuna et parta totiens victoria [2]...

* FLAVIVS, v. FLAVVS *(A* et *B)*.

(T. FLAVIVS) DOMITIANVS, v. DOMITIANVS.

FLAVIVS NEPOS. — 15, 71. Exuti dehinc (oppressa Pisonis coniuratione) tribunatu (praetoriarum cohortium)... Flavius Nepos... quasi principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur.

FLAVIVS SABINVS, SABINVS [3]. — I, 46. Omnia (post caedem Galbae) arbitrio militum acta... Vrbi Flavium Sabinum praefecere, iudicium Neronis secuti, sub quo eamdem curam obtinuerat, plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. — II, 55. Vt cessisse Othonem et a Flavio Sabino praefecto urbis, quod erat in urbe militum, sacramento Vitellii adactum certi auctores... attulerunt... — II, 63. (Cornelius) Dolabella (in coloniam Aquinatem sepositus) audita morte Othonis urbem introierat. Id ei

[1] In hoc capite Ritter[2] pro *conflictatus exercitus* scripsit *conflictatus Flavianus exercitus*.

[2] V. etiam II, 79-83, 85, 86, 96, 98, 99 ; III, 2-6, 8, 10, 11, 15-18, 20, 21, 24-26 28-33, 35, 42, 43, 49-54, 56-61, 64, 66, 70, 71, 73, 76-81, 83-86 ; IV, 1, 2, 11, 38, 46, 68.

[3] Prosop., 231.

Digitized by Google

Plancius Varus... apud Flavium Sabinum praefectum urbis obiecit... Cunctantem super tanta re Flavium Sabinum Triaria L. Vitellii uxor... terruit... Sabinus suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu et in alieno discrimine sibi pavens, ne adlevasse videretur, impulit ruentem. — II, 99. Credidere plerique Flavii Sabini consiliis concussam (Alieni) Caecinae mentem, ministro sermonum Rubrio Gallo : rata apud Vespasianum fore pacta transitionis. — III, 59. Flavio quoque Sabino ac Domitiano patuisse effugium (ex urbe) multi tradidere... Sabinus inhabilem labori et audaciae valetudinem causabatur. — III, 64. At primores civitatis Flavium Sabinum praefectum urbis secretis sermonibus incitabant, victoriae famaeque partem capesseret... « Id Sabino convenire, ut imperium fratri reservaret ; id Vespasiano, ut ceteri post Sabinum haberentur. » — III, 65. Flavius Sabinus aetate prior privatis utriusque rebus auctoritate pecuniaque Vespasianum anteibat, et credebatur adfectam eius fidem parce iuvisse domo agrisque pignori acceptis... Cum Vitellio... de pace ponendisque per condicionem armis... in aede Apollinis, ut fama fuit (pepigit)... Vultus procul visentibus notabantur, Vitellii proiectus et degener, Sabinus non insultans et miseranti propior. — III, 68. Praevenerat rumor eiurari ab (Vitellio) imperium scripseratque Flavius Sabinus cohortium tribunis, ut militem cohiberent. — III, 69. Primores senatus et plerique equestris ordinis omnisque miles urbanus et vigiles domum Flavii Sabini complevere... Circa lacum Fundani descendentibus, qui Sabinum comitabantur, armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum... Sabinus, re trepida, quod tutissimum e praesentibus, arcem Capitolii insedit... Concubia nocte suos liberos Sabinus et Domitianum fratris filium in Capitolium accivit, misso per neglecta ad Flavianos duces nuntio. — III, 70. Luce prima Sabinus... Cornelium Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit cum mandatis et questu, quod pacta turbarentur... — III, 71. Ambustas... Capitolii fores penetrassent, ni Sabinus revulsas undique statuas .. in ipso aditu vice muri obiecisset. — III, 73. Flavium Sabinum inermem neque fugam coeptantem circumsistunt. — III, 74. Sabinus et (Quintius) Atticus onerati catenis et ad Vitellium ducti nequaquam infesto sermone vultuque excipiuntur... Sordida pars plebis supplicium Sabini exposcit... Con-

Digitized by Google

fossum conlaceratumque et absciso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. — III, 75. Quinque et triginta stipendia in re publica fecerat... Septem annis quibus Moesiam, duodecim quibus praefecturam urbis obtinuit... Quod inter omnes constiterit, ante principatum Vespasiani decus domus penes Sabinum erat. — III, 78. Quidam omnium id ducum (Flavianorum) consilium fuisse (tradunt), ostentare potius urbi bellum quam inferre..., sed cuncta festinatione, deinde ignavia Sabini corrupta, qui sumptis temere armis munitissimam Capitolii arcem... adversus tres cohortes tueri nequivisset. — III, 79. Antonius (Primus)... ad Saxa Rubra multo iam noctis... venit. Illic interfectum Sabinum, conflagrasse Capitolium... accepit. — III, 81. Vitellio rescriptum (ab Antonio) Sabini caede et incendio Capitolii dirempta belli commercia. — III, 85. (Flaviani milites Vitellium) postremo ad Gemonias, ubi corpus Flavii Sabini iacuerat, propulere. — IV, 47. Funus... censorium Flavio Sabino ductum.

FLAVIVS SABINVS[1]. — I, 77. Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere, Caelio ac Flavio Sabinis in (kalendas) Iulias..., quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit. — II, 36. Dein Flavium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copiis misit, quibus (Marcius) Macer praefuerat. — II, 51. Concedentibus ad victorem per Flavium Sabinum iis copiis, quibus praefuerat.

* C. FLAVIVS SABINVS, v. CALAVIVS SABINVS.

FLAVIVS SCAEVINVS, SCAEVINVS[2]. — 15, 49. Flavius Scaevinus et Afranius Quintianus, uterque senatorii ordinis, contra famam sui principium tanti facinoris (coniurationis C. Pisonis) capessivere. Nam Scaevino dissoluta luxu mens et proinde vita somno languida... — 15, 53. Primas sibi partes (in occidendo Nerone) expostulante Scaevino, qui pugionem templo Salutis sive, ut alii tradidere, Fortunae Ferentino in oppido detraxerat gestabatque velut magno operi sacrum. — 15, 54. Proditio coepit e domo Scaevini, qui pridie insidiarum... testamentum obsignavit..., pugionem. . asperari saxo... iussit... — 15, 55. (Scaevinus) incusat (apud Neronem libertum suum Milichum)... tanta vocis

[1] T. Flavius Sabinus. Prosop., 233. Cf. 232.
[2] Vulg. ex dett. : *Saevinus*.

Digitized by Google

ac vultus securitate, ut labaret indicium, nisi Milichum uxor admonuisset Antonium Natalem multa cum Scaevino ac secreta conlocutum et esse utrosque C. Pisonis intimos. — 15, 56. Tum cognito Natalis indicio Scaevinus quoque pari imbecillitate an cuncta iam patefacta credens... edidit ceteros. — 15, 59. Fuere qui, prodita coniuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Scaevinus, hortarentur Pisonem... — 15, 66. Instanti minitantique (Faenio Rufo) renidens Scaevinus neminem ait plura scire quam ipsum hortaturque ultro, redderet tam bono principi vicem. — 15, 70. Senecio posthac et Quintianus et Scaevinus non ex priore vitae mollitia... periere. — 15, 71. Caedicia uxor Scaevini... Italia (prohibetur). — 15, 74. (Decretum est)... ut... templum Saluti exstrueretur eo loci..., ex quo Scaevinus ferrum prompserat. — 16, 18. (Tigellinus) amicitiam Scaevini (T.) Petronio obiectans.

(T.) FLAVIVS VESPASIANVS pater, v. VESPASIANVS.

T. (FLAVIVS) VESPASIANVS filius, v. TITVS.

FLAVVS *(A)*[1]. — 2, 9. Erat. . in exercitu (Germanici frater Arminii) cognomento Flavus, insignis fide et amisso per vulnus oculo paucis ante annis duce Tiberio... Flavus aucta stipendia, torquem et coronam aliaque militaria dona memorat (Arminio). — 2, 10... Ni Stertinius... plenum irae armaque et equum poscentem Flavum adtinuisset. — 11, 16 (Italico) paternum... genus e Flavo fratre Arminii... (Eius inimici loquuntur) : « Adeo neminem isdem in terris ortum, qui principem locum impleat, nisi exploratoris Flavi[2] progenies super cunctos attollatur? »

FLAVVS *(B)*[3]. — II, 94. Contionante Vitellio postulantur ad supplicium Asiaticus et Flavus et Rufinus duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent. Nec coercebat eius modi voces Vitellius...

FLEVVM. — 4, 72. Olennius infensos (Frisios) fuga praevenit, receptus castello, cui nomen Flevum; et haud spernenda illic civium sociorumque manus litora Oceani praesidebat.

FLORA. — 2, 49. (Tiberius) dedicavit... iuxta circum maximum..., aedem Florae ab L. et M. Publiciis aedilibus constitutam.

[1] Vulg. : *Flavius.*
[2] M : *flabii.* Corr. Orelli.
[3] Vulg. : *Flavius.*

Digitized by Google

FLORENTINI. — 1, 79. Orantibus Florentinis, ne Clanis solito alveo demotus in amnem Arnum transferretur.

FLORVS, v. IVLIVS FLORVS.

*M. FOLIVS, v. M. LOLLIVS *(A)*.

FONTEIVS AGRIPPA, AGRIPPA *(A)*. — 2, 30. Accesserant praeter Trionem et Catum accusatores (Libonis Drusi) Fonteius Agrippa et C. Vibius. — 2, 86. Rettulit Caesar capiendam virginem (Vestalem). . egitque grates Fonteio Agrippae et Domitio Pollioni, quod offerendo filias de officio in rem publicam certarent. Praelata est Pollionis filia, non ob aliud quam quod mater eius in eodem coniugio manebat; nam Agrippa discidio domum imminuerat[1].

FONTEIVS AGRIPPA[2] *(B)*.— III, 46. Fonteius Agrippa ex Asia, proconsule eam provinciam annuo imperio tenuerat, Moesiae praepositus est.

FONTEIVS CAPITO[3] *(A)*. — 4, 36. Fonteius Capito, qui pro consule Asiam curaverat, absolvitur, comperto ficta in eum crimina per Vibium Serenum.

C. FONTEIVS, FONTEIVS CAPITO, CAPITO *(B)*[4]. — 14, 1. Gaio Vipstano *C*[5]. Fonteio consulibus. — I, 7. Forte congruerat, ut Clodii Macri et Fonteii Capitonis caedes nuntiarentur... Capitonem in Germania, cum (defectionem) coeptaret, Cornelius Aquinus et Fabius Valens legati legionum interfecerant, antequam iuberentur (a Galba). Fuere qui crederent Capitonem, ut avaritia et libidine foedum ac maculosum, ita cogitatione rerum novarum abstinuisse, sed a legatis bellum suadentibus, postquam impellere nequiverint, crimen ac dolum ultro compositum... — I, 8. Fonteium Capitonem occisum, etiam qui queri non

[1] V. etiam 2, 32.

[2] C. Fonteius Agrippa. PROSOP., 309.

[3] C. Fonteius Capito. PROSOP., 311

[4] C. Fonteius Capito. Filius, ut videtur, eius qui praecedit. Diversum hunc a Fonteio Capitone legato Germaniae eiusdemque fratrem maiorem credit PROSOP., 312. Cf. 310.

[5] *C.* add. RITTER : « Tacitus ubi consules in anni principio nominat, exceptis Caesaribus, semper bina nomina posuit, numquam unum, neque causa cogitari potest ulla, cur ab illa consuetudine h. l. deficeret Sed nonne facilius est scribere cum I. Fr. Gronovio *Gaiis Vipstano Fonteio consulibus?* Taciti mos et concinnitas verborum aliter suadet; cf. 4, 1; 12, 64; 5, 1. »

Digitized by Google

poterant, tamen indignabantur... — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum attulit (Galba), nisi occisi... Fonteii Capitonis in Germania?... » — I, 52. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus hiberna legionum cum cura adierat; redditi plerisque ordines, remissa ignominia, adlevatae notae, plura ambitione, quaedam iudicio, in quibus sordes et avaritiam Fonteii Capitonis adimendis adsignandisve militiae ordinibus integre mutaverat... Fabius Valens... infensus Galbae, tamquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset. — I, 58. Exarserat in (Iulium Burdonem Germanicae classis praefectum) iracundia exercitus, tamquam crimen ac mox insidias Fonteio Capitoni struxisset. Grata erat memoria Capitonis... Interim ut piaculum obicitur centurio Crispinus : sanguine Capitonis *se* cruentaverat... — III, 62. (Fabius Valens) legatus legionis... Fonteium Capitonem corruptum, seu quia corrumpere nequiverat, interfecit. — IV, 13. (Iulium) Paulum (ex nobilissimis Batavis) Fonteius Capito falso rebellionis crimine interfecit.

FORMIANI AGRI. — 16, 10 (L. Antistius Vetus) Formianos in agros digreditur.

FORMII. — 15, 46. Gubernatores... a Formiis movere et, grav Africo, dum promunturium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti...

FORS FORTVNA. — 2, 41. Aedes Fortis Fortunae Tiberim iuxta in hortis, quos Caesar dictator populo Romano legaverat..., dicantur.

FORTVNA. — 15, 53. (Occidendo Neroni Flavius Scaevinus) pugionem templo Salutis sive, ut alii tradidere, Fortunae Ferentino in oppido detraxerat. — *O.* 23. (Loquitur Aper) « Nolo inridere rotam Fortunae et ius Verrinum... »

FORTVNA EQVESTRIS. — 3, 71. Incessit dein religio quonam in templo locandum foret donum, quod pro valetudine (Liviae) Augustae equites Romani voverant equestri Fortunae. Nam etsi delubra eius deae multa in urbe, nullum tamen tali cognomento erat. Repertum est aedem esse apud Antium, quae sic nuncuparetur...

FORTVNAE. — 15, 23. (Ob puerperium Poppaeae Neronis uxoris decretum est a senatu) ut... Fortunarum effigies aureae in solio Capitolini Iovis locarentur.

Digitized by Google

FORTVNATVS. — 16, 10. Interversis patroni (L. Antistii Veteris) rebus ad accusandum transgrediens Fortunatus libertus[1].

FORVM ALIENI. — III, 6. (Duces Flaviani) Patavium et Ateste partibus adiunxere. Illic cognitum tres Vitellianas cohortes alamque... ad Forum Alieni ponte iuncto consedisse.

FORVM IVLIVM, OPPIDVM FOROIVLIENSE, COLONIA FOROIVLIENSIS, FORVM IVLII, FOROIVLIENSIVM COLONIA. — 2, 63. (Catualda)... pulsus haud multo post..., Forum Iulium, Narbonensis Galliae coloniam, mittitur. — 4, 5. Proximum... Galliae litus constratae naves praesidebant, quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Foroiuliense miserat valido cum remige. — II, 14. (Militum a Fabio Valente contra Othonianos missorum) pars in colonia Foroiuliensi retenta... — III, 43. Procurator Valerius Paulinus..., Vespasiano ante fortunam amicus, ...Foroiuliensem coloniam, claustra maris, praesidio tuebatur, eo gravior auctor, quod Paulino patria Forum Iulii. — *A*. 4. Gnaeus Iulius Agricola vetere et inlustri Foroiuliensium colonia ortus...

FOSI. — *G*. 36. Tracti ruina Cheruscorum et Fosi[2], contermina gens, adversarum rerum ex aequo socii sunt, cum in secundis minores fuissent.

FRISII. — 1, 60. Equitem (Germanici) Pedo praefectus finibus Frisiorum ducit. — 4, 72. Eodem anno Frisii, Transrhenanus populus, pacem exuere nostra magis avaritia quam obsequii impatientes... Olennius e primipilaribus regendis Frisiis impositus terga urorum delegit, quorum ad formam acciperentur (terga boum, quae in tributum penderent). — 4, 73. Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniae pro praetore cognitum..., utrumque exercitum Rheno devectum Frisiis intulit. — 11, 19. Natio Frisiorum, post rebellionem clade L Apronii coeptam infensa aut male fida, datis obsidibus consedit apud agros a Corbulone descriptos; idem senatum, magistratus, leges imposuit, ac ne iussa exuerent, praesidium immunivit. — 13, 54. Frisii iuventutem saltibus aut paludibus, imbellem aetatem per lacus admovere ripae agrosque vacuos et militum usui sepositos

[1] V. etiam 16, 11.
[2] **A** : *fusi;* **B** : *fusi* (sed *o* sup. *i* scriptum); **C** : *fosi.*

Digitized by Google

insedere, auctore Verrito et Malorige, qui nationem eam regebant... Duvius Avitus,... minitando vim Romanam, nisi abscederent Frisii[1] veteres in locos aut novam sedem a Caesare impetrarent, perpulit Verritum et Malorigem preces suscipere... Nero civitate Romana ambos donavit, Frisios decedere agris iussit, atque illis aspernantibus auxiliaris eques repente immissus necessitatem attulit. — IV, 15. (Brinno Canninefas) accitis Frisiis, Transrhenana gens est, duarum cohortium hiberna... inrumpit. — IV, 16 (Iulius Civilis) Canninefates, Frisios, Batavos propriis cuneis componit. — IV, 18. Praefectus alae Batavorum Claudius Labeo... in Frisios avehitur. — IV, 56. Claudius Labeo, quem captum et extra commeatum amandatum in Frisios diximus... — IV, 79. Flagrantissima cohortium (Civilis)... e Chaucis Frisiisque composita...— *G.* 34. Angrivarios et Chamavos... a fronte Frisii excipiunt. Maioribus minoribusque Frisiis vocabulum est ex modo virium. Vtraeque nationes usque ad Oceanum Rheno praetexuntur... — 35. Chaucorum gens, quamquam incipiat a Frisiis... — *A.* 28. (Vsipi desertores Britannici exercitus) pro praedonibus habiti, primum a Suebis, mox a Frisiis intercepti sunt.

FRISIVM NOMEN. — 4, 74. Clarum inde inter Germanos Frisium nomen.

FVCINVS LACVS. — 12, 56. Sub idem tempus inter lacum Fucinum amnemque Lirim perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viseretur, lacu in ipso navale proelium adornatur (a Claudio).

FVFIVS GEMINVS, FVFIVS[2]. — 5, 1. Rubellio et Fufio[3] consulibus, quorum utrique Geminus cognomentum erat. — 5, 2. Tiberius... per litteras... honores... memoriae (Liviae) ab senatu large decretos... imminuit..., Fufium consulem oblique perstringens. Is gratia Augustae floruerat, aptus adliciendis feminarum animis. Dicax idem et Tiberium acerbis facetiis inridere solitus. — 6, 10. Necata... est anus Vitia, Fufii[4] Gemini mater, quod filii necem flevisset.

[1] Verbum *Frisii* uncis incl. Acidalius.
[2] C. Fufius Geminus. Prosop., 345.
[3] Vulg. ante Muretum : *Fusio*.
[4] M : *fugii*, corr. in *fusii*. Corr. Lipsius.

Digitized by Google

* FVLCINIVS, v. P. VINICIVS.

FVLCINIVS TRIO, TRIO[1]. — 2, 28. Iunius quidam... ad Fulcinium Trionem indicium (in Libonem Drusum) detulit. Celebre inter accusatores Trionis ingenium erat avidumque famae malae — 2, 30. Accesserant praeter Trionem et Catum accusatores Fonteius Agrippa et C. Vibius. — 3, 10. Postera die Fulcinius Trio Pisonem apud consules postulavit. Contra Vitellius ac Veranius ceterique Germanicum comitati tendebant, nullas esse partes Trioni. — 3, 13. (In causa Pisonis) Fulcinius vetera et inania orditur. — 3, 19. (Tiberius) Fulcinio suffragium ad honores pollicitus monuit, ne facundiam violentia praecipitaret. — 5, 11. Exitu anni diu aucta discordia consulum erupit. Nam Trio, facilis capessendis inimicitiis et foro exercitus, ut segnem Memmium Regulum ad opprimendos Seiani ministros oblique perstrinxerat... — 6. 4. Inter quae Haterius Agrippa consules anni prioris invasit, cur mutua accusatione intenta nunc silerent... Trio aemulationem inter collegas et, si qua discordes fecissent, melius oblitterari respondit... Sic Regulo salus et Trioni dilatio exitii quaesita. — 6, 38. Fulcinius Trio, ingruentes accusatores haud perpessus, supremis tabulis multa et atrocia in Macronem ac praecipuos libertorum Caesaris composuit, ipsi fluxam senio mentem et continuo abscessu velut exilium obiectando[2].

* FVLVIVS AVRELIVS vel AVRELIANVS, v. AVRELIVS FVLVVS.

FVLVVS AVRELIVS, v. AVRELIVS FVLVVS.

FVNDANI LACVS. — III, 69. Circa lacum Fundani descendentibus, qui (Flavium) Sabinum comitabantur, armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum...

FVNDANI MONTES. — 4, 59. Villa, cui vocabulum Speluncae, mare Amunclanum inter et Fundanos montes.

FVNISVLANVS VETTONIANVS[3]. — 15, 7. (Caesennius) Paetus... duabus legionibus, quarum quartam Funisulanus Vettonianus[4] eo in tempore... (regebat), Armeniam intrat.

[1] L. (*vel* C.) Fulcinius Trio. Prosop., 349.
[2] V. etiam 2, 32.
[3] L. Funisulanus Vettonianus. Prosop., 396.
[4] Vulg. ante Ernestium ex dett : *Vectonianus*.

Digitized by Google

FVRIAE. — 14, 30. Stabat pro litore (Britannorum) acies..., intercursantibus feminis; in modum Furiarum veste ferali, crinibus deiectis, faces praeferebant.

FVRIVM NOMEN. — 2, 52. Multos... post annos Furio nomini partum decus militiae. Nam post illum reciperatorem urbis filiumque eius Camillum penes alias familias imperatoria laus fuerat.

(M. FVRIVS) BIBACVLVS., v. BIBACVLVS.

(FVRIVS) CAMILLVS[1], v. CAMILLVS.

FVRIVS CAMILLVS, CAMILLVS[2]. — 2, 52. Furius Camillus pro consule Africae (Tacfarinatem vincit)... Hic, quem memoramus, bellorum expers habebatur; eo pronior Tiberius res gestas apud senatum celebravit; et decrevere patres triumphalia insignia, quod Camillo ob modestiam vitae inpune fuit. — 3, 20. Eodem anno Tacfarinas, quem [priore aestate] pulsum a Camillo memoravi, bellum in Africa renovat. — 3, 21. Quae postquam L. Apronio, nam Camillo successerat, comperta...

(FVRIVS) CAMILLVS SCRIBONIANVS, v. CAMILLVS SCRIBONIANVS.

FVRIVS SCRIBONIANVS, SCRIBONIANVS[3]. — 12, 52. Furius Scribonianus in exilium agitur, quasi finem principis per Chaldaeos scrutaretur. Adnectebatur crimini Vibia mater eius... Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam moverat... Neque tamen exuli longa posthac vita fuit: morte fortuita an per venenum exstinctus esset, ut quisque credidit, vulgavere.

FVRNIVS[4]. — *O.* 21. « Nec unum de populo Canutii aut Attii... de Furnio[5] et Toranio quique alii in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant. »

FVRNIVS. — 4, 52. Claudia Pulchra... postulatur accusante Domitio Afro... Crimen impudicitiae; adulterum Furnium... obiectabat... Pulchra et Furnius damnantur.

FVSCVS, v. CORNELIVS FVSCVS.

[1] Reciperatoris urbis filius

[2] M. Furius Camillus. Prosop., 400.

[3] (L. Arruntius) Camillus Scribonianus *sive* Furius Camillus Scribonianus.

[4] C. Furnius. Prosop., 414.

[5] « Locus misere corruptus .. *C. Furnium* Gronovius putavit fuisse C. F. amicum Ciceronis, a quo ad eum exstant scriptae *Ep. ad Fam.*, X, 25, 26, cuius posterioris ep-verba eum patronum nobilem fuisse demonstrant. » (Orelli-Andresen)

Digitized by Google

* FVSIVS GEMINVS, v. FVFIVS GEMINVS.

GABINIANVS[1]. — *O.* 26. (Loquitur Messalla) « Quotus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione fruitur, ut se ante Ciceronem numeret, etsi plane post Gabinianum? »

GABINVM SAXVM. — 15, 43. (Nero iusserat) aedificia... ipsa certa sui parte sine trabibus saxo Gabino Albanove solidarentur, quod is lapis ignibus impervius est.

* GAETVLI, v. GETAE.

* GAIA CAESAR, v. GAIVS CAESAR (*B*) (6, 5).

GAIANA. — IV, 15. (Brinnonis Canninefatis) pater... multa hostilia ausus Gaianarum expeditionum ludibrium impune spreverat.

GAIVS, GAIVS CAESAR *(A)*[2]. — 1, 3. Augustus... genitos Agrippa Gaium ac Lucium in familiam Caesarum induxerat, necdum posita puerili praetexta principes iuventutis appellari, destinari consules specie recusantis flagrantissime cupiverat... Gaium remeantem Armenia et vulnere invalidum mors fato propera vel novercae Liviae dolus abstulit. — 1, 53. Iulia (Augusti filia) fuerat in matrimonio Tiberii florentibus Gaio et Lucio Caesaribus. — 2, 4. Tum C. Caesar componendae Armeniae deligitur. — 2, 42. Florente C. Caesare missoque ad res Orientis, intuta Tiberii amicitia credebatur. — 3,48. (Sulpicius) Quirinius... datus... rector C. Caesari Armeniam obtinenti... (Tiberius in senatu incusavit M. Lollium), quem auctorem C. Caesari pravitatis et discordiarum arguebat. — 4, 1. (Seianus) prima iuventa C. Caesarem Divi Augusti nepotem, sectatus. — 4, 40. « Liviam, quae C. Caesari, mox Druso nupta fuerit ». — 6, 51. (Tiberius) multis aemulis conflictatus est, dum Marcellus et Agrippa, mox Gaius Luciusque Caesares viguere[3].

GAIVS, GAIVS CAESAR *(B)*, CALIGVLA, CAESAR[4]. — 1, 1. Tiberii Gaiique et Claudii ac Neronis res florentibus ipsis ob metum falsae. — 1, 32. Cassius Chaerea, mox caede C. Caesaris memoriam apud posteros adeptus. — 1, 41. Infans in castris

[1] Sex. Iulius Gabinianus. Prosop., I, 221.
[2] C. (Iulius) Caesar. Prosop., I, 141.
[3] V. etiam 3, 6, 19; 4, 71: 12, 25; I, 15.
[4] C. (Iulius) Caesar, C. Caesar Augustus Germanicus. Prosop., I, 143.

Digitized by Google

genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam adpellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur. — 1, 69. « Tamquam parum ambitiose filium ducis gregali habitu circumferat Caesaremque Caligulam appellari velit (Agrippina) » — 4, 71. Avebat animus... statim... memorare exitus, quos Latinius atque Opsius ceterique flagitii eius repertores habuere, non modo postquam C. Caesar rerum potitus est, sed incolumi Tiberio. — 5, 1. (Livia) laudata est pro rostris a C. Caesare pronepote, qui mox rerum potitus est. — 6, 3. Isdem litteris Caesar Sextium Paconianum perculit. . delectum... ab Seiano, cuius ope dolus C. Caesari pararetur. — 6, 5. Cotta Messalinus... arguitur pleraque in C. [1] Caesarem quasi incestae virilitatis... dixisse. — 6, 9. Secutae dehinc Tiberii litterae in Sex. Vistilium... Causa offensionis Vistilio fuit, seu composuerat quaedam in C. Caesarem ut impudicum, sive ficto habita fides. — 6, 20 Sub idem tempus C. Caesar, discedenti Capreas avo comes, Claudiam M. Silani filiam, coniugio accepit, immanem animum subdola modestia tegens, non damnatione matris, non exitio fratrum rupta voce... Vnde mox scitum Passieni oratoris dictum percrebruit, neque meliorem umquam servum neque deteriorem dominum fuisse. — 6, 32. (L. Vitellius) regendis provinciis prisca virtute egit. Vnde regressus et formidine C. Caesaris, familiaritate Claudii turpe in servitium mutatus... — 6, 45. Neque enim multo post supremi Tiberio consules..., nimia iam potentia Macronis, qui gratiam C. Caesaris numquam sibi neglectam acrius in dies fovebat, impuleratque post mortem Claudiae, quam nuptam ei rettuli, uxorem suam Enniam imitando amorem iuvenem inlicere pactoque matrimonii vincire, nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur; nam, etsi commotus ingenio, simulationum tamen falsa in sinu avi perdidicerat. — 6, 46. C. Caesari, forte orto sermone L. Sullam inridenti, omnia Sullae vitia et nullam eiusdem virtutem habiturum praedixit (Tiberius). — 6, 48. Arruntius... amicis, ... respondit sibi satis aetatis... An, cum Tiberius post tantam rerum experientiam vi dominationis convulsus et mutatus sit, C. Caesarem vix finita pueritia, ignarum omnium aut pessimis

[1] Nipperdey post Freinsheimium : *Gaiam*.

Digitized by Google

innutritum, meliora capessiturum Macrone duce... ? — 6, 50. Multo gratantum concursu ad capienda imperii primordia C. Caesar egrediebatur, cum repente adfertur redire Tiberio vocem ac visus... Caesar in silentium fixus a summa spe novissima exspectabat. — 11, 1. Sosibius... moneret Claudium... praecipuum auctorem (Valerium) Asiaticum interficiendi *C*[1]. Caesaris non extimuisse contione in populi Romani fateri gloriamque facinoris ultro petere. — 11. 3. (Valerius) Asiaticus, ...cum se honestius calliditate Tiberii vel impetu C. Caesaris periturum dixisset, quam quod fraude muliebri et impudico (L.) Vitellii ore caderet... — 11, 8. Mithridates, quem imperitasse Armeniis *iussuque*[2] *C.*[3] Caesaris vinctum memoravi. — 11, 29. Callistus, iam mihi circa necem *C.*[4] Caesaris narratus.— 12, 22. Claudius... (memorat Lolliam Paulinam) Memmio quondam Regulo nuptam, nam de C. Caesaris nuptiis consulto reticebat. — 12, 54. Praebuerant Iudaei speciem motus orta seditione, postquam *a C. Caesare iussi erant effigiem eius in templo locare*[5]... — 13, 1. (Iunius Silanus) segnis... adeo ut C. Caesar pecudem auream eum appellare solitus sit. — 13, 3. Etiam C. Caesaris turbata mens vim dicendi non corrupit. — 15, 72. (Nymphidius Sabinus) matre libertina ortus, quae corpus decorum inter servos libertosque principum vulgaverat, ex C. Caesare se genitum ferebat, quoniam forte quadam habitu procerus et torvo vultu erat, sive C. Caesar, scortorum quoque cupiens, etiam matri eius inlusit. — 16, 17. Neque .. multo post vim sibi attulit (Anicius Cerialis) minore quam ceteri miseratione, quia proditam C. Caesari coniurationem ab eo meminerant. — I, 16. « Sub Tiberio et Gaio et Claudio unius familiae quasi hereditas fuimus ». — I, 48. (Stupri cum uxore legati Calvisii Sabini in ipsis castrorum principiis admissi) reus Titus Vinius arguebatur. Igitur iussu C. Caesaris oneratus catenis, mox mutatione temporum dimissus... — I, 89. Sub Tiberio et Gaio tantum pacis adversa *ad* rem publicam pertinuere. — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Non ad-

[1] Add. Ruperti.
[2] Suppl. Vrlichs.
[3] Add. Heinsius.
[4] Add. Faernus.
[5] Lacunam suppl. Haase coll. *Hist.*. V. 9.

Digitized by Google

versus Divi Augusti acerrimam mentem nec adversus cautissimam Tiberii senectutem, ne contra Gaii quidem aut Claudii vel Neronis fundatam longo imperio domum exsurgimus. » — III, 68. Occultae Gaium insidiae (oppresserant). — IV, 42. « An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Gaio superstites fuerunt... » — IV, 48. Legio in Africa auxiliaque... sub Divo Augusto Tiberioque principibus proconsuli parebant. Mox C. Caesar turbidus animi ac M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam proconsuli legionem misso in eam rem legato tradidit. — IV, 68. (Mucianus) Arrecinum Clementem... praetorianis praeposuit, patrem eius sub C. Caesare egregie functum ea cura dictitans. — V, 9. (Iudaei) iussi a C. Caesare effigiem eius in templo locare arma potius sumpsere, quem motum Caesaris mors diremit. — *G.* 37. Mox ingentes C. Caesaris minae in ludibrium versae (a Germanis). — *A.* 4. Pater (Iulio Agricolae) Iulius Graecinus... studio eloquentiae sapientiaeque notus iisque ipsis virtutibus iram Gaii Caesaris meritus ; namque M. Silanum accusare iussus et, quia abnuerat, interfectus est. — 13 Agitasse Gaium Caesarem de intranda Britannia satis constat, ni velox ingenio mobili paenitentiae, et ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. — 44. Natus erat Agricola Gaio Caesare tertium consule... — *O.* 17. « Adice Tiberii tres et viginti (principatus annos), et prope quadriennium Gaii....[1] »

GALATAE. — 15, 6. Pontica et Galatarum Cappadocumque auxilia (Caesennio) Paeto (oboedire iussa sunt).

GALATIA. — 13, 35. Habiti per Galatiam Cappadociamque dilectus (supplendis Corbulonis legionibus). — II, 9. Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat.

C. GALBA, v. C. SVLPICIVS.

SERVIVS GALBA[2] *(A)*. — 3, 66. Mamercus antiqua exempla iaciens.... Servium Galbam a Catone Censorio... accusatos. — *O.* 18. (Loquitur Aper) « Servio Galbae aut C. *Laelio aut C.*

[1] V. etiam 1, 8, 33. 40. 42. 44; 2, 41, 70-72. 75; 3. 1. 12. 17; 4, 8. 12. 40. 53. 59 68; 12. 6, 42; I. 49.

[2] Ser. Sulpicius Galba, cos. a. 610 = 144.

Digitized by Google

Carboni, quosque alios merito antiquos vocaverimus ». — 25. (Loquitur Messalla) « Quod ad Servium Galbam et C. Laelium attinet, et si quos alios antiquiorum Aper agitare non destitit, non exigit defensionem, cum fatear quaedam eloquentiae eorum ut nascenti adhuc nec satis adultae defuisse[1] ».

SERVIVS GALBA, GALBA[2] *(B)*. — 3, 55. Ea arma, quis Servius Galba rerum adeptus est. — 6, 15. Ser. Galba L. Sulla consulibus. — 6, 20. Non omiserim praesagium Tiberii de Servio Galba tum consule ; quem accitum et diversis sermonibus pertemptatum postremo Graecis verbis in hanc sententiam adlocutus est : « Et tu, Galba, quandoque degustabis imperium », seram ac brevem potentiam significans... — I, 1. Initium mihi operis Servius Galba iterum, Titus Vinius consules erunt... Mihi Galba, Otho, Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti. — I, 5. Miles urbanus... postquam neque dari donativum sub nomine Galbae promissum... praeventamque gratiam intellegit apud principem a legionibus factum... Nec deerant sermones senium atque avaritiam Galbae increpantium. Laudata olim et militari fama celebrata severitas eius angebat aspernantes veterem disciplinam... Accessit Galbae vox pro republica honesta, ipsi anceps, legi a se militem, non emi. Nec enim ad hanc formam cetera erant. — 1, 6. Tardum Galbae iter et cruentum, interfectis... — I, 7. (Clodium) Macrum in Africa haud dubie turbantem Trebonius Garutianus procurator iussu Galbae (interfecerat)... Fuere qui crederent (Fonteium) Capitonem... cogitatione rerum novarum abstinuisse, sed a legatis bellum suadentibus, postquam impellere nequiverint, crimen ac dolum ultro compositum, et Galbam mobilitate ingenii, an ne altius scrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobasse... Ipsa aetas Galbae inrisui ac fastidio erat adsuetis iuventae Neronis et imperatores forma ac decore corporis, ut est mos vulgi, comparantibus. — I, 8. Germanici exercitus... tarde a Nerone desciverant, nec statim pro Galba Verginius. — I, 9. Inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec missu Galbae A. Vitellius aderat... — I, 10. Nec Vespasiano adversus Galbam votum aut animus : quippe Titum filium ad veneratio-

[1] V. etiam adnotationem ad Asinivm Pollionem (II, 6).
[2] Ser. Sulpicius Galba, Ser. Galba Imp. Caesar Augustus. Prosop., S, 723.

Digitized by Google

nem cultumque eius miserat. — I, 11. Hic fuit rerum Romanarum status, cum Servius Galba iterum, Titus Vinius consules inchoavere annum sibi ultimum, rei publicae prope supremum. — I, 12. Maturavit (superioris Germaniae legionum seditio) consilium Galbae, iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis. Non sane crebrior tota civitate sermo per illos menses fuerat, primum .., dein fessa iam aetate Galbae... Hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbae facilitas intendebat, cum apud infirmum et credulum minore metu et maiore praemio peccaretur. — I, 13. Potentia principatus divisa in Titum Vinium..., Cornelium Laconem... Nec minor gratia Icelo Galbae liberto... Neque erat Galbae ignota Othonis ac Titi Vinii amicitia. — I, 14. Sed Galba, post nuntios Germanicae seditionis..., quod remedium unicum rebatur, comitia imperii transigit. — I, 15. Igitur Galba, adprehensa Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur. — I, 16. Et Galba quidem haec ac talia, tamquam principem faceret... — I, 18. Observatum id antiquitus comitiis dirimendis non terruit Galbam, quo minus in castra pergeret, contemptorem talium ut fortuitorum, seu quae fato manent... — I, 19. Inde apud senatum non comptior Galbae, non longior quam apud militem sermo... Legati quoque (ad Germanicum exercitum mittendi), nam senatus electionem Galbae permiserat... — I, 21. Othonem... multa simul exstimulabant..., in Galbam ira .. Proinde agendum audendumque, dum Galbae auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset. — I, 22. Ptolemaeus (mathematicus)... coniectura .. et rumore senium Galbae et iuventam Othonis computantium persuaserat fore ut in imperium adscisceretur. — I, 23. (Otho) studia militum iam pridem... adfectaverat..., inserendo saepius querellas et ambiguos de Galba sermones. — I, 24. Maevius Pudens..., quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos (dividebat). — I, 26. Erumpentis seditionis indicia... quaedam apud Galbae aures praefectus Laco elusit. — I, 27. Sacrificanti pro aede Apollinis Galbae haruspex Vmbricius tristia exta et instantes insidias ac domesticum hostem praedicit. — I, 29. Ignarus interim Galba et sacris intentus fatigabat alieni iam imperii deos... Consultantibus placuit pertemptari animum cohortis, quae in Palatio stationem agebat, nec per ipsum Galbam, cuius integra auctoritas

Digitized by Google

maioribus remediis servabatur .. (Loquitur Piso) « ...Provisum adoptione videbatur ut ne post Galbam quidem bello locus esset ». — I, 30. « Galbam consensus generis humani, me Galba consentientibus vobis Caesarem dixit. » — I, 31. Legioni classicae diffidebatur, infestae ob caedem commilitonum, quos primo statim introitu trucidaverat Galba... (Tribunum Pompeium) Longinum (milites) manibus coercent exarmantque, quia non ordine militiae, sed e Galbae amicis, fidus principi suo... erat... Germanica vexilla diu nutavere..., placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam praemissos atque inde rursus longa navigatione aegros impensiore cura Galba refovebat. — I, 32. Interim Galbam duae sententiae distinebant... — I, 33. Festinandum ceteris videbatur... Non exspectandum ut compositis castris forum invadat (Otho) et prospectante Galba Capitolium adeat... — I, 34. Nec diutius Galba cunctatus speciosiora suadentibus accessit... Occisum in castris Othonem vagus primum et incertus rumor... Multi arbitrabantur compositum auctumque rumorem mixtis iam Othonianis, qui ad evocandum Galbam laeta falso vulgaverint.— I, 35. Equitum plerique ac senatorum... ruere intus ac se Galbae ostentare... Donec inopia veri et consensu errantium victus sumpto thorace Galba inruenti turbae neque aetate neque corpore resistens sella levaretur... Iulius Atticus speculator, cruentum gladium ostentans, occisum a se Othonem exclamavit, et Galba : « Commilito, inquit, quis iussit? » — I, 36. (Milites) in suggestu, in quo paulo ante aurea Galbae statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis (circumdant). — I, 37. (Loquitur Otho apud milites) « Poena mea et supplicium vestrum simul (postulantur)... ; et cuius lenitatis est Galba, iam fortasse promisit, ut qui nullo exposcente tot milia innocentissimorum militum trucidaverit. Horror animum subit, quotiens recordor feralem introitum et hanc solam Galbae victoriam... » — I, 38. « Ac ne qua saltem in successore Galbae spes esset, accersit ab exilio, quem tristitia et avaritia sui simillimum iudicabat... Nec una cohors togata defendit nunc Galbam, sed detinet... » — I, 39. Piso... egressum interim Galbam et foro adpropinquantem adsecutus erat... Agitasse Laco ignaro Galba de occidendo Tito Vinio dicitur... — I, 40. Agebatur huc illuc Galba vario turbae fluctuantis impulsu. — I, 41. Vexillarius comitatae Galbam cohortis... dereptam Galbae

Digitized by Google

imaginem solo adflixit... Iuxta Curtii lacum trepidatione ferentium Galba proiectus e sella ac provolutus est. Extremam eius vocem .. varie prodidere. — I, 43. Sempronium Densum... Centurio is praetoriae cohortis, a Galba custodiae Pisonis [1] additus... Advenere missu Othonis... in caedem (Pisonis) ardentis Sulpicius Florus. . nuper a Galba civitate donatus et... — I, 44. Nullam caedem Otho maiore laetitia excepisse.. dicitur, ...seu recordatio maiestatis in Galba, amicitiae in Tito Vinio .. animum imagine tristi confuderat... Plures quam centum viginti libellos praemium exposcentium ob aliquam notabilem illa die operam Vitellius postea invenit, omnesque conquiri et interfici iussit, non honori Galbae... — I, 45. Alium crederes senatum, alium populum : ...increpare Galbam, laudare militum iudicium... Marium Celsum consulem designatum et Galbae usque in extremas res amicum fidumque... - I, 46. Plotium Firmum... vigilibus praepositum et incoluni adhuc Galba partes Othonis secutum. — I, 48. Vinius .. Galbae amicitia in abruptum tractus. — I, 49. Galbae corpus diu neglectum et licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum dispensator Argius... humili sepultura in privatis eius hortis contexit... (Patrobius) libertus... Neronis punitus a Galba fuerat .. Hunc exitum habuit Servius Galba, tribus et septuaginta annis quinque principes prospera fortuna emensus... Vetus in familia nobilitas, magnae opes : ipsi medium ingenium... Militari laude apud Germanias floruit, pro consule Africam moderate, iam senior citeriorem Hispaniam pari iustitia continuit... — I, 50. Trepidam urbem .. novus insuper de Vitellio nuntius exterruit, ante caedem Galbae suppressus... — I, 51. Contumacia Gallorum inritati, qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem et publice donatos in ignominiam exercitus (Germanici) iactabant. — I, 52. (Fabius) Valens infensus Galbae, tamquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa (Fonteii) Capitonis consilia ingrate tulisset. — I, 53. (Alienum Caecinam) Galba quaestorem in Baetica, impigre in partes suas transgressum, legioni praeposuit, mox compertum publicam pecuniam avertisse ut peculatorem flagitari iussit... Nec deerant in exercitu (superioris Germaniae) semina

[1] Sic vulg. cum Lipsio. — **M** : *a galbae custodiae a pisonis.* — Ritter[2] : *ac Galbae custodiae* ⟨*et a Pisonis*⟩.

Digitized by Google

discordiae, quod et bello adversus Vindicem universus adfuerat nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam... Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat... — I, 55. Inferioris tamen Germaniae legiones sollemni kalendarum Ianuariarum sacramento pro Galba adactae... Primani quintanique turbidi adeo, ut quidam saxa in Galbae imagines iecerint... At in superiore exercitu quarta ac duoetvicensima legiones... ipso kalendarum Ianuariarum die dirumpunt imagines Galbae..., nullo legatorum tribunorumve pro Galba nitente... — I, 56. Quattuor centuriones duoetvicensimae legionis..., cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti vinctique... Aquilifer quartae legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam et duoetvicensimam legiones proiectis Galbae imaginibus... Missi a Vitellio ad legiones legatosque, qui descivisse a Galba superiorem exercitum nuntiarent... — I, 64, Nuntium de caede Galbae et imperio Othonis Fabius Valens in civitate Leucorum accepit. — I, 65. Veterem inter Lugdunenses *et Viennenses* discordiam proximum bellum accenderat. Multae in vicem clades, crebrius infestiusque quam ut tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur. Et Galba reditus Lugdunensium occasione irae in fiscum verterat; multus contra in Viennenses honor... Igitur Lugdunenses exstimulare (Vitellianos)... in eversionem Viennensium..., conscriptas nuper legiones in praesidium Galbae referendo. — I, 67. Inritaverant turbidum ingenium (Caecinae) Helvetii... de caede Galbae ignari et Vitellii imperium abnuentes. — I, 71. (Marius) Celsus constanter servatae erga Galbam fidei crimen confessus. — I, 72. Ophonius Tigellinus... apud Galbam Titi Vinii potentia defensus. — I, 73. Calvia Crispinilla... apud Galbam, Othonem, Vitellium inlaesa. — I, 74. Otho, revocatis quos Galba miserat, legatis, rursus ad utrumque Germanicum exercitum... specie senatus misit. — I, 77. Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere. — I, 87. (Otho) reliquos caesorum ad pontem Mulvium et saevitia Galbae in custodia habitos in numeros legionis composuerat... Aemilio Pacensi... ademptum a Galba tribunatum reddiderat. — I, 88. Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella... nullum ob crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbae monstratus. — II, 1. Titus Vespasianus, e Iudaea incolumi adhuc Galba missus a patre, cau-

Digitized by Google

sam profectionis officium erga principem et maturam petendis honoribus iuventam ferebat, sed vulgus fingendi avidum disperserat accitum in adoptionem... Corinthi... certos nuntios accepit de interitu Galbae. — II, 6. Proximo civili bello turbatis aliis (exercitibus) inconcussa (in Oriente) pax, dein fides erga Galbam. — II, 9. Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat. — II, 10. Recens Galbae principatu censuerant patres, ut accusatorum causae noscerentur. — II, 11. Septima(legio)a Galba conscripta. — II, 23. Acerrima (apud Othonianos milites) seditionum ac discordiae incitamenta, interfectores Galbae, scelere et metu vaecordes, miscere cuncta... — II, 31. Addiderat (Othoni) terrorem atque odium caedes Galbae. — II, 55. (Post nuntios victoriae Vitellii et mortis Othonis) populus cum lauru ac floribus Galbae imagines circum templa tulit, congestis iu modum tumuli coronis iuxta lacum Curtii, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. — II, 58. Lucceius Albinus (procurator) a Nerone Mauretaniae Caesariensi praepositus, addita per Galbam Tingitanae provinciae administratione... Caeso Galba in Othonem pronus... — II, 71. (Vitellius) Valerium Marinum destinatum a Galba consulem distulit... — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Cessisti etiam Galbae imaginibus ; torpere ultra.. sopor et ignavia videretur... Posse ab exercitu principem fieri sibi ipse Vitellius documento, nullis stipendiis, nulla militari fama, Galbae odio provectus. — II. 86. (Antonius Primus) tempore Neronis falsi damnatus inter alia belli mala senatorium ordinem reciperaverat. Praepositus a Galba septimae legioni (Galbianae)... Cornelius Fuscus... pro Galba dux coloniae suae eaque opera procurationem adeptus. — II, 88. Forum maxime petebant (Vitelliani milites) cupidine visendi locum, in quo Galba iacuisset. — II, 92. (Caecina et Valens) invaserant domos, hortos, opesque imperii, cum flebilis et egens nobilium turba, quos ipsos liberosque patriae Galba reddiderat, nulla principis (Vitellii) misericordia iuvarentur. — II, 97. In Africa legio cohortesque delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae, rursus iussu Vitellii militiam cepere. — II, 101. Scriptores temporum, qui potiente rerum Flavia domo monimenta belli huiusce composuerunt, curam pacis et amorem rei publicae... causas (proditionis Caecinae aliorumque) tradidere ; nobis super

Digitized by Google

insitam levitatem et prodito Galba vilem mox fidem... pervertisse... Vitellium videntur. — III, 7. Galbae imagines discordia temporum subversas in omnibus municipiis recoli iussit Antonius (Primus), decorum pro causa ratus, si placere Galbae principatus et partes revirescere crederentur. — III, 22. Vrgebatur maxime septima legio, nuper a Galba conscripta. — III, 25. Iulius Mansuetus ex Hispania, Rapaci legioni additus, impubem filium domi liquerat. Is mox adultus inter septimanos a Galba conscriptus... — III, 57. Claudius Faventinus centurio per ignominiam a Galba dimissus. — III, 62. (Fabius Valens) Galbae proditor, Vitellio fidus... — III, 68. Piso et Galba tamquam in acie cecidere. — III, 85. Vitellium infestis mucronibus coactum modo erigere os et offerre contumeliis, mox cadentes statuas suas, plerumque rostra aut Galbae occisi locum contueri... — III, 86. Imputare perfidiam non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum a Galba descivissent. — IV, 6. (Helvidius Priscus) ruina soceri in exilium pulsus, ut Galbae principatu rediit, Marcellum Eprium delatorem Thraseae accusare adgreditur... Mox dubia voluntate Galbae, multis senatorum deprecantibus, omisit Priscus. — IV, 13. Iniectae (a Fonteio Capitone Iulio) Civili catenae, missusque ad Neronem et a Galba absolutus .. — IV, 33. Vasconum lectae a Galba cohortes. — IV, 40. Referente Caesare (Domitiano) de restituendis Galbae honoribus... — IV, 42. Curtius Montanus eo usque progressus, ut post caedem Galbae datam interfectori Pisonis pecuniam a Regulo... obiectaret. — IV, 57. (Testatur apud duces Gallorum Dillius Vocula) melius Divo Iulio Divoque Augusto notos eorum animos; Galbam et infracta tributa hostiles spiritus induisse. — V, 16. (Petilius) Cerialis (memorabat)... principem Galbam sextae legionis auctoritate factum. — *A.* 6. (Agricola) electus a Galba ad dona templorum recognoscenda... — *O.* 17. « Illum Galbae et Othonis et Vitellii longum et unum annum[1]. »

GALBIANVS, A[2]. — I, 51. (Gallos, qui Vindicis partes secuti erant,) pars Galliarum, quae Rhenum accolit, easdem partes, (quas Germanicae legiones,) secuta... Galbianos (vocabat)..., fas-

[1] Praeterea II, 48 *Servios* = *Servium Galbam.*
[2] De huius adiectivi forma cf. Wölfflin, *Archiv f. lat. Lex.*, 10, p. 282.

Digitized by Google

tidito Vindice. — II, 86. At in Pannonia tertia decima legio ac septima Galbiana, dolorem iramque Bedriacensis pugnae retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere, vi praecipua Primi Antonii (septimae legionis legati). — III, 7. Vulgato *in* victoriam principia belli secundum Flavianos data legiones septima Galbiana, tertia decima Gemina... Patavium alacres veniunt... Minucius Iustus praefectus castrorum legionis septimae... — III, 10. Forte Galbianae legioni in adversa fronte valli opus cesserat... — III, 21. (Antonius Primus) sistere tertiam decimam legionem in ipso viae Postumiae aggere iubet, cui iuncta a laevo septima Galbiana patenti campo stetit...[1].

GALERIA[2]. — II, 60. (Galerium) Trachalum adversus criminantes Galeria uxor Vitellii protexit. — II, 64. Triariae (L. Vitellii uxoris) licentiam modestum e proximo exemplum onerabat, Galeria imperatoris uxor non immixta tristibus, et pari probitate mater Vitelliorum Sextilia[3]...

GALERIANVS, v. CALPVRNIVS GALERIANVS.

GALERIVS TRACHALVS, TRACHALVS[4]. — I, 90. (Otho)... adversum Vitellianas partes modeste disseruit, ...sive ipsius ea moderatio, seu scriptor orationis sibi metuens contumeliis in Vitellium abstinuit, quando... in rebus urbanis Galerii Trachali ingenio Othonem uti credebatur. Et erant qui genus ipsum orandi noscerent, crebro fori usu celebre et ad implendas populi aures latum et sonans. — II, 60. Trachalum adversus criminantes Galeria uxor Vitellii protexit.

GALILAEI. — 12, 54. Ventidio *Cumano* (procuratori)... pars provinciae (Iudaeae) habebatur, ita divisae, ut huic Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent, discordes olim et tum contemptu regentium minus coercitis odiis...

GALLI, GALLVS. — 1, 44. « Rediret legionum alumnus (Caligula) neve obses Gallis traderetur (id est Treveris ; cf. 1, 41). » — 2, 16. Noster exercitus sic incessit : auxiliares Galli Germanique in fronte... — 3, 40. Componunt Florus Belgas, Sacrovir

[1] Praeterea Ritter[2] pro *legione septima* (IV, 39) scripsit : *legione septima Galbiana.*

[2] Galeria Fundana. Prosop., 18.

[3] V. etiam II, 47, 48; III, 67, 68, 70, 84.

[4] P. Galerius Trachalus. Prosop., 16.

Digitized by Google

propiores Gallos concire. — 3, 45. Sacrovir... memorare veteres Gallorum glorias quaeque Romanis adversa intulissent. — 3, 46. Silius... clamitabat... pudendum (suis militibus), quod Germaniarum victores adversum Gallos tamquam in hostem ducerentur. — 4, 5. Praecipuum robur Rhenum iuxta, commune in Germanos Gallosque subsidium, octo legiones erant. — 11, 18. (Dux Chaucorum Gannascus) levibus navigiis praedabundus Gallorum maxime oram vastabat, non ignarus dites et imbelles esse. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Capti a Gallis sumus. Sed et Tuscis obsides dedimus et Samnitium iugum subiimus. Ac tamen, si cuncta bella recenseas, nullum breviore spatio quam adversus Gallos confectum ». — 11, 25. Soli Gallorum (Aedui) fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant. — I, 51. (Germanici exercitus) contumacia Gallorum inritati, qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem et publice donatos in ignominiam exercitus iactabant. — I, 64. (Nuntiata caede Galbae) Gallis cunctatio exempta et in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus. — I, 70. (Caecina, in Italiam) praemissis Gallorum Lusitanorumque et Britannorum cohortibus... — II, 68. Duobus militibus, altero legionis quintae, altero e Gallis auxiliaribus, per lasciviam ad certamen luctandi accensis, postquam legionarius prociderat, insultante Gallo et iis, qui ad spectandum convenerant, in studia diductis... — II, 69. Reddita (a Vitellio) civitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus et prima statim defectione inter inania belli adsumptus. — II, 93. Postremo... infamibus Vaticani locis magna pars (Vitellianorum) tetendit; ...et adiacente Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora fluminis aviditate et aestus impatientia labefacta. — III, 34. (Cremona) condita erat... ingruente in Italiam Annibale, propugnaculum adversus Gallos trans Padum agentes... — III, 72. (Capitolium) sedem Iovis Optimi Maximi... quam non Porsenna dedita urbe neque Galli capta temerare potuissent... — IV, 25. Adfluentibus auxiliis Gallorum, qui primo rem Romanam enixe iuvabant. — IV, 54. Galli sustulerant animos, eamdem ubique exercituum nostrorum fortunam rati (quam in Germania)... Captam olim a Gallis urbem; sed integra Iovis sede mansisse imperium. — IV, 57. Vocula Gallorum fraude illectus ad hostem contendit... Galli duum milium spatio distantibus campis

Digitized by Google

consedere. — IV, 58. (Contionatur apud milites Vocula) « An, si ad moenia urbis Germani Gallique duxerint, arma patriae inferetis? » — IV, 61. (Iulius Civilis) fisus Germanorum opibus et, si certandum adversus Gallos de possessione rerum foret, inclutus fama et potior. — IV, 62. Revulsae imperatorum imagines, inhonora signa, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis. — IV, 71. Petilius Cerialis... dilectus... in civitates remittit... Auxit ea res Gallorum obsequium. — IV, 73. (Idem verba facit apud Treveros Lingonasque) « Terram vestram ceterorumque Gallorum ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, sed maioribus vestris invocantibus ». — IV, 76. Civilis (censebat) opperiendas Transrhenanorum gentes... Gallos quid aliud quam praedam victoribus? et tamen, quod roboris sit, Belgas secum palam aut voto stare. — IV, 78. Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant. Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam instigantes. — *G.* 1. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus... separatur. — 2. Germaniae vocabulum recens et nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint. — 28. Validiores olim Gallorum res fuisse summus auctor Divus Iulius tradit; eoque credibile est etiam Gallos in Germaniam transgressos... Treveri et Nervii circa adfectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tamquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia Gallorum separentur. — 29. Non numeraverim inter Germaniae populos... eos, qui decumates agros exercent; levissimus quisque Gallorum et inopia audax dubiae possessionis solum occupavere. — *A.* 10. Britannia... spatio ac caelo in Orientem Germaniae... obtenditur, Gallis in meridiem etiam inspicitur. — 11. Proximi Gallis (Britanni) et similes sunt, seu durante originis vi, seu... In universum tamen aestimanti Gallos vicinam insulam occupasse credibile est... Plus tamen ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus; mox segnitia cum otio intravit... Quod Britannorum olim victis evenit. Ceteri manent quales Galli fuerunt. — 21. (Agricola) ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre .. — 32. (Loquitur Calgacus) « Nisi si Gallos et Germanos (qui in exercitu Romano sunt)... fide et adfectu teneri putatis... Recorda-

Digitized by Google

buntur Galli priorem libertatem ».— *O.* 10. (Loquitur Aper) « Quotus quisque, cum ex Hispania vel Asia, ne quid de Gallis[1] nostris loquar, in urbem venit, Saleium Bassum (poetam) requirit? »

GALLIAE, GALLIA[2]. — 1, 31. Germanicum, agendo Galliarum censui tum intentum. — 1, 33. Germanico per Gallias... census accipienti excessisse Augustum adfertur. — 1, 34. (Germanicus apud seditiosas legiones) Galliarum fidem extollit. — 1, 36. Nuntiabatur... imbutas... praeda manus (seditiosorum militum) in direptionem Galliarum erupturas. — 1, 47. (Germanicus exercitus) Galliarum opibus subnixus. — 1, 69. Pervaserat interim... fama ...infesto Germanorum agmine Gallias peti. — 1, 71. Ad supplenda exercitus (Germanici) damna certavere Galliae, Hispaniae, Italia. — 2, 5. (Reputat Germanicus) fessas Gallias ministrandis equis. — 2, 6. Missis (a Germanico) ad census Galliarum P. Vitellio et C. Antio. — 3, 40. Eodem anno Galliarum civitates ob magnitudinem aeris alieni rebellionem coeptavere. — 3, 41. Turoni.., oppressi... Aviola duce et quibusdam Galliarum primoribus, qui tulere auxilium, quo dissimularent defectionem magisque in tempore efferrent. — 3, 43. Augustodunum... Sacrovir occupaverat, *ut* nobilissimam Galliarum subolem, liberalibus studiis ibi operatam et eo pignore parentes propinquosque eorum adiungeret. — 3, 44. At Romae, non Treviros modo et Aeduos, sed quattuor et sexaginta Galliarum civitates descivisse... (creditum). — 4, 5. Proximum... Galliae litus constratae naves praesidebant, quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Foroiuliense miserat valido cum remige. — 4, 28. Adulescens (Vibius Serenus)... structas (a patre) principi insidias, missos in Galliam concitores belli index idem et testis dicebat. — 11, 23. Cum de supplendo senatu agitaretur primoresque Galliae, quae Comata appellatur, foedera et civitatem Romanam pridem adsecuti, ius adipiscendorum in urbe honorum expeterent... — 12, 39. Quondam Sugambri excisi aut in Gallias traiecti (erant). — 13, 53. (L. Antistius) Vetus Mosellam atque *Ararim* facta inter utrumque fossa conectere parabat... Invidit operi Aelius Gracilis Belgicae legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienae provinciae inferret studiaque Galliarum adfectaret. — 14, 32. Qua clade et

[1] Schulting coni. : *Galliis*.

[2] V. etiam infra Gallia Lvgdvnensis et Gallia Narbonensis.

Digitized by Google

odiis provinciae (Britanniae)... trepidus procurator Catus (Decianus) in Galliam transiit. — 14, 39. Nec defuit Polyclitus, quo minus ingenti agmine Italiae Galliaeque gravis. . — 14, 46. Census per Gallias a Q. Volusio et Sextio Africano Trebellioque Maximo acti sunt. — 14, 57. (De Cornelio Sulla in Galliam Narbonensem amoto verba facit apud Neronem Tigellinus) « Erectas Gallias ad nomen dictatorium... » — I, 2. Galliae nutantes. — I, 8. Galliae, super memoriam Vindicis, obligatae recenti dono Romanae civitatis et in posterum tributi levamento. Proximae tamen Germanicis exercitibus Galliarum civitates non eodem honore habitae, quaedam etiam finibus ademptis, pari dolore commoda aliena ac suas iniurias metiebantur. — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum attulit (Galba), nisi occisi... Betui Chilonis in Gallia...? » — I, 51. Tum adversus Vindicem contractae legiones, seque et Gallias expertae, quaerere rursum arma novasque discordias, nec socios, ut olim, sed hostes et victos vocabant. Nec deerat pars Galliarum, quae Rhenum accolit, easdem partes secuta ac tum acerrima instigatrix adversum Galbianos. — I, 61. Fabius Valens adlicere vel, si abnuerent, vastare Gallias. . (a Vitellio) iussus. — I, 62. Instare miles (Vitellianus), arma poscere, dum Galliae trepident, dum Hispaniae cunctentur.— I, 63. Isque terror Gallias invasit, ut venienti mox (Vitelliano) agmini universae civitates cum magistratibus et precibus occurrerent... — I, 87. Otho... expensis belli consiliis, quando Poeninae Cottiaeque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur... — I, 89. Provinciali (Iulii Vindicis) bello, quod inter legiones Galliasque velut externum fuit. — II, 6. (Bellum civile) Oriens tunc primum parabat ; namque olim validissima inter se civium arma in Italia Galliave viribus Occidentis coepta. — II, 11. Transgresso iam Alpes Caecina, quem sisti intra Gallias posse speraverat (Otho). — II, 29. (Seditiosi milites Fabium Valentem) spolia Galliarum et Viennensium aurum, pretia laborum suorum, occultare (clamitantes). — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo, quoniam Galliae tumeant... — II, 57. Vitellius... reliquas Germanici exercitus vires trahebat. Pauci veterum militum in hibernis relicti, festinatis per Gallias dilectibus, ut remanentium legionum

Digitized by Google

nomina supplerentur. — II, 61. Mariccus quidam, e plebe Boiorum..., adsertor Galliarum et deus, nam id sibi indiderat, concitis octo milibus hominum proximos Aeduorum pagos trahebat. — II, 86. Sparguntur (a ducibus Flavianis) per Gallias litterae.., — II, 94. Contionante Vitellio postulantur ad supplicium Asiaticus et Flavus et Rufinus duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent.— II, 98. Deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani per Raetiam et Gallias militum et centurionum quidam... — III, 2. Antonius Primus..., festinationem ipsis (Flavianis) utilem, Vitellio exitiosam disseruit... Nec procul Germaniam, unde vires, Britanniam freto dirimi, iuxta Gallias Hispaniasque, utrimque viros, equos, tributa... — III, 13. Caecina (apud primores centurionum et paucos militum)... Vespasiani virtutem viresque partium extollit..., adversas (Vitellio) Gallias Hispaniasque... — III, 15. Britannia Galliaque et Hispania auxilia Vitellius acciverat.— III, 35. In Galliam Iulium Calenum (Aeduum) tribunum (exercitus Vitelliani)... (victores Flaviani) ostentui misere. — III, 41. (Fabius Valens) atrox consilium iniit, ut arreptis navibus in quamcumque partem Narbonensis provinciae egressus Gallias et exercitus et Germaniae gentes novumque bellum cieret. — III, 44. Cuncta ad victoris (Vespasiani) opes conversa... Nec Galliae cunctabantur. — III, 53. Antonius (Primus).,. litteras ad Vespasianum composuit :... suis exhortationibus Gallias Hispaniasque, validissimam terrarum partem, ad Vespasianum conversas. — IV, 3. Sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma, motis ad bellum Germaniis, mox Illyrico... — IV, 12. Cladis Germanicae famam nequaquam maesta civitas excipiebat,... descivisse Gallias non ut mala loquebantur. — IV, 14. (Iulius Civilis apud Batavos disserit) « ... sibi robur peditum equitumque, consanguineos Germanos, Gallias idem cupientes... » — IV, 17. (Batavi) magna per Germanias Galliasque fama libertatis auctores celebrabantur... Galliarum societatem Civilis arte donisque adfectabat, captos cohortium praefectos suas in civitates remittendo... « Prima acie fusum victumque Romanum ; quid si Galliae iugum exuant, quantum in Italia reliquum ?... Ne Vindicis aciem cogitarent :... vere... reputantibus Galliam[1] suismet viribus concidisse... Multos adhuc

[1] Wurm coniecit : *Gallias.*

Digitized by Google

in Gallia[1] vivere ante tributa genitos .. ». — IV, 18. Sic in Gallias Germaniasque intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat. — IV, 24. (Hordeonius) Flaccus... missis per Gallias, qui auxilia concirent...— IV, 25. Hordeonius exemplares omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui recitavit... — IV, 26. Dilectum tributaque Galliae aspernantes. — IV, 28. (Civilis) aliam manum Mosam amnem transire iubet, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quateret. — IV, 31. Auxilia e Gallia, quis nec amor neque odium in partes.. , statim a Vitellio desciscunt. — IV, 32. (Loquitur Civilis) « En ego praefectus unius cohortis et Canninefates Batavique, exigua Galliarum portio.. » — IV, 37. Centuriones cum epistulis ad civitates Galliarum misere (Dillii Voculae milites) auxilia ac stipendia oraturos. — IV, 49. Quidam e Vitellianis urbe profugi ostentabant Pisoni (proconsuli Africae) nutantes Gallias, paratam Germaniam... (Eumdem monet Claudius Sagitta) duo itinera audendi, seu .., seu petita navibus Gallia ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet. — IV, 54. Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum... Incesserat ...fama primores Galliarum ab Othone adversus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse, ne deessent libertati, si... — IV, 55. Iulius Sabinus (ferebat)... proaviam suam Divo Iulio per Gallias bellanti corpore atque adulterio placuisse... Certatim proclamant furere discordiis populum Romanum..., si Alpes praesidiis firmentur, coalita libertate disceptaturas Gallias, quem virium suarum terminum velint. — IV, 56. Ea primi concilii forma missique per Gallias concitores belli. — IV, 57. Obtestante Vocula... sic olim Sacrovirum et Aeduos, nuper Vindicem Galliasque singulis proeliis concidisse. — IV, 58. (Contionatur apud milites Vocula) « Bellum cum populo Romano vestris se manibus gesturum Classicus sperat imperiumque et sacramentum Galliarum ostentat. — IV, 59. Iuravere, qui aderant, pro imperio Galliarum. — IV, 60. Neque ante preces admissae, quam in verba Galliarum iurarent. — IV, 61. (Iulius Civilis) neque se neque quemquam Batavum in verba Galliarum adegit... Pauci

[1] **M** : *gallias* (*s.* del 1 m.). Wurm : *Galliis*.

Digitized by Google

centurionum tribunorumque in Gallia geniti reservantur pignus societati. — IV, 67. Resipiscere paulatim civitates...., principibus Remis, qui per Gallias edixere, ut missis legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret. — IV, 68. Igitur venientis exercitus fama et suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum civitates in Remos convenere. — IV, 69, Constat obstitisse Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio steterant... Scribuntur ad Treveros epistulae nomine Galliarum, ut abstinerent armis... — IV, 71. Petilius Cerialis .. dilectus per Galliam habitos in civitates remittit. — IV, 73. « Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur... Eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandae sedis amor, ut... fecundissimum hoc solum... possiderent ». — IV, 74. « Regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in nostrum ius concederetis ».— IV, 75. Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas... : «... Si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus civitatium suarum contentos ». — IV, 76. « Quod si statim congrediantur, nullas esse (Petilio) Ceriali nisi e reliquiis Germanici exercitus legiones, foederibus Galliarum obstrictas. — IV, 85 (Verba facit apud Domitianum Mucianus) « Si status imperii aut salus Galliarum in discrimine verteretur, debuisse Caesarem in acie stare ; Canninefates Batavosque minoribus ducibus delegandos ». — V. 19. (Civilis) diruit molem a Druso Germanico factam Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem... effudit... Alpinius Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus. — V, 23. (Civili) causa instruendae classis..., ut eo terrore commeatus Gallia adventantes interciperentur. — *G*, 5. (Germania) umidior, qua Gallias, ventosior, qua Noricum ac Pannoniam adspicit. — 27. Quae... nationes e Germania in Gallias commigraverint[1], expediam. — 37. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae Galliaeve, ne Parthi quidem saepius admonuere (Romanos quam Germani)... Nec impune C. Marius in Italia, Divus Iulius in Gallia ...eos ...perculerunt... Occasione discordiae nostrae et civilium

[1] Verba : *quae... commigraverint* delenda censet Reifferscheid. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

Digitized by Google

armorum expugnatis legionum hibernis etiam Gallias adfectavere.

(GALLIA LVGVDVNENSIS), LVGVDVNENSIS GALLIA. — I, 59. Accessere partibus (Vitellii)... Iunius Blaesus Lugudunensis Galliae rector cum Italica legione et ala Tauriana Luguduni tendentibus. — II, 59. Iunius Blaesus Lugudunensis Galliae rector.

GALLIA NARBONENSIS, NARBONENSIS GALLIA. — 2, 63. Forum Iulium, Narbonensis Galliae coloniam. — 11, 24. (Verba facit apud senatum Claudius Caesar) « Num paenitet Balbos ex Hispania nec minus insignes viros e Gallia Narbonensi (Romam) transivisse? » — 12, 23. Galliae Narbonensi ob egregiam in patres reverentiam datum, ut senatoribus eius provinciae non exquisita principis sententia, iure quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret. — 14, 57. (Cornelium) Sullam in Galliam Narbonensem nuper (amotum). — 16, 13. Dilectus per Galliam Narbonensem Africamque et Asiam habiti sunt supplendis Illyrici legionibus. — I, 48. Vinius proconsulatu Galliam Narbonensem severe integreque rexit; mox Galbae amicitia in abruptum tractus .. — I, 87. Otho... Narbonensem Galliam adgredi statuit classe valida... — II, 15. Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Galliae municipium... revertere. — II, 28. Nuntio adlato... a classe Othonis... Narbonensem Galliam circumiri... — III, 42. Marius Maturus Alpium maritimarum procurator... (Fabium) Valentem..., ne Galliam Narbonensem temere ingrederetur, monendo terruit[1].

GALLICA, VM. — 1, 57. (Segimundus) cum praesidio Gallicam in ripam missus est. — 2, 6. Rhenus (postquam velut in duos amnes divisus est)... ad Gallicam ripam latior et placidior adfluens.. — 2, 17. (Arminius) incubuerat... sagittariis, illa rupturus, ni Raetorum Vindelicorumque et Gallicae cohortes signa obiecissent. — 6, 7. Santonis, Gallica civitate. — 15, 43. Vrbis... (quae domus perierant incendio Neronis) non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim (erectae). — I, 65. Lugdunenses exstimulare (Vitellianos)... in eversionem Viennensium: ...irent ultores, exscinderent sedem Gallici belli...

[1] V. etiam NARBONENSIS provincia.

Digitized by Google

— I, 67. Helvetii, Gallica gens olim armis virisque... clara. — IV, 12. Batavi... extrema Gallicae orae vacua cultoribus... occupavere. – IV, 77. (Verba facit apud milites Petilius Cerialis) « Neque aliud excusandum habeo, quam quod vos Gallici foederis oblitos redisse in memoriam Romani sacramenti temere credidi. » — V, 26. (Loquitur Iulius Civilis) « Primo Antonio..., cuius epistulis ad bellum actus sum, ne Germanicae legiones et Gallica iuventus Alpes transcenderent. » — *G.* 28. Helvetii,... Boii, Gallica utraque gens. — 43. Cotinos Gallica... lingua coarguit non esse Germanos. — *A.* 24. Hibernia medio inter Britanniam atque Hispaniam sita et Gallico quoque mari opportuna.

GALLIO, v. IVNIVS GALLIO.

P. GALLVS[1]. — 16, 12. P. Gallus[2] eques Romanus, quod Faenio Rufo intimus et (L. Antistio) Veteri non alienus fuerat, aqua atque igni prohibitus est.

GALLVS ANNIVS, GALLVS, v. ANNIVS GALLVS.

GALLVS ASINIVS, GALLVS, v. ASINIVS GALLVS.

GALLVS, v. HERENNIVS GALLVS.

* GALVIA CRISPINILLA, v. CALVIA.

GAMBRIVII. — *G.* 2. Quidam... plures deo (Manno) ortos pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suebos, Vandilios adfirmant.

* GANDESTRIVS, v. ADGANDESTRIVS.

GANNASCVS[3]. — 11, 18. Chauci... inferiorem Germaniam incursavere duce Gannasco, qui natione Canninefas, auxiliare stipendium meritus, post transfuga, levibus navigiis praedabundus Gallorum maxime oram vastabat... At Corbulo... lintribus... hostium depressis et exturbato Gannasco... — 11, 19. Missis (a Corbulone), qui maiores Chaucos ad deditionem pellicerent, simul Gannascum dolo adgrederentur...

GARAMANTES. — 3, 74. Cornelius Scipio legatus (legionis in Africa) praefuit, qua praedatio in Leptitanos et suffugia Garaman-

[1] Omissus est in Prosop.

[2] Nipperdey-Andresen : « Auffällig ist die Verbindung des Pränomens mit dem Cognomen. Vielleicht *Rubrius Gallus*, nicht der *H*, II, 51, 99, erwähnte, aber vielleicht ein Verwandter desselben. » — Macke, IV, 14, lectionem codicis tuetur coll. similibus locis : *P. Celer, Ti. Alexander*, etc.

[3] Omissus est in Prosop.

Digitized by Google

tum. — 4, 23. Erat (Tacfarinati) praedarum receptor ac socius populandi rex Garamantum, non ut cum exercitu incederet, sed missis levibus copiis... — 4, 26. Sequebantur et Garamantum legati, raro in urbe visi, quos Tacfarinate caeso perculsa gens, sed culpae nescia, ad satisfaciendum populo Romano miserat. — IV, 50. Populus Oeensis multitudine inferior Garamantas exciverat, gentem indomitam et inter accolas latrociniis fecundam. Vnde artae Leptitanis res..., donec interventu cohortium alarumque fusi Garamantes...

(GAVGAMELA), v. PERSAE (12, 13).

(M. GAVIVS) APICIVS, v. APICIVS.

* Q. GAVIVS, v. Q. GRANIVS.

GAVIVS SILVANVS, SILVANVS[1]. — 15, 50. Adscitae sunt super Subrium et Sulpicium. . militares manus (in C. Pisonis coniurationem) Gavius Silvanus et Statius Proximus tribuni cohortium praetoriarum... — 15, 60. Haec ferre Gavius[2] Silvanus tribunus praetoriae cohortis et, an dicta Natalis suaque responsa nosceret, percontari Senecam iubetur. — 15, 61. Tradit Fabius Rusticus... tribunum... flexisse ad Faenium praefectum et expositis Caesaris (de morte Senecae) iussis, an obtemperaret, interrogavisse, monitumque ab eo, ut exsequeretur, fatali omnium ignavia. Nam et Silvanus, inter coniuratos erat... — 15, 71. E tribunis Gavius Silvanus, quamvis absolutus, sua manu cecidit.

GELDVBA. — IV, 26. Ingressis Novaesium... Nec ausi ad hostem pergere..., loco cui Gelduba nomen est, castra fecere. — IV, 32. Lectae deinde pro contione epistulae Antonii ad Civilem suspiciones militum irritavere... Mox adlatis Geldubam in castra nuntiis eadem dicta factaque... — IV, 35. Cohortes Geldubam perrexere... — IV, 36. Interim Civilis Vetera circumsedit. Vocula Geldubam atque inde Novaesium concessit. Civilis capit Geldubam[3]... — IV, 58. (Contionatur Dillius Vocula apud milites) « Tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuso totiens hoste, si pavetis aciem... »

[1] C. Gavius Silvanus. Prosop., 64. — Veteres Taciti editores : *Gaius*, *Granius*, *Gravius*. *Cranius*. Eorumdem pars pro *Silvanus* habet *Silanus* aut *Syllanus* vel *Sullanus*.

[2] **M** : *grauius*. Corr. Bekker.

[3] Verba *Civilis capit Geldubam* uncis incl. Vrlichs.

Digitized by Google

GELLIVS PVBLICOLA[1]. — 3, 67. Auxere numerum accusatorum (C. Silani) Gellius Publicola[2] et M. Paconius, ille quaestor Silani, hic legatus.

GEMINA LEGIO. - III, 7. Vulgato *in* victoriam principia belli secundum Flavianos data, legiones septima Galbiana, tertia decima Gemina cum Vedio Aquila legato Patavium alacres veniunt.

GEMINIVS. — 6, 14. Fine anni Geminius, Celsus[3], Pompeius, equites Romani, cecidere coniurationis crimine; ex quis Geminius prodigentia opum ac mollitia vitae amicus Seiano, nihil ad serium.

GEMONIAE. — 3, 14. Effigiesque Pisonis traxerant in Gemonias .. — 5, 9. Oblisis faucibus id aetatis corpora (liberorum Seiani) in Gemonias abiecta. — 6, 25. (Tiberius) iactavit... quod non laqueo strangulata neque in Gemonias proiecta foret (Agrippina). — III, 74. Confossum conlaceratumque et absciso capite truncum corpus (Flavii) Sabini in Gemonias trahunt. — III, 84. Vitellium... postremo ad Gemonias, ubi corpus Flavii Sabini iacuerat, propulere (Flaviani)... ac deinde ingestis vulneribus concidit.

GENETRIX VENVS. — 16, 27 At postera luce duae praetoriae cohortes armatae templum Genetricis[4] Veneris insedere. Aditum senatus globus togatorum obsederat non occultis gladiis... Inter quorum adspectus et minas ingressi curiam senatores.

GERELLANVS. — 15, 69. (Nero) Gerellanum[5] tribunum cum cohorte militum immittit iubetque praevenire conatus (ut ipse ferebat) consulis (Attici Vestini).

GERMANI, GERMANVS (sing. coll.). - 1, 3. Bellum (supremis Augusti temporibus) nullum nisi adversus Germanos supererat... — 1, 24. Robora Germanorum, qui tum custodes imperatori aderant. — 1, 50. Laeti neque procul Germani agitabant... Adtulerant exploratores festam eam Germanis noctem ac sollemnibus epulis ludicram. — 1, 51. Turbabantur... densis Germa-

[1] Prosop., 78.
[2] Lipsius: *Poplicola.*
[3] Editores ante Lipsium coniungebant *Geminius Celsus.*
[4] Multi editores cum dett. : *Genitricis.*
[5] Reinesius malebat : *Ceretanum.* Sed cf. Ritter ad h. l. — Ritter[2]. « Videtur fuisse C *Gerellanum.* »

Digitized by Google

norum catervis leves cohortes. — 1, 56. Germanicus... tumultuarias catervas Germanorum eis Rhenum colentium Caecinae tradit. — 1, 58. « Romanis Germanisque idem conducere probabam ...Genti Germanorum idoneus conciliator (sum) ». — 1, 59. (Testatur Arminius) cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana...; Germanos numquam satis excusaturos, quod inter Albim et Rhenum... togam viderint — 1, 64. Germani ob prospera indefessi, ne tum quidem sumpta quiete. . — 1, 65. Arminius... inrumpere Germanos iubet, clamitans... — 1, 66. Tanta inde consternatio inrupisse Germanos credentium, ut... — 1, 68. Haud minus inquies Germanus... agebat... Exim (Romani) clamore et impetu tergis Germanorum circumfunduntur. — 1, 69. Pervaserat interim circumventi exercitus fama et infesto Germanorum agmine Gallias peti. — 2, 5. (Reputat Germanicus) fundi Germanos acie et iustis locis, iuvari silvis... — 2, 11. Postero die Germanorum acies trans Visurgim stetit. — 2, 13. Incendit ea contumelia legionum iras; veniret dies,... sumpturum militem Germanorum agros... — 2, 14. (Contionabundus disserit Germanicus) non loricam Germano, non galeam... — 2, 15. Nec Arminius aut ceteri Germanorum proceres omittebant suos quisque testari... — 2, 16. Noster exercitus sic incessit; auxiliares Galli Germanique in fronte. — 2, 19. Haud perinde Germanos vulnera... quam ea species dolore et ira adfecit. — 2, 21. Nec minor Germanis animus, sed genere pugnae et armorum superabantur. — 2, 25. Fama classis amissae ut Germanos ad spem belli, ita Caesarem ad coercendum erexit — 2, 45. Deriguntur acies,... nec, ut olim apud Germanos, vagis incursibus aut disiectas per catervas; quippe longa adversum nos militia insueverant sequi signa .. — 2, 46. Maroboduus... testabatur... se duodecim legionibus petitum duce Tiberio inlibatam Germanorum gloriam servavisse. — 2, 62. Haud leve decus Drusus quaesivit inliciens Germanos ad discordias... — 3, 44. At Romae... quattuor et sexaginta Galliarum civitates descivisse, adsumptos in societatem Germanos, dubias Hispanias (creditum). — 4, 5. Praecipuum robur Rhenum iuxta, commune in Germanos Gallosque subsidium, octo legiones erant. — 4, 72. Id... apud Germanos difficilius tolerabatur, quis ingentium beluarum feraces saltus, modica domi armenta sunt. — 4, 73. Quod

Digitized by Google

peditum Germanorum inter nostros merebat. — 4, 74. Clarum inde inter Germanos Frisium nomen. — 11, 16. Primo laetus Germanis adventus (Italici regis) — 11, 17. (Italicus testabatur)... nec patrem rubori, quod fidem adversus Romanos volentibus Germanis sumptam numquam omisisset. — 13, 18. (Nero) Germanos nuper... (Agrippinae) custodes additos degredi iubet. — 13, 54. Verrito et Malorige, qui nationem (Frisiorum) regebant, in quantum Germani regnantur .. (Iidem Romae) intravere Pompeii theatrum... ; advertere quosdam cultu externo in sedibus senatorum; et quinam forent rogitantes, postquam audiverant earum gentium legatis id honoris datum, quae virtute et amicitia Romana praecellerent, nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse exclamant degrediunturque et inter patres considunt. — 15. 58. Volitabantque per fora, per domos..., pedites equitesque permixti Germanis, quibus fidebat princeps (Nero) quasi externis. — I, 52. Fabius Valens... instigare Vitellium... : « Adfore Britanniam, secutura Germanorum auxilia... » — I, 61. Addita utrique (Fabio Valenti et Alieno Caecinae) Germanorum auxilia, e quibus Vitellius suas quoque copias supplevit... — I, 68. (Helvetii) cohorte Thracum depulsi et consectantibus Germanis Raetisque per silvas... trucidati. — I, 70. (Caecina, in Italiam) praemissis Gallorum Lusitanorumque et Britannorum cohortibus et Germanorum vexillis cum ala Petriana... — I, 84. (Loquitur Otho) « Illi, quos cum maxime Vitellius in nos ciet, Germani. » — II, 22. Ingerunt desuper Othoniani pila... adversus temere subeuntes cohortes Germanorum, cantu truci et more patrio nudis corporibus super umeros scuta quatientium. — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit... Germanos, quod genus militum apud hostes (Vitellianos) atrocissimum sit, tracto in aestatem bello, fluxis corporibus, mutationem soli caelique haud toleraturos. — II, 35. Et erat insula (Pado) amne medio, in quam gladiatores (Othoniani) navibus molientes, Germani (Vitelliani) nando praelabebantur... Desilire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere foros ant comminus mergere... — II, 93. Postremo... infamibus Vaticani locis magna pars (Vitellianorum) tetendit..., et adiacente Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora fluminis aviditate et aestus impatientia labefacta. — III. 15. Simul ingens Germanorum

Digitized by Google

vis per Raetiam timebatur (a Flavianis). — III, 46. Ne externa moles utrimque ingrueret, si Dacus Germanusque diversi inrupissent .. — III, 53. Antonius (Primus)... litteras ad Vespasianum composuit..., sua constantia... intersaepta Germanorum Raetorumque auxilia... — IV, 14, (Iulius Civilis apud Batavos disserit) sibi robur peditum equitumque, consanguineos Germanos, Gallias idem cupientes... — IV, 15. Viribus cohortium abductis Vitellius e proximis Nerviorum Germanorumque pagis segnem numerum armis oneraverat. — IV, 16. Erumpentibus paulatim (defectionis Iulii Civilis indiciis), quae Germani, laeta bello gens, non diu occultaverant. — IV, 18. Illuc incubuere Germani, et fuit interim effugium legionibus... — IV. 22. Civilis... utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet. — IV, 24. (Milites Romani) fremebant emissas a Mogontiaco Batavorum cohortes, dissimulatos Civilis conatus, adsciri in societatem Germanos... — IV, 25. Mox valescentibus Germanis pleraeque (Gallorum) civitates adversum nos arma *sumpsere*... — IV, 26. Dispositae per omnem ripam stationes, quae Germanos vado arcerent. — IV, 27. Navem haud procul castris frumento gravem, cum per vada haesisset, Germani in suam ripam trahebant. Non tulit (Herennius) Gallus misitque subsidio cohortem. Auctus et Germanorum numerus... Germani multa cum strage nostrorum navem abripiunt... — IV, 29. Apud Germanos inconsulta ira; Romanus miles periculorum gnarus... — IV, 33. Civilis... veteranas cohortes et quod e Germanis maxime promptum adversus Voculam exercitumque eius mittit... Caesorum eo die in partibus nostris maior numerus et imbellior, e Germanis ipsa robora. — IV, 34. Ostentati etiam (obsessis Romanis) captivi. Ex quibus unus... clara voce gesta patefecit, confossus ilico a Germanis. — IV, 37. Loricam vallumque per fines suos Treveri struxere, magnisque in vicem cladibus cum Germanis certabant... — IV, 57. (Iulius) Classicus ac (Iulius) Tutor per speciem explorandi praegressi cum ducibus Germanorum pacta firmavere. — IV, 58. (Contionatur apud milites Vocula) « An, si ad moenia urbis Germani Gallique duxerint, arma patriae inferetis?... Et Germanorum catervas supplebitis? » — IV, 60. Ad quintum ferme lapidem coorti Germani incautum agmen adgrediuntur... Ceteri retro in castra

Digitized by Google

perfugiunt, querente sane (Iulio) Civile et increpante Germanos, tamquam fidem per scelus abrumperent. -- IV, 61. (Civilis) fisus Germanorum opibus et, si certandum adversus Gallos... foret, inclutus fama et potior... (Velaeda) virgo... late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas et augescente superstitione arbitrantur deas. Tuncque Velaedae auctoritas adolevit; nam prosperas Germanis res et excidium legionum praedixerat. — IV, 63. Transrhenanis gentibus invisa (colonia Agrippinensis)...; neque alium finem belli rebantur, quam si promiscua ea sedes omnibus Germanis foret aut... — IV, 65. (Respondent Agrippinenses Tencteris) « ...ut vobis ceterisque Germanis, consanguineis nostris, iungeremur. » — IV, 66. Pugnabaturque in angustiis ambigue, donec Germani tranatantes terga (Claudii) Labeonis invasere. — IV, 73. (Verba facit upud Treveros et Lingonas Petilius Cerialis) « Acciti (a quibusdam Gallorum) auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutem imposuerant... Eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandae sedis amor, ut relictis paludibus et solitudinibus suis fecundissimum hoc solum... possiderent. » — IV, 74. Nisi forte... Tutore et Classico regnantibus... minoribus quam nunc tributis parabuntur exercitus, quibus Germani Britannique arceantur. ». — IV, 75. Apud Germanos diversis sententiis certabatur. — IV, 76. Tutor... adfirmabat Germanos (Transrhenanos), qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere. — IV, 78. Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant, Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam instigantes. — IV, 79. Agrippinenses. . dispersos in domibus Germanos trucidaverant... Deletam cohortem (quae Tolbiaci agebat) dolo Agrippinensium, qui largis epulis vinoque sopitos Germanos clausis foribus igne iniecto cremavere. — V, 14. Germanos fluminibus suetos levitas armorum et proceritas corporum attollit. — V, 15. Germani notis vadis persultabant... Non ausi egredi paludem Germani in castra rediere... Germani prosperis feroces; Romanos pudor excitaverat. — V, 16. (Hortatur Cerialis milites) « Pauciores nuper cum pluribus certasse, ac tamen fusos Germanos, quod roboris fuerit. » — V, 17. Nec Civilis silentem struxit aciem, locum pugnae testem

Digitized by Google

virtutis ciens : « Stare Germanos Batavosque super vestigia gloriae... Ne terrerentur vario Treverici proelii eventu : suam illic victoriam Germanis obstitisse, dum omissis telis praeda manus impediunt... » Missilibus proelium incipitur, neque nostro milite paludem ingrediente et Germanis, ut elicerent, lacessentibus. — V, 18. Pulsique Germani Rhenum fuga petebant. — V, 19. (Diruta mole Drusi a Civile), velut abacto amne (Rheno), tenuis alveus insulam (Batavorum) inter Germanosque continentium terrarum speciem fecerat. — V, 20. Interim Germanorum manus Batavoduri interrumpere inchoatum pontem nitebantur. — V, 21. Vbi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna praecipites Germani in amnem aguntur. — V, 22. Animadversum id Germanis et insidias composuere. — V, 24. Potuisse tunc opprimi legiones et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos imputavit Civilis. — V, 25. Inter Batavos quoque sermones orti... « Si dominorum electio sit, honestius principes Romanorum quam Germanorum feminas tolerari. » — *G*, 2. Ipsos Germanos indigenas crediderim minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos... Quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint, ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox etiam a se ipsis invento nomine Germani vocarentur. — 16. Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est... — 27. Haec in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. — 28. Ab Osis Germanorum natione... Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt... — 30. (Chattis) multum, ut inter Germanos, rationis ac sollertiae. — 31. Aliis Germanorum populis usurpatum raro et privata cuiusque audentia apud Chattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque submittere... — 35. Chauci... populus inter Germanos nobilissimus. — 37. Regno Arsacis acrior est Germanorum libertas... Germani Carbone et Cassio et Scauro Aurelio et Servilio Caepione Cn. quoque Manlio fusis vel captis quinque simul consulares exercitus populo Romano, Varum tresque cum eo legiones etiam Caesari abstulerunt. — 38. Insigne gentis obliquare crinem nodoque substringere : sic Suebi a ceteris Germanis... separantur. — 41. (Hermunduris) solis Germanorum

Digitized by Google

non in ripa commercium, sed penitus atque in splendidissima Raetiae provinciae colonia. — 43. Cotinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos, et quod tributa patiuntur... Gotones regnantur paulo iam adductius quam ceterae Germanorum gentes. — 44. Nec arma (apud Suionas), ut apud ceteros Germanos, in promiscuo, sed clausa sub custode. — 45. Aestiorum gentes... frumenta ceterosque fructus patientius quam pro solita Germanorum inertia laborant. — 46. Peucinorum Venedorumque et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam dubito, quamquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede ac domiciliis ut Germani agunt... Venedi... inter Germanos potius referuntur, quia et domos figunt et scuta gestant et pedum usu ac pernicitate gaudent. — *A.* 32. (Loquitur Calgacus) « Nisi si Gallos et Germanos (qui in exercitu Romano sunt)... fide et adfectu teneri putatis... Recordabuntur Galli priorem libertatem ; deserent (Romanos) ceteri Germani, tam quam nuper Vsipi reliquerunt[1]. »

GERMANIAE, GERMANIA. — 1, 34. (Germanicus) praecipuis laudibus celebrans quae (Tiberius) apud Germanias... pulcherrima fecisset. — 1, 43. Germaniae populos. — 1, 46. « An Augustum fessa aetate totiens in Germanias commeare potuisse, Tiberium vigentem annis sedere in senatu... ? » — 1, 47. Validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam. — 1, 55. Arminius turbator Germaniae. — 1, 57. Anno quo Germaniae descivere. — 2, 5. (Cogitat Germanicus) integrum equitem equosque (classe vectos) per ora et alveos fluminum media in Germania fore. — 2, 6. Rhenus (postquam velut in duos amnes divisus est)... servat... nomen et violentiam cursus, qua Germaniam praevehitur. — 2, 10. Exim diversi ordiuntur... (Arminius) fas patriae, libertatem avitam, penetralis Germaniae deos... — 2, 23. (Auster) umidis Germaniae terris... validus. — 2, 24. Quanto... truculentia caeli praestat Germania... — 2, 26. (Tiberius monet Germanicum) se noviens a Divo Augusto in Germaniam missum... Relinqueret materiem Drusi fratris gloriae, qui nullo tum alio hoste non nisi apud Germanias adsequi nomen imperatorium posset. — 2, 46. Maroboduus... testabatur vaecordem Armi-

[1] V. etiam *G.* 3-15, 17-26, 33.

Digitized by Google

niam... (Varum perfidia (decepisse) magna cum Germaniae clade et ignominia sua. — 2. 73. Erant qui... Germanicum non) minus proeliatorem (quam Alexandrum fuisse contenderent), etiamsi temeritas afuerit praepeditusque sit perculsas tot victoriis Germanias servitio premere. — 2. 88. Arminius... liberator haud dubie Germaniae. — 3. 41. Visellius Varro inferioris Germaniae legatus. — 3. 46. Silius... clamitabat pudendum (suis militibus), quod Germaniarum victores adversum Gallos tamquam in hostem ducerentur. — 4. 18. C. Silius) ingentis exercitus septem per annos moderator partisque apud Germaniam triumphalibus Sacroviriani belli victor. — 4. 44. L. Domitius .. exercitu flumen Albim transcendit, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum. — 4. 67. Vltroque struebantur (a Seiano), qui monerent (Agrippinam et Neronem) perfugere ad Germaniae exercitus. — 4. 73. L. Apronio inferioris Germaniae pro praetore. — 6, 30. (Lentulus Gaetulicus ea tempestate superioris Germaniae legiones curabat..., proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus. — 11. 16. (Inimici regis Italici testantur) adimi veterem Germaniae libertatem et Romanas opes insurgere. — 11. 18. Chauci .. inferiorem Germaniam incursavere. — 11. 19. Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri praesidia cis Rhenum iuberet. — 12. 27. Isdem temporibus in superiore Germania trepidatum adventu Chattorum latrocinia agitantium. — 13. 35. Adiectaque (exercitui Corbulonis) ex Germania legio cum equitibus alariis et peditatu cohortium. — 13, 53. Quietae ad id tempus res in Germania fuerant. — 14. 38. Auxitque copias Caesar, missis (in Britanniam) ex Germania duobus legionariorum milibus, octo auxiliarium cohortibus ac mille equitibus. — 14, 57. Tigellinus... comperto... Plautum et Sullam maxime timeri (a Nerone), Plautum in Asiam, Sullam in Galliam Narbonensem nuper amotos, nobilitatem eorum et propinquos huic Orientis, illi Germaniae exercitus commemorat. — I, 6. Plena urbs exercitu insolito. Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum... opprimendis Vindicis coeptis revocaverat. — I, 7. (Fonteium) Capitonem in Germania, cum (defectionem) coeptaret... — I, 9. Inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec missu Galbae A. Vitellius aderat. —

Digitized by Google

I, 12. Pompeii Propinqui... litterae adferuntur, superioris Germaniae legiones rupta sacramenti reverentia imperatorem alium flagitare... — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum attulit (Galba), nisi occisi... Fonteii Capitonis in Germania...? » — I, 49. Servius Galba... dum vigebat aetas, militari laude apud Germanias floruit. — I, 50. De Vitellio nuntius... ante caedem Galbae suppressus, ut tantum superioris Germaniae exercitum descivisse crederetur. — I, 52. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus... — I, 53. At in superiore Germania Caecina... studia militum inlexerat... (Superior exercitus) in... sacramento (Galbae) vexillis inferioris Germaniae praeventus erat. — 1, 55. Inferioris tamen Germaniae legiones sollemni kalendarum Ianuariarum sacramento pro Galba adactae. — 1, 61. Triginta milia Caecina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio unaetvicensima fuit. — 1, 75. Insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi. — II, 16. (Corsi in verba Vitellii adacti) infirmitatem suam reputabant..., longe Germaniam viresque legionum... — II, 22. Turullius Cerialis... primipilaris et Caecinae haud alienus, quod ordines in Germania duxerat. — II, 69. Batavorum cohortes... (a Vitellio) in Germaniam remissae, principium interno simul externoque bello parantibus fatis. — II, 93. Omnisque inferioris Germaniae miles (Fabium) Valentem adsectabatur, unde primum creditur (Alieno) Caecinae fides fluitasse. — II, 97. Auxilia tamen (Vitellius) e Germania Britanniaque et Hispaniis excivit, segniter et necessitatem dissimulans. — III, 2. Antonius... festinationem ipsis (Flavianis) utilem, Vitellio exitiosam disseruit... Nec procul Germaniam, unde vires... — III, 35. In Germaniam Alpinium Montanum praefectum cohortis (in exercitu Vitelliano), quod hic Trevir (erat),... (victores Flaviani) ostentui misere. Simul transitus Alpium praesidiis occupati, suspecta Germania, tamquam in auxilium Vitellii adcingeretur. — III, 41. (Fabius Valens) atrox consilium iniit, ut arreptis navibus in quamcumque partem Narbonensis provinciae egressus Gallias et exercitus et Germaniae gentes novumque bellum cieret. — III, 46. Turbata per eosdem dies Germania... — III, 62. Pervasisse in Germanias (Vitelliani Fabium) Valentem et veteres illic novosque exercitus ciere credebant — III, 70. « Iam Hispaniis Germa-

Digitized by Google

niisque et Britannia desciscentibus (a Vitellio, se Flavium Sabinum) fratrem Vespasiani mansisse in fide ». — IV, 3. Sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma, motis ad bellum Germaniis[1], mox Illyrico... — IV, 15. Britannica auxilia, Batavorum cohortes missas in Germaniam, ut supra rettulimus, ac tum Mogontiaci agentes. — IV, 17. (Batavi) magna per Germanias Galliasque fama libertatis auctores celebrabantur. Germaniae[2] statim misere legatos auxilia offerentes... (Loquitur Iulius Civilis) : « Nuper certe caeso Quintilio Varo pulsam e Germania servitutem... » — IV, 18. Sic in Gallias Germaniasque intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat. — IV, 19. Batavorum et Canninefatium cohortes... spreto (Hordeonio) Flacco inferiorem Germaniam petivere, ut (Iulio) Civili iungerentur. — IV, 21. (Batavis) iunguntur Bructeri Tencterique et excita nuntiis Germania ad praedam famamque. — IV, 23. Illis hibernis obsideri premique Germanias Augustus crediderat. — IV, 28. At Civilem immensis auctibus universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata... Nec quievere Vbii, quo minus praedas e Germania peterent, primo impune... — IV, 31. Haec in Germania ante Cremonense proelium gesta. — IV, 39. Pars exercitus (qui Romae erat vel in Italia), in Germanias ducebatur. — IV, 49. Quidam e Vitellianis urbe profugi ostentabant Pisoni (proconsuli Africae) nutantes Gallias, paratam Germaniam. — IV, 54. Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum. — IV, 64. (Verba faciunt Tencteri apud Agrippinenses) « Redisse vos in corpus nomenque Germaniae communibus deis et praecipuo deorum Marti grates agimus ». — IV, 70. Ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniae ripam et ardua Alpium praesidiis claudere. — IV, 72. (Loquuntur milites avidi eruendae colo-

[1] M : *germanis*. Corr. Halm.

[2] Ritter : « Videtur fuisse *Germani*... Dicit Germaniae Transrhenanae gentes, non superiorem inferioremque in laeva Rheni ripa, quarum fides nondum concussa. Sed Germania Transrhenana alias apud Tacitum constanter numero singulari effertur et alter numerus provincias Romanorum Germanicas vel has et antiquam Germaniam complectitur... Germania propria immenso locorum numero singulari nominatur exceptis tamen duobus, hoc nostro et *A*. 15, neque causa cur Tacitus a numero multitudinis abstinuerit, in obscuro est. Quapropter hoc loco *Germani*, non *Germaniae*, altero *Germaniam*, non *Germanias*, ab ipsa auctoris manu esse videatur ».

Digitized by Google

niae Treverorum) « Stare in confinio Germaniae integram sedem spoliis exercituum et ducum caedibus ovantem... » — V, 14. At Civilis post malam in Treveris pugnam reparato per Germaniam exercitu... — V, 17. (Hortatur Civilis milites) « Rhenum et Germaniae deos in adspectu. . » — V, 26. (Loquitur Civilis apud Cerialem) « Arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria... » — *G.* 1. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur ; cetera Oceanus ambit. — 2. Quis porro... Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret informem terris, asperam caelo, tristem cultu aspectuque... ? ...Germaniae vocabulum recens et nuper additum... — 3. Vlixem quidam opinantur longo illo et fabuloso errore... adisse Germaniae terras. ., monumentaque et tumulos quosdam Graecis litteris inscriptos in confinio Germaniae Raetiaeque adhuc exstare. — 4. Ipse eorum opinioni accedo, qui Germaniae populos nullis.., aliarum gentium conubiis infectos .. exstitisse arbitrantur. — 5. Nec tamen adfirmaverim nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere. — 27. Quae... nationes e Germania in Gallias commigraverint[1], expediam. — 28. Credibile est etiam Gallos in Germaniam transgressos.,. Vtrum Aravisci in Pannoniam ab Osis... an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, ...incertum est. — 29. Non numeraverim inter Germaniae populos... eos, qui decumates agros exercent. — 30. Chatti... non ita effusis ac palustribus locis, ut ceterae civitates, in quas Germania patescit. — 35. Hactenus in occidentem Germaniam novimus. — 37. Eumdem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri tenent... Ducenti ferme et decem anni colliguntur : tam diu Germania vincitur. — 38 (Suebi) maiorem .. Germaniae partem obtinent. — 41. Et haec quidem pars Sueborum in secretiora Germaniae porrigitur. — 42. Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danuvio praecingitur. — *A.* 10. Britannia.,. spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur. — 13. Ni... ingentes (Gaii Caesaris) adversus Germaniam conatus frustra fuissent. — 15. Britanni agitare inter se mala servitutis... : « Ger-

[1] Verba *quae... commigraverint* delenda censet Reifferscheid. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

Digitized by Google

manias[1] excussisse iugum; et flumine, non Oceano defendi ». — 28. Cohors Vsiporum per Germanias conscripta et in Britanniam transmissa. — 39. Inerat (Domitiano) conscientia derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur. — 41. Ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent : tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi ..

GERMANICI[2]. — 14, 64 (Octavia) mori iubetur, cum iam viduam se et tantum sororem (Neronis) testaretur communesque Germanicos... cieret.

GERMANICVS (A), GERMANICVS CAESAR, CAESAR[3]. — 1, 3. (Augustus) Germanicum Druso ortum octo apud Rhenum legionibus imposuit adscirique per adoptionem a Tiberio iussit... — 1, 7. Causa praecipua (cur Tiberius in senatu cunctabundus loqueretur) ex formidine, ne Germanicus, in cuius manu tot legiones.. habere imperium quam exspectare mallet. — 1, 14. At Germanico Caesari proconsulare imperium petivit (Tiberius). — 1, 31. Magna spe fore ut Germanicus Caesar imperium alterius pati nequiret. . Duo apud ripam Rheni exercitus erant...; regimen summae rei penes Germanicum. — 1, 33. Interea Germanico per Gallias. . census accipienti excessisse Augustum adfertur. Neptem eius Agrippinam in matrimonio... habebat. Ipse Druso fratre Tiberii genitus, Augustae nepos... Drusi magna apud populum Romanum memoria... Vnde in Germanicum favor... — 1, 34. Sed Germanicus, quanto summae spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti. — 1, 35. Fuere etiam qui legatam a Divo Augusto pecuniam exposcerent, faustis in Germanicum ominibus et, si vellet imperium... Spatium fuit quo Caesar ab amicis in tabernaculum raperetur. — 1, 37. Contracta ex viatico amicorum ipsiusque Caesaris pecunia (persolvitur)... Germanicus superiorem ad exercitum profectus. — 1, 38. (Praefectus castrorum Ennius instantibus militum minis testatur) non praefectum

[1] Ritter *Germaniam* fuisse suspicatur. Cf. notam quae supra est.

[2] « Drusus der Vater des Claudius und Germanicus hatte für sich und seine Nachkommen den Beinamen Germanicus erhalten. » (Nipperdey-Andresen.)

[3] Germanicus Iulius Caesar. Prosop., I, 146.

Digitized by Google

ab iis, sed Germanicum ducem, sed Tiberium imperatorem violari. — 1, 39. Legati ab senatu regressum iam apud aram Vbiorum Germanicum adeunt .. (Seditiosi milites) nocte concubia vexillum in domo Germanici situm flagitare occipiunt..., extractum cubili Caesarem tradere vexillum intento mortis metu subigunt. Mox vagi per vias obvios habuere legatos, audita consternatione ad Germanicum tendentes... Luce demum... ingressus castra Germanicus... — 1, 40. Eo in metu arguere Germanicum omnes, quod non ad superiorem exercitum pergeret. — 1, 41. Non florentis Caesaris neque suis in castris, sed velut in urbe victa facies... Pars Agrippinae occursantes, plurimi ad Germanicum regressi. — 1, 44. Nec Caesar arcebat, quando nullo ipsius iussu penes eosdem saevitia facti et invidia erat. — 1, 45. Caesar arma, classem, socios demittere Rheno parat. — 1, 47. (Cogitabat Tiberius) resistentes... Germanico aut Druso (seditiosos milites) posse a se mitigari vel infringi. — 1, 48. At Germanicus, quamquam... parata in defectores ultione, dandum adhuc spatium ratus... — 1, 49. Mox ingressus castra Germanicus, non medicinam illud... sed cladem adpellans. . Sequitur ardorem militum Caesar. — 1, 51. Caesar... quo latior populatio foret. . Caesar advectus ad vicensimanos voce magna hoc illud tempus obliterandae seditionis clamitabat. — 1, 52. (Tiberius) bellica quoque Germanici gloria angebatur... Cunctaque, quae Germanicus indulserat, servavit etiam apud Pannonicos exercitus (Tiberius). — 1, 54. Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adiciuntur (Augustalibus sorte ductis). — 1, 55. Druso Caesare C. Norbano consulibus decernitur Germanico triumphus manente bello. — 1, 56. Germanicus quattuor legiones... Caecinae tradit... Cum quidam (Chattorum) ad Germanicum profugissent... Caesar incenso Mattio .. aperta populatus vertit ad Rhenum. — 1, 57. Germanico pretium fuit convertere agmen. — 1, 58. Caesar clementi responso... (Segesti) sedem vetere in provincia pollicetur. Exercitum reduxit nomenque imperatoris auctore Tiberio accepit. — 1, 59. (Arminius) arma in Caesarem poscens. — 1, 60. Vnde maior Caesari metus... Bructeros... L. Stertinius missu Germanici fudit. — 1, 61. Cupido Caesarem invadit solvendi suprema militibus ducique (Varo). — 1, 62. Primum exstruendo tumulo caespitem Caesar posuit... Quod Tiberio haud probatum, seu

Digitized by Google

virtutis ciens : « Stare Germanos Batavosque super vestigia gloriae... Ne terrerentur vario Treverici proelii eventu : suam illic victoriam Germanis obstitisse, dum omissis telis praeda manus impediunt... » Missilibus proelium incipitur, neque nostro milite paludem ingrediente et Germanis, ut elicerent, lacessentibus. — V, 18. Pulsique Germani Rhenum fuga petebant. — V, 19. (Diruta mole Drusi a Civile), velut abacto amne (Rheno), tenuis alveus insulam (Batavorum) inter Germanosque continentium terrarum speciem fecerat. — V, 20. Interim Germanorum manus Batavoduri interrumpere inchoatum pontem nitebantur. — V, 21. Vbi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna praecipites Germani in amnem aguntur. — V, 22. Animadversum id Germanis et insidias composuere. — V, 24. Potuisse tunc opprimi legiones et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos imputavit Civilis. — V, 25. Inter Batavos quoque sermones orti... « Si dominorum electio sit, honestius principes Romanorum quam Germanorum feminas tolerari. » — *G*, 2. Ipsos Germanos indigenas crediderim minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos... Quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint, ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox etiam a se ipsis invento nomine Germani vocarentur. — 16. Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est... — 27. Haec in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. — 28. Ab Osis Germanorum natione... Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt... — 30. (Chattis) multum, ut inter Germanos, rationis ac sollertiae. — 31. Aliis Germanorum populis usurpatum raro et privata cuiusque audentia apud Chattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque submittere... — 35. Chauci... populus inter Germanos nobilissimus. — 37. Regno Arsacis acrior est Germanorum libertas... Germani Carbone et Cassio et Scauro Aurelio et Servilio Caepione Cn. quoque Manlio fusis vel captis quinque simul consulares exercitus populo Romano, Varum tresque cum eo legiones etiam Caesari abstulerunt. — 38. Insigne gentis obliquare crinem nodoque substringere : sic Suebi a ceteris Germanis... separantur. — 41. (Hermunduris) solis Germanorum

Digitized by Google

non in ripa commercium, sed penitus atque in splendidissima Raetiae provinciae colonia. — 43. Cotinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos, et quod tributa patiuntur... Gotones regnantur paulo iam adductius quam ceterae Germanorum gentes. — 44. Nec arma (apud Suionas), ut apud ceteros Germanos, in promiscuo, sed clausa sub custode. — 45. Aestiorum gentes... frumenta ceterosque fructus patientius quam pro solita Germanorum inertia laborant. — 46. Peucinorum Venedorumque et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam dubito, quamquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede ac domiciliis ut Germani agunt... Venedi... inter Germanos potius referuntur, quia et domos figunt et scuta gestant et pedum usu ac pernicitate gaudent. — *A*. 32. (Loquitur Calgacus) « Nisi si Gallos et Germanos (qui in exercitu Romano sunt)... fide et adfectu teneri putatis... Recordabuntur Galli priorem libertatem ; deserent (Romanos) ceteri Germani, tam quam nuper Vsipi reliquerunt[1]. »

GERMANIAE, GERMANIA. — 1, 34. (Germanicus) praecipuis laudibus celebrans quae (Tiberius) apud Germanias... pulcherrima fecisset. — 1, 43. Germaniae populos. — 1, 46. « An Augustum fessa aetate totiens in Germanias commeare potuisse, Tiberium vigentem annis sedere in senatu... ? » — 1, 47. Validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam. — 1, 55. Arminius turbator Germaniae. — 1, 57. Anno quo Germaniae descivere. — 2, 5. (Cogitat Germanicus) integrum equitem equosque (classe vectos) per ora et alveos fluminum media in Germania fore. — 2, 6. Rhenus (postquam velut in duos amnes divisus est)... servat... nomen et violentiam cursus, qua Germaniam praevehitur. — 2, 10. Exim diversi ordiuntur... (Arminius) fas patriae, libertatem avitam, penetralis Germaniae deos... — 2, 23. (Auster) umidis Germaniae terris... validus. — 2, 24. Quanto... truculentia caeli praestat Germania... — 2, 26. (Tiberius monet Germanicum) se noviens a Divo Augusto in Germaniam missum... Relinqueret materiem Drusi fratris gloriae, qui nullo tum alio hoste non nisi apud Germanias adsequi nomen imperatorium posset. — 2, 46. Maroboduus... testabatur vaecordem Armi-

[1] V. etiam *G*. 3-15, 17-26, 33.

Digitized by Google

nium... (Varum) perfidia (decepisse) magna cum Germaniae clade et ignominia sua. — 2, 73. Erant qui... (Germanicum non) minus proeliatorem (quam Alexandrum fuisse contenderent), etiamsi temeritas afuerit praepeditusque sit perculsas tot victoriis Germanias servitio premere. — 2, 88. Arminius... liberator haud dubie Germaniae. — 3, 41. Visellius Varro inferioris Germaniae legatus. — 3, 46. Silius... clamitabat pudendum (suis militibus), quod Germaniarum victores adversum Gallos tamquam in hostem ducerentur. — 4, 18. (C. Silius) ingentis exercitus septem per annos moderator partisque apud Germaniam triumphalibus Sacroviriani belli victor. — 4, 44. L. Domitius... exercitu flumen Albim transcendit, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum. — 4, 67. Vltroque struebantur (a Seiano), qui monerent (Agrippinam et Neronem) perfugere ad Germaniae exercitus. — 4, 73. L. Apronio inferioris Germaniae pro praetore. — 6, 30. (Lentulus) Gaetulicus ea tempestate superioris Germaniae legiones curabat..., proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus. — 11, 16. (Inimici regis Italici testantur) adimi veterem Germaniae libertatem et Romanas opes insurgere. — 11, 18. Chauci .. inferiorem Germaniam incursavere. — 11, 19. Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri praesidia cis Rhenum iuberet. — 12, 27. Isdem temporibus in superiore Germania trepidatum adventu Chattorum latrocinia agitantium. — 13, 35. Adiectaque (exercitui Corbulonis) ex Germania legio cum equitibus alariis et peditatu cohortium. — 13, 53. Quietae ad id tempus res in Germania fuerant. — 14, 38. Auxitque copias Caesar, missis (in Britanniam) ex Germania duobus legionariorum milibus, octo auxiliarium cohortibus ac mille equitibus. — 14, 57. Tigellinus... comperto... Plautum et Sullam maxime timeri (a Nerone), Plautum in Asiam, Sullam in Galliam Narbonensem nuper amotos, nobilitatem eorum et propinquos huic Orientis, illi Germaniae exercitus commemorat. — I, 6. Plena urbs exercitu insolito. Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum... opprimendis Vindicis coeptis revocaverat. — I, 7. (Fonteium) Capitonem in Germania, cum (defectionem) coeptaret... — I, 9. Inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec missu Galbae A. Vitellius aderat. —

Digitized by Google

I, 12. Pompeii Propinqui... litterae adferuntur, superioris Germaniae legiones rupta sacramenti reverentia imperatorem alium flagitare... — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum attulit (Galba), nisi occisi... Fonteii Capitonis in Germania...? » — I, 49. Servius Galba... dum vigebat aetas, militari laude apud Germanias floruit. — I, 50. De Vitellio nuntius .. ante caedem Galbae suppressus, ut tantum superioris Germaniae exercitum descivisse crederetur. — I, 52. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus... — I, 53. At in superiore Germania Caecina... studia militum inlexerat... (Superior exercitus) in... sacramento (Galbae) vexillis inferioris Germaniae praeventus erat. — 1, 55. Inferioris tamen Germaniae legiones sollemni kalendarum Ianuariarum sacramento pro Galba adactae. — 1,61. Triginta milia Caecina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio unaetvicensima fuit. — 1, 75. Insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi. — II, 16. (Corsi in verba Vitellii adacti) infirmitatem suam reputabant..., longe Germaniam viresque legionum... — II, 22. Turullius Cerialis... primipilaris et Caecinae haud alienus, quod ordines in Germania duxerat. — II, 69. Batavorum cohortes... (a Vitellio) in Germaniam remissae, principium interno simul externoque bello parantibus fatis. — II, 93. Omnisque inferioris Germaniae miles (Fabium) Valentem adsectabatur, unde primum creditur (Alieno) Caecinae fides fluitasse. — II, 97. Auxilia tamen (Vitellius) e Germania Britanniaque et Hispaniis excivit, segniter et necessitatem dissimulans. — III, 2. Antonius... festinationem ipsis (Flavianis) utilem, Vitellio exitiosam disseruit... Nec procul Germaniam, unde vires... — III, 35. In Germaniam Alpinium Montanum praefectum cohortis (in exercitu Vitelliano), quod hic Trevir (erat),... (victores Flaviani) ostentui misere. Simul transitus Alpium praesidiis occupati, suspecta Germania, tamquam in auxilium Vitellii adcingeretur. — III, 41. (Fabius Valens) atrox consilium iniit, ut arreptis navibus in quamcumque partem Narbonensis provinciae egressus Gallias et exercitus et Germaniae gentes novumque bellum cieret. — III, 46. Turbata per eosdem dies Germania... — III, 62. Pervasisse in Germanias (Vitelliani Fabium) Valentem et veteres illic novosque exercitus ciere credebant — III, 70. « Iam Hispaniis Germa-

Digitized by Google

niisque et Britannia desciscentibus (a Vitellio, se Flavium Sabinum) fratrem Vespasiani mansisse in fide ». — IV, 3. Sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma, motis ad bellum Germaniis[1], mox Illyrico... — IV, 15. Britannica auxilia, Batavorum cohortes missas in Germaniam, ut supra rettulimus, ac tum Mogontiaci agentes. — IV, 17. (Batavi) magna per Germanias Galliasque fama libertatis auctores celebrabantur. Germaniae[2] statim misere legatos auxilia offerentes... (Loquitur Iulius Civilis) : « Nuper certe caeso Quintilio Varo pulsam e Germania servitutem... » — IV, 18. Sic in Gallias Germaniasque intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat. — IV, 19. Batavorum et Canninefatium cohortes... spreto (Hordeonio) Flacco inferiorem Germaniam petivere, ut (Iulio) Civili iungerentur. — IV, 21. (Batavis) iunguntur Bructeri Tencterique et excita nuntiis Germania ad praedam famamque. — IV, 23. Illis hibernis obsideri premique Germanias Augustus crediderat. — IV, 28. At Civilem immensis auctibus universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata... Nec quievere Vbii, quo minus praedas e Germania peterent, primo impune... — IV, 31. Haec in Germania ante Cremonense proelium gesta. — IV, 39. Pars exercitus (qui Romae erat vel in Italia), in Germanias ducebatur. — IV, 49. Quidam e Vitellianis urbe profugi ostentabant Pisoni (proconsuli Africae) nutantes Gallias, paratam Germaniam. — IV, 54. Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum. — IV, 64. (Verba faciunt Tencteri apud Agrippinenses) « Redisse vos in corpus nomenque Germaniae communibus deis et praecipuo deorum Marti grates agimus ». — IV, 70. Ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniae ripam et ardua Alpium praesidiis claudere. — IV, 72. (Loquuntur milites avidi eruendae colo-

[1] **M** : *germanis*. Corr. Halm.

[2] Ritter : « Videtur fuisse *Germani*... Dicit Germaniae Transrhenanae gentes, non superiorem inferioremque in laeva Rheni ripa, quarum fides nondum concussa. Sed Germania Transrhenana alias apud Tacitum constanter numero singulari effertur et alter numerus provinciis Romanorum Germanicas vel has et antiquam Germaniam complectitur... Germania propria immenso locorum numero singulari nominatur exceptis tamen duobus, hoc nostro et *A*. 15, neque causa cur Tacitus a numero multitudinis abstinuerit, in obscuro est. Quapropter hoc loco *Germani*, non *Germaniae*, altero *Germaniam*, non *Germanias*, ab ipsa auctoris manu esse videatur ».

Digitized by Google

niae Treverorum) « Stare in confinio Germaniae integram sedem spoliis exercituum et ducum caedibus ovantem... » — V, 14. At Civilis post malam in Treveris pugnam reparato per Germaniam exercitu... — V, 17. (Hortatur Civilis milites) « Rhenum et Germaniae deos in adspectu. . » — V, 26. (Loquitur Civilis apud Cerialem) « Arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria... » — *G.* 1. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur ; cetera Oceanus ambit. — 2. Quis porro... Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret informem terris, asperam caelo, tristem cultu aspectuque...? ...Germaniae vocabulum recens et nuper additum... — 3. Vlixem quidam opinantur longo illo et fabuloso errore... adisse Germaniae terras..., monumentaque et tumulos quosdam Graecis litteris inscriptos in confinio Germaniae Raetiaeque adhuc exstare. — 4. Ipse eorum opinioni accedo, qui Germaniae populos nullis... aliarum gentium conubiis infectos .. exstitisse arbitrantur. — 5. Nec tamen adfirmaverim nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere. — 27. Quae... nationes e Germania in Gallias commigraverint[1], expediam. — 28. Credibile est etiam Gallos in Germaniam transgressos.,. Vtrum Aravisci in Pannoniam ab Osis... an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, ...incertum est. — 29. Non numeraverim inter Germaniae populos... eos, qui decumates agros exercent. — 30. Chatti... non ita effusis ac palustribus locis, ut ceterae civitates, in quas Germania patescit. — 35. Hactenus in occidentem Germaniam novimus. — 37. Eumdem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri tenent... Ducenti ferme et decem anni colliguntur : tam diu Germania vincitur. — 38 (Suebi) maiorem .. Germaniae partem obtinent. — 41. Et haec quidem pars Sueborum in secretiora Germaniae porrigitur. — 42. Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danuvio praecingitur. — *A.* 10. Britannia... spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur. — 13. Ni... ingentes (Gaii Caesaris) adversus Germaniam conatus frustra fuissent. — 15. Britanni agitare inter se mala servitutis... : « Ger-

[1] Verba *quae... commigraverint* delenda censet Reifferscheid. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

Digitized by Google

manias[1] excussisse iugum; et flumine, non Oceano defendi ». — 28. Cohors Vsiporum per Germanias conscripta et in Britanniam transmissa. — 39. Inerat (Domitiano) conscientia derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur. — 41. Ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent : tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi ..

GERMANICI[2]. — 14, 64 (Octavia) mori iubetur, cum iam viduam se et tantum sororem (Neronis) testaretur communesque Germanicos... cieret.

GERMANICVS *(A)*, GERMANICVS CAESAR, CAESAR[3]. — 1, 3. (Augustus) Germanicum Druso ortum octo apud Rhenum legionibus imposuit adscirique per adoptionem a Tiberio iussit... — 1, 7. Causa praecipua (cur Tiberius in senatu cunctabundus loqueretur) ex formidine, ne Germanicus, in cuius manu tot legiones.. habere imperium quam exspectare mallet. — 1, 14. At Germanico Caesari proconsulare imperium petivit (Tiberius). — 1, 31. Magna spe fore ut Germanicus Caesar imperium alterius pati nequiret. . Duo apud ripam Rheni exercitus erant...; regimen summae rei penes Germanicum. — 1, 33. Interea Germanico per Gallias. . census accipienti excessisse Augustum adfertur. Neptem eius Agrippinam in matrimonio... habebat. Ipse Druso fratre Tiberii genitus, Augustae nepos... Drusi magna apud populum Romanum memoria... Vnde in Germanicum favor... — 1, 34. Sed Germanicus, quanto summae spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti. — 1, 35. Fuere etiam qui legatam a Divo Augusto pecuniam exposcerent, faustis in Germanicum ominibus et, si vellet imperium... Spatium fuit quo Caesar ab amicis in tabernaculum raperetur. — 1, 37. Contracta ex viatico amicorum ipsiusque Caesaris pecunia (persolvitur)... Germanicus superiorem ad exercitum profectus. — 1, 38. (Praefectus castrorum Ennius instantibus militum minis testatur) non praefectum

[1] Ritter *Germaniam* fuisse suspicatur. Cf. notam quae supra est.

[2] « Drusus der Vater des Claudius und Germanicus hatte für sich und seine Nachkommen den Beinamen Germanicus erhalten. » (Nipperdey-Andresen.)

[3] Germanicus Iulius Caesar. Prosop., I, 146.

Digitized by Google

ab iis, sed Germanicum ducem, sed Tiberium imperatorem violari. — 1, 39. Legati ab senatu regressum iam apud aram Vbiorum Germanicum adeunt .. (Seditiosi milites) nocte concubia vexillum in domo Germanici situm flagitare occipiunt..., extractum cubili Caesarem tradere vexillum intento mortis metu subigunt. Mox vagi per vias obvios habuere legatos, audita consternatione ad Germanicum tendentes... Luce demum... ingressus castra Germanicus... — 1, 40. Eo in metu arguere Germanicum omnes, quod non ad superiorem exercitum pergeret. — 1, 41. Non florentis Caesaris neque suis in castris, sed velut in urbe victa facies... Pars Agrippinae occursantes, plurimi ad Germanicum regressi. — 1, 44. Nec Caesar arcebat, quando nullo ipsius iussu penes eosdem saevitia facti et invidia erat. — 1, 45. Caesar arma, classem, socios demittere Rheno parat. — 1, 47. (Cogitabat Tiberius) resistentes... Germanico aut Druso (seditiosos milites) posse a se mitigari vel infringi. — 1, 48. At Germanicus, quamquam... parata in defectores ultione, dandum adhuc spatium ratus... — 1, 49. Mox ingressus castra Germanicus, non medicinam illud... sed cladem adpellans. . Sequitur ardorem militum Caesar. — 1, 51. Caesar... quo latior populatio foret. . Caesar advectus ad vicensimanos voce magna hoc illud tempus obliterandae seditionis clamitabat. — 1, 52. (Tiberius) bellica quoque Germanici gloria angebatur... Cunctaque, quae Germanicus indulserat, servavit etiam apud Pannonicos exercitus (Tiberius). — 1, 54. Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adiciuntur (Augustalibus sorte ductis). — 1, 55. Druso Caesare C. Norbano consulibus decernitur Germanico triumphus manente bello. — 1, 56. Germanicus quattuor legiones... Caecinae tradit... Cum quidam (Chattorum) ad Germanicum profugissent... Caesar incenso Mattio .. aperta populatus vertit ad Rhenum. — 1, 57. Germanico pretium fuit convertere agmen. — 1, 58. Caesar clementi responso... (Segesti) sedem vetere in provincia pollicetur. Exercitum reduxit nomenque imperatoris auctore Tiberio accepit. — 1, 59. (Arminius) arma in Caesarem poscens. — 1, 60. Vnde maior Caesari metus... Bructeros... L. Stertinius missu Germanici fudit. — 1, 61. Cupido Caesarem invadit solvendi suprema militibus ducique (Varo). — 1, 62. Primum exstruendo tumulo caespitem Caesar posuit... Quod Tiberio haud probatum, seu

Digitized by Google

cuncta Germanici in deterius trahenti, sive... neque imperatorem auguratu et vetustissimis caerimoniis praeditum adtrectare feralia debuisse. — 1, 63. Sed Germanicus cedentem in avia Arminium secutus... Subsidiariae cohortes. . trudebantur... in paludem..., ni Caesar productas legiones instruxisset. — 1, 70. At Germanicus legionum, quas navibus vexerat, secundam et quartam decimam itinere terrestri P. Vitellio ducendas tradit... Penetratumque ad amnem Visurgin, quo Caesar classe contenderat... Nec fides salutis, antequam Caesarem exercitumque reducem videre. — 1, 71. Ad supplenda exercitus damna certavere Galliae, Hispaniae, Italia... Quorum laudato studio Germanicus, armis modo et equis ad bellum sumptis, propria pecunia militem iuvit. — 1, 72. Decreta eo anno triumphalia insignia A. Caecinae, L. Apronio, C. Silio ob res cum Germanico gestas. — 1, 76. Edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris ac suo nomine obtulerat, Drusus praesedit. — 2, 5, Tiberio haud ingratum accidit turbari res Orientis, ut ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret... — 2, 7. Sed Caesar, dum adiguntur naves, Silium... inruptionem in Chattos facere iubet... Neque Caesari copiam pugnae obsessores fecere. — 2, 8. Metanti castra Caesari Angrivariorum defectio a tergo nuntiatur. — 2, 9. Arminius... quaesito... an Caesar venisset... — 2, 10. Exim diversi ordiuntur, hic magnitudinem Romanam, opes Caesaris et victis graves poenas... — 2, 11. Caesar, nisi pontibus praesidiisque impositis dare in discrimen legiones haud imperatorium ratus.. — 2, 12. Caesar trangressus Visurgim .. — 2, 14. Nox eadem laetam Germanico quietem tulit. — 2, 16. Noster exercitus sic incessit..., dein quattuor legiones et cum duabus praetoriis cohortibus ac delecto equite Caesar... — 2, 20. Nihil ex his Caesari incognitum... Primus Caesar cum praetoriis cohortibus capto vallo dedit impetum in silvas. — 2, 21. Germanicus, quo magis adgnosceretur, detraxerat tegimen capiti. — 2, 22. Laudatis pro contione victoribus Caesar congeriem armorum struxit... — 2, 23. Plures (legiones) Caesar classi impositas per flumen Amisiam Oceano invexit. — 2, 24. Sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit. — 2, 25. Fama classis amissae ut Germanos ad spem belli, ita Caesarem ad coercendum erexit... Caesar pergit introrsus (apud Marsos), populatur... — 2, 26. Addidit munificentiam

Digitized by Google

Caesar... Precante Germanico annum efficiendis coeptis, (Tiberius) acrius modestiam eius adgreditur alterum consulatum offerendo... Haud cunctatus est ultra Germanicus. — 2, 41. Fine anni arcus... ob recepta signa cum Varo amissa ductu Germanici, auspiciis Tiberii... (dicantur)... C. Caelio L. Pomponio consulibus Germanicus Caesar a. d. VII kal. Iunias triumphavit. — 2, 42. Tiberius nomine Germanici trecenos plebi sestertios viritim dedit. — 2, 43. Apud patres disseruit (Tiberius non) posse motum Orientem nisi Germanici sapientia componi... Decreto patrum permissae Germanico provinciae, quae mari dividuntur... Tiberius demoverat Syria Creticum Silanum per adfinitatem conexum Germanico... Nec dubium habebat (Cn. Piso) se delectum, qui Syriae imponeretur ad spes Germanici coercendas... Divisa.. . et discors aula erat tacitis in Drusum aut Germanicum studiis... Germanico alienatio patrui amorem apud ceteros auxerat et quia claritudine materni generis anteibat (Drusum)... Coniunx Germanici Agrippina fecunditate ac fama Liviam uxorem Drusi praecellebat. — 2, 49. Spei aedes a Germanico sacratur. — 2, 51. De praetore... subrogando certamen incessit. Germanicus atque Drusus... Haterium Agrippam propinquum Germanici fovebant. — 2, 53. Sequens annus Tiberium tertium , Germanicum iterum consules habuit. Sed eum honorem Germanicus iniit apud urbem Achaiae Nicopolim. — 2, 54. Ferebatur Germanico per ambages (Clarii Apollinis oraculum)... maturum exitium cecinisse. — 2, 55. Cn. Piso... civitatem Atheniensium... oratione saeva increpat, oblique Germanicum perstringens, quod... Exim navigatione celeri per Cycladas... adsequitur Germanicum apud insulam Rhodum... Piso.. vix diei moram perpessus linquit Germanicum praevenitque ... Plancina... in Agrippinam, in Germanicum contumelias iacere... Nota haec Germanico. — 2, 56. Germanicus..., circumfusa multitudine (Armeniorum), insigne regium capiti (Zenonis) imposuit. — 2, 57. Cuncta... socialia prospere composita non ideo laetum Germanicum habebant ob superbiam Pisonis... Apud hiberna decimae legionis convenere, firmato vultu, Piso adversus metum, Germanicus, ne minari crederetur... Postremo paucis familiarium adhibitis sermo coeptus a Caesare, qualem ira et dissimulatio gignit... Post quae rarus in tribunali Caesaris Piso... Cum... coronae aureae magno pondere Caesari et Agrip-

Digitized by Google

pinae, leves Pisoni et ceteris offerrentur... Multa in luxum addidit (Piso), quae Germanico quamquam acerba tolerabantur tamen. — 2, 58. (Rex Parthorum Artabanus per legatos nuntiabat) daturum .. honori Germanici, ut ripam Euphratis accederet... Ad ea Germanicus... respondit. — 2, 59. M. Silano L. Norbano consulibus Germanicus Aegyptum proficiscitur.—2, 60. Sed Germanicus Nilo subvehebatur. — 2, 61. Ceterum Germanicus aliis quoque miraculis intendit animum. — 2, 62. Dum ea aestas Germanico plures per provincias transigitur... — 2, 64. Simul nuntiato regem Artaxian Armeniis a Germanico datum, decrevere patres, ut Germanicus atque Drusus ovantes urbem introirent. — 2, 69. At Germanicus Aegypto remeans cuncta, quae apud legiones aut urbes iusserat, abolita vel in contrarium versa cognoscit. Hinc graves in Pisonem contumeliae, nec minus acerba, quae ab illo in Caesarem intentabantur. Dein Piso abire Suria statuit. Mox adversa Germanici valetudine detentus... Tum Seleuciam degreditur, opperiens aegritudinem, quae rursum Germanico acciderat... Reperiebantur... carmina et devotiones et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum. — 2, 70. Ea Germanico haud minus ira quam per metum accepta.., « Sed non usque eo defectum Germanicum, neque praemia caedis apud interfectorem mansura... » Nec Piso moratus ultra naves solvit, moderabaturque cursui, quo propius regrederetur, si mors Germanici Suriam aperuisset. — 2, 71. Caesar paulisper ad spem erectus, dein fesso corpore, ubi finis aderat, adsistentes amicos in hunc modum adloquitur.., « Si fato concederem... Flebunt Germanicum etiam ignoti, vindicabitis vos ». — 2, 73. Corpus... praetuleritne veneficii signa, parum constitit, nam ut quis misericordia in Germanicum et praesumpta suspicione aut favore in Pisonem pronior, diversi interpretabantur. — 2, 75. Agrippina ...ascendit classem cum cineribus Germanici et liberis... Pisonem interim apud Coum insulam nuntius adsequitur excessisse Germanicum. — 2, 76. (Apud Cn. Pisonem M, Piso filius disserebat)... discordiam erga Germanicum odio fortasse dignam, non poena. — 2, 77. (Loquitur apud Cn. Pisonem Domitius Celer) « An festinamus cum Germanici cineribus adpellere, ut te inauditum et indefensum planctus Agrippinae... rapiant?... Et perisse Germanicum nulli iactantius maerent, quam qui maxime laetan-

Digitized by Google

tur. » — 2, 78. Piso... missis... ad Tiberium epistulis incusat Germanicum luxus et superbiae. — 2, 79. Sentius... quos... Germanici memores aut inimicis eius adversos cognoverat, contrahit... — 2, 82 At Romae, postquam Germanici valetudo percrebruit, dolor, ira, et erumpebant questus... Forte negotiatores, vivente adhuc Germanico Suria egressi, laetiora de valetudine eius adtulere. — 2, 83. Honores, ut quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti decretique..., neve quis flamen aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliae crearetur... Equester ordo cuneum Germanici adpellavit, qui iuniorum dicebatur. — 2, 84. Recenti adhuc maestitia soror Germanici Livia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est... Sed populo tali in tempore id quoque dolorem tulit, tamquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis urgeret. — 3, 1. Adventu (Agrippinae) audito intimus quisque amicorum et plerique militares, ut quique sub Germanico stipendia fecerant..., ruere ad oppidum Brundisium... — 3, 2. Drusus Tarracinam progressus est cum... liberis... Germanici, qui in urbe fuerant... Aberat... adulatio, gnaris omnibus laetam Tiberio Germanici mortem male dissimulari. — 3, 5. Fuere qui... (cum exsequiis Germanici) compararent... quae in Drusum patrem Germanici honora et magnifica Augustus fecisset... At Germanico ne solitos quidem et cuicumque nobili debitos honores contigisse. — 3, 8. Drusus Pisoni... respondit, ...malle falsa (ea, quae in eum iacerentur) et inania, nec cuiquam mortem Germanici exitiosam esse. — 3, 10. Contra Vitellius et Veranius ceterique Germanicum comitati tendebant nullas esse partes Trioni..., se... mandata Germanici perlaturos. — 3, 11 Adrecta omni civitate, quanta fides amicis Germanici, quae fiducia reo (Cn. Pisoni). — 3, 12. Die senatus (Tiberius disseruit)... Pisonem... adiutorem .. Germanico datum a se auctore senatu rebus apud Orientem administrandis... « ...Sin facinus... detegitur, vos vero et liberos Germanici et nos parentes iustis solaciis adficite... Neque reum prohibeo, quo minus cuncta proferat, quibus..., si qua fuit iniquitas Germanici, coargui possit... Id solum Germanico super leges praestiterimus, quod in curia potius quam in foro... de morte eius anquiritur. — 3, 13. (Accusatores) obiecere odio Germanici et rerum novarum studio (Cn.) Pisonem vulgus militum... corrupisse..., contra in optimum

Digitized by Google

quemque, maxime in comites et amicos Germanici saevisse. — 3, 14. (Accusatores asseverabant) in convivio Germanici, cum super eum Piso discumberet, infectos manibus eius cibos... Absurdum videbatur inter aliena servitia et tot adstantium visu, ipso Germanico coram, id ausum... Iudices per diversa implacabiles erant..., senatus numquam satis credito sine fraude Germanicum interisse. — 3, 16. Audire me memini ex senioribus visum saepius inter manus Pisonis libellum..., amicos eius dictitavisse litteras Tiberii et mandata in Germanicum contineri. — 3, 17. (In Liviam) optimi cuiusque secreti questus magis ardescebant... : quod pro omnibus civibus leges obtineant, uni Germanico non contigisse; Vitellii et Veranii voce defletum Caesarem... — 3, 18. Addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vindictam Germanici grates agendas... — 3, 19. Is finis fuit ulciscenda Germanici morte, non modo apud illos homines, qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore iactata. — 3. 29. Per idem tempus (Tiberius) Neronem e liberis Germanici iam ingressum iuventam commendavit patribus... Plebi admodum laetae, quod Germanici stirpem iam puberem adspiciebat. — 3, 31 Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus consulatus patris atque filii collegio insignis. Nam triennio ante Germanici cum Tiberio idem honor neque patruo laetus neque natura tam conexus fuerat. — 3, 40. (Florus et Sacrovir apud Gallos disserebant) discordare militem (Romanum) audito Germanici exitio. — 3, 49. Cl utorium Priscum equitem Romanum, post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat, pecunia donatum a (Tiberio)... — 3, 56. Tiberius Drusum summae rei admovit (potestatis tribuniciae conlatione), cum incolumi Germanico integrum inter duos iudicium tenuisset. — 4, 1. Germanici mortem inter prospera ducebat (Tiberius). — 4, 3. (Seiano) promptissimum visum ad uxorem (Drusi) Liviam convertere, quae soror Germanici... — 4, 4 Anni principio Drusus ex Germanici liberis togam virilem sumpsit, quaeque fratri eius Neroni decreverat senatus, repetita. — 4, 8. (Defuncto Druso Tiberius in senatu), ut Germanici liberi, unica praesentium malorum levamenta, inducerentur, petivit. — 4, 9. Memoriae Drusi eadem, quae in Germanicum, decernuntur, plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio. — 4, 12.

Digitized by Google

Laudante filium (Drusum) pro rostris Tiberio senatus populusque... domum... Germanici revirescere occulti laetabantur... Seianus... volutare secum, quonam modo Germanici liberos perverteret. — 4, 15. Egitque Nero grates ea causa patribus atque avo, laetas inter audientium adfectiones, qui recenti memoria Germanici illum adspici, illum audiri rebantur. — 4, 17. Tiberius haud umquam domui Germanici mitis. — 4, 18. Amicitia Germanici perniciosa utrique (C. Silio et Titio Sabino). — 4, 31. P. Suillium quaestorem quondam Germanici... — 4, 53. Agrippina..., cum viseret eam Caesar,... preces orditur : ...daret maritum, ...esse in civitate... Germanici coniugem ac liberos eius recipere dignarentur. — 4, 57. Dubitaverat Augustus Germanicum, sororis nepotem et cunctis laudatum, rei Romanae imponere, sed precibus uxoris evictus, Tiberio Germanicum, sibi Tiberium adscivit. — 4, 59. (Seianus) adsimulabat... iudicis partes adversum Germanici stirpem. — 4, 68. Tracto in carcerem inlustri equite Romano Titio Sabino ob amicitiam Germanici... Latiaris (Titio Sabino dolum struens)... honora de Germanico, Agrippinam miserans disserebat. — 4, 75. Tiberius neptem Agrippinam Germanico ortam cum coram Cn. Domitio tradidisset... — 5, 1. (Livia) sanguini Augusti per coniunctionem Agrippinae et Germanici adnexa. — 5, 4. Iunius Rusticus (senator)... disserebat... posse quandoque domus Germanici exitium paenitentiae *esse* seni (Tiberio). — 5, 10. Per idem tempus Asia atque Achaia exterritae sunt acri magis quam diuturno rumore, Drusum Germanici filium apud Cycladas insulas, mox in continenti visum. — 6, 7. Q. Servaeus posthac et Minucius Thermus (accusati sunt); Servaeus praetura functus et quondam Germanici comes... — 6, 15. (Tiberius L. Cassio) Drusillam, (M.) Vinicio Iuliam Germanico genitas coniungit. — 6, 26. Plancina... palam laeta morte Germanici. — 6, 31. (Artabanus rex Parthorum) metu Germanici fidus Romanis, aequabilis in suos. — 6, 46. (Tiberius) dubitavit de tradenda re publica, primum inter nepotes, quorum..., Germanici filio (Gaio Caesari) robur iuventae, vulgi studia... — 6, 51. Morum quoque tempora (Tiberio) diversa :... occultum ac subdolum fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuere. — 11, 12. Inclinatio populi (in L. Domitium) supererat ex memoria Germa-

Digitized by Google

nici, cuius illa reliqua suboles virilis, et matri Agrippinae miseratio augebatur... — 12, 1. (Cum uxor Claudio deligenda esset), maxime ambigebatur inter Lolliam Paulinam... et Iuliam Agrippinam Germanico genitam. — 12, 2. Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem secum traheret. — 12, 25. (Pallas) stimulabat Claudium (ut L. Domitium adoptaret):... sic... a Tiberio super propriam stirpem Germanicum adsumptum. — 13, 14. (Testabatur Agrippina) ituram (se) cum (Britannico) in castra; audiretur hinc Germanici filia, inde... — 13, 42. (Loquitur P.) Suillius... Senecam increpans...; se quaestorem Germanici, illum domus eius adulterum fuisse. — 13, 55. Aderat... (Ampsivariis) clarus per illas gentes et nobis quoque fidus nomine Boiocalus, vinctum se rebellione Cherusca iussu Arminii referens, mox Tiberio, Germanico ducibus stipendia meruisse... — 14, 7. (Burrus) praetorianos toti Caesarum domui obstrictos memoresque Germanici nihil adversus progeniem eius (Agrippinam) atrox ausuros respondit. — 16, 12. Menses, qui Aprilem eumdemque Neroneum sequebantur, Maius Claudii, Iunius Germanici vocabulis mutantur. — *G.* 37. Nec impune C. Marius in Italia, Divus Iulius in Gallia, Drusus ac Nero et Germanicus in suis (Germanos) sedibus perculerunt[1].

(GERMANICVS *(B)*, Drusi filius, Tiberii Caesaris nepos)[2].

GERMANICVS (VITELLIVS) *(C)*. — I, 62. Nomine Germanici Vitellio... addito (a militibus).

GERMANICVS[3] *(D)*. — II, 59. Mox universum exercitum occurrere infanti filio iubet (Vitellius), perlatumque et paludamento opertum sinu retinens Germanicum appellavit cinxitque cunctis fortunae principalis insignibus. — III, 66. Vt quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant... Quod nomen, quem statum filio eius Germanico fore[4]?

GERMANICVS EXERCITVS, GERMANICAE LEGIONES, GERMANICI EXERCITVS, GERMANICI MILITES, GER-

[1] V. etiam 1, 4, 8, 42, 43, 46, 50, 59, 63; 2, 13, 15, 17.72, 3, 4, 40; 6, 24.

[2] Nusquam nominatur a Tacito; sed de eo agitur: 2. 84; 3, 34. 56; 4, 3, 8, 15, 40. — Prosop., I. 147.

[3] (Vitellius) Germanicus. Prosop., V, 507.

[4] V. etiam I, 75; II, 47, 48; III, 38, 63, 67, 68; IV, 80.

Digitized by Google

MANICA VEXILLA, GERMANICVS MILES. — 1, 22. « Missum ad vos a Germanico exercitu de communibus commodis... » — 1, 31. Isdem causis (quibus Pannonicae) Germanicae legiones turbatae. — 1, 46. At Romae... legionum Germanicarum motu audito... — 2, 39. Postumi Agrippae servus nomine Clemens, conperto fine Augusti... Agrippam ferre ad exercitus Germanicos non servili animo concepit. — 11, 1. Sosibius... moneret Claudium... (Valerium) Asiaticum... parare iter ad Germanicos exercitus. — I, 8. Proximae... Germanicis[1] exercitibus Galliarum civitates... Germanici[2] exercitus, quod periculosissimum in tantis viribus, solliciti et irati, superbia recentis victoriae et metu tamquam alias partes fovissent. Tarde a Nerone desciverant... — I, 19. Censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos. — I, 26. Postquam vulgatum erat labare Germanici exercitus fidem. . Ne per tenebras, ut quisqne Pannonici vel Germanici exercitus militibus oblatus esset, ...pro Othone destinaretur. — I, 31. Praeceptum Amulio Sereno et Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites e Libertatis atrio accerserent... Germanica vexilla diu nutavere, invalidis adhuc corporibus et placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam praemissos atque inde rursus longa navigatione aegros impensiore cura Galba refovebat. — I, 67. Helvetii, interceptis epistulis, quae nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur, centurionem et quosdam militum in custodia retinebant. — I, 70. Siliani (equites)... instinctu decurionum, qui... robur adventantium legionum et famam Germanici exercitus attollebant, transiere in partes (Vitellii). — I, 74. Otho revocatis, quos Galba miserat, legatis, rursus ad utrumque Germanicum exercitum .. specie senatus misit... Addidit epistulas Fabius Valens nomine Germanici exercitus ad praetorias et urbanas cohortes .. — I, 77. Consul cum Titiano fratre in kalendas Martias ipse (Otho), proximos menses Verginio destinat; ut aliquod exercitui Germanico delenimentum. — II, 22. Vtrimque gloria et diversae exhortationes, hinc legionum et Germanici exercitus robur, inde urbanae militiae et praetoriarum cohortium decus

[1] M : *germanis*. Corr. Agricola.
[2] M : *germani*.

Digitized by Google

attollentium. — II, 23. (Annius) Gallus legionem primam in auxilium Placentiae ducebat, diffisus paucitati cohortium, ne longius obsidium et vim Germanici exercitus parum tolerarent. — II, 55. Additae (a senatu) erga Germanicum exercitum laudes gratesque (post victum Othonem) et missa legatio... — II, 57. Interim Vitellius victoriae suae nescius ut ad integrum bellum reliquas Germanici exercitus vires trahebat. — II, 58. Neque arduum fuit (conciliare Vitellio Maurorum animos), magna per provincias Germanici exercitus fama. — II, 60. Vnde praecipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus; simul ceterae legiones contactu et adversus Germanicos milites invidia bellum meditabantur. — II, 75. Versabatur ante oculos (Vespasiani) Germanici exercitus robur, notum viro militari. — II, 77. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Tuae domui... duo iuvenes, capax iam imperii alter (Titus) et primis militiae annis apud Germanicos quoque exercitus clarus. » — II, 80. Nihil aeque provinciam exercitumque accendit quam quod adseverabat Mucianus statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam ad militiam opulentam quietamque transferret, contra Syriacis legionibus Germanica hiberna... mutarentur. — II, 99. Longe alia proficiscentis ex urbe Germanici exercitus species, non vigor corporibus, non ardor animis .. — III, 1. Quibus opperiri auxilia et trahere bellum videbatur, Germanicarum legionum vim famamque extollebant, — III, 8. Interiectus exercitus (Flavianus) Raetiam Iuliasque Alpes, ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obsaepserat. — III, 9. (Ad Flavianos) misit epistulas Caecina... Simul virtus Germanici exercitus laudibus attollebatur. — III, 13. « Huc cecidisse Germanici exercitus gloriam, ut sine proelio, sine vulnere vinctas manus et capta traderent arma ? » — III, 26. Othoniano bello Germanicus miles moenibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumiecerat. — III, 38. (Verba facit apud Vitellium principem L. Vitellius frater) « Frustra Vespasianum timeri, quem tot Germanicae legiones... (arceant). » — III, 69. De studiis vulgi et minis Germanicarum cohortium adfertur (Flavio Sabino). — III, 84. Obvius e Germanicis militibus Vitellium infesto ictu per iram, vel quo maturius ludibrio eximeret, an tribunum adpetierit, in incerto fuit... — IV, 32. Lectae deinde pro contione epistulae Antonii (Primi) ad Civilem suspiciones militum irritavere, tam-

Digitized by Google

quam ad socium partium scriptae et de Germanico exercitu hostiliter. — IV, 46. Eos Mucianus diduci et Germanicum Britannicumque militem ac, si qui aliorum exercituum, separatim adsistere iubet... Vt vero huc illuc distrahi coepere, metus per omnes et praecipua Germanici militis formido, tamquam ea separatione ad caedem destinaretur. — IV, 76. « Quod si statim congrediantur, nullas esse (Petilio) Ceriali nisi e reliquiis Germanici exercitus legiones... » — V, 16. Hinc praevectus (Cerialis) ad Germanicum exercitum manus tendebat, ut suam ripam, sua castra sanguine hostium reciperarent. — V, 26. (Loquitur Civilis) « Hoc Primo Antonio notum, cuius epistulis ad bellum actus sum, ne Germanicae legiones et Gallica iuventus Alpes transcenderent. »

GERMANICVS, A, VM (cum aliis nominibus). — 1, 69. Tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum scriptor. — I, 14. Sed Galba, post nuntios Germanicae seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum .. — I, 19. Crebrioribus in dies Germanicae defectionis nuntiis. — I, 58. Iulium Burdonem Germanicae classis praefectum. — II, 80. Adseverabat Mucianus statuisse Vitellium, ut. . Syriacis legionibus Germanica hiberna caelo ac laboribus dura mutarentur. — IV, 12. Isdem diebus crebrescentem cladis Germanicae famam nequaquam maesta civitas excipiebat... (Batavi) viros tantum armaque imperio ministrant, diu Germanicis bellis exerciti, mox... — IV, 13. (Litteris Antonii Primi Iulius Civilis) tumultus Germanici specie retentare legiones iubebatur. — IV, 28. (Vbii) gens Germanicae originis eiurata patria... Agrippinenses (vocabantur). — IV, 73. (Loquitur Petilius Cerialis) « Quantis exercituum nostrorum laboribus quove eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum. » — *G.* 28. Treveri et Nervii circa adfectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt. — *A.* 11. Rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem adseverant.

GESSIVS FLORVS [1]. — V, 10 Duravit... patientia Iudaeis usque ad Gessium Florum procuratorem ; sub eo bellum ortum.

GETA. — II, 72. (Falsus Scribonianus Camerinus) pertractus ad Vitellium interrogatusque, quisnam mortalium esset. Postquam

[1] Prosop., 103.

Digitized by Google

nulla dictis fides et a domino noscebatur condicione fugitivus, nomine Geta, sumptum de eo supplicium in servilem modum.

GETA, * L. GETA, v. LVSIVS GETA.

GETAE. — 4, 44. (Cn.) Lentulo super consulatum et triumphalia de Getis[1]...

* GINDES, v. SINDES.

GLITIVS GALLVS, GALLVS[2]. — 15, 56. Quintianus (coniurationis reus) Glitium Gallum... amicorum (praecipuum tamquam conscium nominavit). — 15, 71. Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis quam convictis data exilia... Gallum Egnatia Maximilla (coniunx comitata est), magnis primum et integris opibus, post ademptis...

* GLOTA, v. CLOTA.

GORNEAE. — 12. 45. (Radamistus) territum exutumque campis Mithridaten compulit in castellum Gorneas, tutum loco ac praesidio militum (Romanorum).

GOTARZES[3]. — 11, 8. Gotarzes[4] inter pleraque saeva necem fratri Artabano coniugique ac filio eius paraverat. Vnde metus in ceteros (Parthos) et accivere Vardanen. Ille... ignarum... et exterritum Gotarzen proturbat... Interim Gotarzes Daharum Hyrcanorumque opibus auctus bellum renovat... — 11, 9. Parthi imperatores cum pugnam pararent, foedus repente iaciunt cognitis popularium insidiis, quas Gotarzes[5] fratri patefecit... Potiorque Vardanes visus retinendo regno; at Gotarzes, ne quid aemulationis exsisteret, penitus in Hyrcaniam abiit. — 11, 10. Atque interim Gotarzes paenitentia concessi regni et vocante nobilitate... contrahit copias... Nece Vardanis turbatae Parthorum res inter ambiguos, quis in regnum acciperetur : multi ad Gotarzen[6] inclinabant, quidam ad Meherdaten... Dein praevaluit Gotarzes ; potitusque regiam per saevitiam ac luxum adegit Parthos... — 12, 10. Legati Parthorum ad expetendum... Meherdaten missi senatum ingrediuntur :... se... filium Vononis... accersere adversus domina-

[1] M : *degetes*. Corr. in marg. — Rhenanus : *Gaetulis*. Cf Nipperdey-Andresen.
[2] P. Glitius Gallus. Prosop , 116.
[3] Prosop., 121.
[4] M : *gotharzes*.
[5] M : *cotarzes*.
[6] M : *multi agordazen*.

Digitized by Google

tionem Gotarzis nobilitati plebique iuxta intolerandam... — 12, 13. (Adiabenorum) rex Izates societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta et magis fida inclinabat .. Interea Gotarzes[1] apud montem, cui nomen Sanbulos, vota dis loci suscipiebat. — 12, 14. Ceterum Gotarzes, nondum satis aucto exercitu, flumine Corma pro munimento uti... Nec detrectavit pugnam Gotarzes, deminutis hostibus ferox... Dein Gotarzes morbo obiit.

GOTHI. — *F*, 7. (Maximas illas Scythicas gentes... Alexandro quoque illi Magno, sicut Pompeius Corneliusque testati sunt, evitatas, hoc est Alanos, Hunos et Gothos).

* GOTINI, v. COTINI.

GOTONES. — 2, 62. Erat inter Gotones nobilis iuvenis nomine Catualda. — *G.* 43. Trans Lugios Gotones[2] regnantur, paulo iam adductius quam ceterae Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.

GRACCHI[3]. — 3, 27. Hinc Gracchi et Saturnini turbatores plebis, nec minor largitor nomine senatus Drusus, — *O.* 28. « Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam Augusti praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. » — 40. (Loquitur Maternus) « Nec tanti rei publicae Gracchorum eloquentia fuit, ut pateretur et leges... »

GRACCHVS[4]. — 6, 16. Magna vis accusatorum in eos inrupit, qui pecunias faenore auctitabant... Gracchus praetor, cui ea quaestio evenerat, multitudine periclitantium subactus rettulit ad senatum.

C. GRACCHVS, GRACCHVS[5] *(A)*. — *O*, 18. (Loquitur Aper) « Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior..., Graccho politior et ornatior Crassus. » — 25. (Loquitur Messalla) « Malo hercle C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem quam calamistros Maecenatis aut tinnitus Gallionis)[6]. »

[1] **M** : *gortarzes*.
[2] **A B C** : *gothones*. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.
[3] C. et Ti. Sempronii Gracchi, tribuni plebis.
[4] Prosop., 122. Cf. S, 266, ubi animadvertit Klebs hunc Gracchum praetorem vix esse posse eumdem atque C. (Sempronium) Gracchum (B).
[5] C Sempronius Gracchus, trib. plebis.
[6] V. etiam Semproniae rogationes.

Digitized by Google

C. GRACCHVS[1] (*B*). — 4, 13. (Reus tamquam Tacfarinatem frumento iuvisset, absolvitur) C. Gracchus. Hunc comitem exilii admodum infantem pater Sempronius in insulam Cercinam tulerat. Ilic adultus inter extorres et liberalium artium nescios, mox per Africam ac Siciliam mutando sordidas merces sustentabatur ; neque tamen effugit magnae fortunae pericula... — 6, 38. Granius Marcianus senator, a C. Graccho maiestatis postulatus, vim vitae suae attulit.

GRAECIA. — 2, 60. Qua tempestate Menelaus Graeciam repetens... — 4, 55. Sardiani (disseruere)... auctam... adhuc Lydorum opulentiam missis in Graeciam populis, cui mox a Pelope nomen. — 11, 14. Aegyptii .. litterarum semet inventores perhibent; inde Phoenicas, quia mari praepollebant, intulisse Graeciae gloriamque adeptos tamquam reppererint. — *O.* 10. « Si in Graecia natus esses, ubi ludicras quoque artes exercere honestum est. »

GRAECI. — 2, 53. (Germanicum) excepere Graeci quaesitissimis honoribus. — 2, 59. (Germanicus in Aegypto) sine milite incedere, pedibus intectis et pari cum Graecis amictu. — 2, 64. In ea divisione (Thraeciae) arva et urbes et vicina Graecis Cotyi... — 2, 88. Arminius... Graecorum annalibus ignotus. — 4, 14. (Amphictyonibus) praecipuum fuit rerum omnium iudicium, qua tempestate Graeci conditis per Asiam urbibus ora maris potiebantur. — 4, 35. (Loquitur Cremutius Cordus) « ...Non attingo Graecos, quorum non modo libertas, etiam libido impunita. » — 4, 38. « Optimos... mortalium altissima cupere ; sic Herculem et Liberum apud Graecos... deum numero additos » (Loquuntur, qui Tiberium cultum sui aspernantem vituperant). — 4, 58. Profectio (Tiberii in Campaniam) arto comitatu fuit...; ceteri liberalibus studiis praediti, ferme Graeci, quorum sermonibus levaretur. — 4, 67. Graecos ea tenuisse Capreasque Telebois habitatas fama tradit. — 5, 10. Promptis Graecorum animis ad nova et mira. — 6, 28. Avis phoenix in Aegyptum venit praebuitque materiem doctissimis indigenarum et Graecorum

[1] C. Sempronius Gracchus. Prosop., S, 260 : « Vix hic Gracchus praetor a. 33 (*Tac.*, 6, 16 ..) ; potius hic C. Gracchus qui a. 35 Granium Marcianum senatorem maiestatis postulavit (*Tac.*, 6, 38) — Similiter iam iudicaverat Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

multa super eo miraculo disserendi. — 11, 14. Fama est Cadmum classe Phoenicum vectum rudibus adhuc Graecorum populis (litteraturae) auctorem fuisse .. Forma litteris Latinis, quae veterrimis Graecorum. — 12, 63. Byzantium in extrema Europa posuere Graeci, quibus Pythium Apollinem consulentibus, ubi conderent urbem... — II, 4. Titus spectata opulentia (templi Paphiae Veneris) donisque regum quaeque alia laetum antiquitatibus Graecorum genus incertae vetustati adfingit... — III, 47. Trapezuntem vetusta fama civitatem a Graecis in extremo Ponticae orae conditam. Caesa ibi cohors, regium auxilium olim, mox donati civitate Romana signa armaque in nostrum modum, desidiam licentiamque Graecorum retinebant. — V, 8. Postquam Macedones praepolluere, rex Antiochus demere (Iudaeis) superstitionem et mores Graecorum dare adnisus... — *O.* 32. « Quos potiores nominabo quam apud Graecos Demosthenem. .? »

GRAECVS, A, VM. — 2, 2. Inridebantur (a Parthis) et Graeci comites (regis Vononis). — 3, 60. Crebrescebat... Graecas per urbes licentia atque impunitas asyla statuendi. — 3, 65. Memoria proditur Tiberium, quotiens curia egrederetur, Graecis verbis in hunc modum eloqui solitum : « O homines ad servitium paratos ». — 4, 14. Is quoque annus legationes Graecarum civitatium habuit. — 4, 52. (Tiberius Agrippinam) correptam... Graeco versu admonuit non ideo laedi, quia non regnaret. — 6, 18. Defuncto Theophani caelestes honores Graeca adulatio tribuerat. — 6, 20. Non omiserim praesagium Tiberii de Servio Galba..., quem Graecis verbis in hanc sententiam adlocutus est... — 6, 41. Nicephorium et Anthemusiada ceterasque urbes, quae Macedonibus (in Parthorum regionibus) sitae... Graeca vocabula usurpant. — 11, 13. Claudius... novas litterarum formas addidit vulgavitque, comperto Graecam quoque litteraturam non semel coeptam absolutamque. — 12, 44. Genti Parthorum Vologaeses imperitabat, materna origine ex paelice Graeca. — 14, 14. (Loquitur Nero) « Cantus Apollini sacros, talique ornatu adstare non modo Graecis in urbibus, sed Romana apud templa ». — 14, 15. (Nero) instituit ludos Iuvenalium vocabulo... Non nobilitas cuiquam, non aetas aut acti honores impedimento, quo minus Graeci Latinive histrionis artem exercerent usque ad gestus modosque haud viriles. — 14, 20. Quinquennale ludicrum

Digitized by Google

Romae institutum est ad morem Graeci certaminis. — 14, 21. « Nec perinde... populo efflagitandi Graeca certamina a magistratibus causam fore, cum eo sumptu respublica fungatur... » Graeci amictus, quis per eos dies plerique incesserant, tum exoleverunt. — 14, 47. Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone praebitumque oleum equiti ac senatui Graeca facilitate. — 14, 59. Doctores.., sapientiae Coeranum Graeci, Musonium Tusci generis... — 15, 33. Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scaenas frequentandi... Non tamen Romae incipere ausus Neapolim, quasi Graecam urbem delegit. — 15, 41. Opes tot victoriis quaesitae et Graecarum artium decora (incendio Neronis exusta sunt). — 15, 45. (Secundus Carrinas) Graeca doctrina ore tenus exercitus animum bonis artibus non induerat. — 15. 71. Milichus... conservatoris sibi nomen Graeco eius rei vocabulo adsumpsit. — II, 80. (Licinius Mucianus) satis decorus etiam Graeca facundia. — *G.* 3. Quidam opinantur... monumenta... et tumulos quosdam Graecis litteris inscriptos in confiniis Germaniae Raetiaeque adhuc exstare. — *A.* 4. Massiliam... locum Graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum.

GRAECVLA (adiect.). — *O.* 29. At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae.

GRAECVLI. — *O.* 3. « Etiam si non novum tibi ipse negotium importasses, ut Domitium et Catonem, id est nostras quoque historias et Romana nomina Graeculorum[1] fabulis adgregares. »

GRAIAE ALPES, MONS GRAIVS.— II, 66. Legionem (quartam decimam) Graiis Alpibus traductam eo flexu itineris (in Britanniam Vitellius) ire iubet, quo Viennam vitarent. — IV, 68. Legiones... Poeninis Cottianisque Alpibus, pars monte Graio traducuntur.

GRAII. — *O.* 15. « Video etiam Graiis[2] accidisse, ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes et si quis alius Ephesum vel Mytilenas concentu scholasticorum et clamoribus quatit... »

*GRAMPIVS (mons), v. GRAVPIVS.

[1] **B** : *graecorum.*

[2] **A B C** : *gratis.* Corr. Puteolanus. — Dronke : *Graecis.* — « Non spernenda haec forma *(Graiis)*, qua et alii scriptores utuntur, veluti Nepos, *praef.*, 3, *Them.*, 9, 2; *Alcib.*, 7. 4, *Eumen.*, 1, 5; aliique. » (Orelli-Andresen).

Digitized by Google

*C. GRANIVS.

Q. GRANIVS. — 4, 21. (L.) Pisonem Q.Granius[1] secreti sermonis incusavit adversum maiestatem habiti, adiecitque in domo eius venenum esse eumque gladio accinctum introire curiam.

GRANIVS MARCELLVS, MARCELLVS[2]. — 1, 74. Granium Marcellum praetorem Bithyniae quaestor ipsius Caepio Crispinus maiestatis postulavit, subscribente Romano Hispone... Marcellum insimulabat sinistros de Tiberio sermones habuisse... Addidit Hispo statuam Marcelli altius quam Caesarum sitam.

GRANIVS MARCIANVS. — 6, 38. Isdem diebus Granius Marcianus senator, a C. Graccho maiestatis postulatus, vim vitae suae attulit.

*GRANIVS SILVANVS, v. GAVIVS SILVANVS.

GRAPTVS[3]. — 13, 47. Nero... suspectabat maxime Cornelium Sullam..., quem metum Graptus ex libertis Caesaris, usu et senecta Tiberio abusque domum principum edoctus, tali mendacio intendit... Compositas insidias fatoque evitatas... auctoremque eius doli Sullam ementitur.

*GRASIDIVS SACERDOS, v. CARSIDIVS SACERDOS.

*GRAVIVS, v. Q. GRANIVS.

*GRAVIVS SILVANVS, v. GAVIVS SILVANVS.

GRAVPIVS. — *A*. 29. Agricola... ad montem Graupium[4] pervenit, quem iam hostis insederat.

GRINNES. — V. 20 Praesidia... Civilis quadripertito (invasit)..., Grinnes Vadamque, cohortium alarumque castra... — V, 21. Plus discriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis, Grinnes Classicus obpugnabant...

GRIPHVS, v. PLOTIVS GRIPHVS.

*GVGERNI, v. CVGERNI.

[1] **M** : *Pisonemque grauius.* Corr. Lipsius. — Ritter : *Pisonemque Granius* ; « Granius tamquam parum notus et vilis accusator uno nomine a Tacito vocatur. » — Ritter[2] : « Ego malim : *Pisonemque C. Granius.* » — Orelli : *Granii* duo a Tacito memorantur...; latere tamen potest in corruptela *grauius* etiam nomen *Gavius*. — Klebs non certam esse Lipsii coniecturam iudicat in Prosop., 133.

[2] M. Granius Marcellus. Prosop., 136.

[3] Prosop., 140.

[4] Vulg. : *Grampium*. Cf. Ritter ad h. l.

Digitized by Google

GYARVS. — 3, 68. (L. Piso) aqua atque igni Silano interdicendum censuit ipsumque in insulam Gyarum relegandum... — 3, 69. (Tiberius) addidit insulam Gyarum immitem et sine cultu hominum esse ; darent Iuniae familiae... ut Cythnum potius concederet. — 4, 30. Gallus Asinius *cum* Gyaro aut Donusa claudendum censeret (Vibium Serenum patrem), id quoque aspernatus est (Tiberius), egenam aquae utramque insulam referens...

* GYNDES, v. SINDES.

HADRIATICVM MARE, MARE HADRIAE, HADRIA[1]. — 2, 53. Germanicus... Hadriatici ac mox Ionii maris adversam navigationem perpessus... — 15, 34. (Nero) petiturus... maris Hadriae traiectus apud Beneventum interim consedit. — III, 42. Occupantur (a Flavianis) plana Vmbriae et qua Picenus ager Hadria adluitur.

* HAEDVI, v. AEDVI.

HAEMVS. — 3, 38. Validae (Thraeciae) nationes arma cepere... Pars turbant praesentia, alii montem Haemum transgrediuntur, ut remotos populos concirent... — 4, 51. Reliquis (Thraecum)... praematura montis Haemi et saeva hiems subvenit. — II, 85. (Tettius) Iulianus comperto discrimine et gnaris locorum adscitis per avia Moesiae ultra montem Haemum profugit.

HALICARNASII. — 4, 55. (Cum ambigeretur, quanam in Asiae civitate templum Tiberii statueretur), paulum addubitatum, quod Halicarnasii[2] mille et ducentos per annos nullo motu terrae mutavisse sedes suas vivoque in saxo fundamenta templi adseveraverant.

HALOTVS[3]. — 12, 66. (Locustae) ingenio paratum (Claudio) virus, cuius minister e spadonibus fuit Halotus, inferre epulas et explorare gustu solitus.

HALVS. — 6, 41. Tiridates volentibus Parthis... Halum... et Artemitam Parthica oppida recepit.

HAMMO. — V, 3. Plurimi auctores consentiunt orta per Aegyptum tabe... regem Bocchorim adito Hammonis oraculo remedium

[1] Idem mare Tacitus alibi *Delmaticum* aut *Illyricum* nominat.

[2] M : *alicarnasii*. Corr. Rhenanus. — Codicis lectionem tuetur Orelli coll. Cic. *Tusc.*, III, 75.

[3] Prosop., 7.

Digitized by Google

petentem... — V, 4. (Iudaei) caeso ariete velut in contumeliam Hammonis...

HARII. — *G.* 43. Valentissimas (Lugiorum civitates) nominasse sufficiet : Harios... Harii[1], super vires, quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces insitae feritati arte ac tempore lenocinantur...

Q. HATERIVS[2]. — 1, 13. Etiam Q. Haterius et Mamercus Scaurus suspicacem animum (Tiberii) perstrinxere, Haterius cum dixisset : « Quo usque patieris, Caesar, non adesse caput reipublicae? »... In Haterium statim invectus est... Constat Haterium, cum deprecandi causa Palatium introisset..., prope a militibus interfectum... Neque tamen periculo talis viri mitigatus est, donec Haterius Augustam oraret eiusque curatissimis precibus protegeretur. — 2, 33. Proximo senatus die multa in luxum civitatis dicta a Q. Haterio consulari, Octavio Frontone praetura functo. — 3, 57. At Q.[3] Haterius cum eius diei senatus consulta aureis litteris figenda in curia censuisset, deridiculo fuit senex foedissimae adulationis tantum infamia usurus. — 4, 61. Fine anni excessere insignes viri... et Q.[4] Haterius, familia senatoria, eloquentiae, quoad vixit, celebratae. Monimenta ingenii eius haud perinde retinentur. Scilicet impetu magis quam cura vigebat ; utque aliorum meditatio et labor in posterum valescit, sic Haterii canorum illud et profluens cum ipso simul exstinctum est.

HATERIVS AGRIPPA, AGRIPPA, D. HATERIVS, HATERIVS[5]. — 1, 77. Dicebantur... sententiae, ut praetoribus ius virgarum in histriones esset. Intercessit Haterius Agrippa tribunus plebei... — 2. 51. De praetore in locum Vipstani Galli... subrogando certamen incessit. Germanicus atque Drusus... Haterium Agrippam propinquum Germanici fovebant. — 3, 49. Sententia... Haterii Agrippae consulis designati indictum reo (Clutorio Prisco) ultimum supplicium. — 3, 51. Solus Lepido Rubellius Blandus e consularibus adsensit ; ceteri sententiam Agrippae secuti, duc-

[1] **A B C** : *alii*. Dett. : *Harii* vel *Arii*. Haec est vulg. lectio.
[2] Prosop., 17.
[3] **M** : *Atque*. Corr. Lipsius.
[4] **M** : *et quae (atque* in marg.) Corr. Beroaldus.
[5] Prosop., 18. Filius eius qui praecedit.

Digitized by Google

tusque in carcerem Priscus ac statim exanimatus. Id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusavit, cum... laudaret Lepidum neque Agrippam argueret. — 3, 52. C. Sulpicius D. Haterius[1] consules sequuntur. — 6, 4. Inter quae Haterius Agrippa consules anni prioris invasit, cur mutua accusatione intenta nunc silerent... Vrgente Agrippa Sanquinius Maximus... oravit senatum, ne curas imperatoris conquisitis insuper acerbitatibus augerent... Haterius invisior fuit, quia, somno aut libidinosis vigiliis marcidus et ob segnitiam quamvis crudelem principem non metuens, inlustribus viris perniciem inter ganeam ac stupra meditabatur.

Q. HATERIVS, HATERIVS ANTONINVS[2]. — 12, 58. D. Iunio Q. Haterio[3] consulibus. — 13, 34. Aurelio quoque Cottae et Haterio[4] Antonino annuam pecuniam statuit princeps (Nero), quamvis per luxum avitas opes dissipassent.

HEBRAEAE TERRAE.— V, 2. Sunt qui tradant Assyrios convenas.. parte Aegypti potitos mox proprias urbes Hebraeasque terras et propiora Syriae coluisse.

HELIOPOLIS. — 6, 28. Sunt qui adseverent... priores (alios tres phoenices)... in civitatem, cui Heliopolis nomen, advolavisse.

HELISII. — *G.* 43. Valentissimas (Lugiorum civitates)... Helisios...[5].

HELIVS[6]. — 13, 1. Ministri (necis Iunii Silani) fuere P. Celer eques Romanus et Helius[7] libertus, rei familiari principis in Asia impositi. Ab his proconsuli venenum inter epulas datum est apertius quam ut fallerent[8].

HELLVSII. — *G.* 46. Cetera iam fabulosa : Hellusios et Oxionas, ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum gerere.

[1] **M.** : *harius.* Corr. Rhenanus.

[2] Prosop., 19. Filius, ut videtur, eius qui praecedit.

[3] **M** : *auterio.* Corr. Lipsius.

[4] **M** : *atherio.* Corr. Lipsius.

[5] **A** : *helysios* (suprascr. : *halisionas*) : **B** : *elisios* ; **C** : *helysios.* Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[6] Prosop., 34.

[7] **M** : *aelius.* Corr. Ryck coll. Suet., *Ner.*, 23 ; Dione, 63, 12.

[8] Praeterea Lipsius huius liberti nomen coniectura restituit, I, 37, ubi codex habet *Aegialii.*

Digitized by Google

HELVECONES. — *G*, 43. (Valentissimis Lugiorum civitatibus Tacitus adnumerat) Helveconas[1].

HELVETII. — I, 67. (Alieni Caecinae) inritaverant turbidum ingenium Helvetii, Gallica gens olim armis virisque, mox memoria nominis clara... Rapuerant (unaetvicensimani) pecuniam missam in stipendium castelli, quod olim Helvetii suis militibus ac stipendiis tuebantur. Aegre id passi Helvetii... centurionem et quosdam militum in custodia retinebant... Missi ad Raetica auxilia nuntii, ut versos in legionem Helvetios a tergo adgrederentur. — I, 69. Haud facile dictu est legati Helvetiorum minus placabilem imperatorem (Vitellium) an militem invenerint. — I, 70. Caecina paucos in Helvetiis moratus dies... — *G*. 28. Inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere.

HELVIDIVS[2]. — *A*. 45. Mox nostrae duxere Helvidium in carcerem manus.

HELVIDIVS PRISCVS[3] — 12, 49. Ne ceteri quoque ex (Iulio) Paeligno coniectarentur, Helvidius Priscus legatus cum legione mittitur (ex Suria in Armeniam), rebus turbidis pro tempore ut consuleret. Igitur propere montem Taurum transgressus moderatione plura quam vi composuerat, cum redire in Suriam iubetur... — 13, 28. Helvidius Priscus tribunus plebei adversus Obultronium Sabinum aerarii quaestorem contentiones proprias exercuit, tamquam ius hastae adversus inopes inclementer augeret.

HELVIDIVS PRISCVS *(B)*, HELVIDIVS, PRISCVS HELVIDIVS, PRISCVS[4]. — 16, 28. (Eprius Marcellus in Paetum Thraseam verba facit) « ...Nimium mites ad eam diem patres, qui Thraseam desciscentem, qui generum eius Helvidium Priscum in isdem furoribus... eludere impune sinerent. » — 16, 29. Erant (in senatu) qui Helvidium quoque miserarentur, innoxiae

[1] **A** : *helvetonas* (sup. *t* scriptum est *c*); **B** : *Helveconas*; **C** : *eluheconas*. — Muellenhoff : *Helvaeonas*. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[2] Prosop., 38. Filius Helvidii Prisci (*B*).

[3] Hunc diversum esse ab Helvidio Prisco, Thraseae genero, qui sequitur, statuit post Lipsium Nipperdey-Andresen propter *Schol. Iuven.*, 5, 36, qui locus testatur Thraseae generum quaestorem Achaiae sub Nerone fuisse, ut non potuerit sub Claudio legionis legatus esse. Cuius loci auctoritatem spretus Klebs utrumque Helvidium Priscum uno numero comprehendit, Prosop., 37.

[4] Prosop., 37. Cf 39-41.

Digitized by Google

adfinitatis poenas daturum. — 16, 33. Helvidius et Paconius Italia depelluntur. — 16, 35. (Paetus Thrasea damnatus) laetitiae propior, quia Helvidium generum suum Italia tantum arceri cognoverat. Accepto dehinc senatus consulto Helvidium et Demetrium in cubiculum inducit... — II, 91. Ventitabat in senatum (Vitellius)... Ac forte Priscus Helvidius praetor designatus contra studium eius censuerat. — IV, 4. Vbi ad Helvidium Priscum praetorem designatum ventum, prompsit sententiam, ut honorificam in novum principem... Isque praecipuus illi dies magnae offensae initium et magnae gloriae fuit. — IV, 5. Helvidius Priscus... e Caracinae municipio Cluviis, patre, qui ordinem primi pili duxisset, ingenium inlustre altioribus studiis iuvenis admodum dedit... Quaestorius adhuc a Paeto Thrasea gener delectus... — IV, 6. Ruina soceri in exilium pulsus ut Galbae principatu rediit, Marcellum Eprium, delatorem Thraseae, accusare adgreditur. . Mox dubia voluntate Galbae, multis senatorum deprecantibus omisit Priscus... Eo senatus die, quo de imperio Vespasiani censebant, placuerat mitti ad principem legatos. Hinc inter Helvidium et Eprium acre iurgium : Priscus eligi nominatim a magistratibus iuratis, Marcellus urnam postulabat... — IV, 7. Paulatimque per altercationem ad continuas et infestas orationes provecti sunt, quaerente Helvidio, quid ita Marcellus iudicium magistratuum pavesceret... — IV, 8. (Respondet Eprius Marcellus) « ...Denique constantia, fortitudine Catonibus et Brutis aequaretur Helvidius... Suadere etiam Prisco ne supra principem scanderet, ne Vespasianum... praeceptis coerceret. »— IV, 9. Secutum aliud certamen... Helvidius, arbitrio senatus agendum censuit... Censuerat Helvidius, ut Capitolium publice restitueretur, adiuvaret Vespasianus. — IV, 10. Proximus (senatus) dies causae (P. Celeris) destinatur. Nec tam Musonius aut Publius quam Priscus et Marcellus ceterique, motis ad ultionem animis, exspectabantur. — IV, 43. Tanto cum adsensu senatus auditus est (Curtius) Montanus, ut spem caperet Helvidius posse etiam (Eprium) Marcellum prosterni... Quod ubi sensit Marcellus, velut excedens curia : « Imus, inquit, Prisce, et relinquimus tibi senatum tuum... » — IV, 53. Helvidius Priscus praetor, praeeunte Plautio Aeliano pontifice, lustrata suovetaurilibus area (restituendo Capitolio dicata) et

Digitized by Google

super caespitem redditis extis, Iovem, Iunonem, Minervam praesidesque imperii deos precatus .. — *A*. 2. Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum. — *O*, 5. (Loquitur Aper) « Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus quam eloquentiam suam opposuit? Qua accinctus et minax disertam quidem, sed inexercitatam et eius modi certaminum rudem Helvidii sapientiam elusit.

(HELVIVS RVFVS), RVFVS HELVIVS[1]. — 3, 21. Quo proelio (adversus Tacfarinatem) Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus rettulit donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. Caesar addidit civicam coronam.

HENIOCHI. — 2, 68. Vonones... effugere ad Armenios, inde Albanos Heniochosque... conatus est.

HERCVLEIVS[2]. — 14, 8. (Agrippina) respicit Anicetum trierarcho Herculeio et Obarito centurione classiario comitatum... Circumsistunt lectum percussores et prior trierarchus fusti caput eius adflixit.

HERCVLES. — 2, 12. (Germanicus) indicio perfugae cognoscit... convenisse (Germanos) in silvam Herculi sacram. — 2, 60. Orsus oppido a Canopo... Inde proximum amnis (Nili) os dicatum Herculi, quem indigenae ortum apud se et antiquissimum perhibent eosque, qui postea pari virtute fuerint, in cognomentum eius adscitos. — 3, 61. Ephesii... memorantes... auctam... concessu Herculis, cum Lydia poteretur, caerimoniam templo (in luco Ortygia sito). — 4, 38. « Optimos... mortalium altissima cupere; sic Herculem et Liberum apud Graecos, Quirinum apud nos deum numero additos. » — 4, 43. Messenii veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere. — 12, 13. Gotarzes apud montem, cui nomen Sanbulos, vota dis loci suscipiebat, praecipua religione Herculis, qui tempore stato per quietem monet sacerdotes... — 12, 24. Quod pomoerium Romulus posuerit, noscere haud absurdum reor. Igitur a foro boario... sulcus designandi oppidi coeptus, ut magnam Her-

[1] M. Helvius Rufus Civica. PROSOP., 51.
[2] Omissus est in PROSOP.

Digitized by Google

culis aram amplecteretur... — 15, 41. Magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat (incendio Neronis amissa sunt). — III, 42. Fabius Valens e sinu Pisano... portum Herculis Monoeci defertur. — *G*, 3. Fuisse apud (Germanos) et Herculem memorant primumque omnium virorum fortium ituri in proelia canunt. — 9. (Germani) Martem et Herculem concessis animalibus placant. — 34. Ipsum quin etiam Oceanum illa temptavimus; et superesse adhuc Herculis columnas fama vulgavit, sive adiit Hercules, seu, quidquid ubique magnificum est, in claritatem eius referre consensimus. Nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem inquiri.

HERCYNIA, HERCYNIA SILVA, HERCYNIVS SALTVS. — 2, 45. (Arminius) fugacem Maroboduum appellans..., Hercyniae latebris defensum. — *G*, 28. Inter Hercyniam[1] silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii... tenuere. — 30. Vltra hos Chatti; initium sedis ab Hercynio[2] saltu incohatur... Chattos suos saltus Hercynius[3] prosequitur simul atque deponit.

HERENNIVS GALLVS, GALLVS, HERENNIVS, HERENNII[4]. — IV, 19. (Hordeonius Flaccus) scripsit Herennio Gallo logionis primae legato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret transitu Batavos, se cum exercitu tergis eorum haesurum. Et opprimi poterant, si hinc Hordeonius, inde Gallus, motis utrimque copiis, medios clausissent. Flaccus omisit inceptum aliisque litteris Gallum monuit. ne terreret abeuntes. — IV, 20. Batavi, cum castris Bonnensibus propinquarent, praemisere, qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret. — IV, 26. Additus (Dillio) Voculae in partem curarum Herennius Gallus legatus... In proximos Cugernorum pagos... ductus *a* Vocula exercitus, pars cum Herennio Gallo remansit. — IV, 27. Forte navem... Germani in suam ripam trahebant. Non tulit Gallus misitque subsidio cohortem. — IV, 59. (Iulius) Classicus... caedem (Voculae) maturavit; Herennium et Numisium legatos vinciri satis visum.

[1] **A** : *hircyniam ;* **B** : *hirciniam (e* suprascr. alia manus) ; **C** : *hercinam.* Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[2] **A** : *hircynio;* **B** : *hircynio; (e* suprascr.); **C** : *hercinio.*

[3] **A** : *hircynius;* **B C** : *hercinius.*

[4] Prosop., 75.

Digitized by Google

— IV, 70. Valentinus ac Tutor in arma Treveros retrahunt, occisis Herennio ac Numisio legatis, quo minore spe veniae cresceret vinculum sceleris. — IV, 77. (Loquitur Petilius Cerialis) « Adnumerabor Numisiis et Herenniis, ut omnes legati vestri aut militum manibus aut hostium ceciderint[1]. »

HERENNIVS SENECIO, SENECIO[2]. — *A*. 2. Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum... — 45. Nos innocenti sanguine Senecio perfudit.

HERMAGORAS[3]. — *O*. 19. (Loquitur Aper) « Longa principiorum praeparatio et narrationis alte repetita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum gradus et quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris praecipitur. »

HERMINONES. — *G*. 2. Manno (deo Germani) tres filios adsignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones, medii Herminones... vocentur.

HERMVNDVRI, HERMVNDVRVS (sing. coll.). — 2, 63. (Catualda) pulsus haud multo post Hermundurorum opibus. — 12, 29. Vibilius Hermundurorum rex. — 12, 30. Iazuges obsidionis impatientes et proximos per campos vagi necessitudinem pugnae (Vannio) attulere, quia Lugius Hermundurusque illic ingruerant. — 13, 57. Eadem aestate inter Hermunduros Chattosque certatum magno proelio, dum flumen gignendo sale fecundum et conterminum vi trahunt... Sed bellum Hermunduris prosperum, Chattis exitiosius fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere, quo voto equi, viri, cuncta viva occidioni dantur. — *G*. 41. Et haec quidem pars Sueborum in secretiora Germaniae porrigitur; propior... Hermundurorum civitas, fida Romanis; eoque solis Germanorum non in ripa commercium, sed penitus atque in splendidissima Raetiae provinciae colonia... In Hermunduris Albis oritur... — 42, Iuxta Hermunduros, Varisti ac deinde Marcomani et Quadi agunt.

HERODES[4]. — V, 9. Regnum (Iudaeorum) ab Antonio Herodi

[1] V. etiam IV, 56, 58, 72; V, 25.
[2] Prosop., 92.
[3] Prosop., 100.
[4] Herodes Magnus. Prosop., 106.

Digitized by Google

datum victor Augustus auxit. Post mortem Herodis, nihil exspectato Caesare, Simo quidam regium nomen invaserat. Is a Quintilio Varo... punitus et gentem coercitam liberi Herodis tripertito rexere. — V, 11. Conspicuo... fastigio turris Antonia, in honorem M. Antonii ab Herode appellata.

* HERTHVS, v. NERTHVS.

HIBERI (Hispaniae pop.). — *A.* 11. Silurum colorati vultus, torti plerumque crines et posita contra Hispania Hiberos [1] veteres traiecisse (in Britanniam) easque sedes occupasse fidem faciunt.

HIBERI (Asiae pop.) ; HIBERVS (sing. coll.) ; HIBERVS (adiect.)[2]. — 4. 5. (Provinciae Syriae) accolis Hibero Albanoque et aliis regibus, qui magnitudine nostra proteguntur adversum externa imperia. — 6, 32. Tiberius... reciperandae... Armeniae Hiberum Mithridaten deligit conciliatque fratri Pharasmani, qui gentile imperium obtinebat. — 6, 33. Hiberi magnis copiis Armeniam inrumpunt... Hiberi locorum potentes Caspia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt. — 6, 34. Hiberi Albanique saltuosos locos incolentes duritiae patientiaeque magis insuevere (quam Parthi)... Derecta utrimque acie Parthus imperium Orientis, claritudinem Arsacidarum contraque ignobilem Hiberum mercennario milite disserebat. — 6, 35. Iamque et Albani Hiberique prensare, detrudere, ancipitem pugnam hostibus facere... — 6, 36. Peritia locorum ab Hiberis melius pugnatum. — 11, 8. (Pharasmanes) rex Hiberis idemque Mithridatis frater... — 11, 9. Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad exscindenda castellorum ardua, simul Hibero exercitu campos persultante. — 12, 44. Eodem anno bellum inter Armenios Hiberosque exortum Parthis quoque ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa fuit... Hiberos Pharasmanes vetusta possessione... obtinebat... — 12, 46. Praefectus hortari Mithridaten ad sanciendum foedus : .. non abnuere pacem Hiberos, quamquam in tempore validiores .. Casperius interim ad Pharasmanen pervadit, utque Hiberi obsidio decedant, expostulat. — 12, 50. Incessu Parthorum sine acie pulsi Hiberi.

[1] Puteolanus et vulg. : *Iberos.*
[2] Vulg. : *Iberi.*

Digitized by Google

— 12, 51. (Radamistus) praeceps Hiberos ad patrium regnum pervadit. — 14, 23. Corbulo (Mardos) immissis Hiberis vastavit.

HIBERIA[1]. — 12, 44. Radamistus... modicum Hiberiae regnum senecta patris detineri ferocius crebriusque iactabat...

HIBERNIA. — 12, 32. Iamque ventum haud procul mari, quod Hiberniam insulam adspectat, cum ortae apud Brigantas discordiae retraxere (Britanniae legatum). — *A*. 24. (Agricola) eam... partem Britanniae, quae Hiberniam adspicit, copiis instruxit... Hibernia medio inter Britanniam atque Hispaniam sita et Gallico quoque mari opportuna... Saepe ex eo audivi legione una et modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse...

HIERO. — 6, 42. Tiridates... consultans, quonam die sollemnia regni (Parthorum) capesseret, litteras Phraatis et Hieronis, qui validissimas praefecturas obtinebant, accipit, brevem moram precantium. — 6, 43. Phraates et Hiero et si qui alii delectum capiendo diademati diem haud concelebraverant, pars metu, quidam invidia in Abdagaesen... ad Artabanum vertere... Hiero pueritiam Tiridatis increpat (apud Artabanum)...

HIEROCAESARIA. — 2, 47. Hierocaesariam... levari (in quinquennium tributo)... placuit.

HIEROCAESARIENSES. — 3, 62, Altius Hierocaesarienses exposuere, Persicam apud se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum...

HIEROSOLYMA. — II, 4. Profligaverat bellum Iudaicum Vespasianus, obpugnatione Hierosolymorum reliqua, duro magis et arduo opere ob ingenium montis et pervicaciam superstitionis, quam quo satis virium obsessis ad tolerandas necessitates superesset. — V, 1. Caesar Titus... haud procul Hierosolymis castra facit. — V, 2. Alii (tradunt)... Solymos... conditae urbi Hierosolyma nomen e suo fecisse. — V, 8. Hierosolyma genti (Iudaeorum) caput. — V, 9. Muri Hierosolymorum diruti (a Cn. Pompeio). — V, 11. (Titus) castris... ante moenia Hierosolymorum positis... Ni statim Hierosolyma conciderent[3]...

HIEROSOLYMVS. — V, 2. Quidam (memorant) regnante Iside

[1] Vulg.: *Iberia.*
[2] Vulg.: *Hierocaesaream.*
[3] V. etiam V, 3.

Digitized by Google

exundantem per Aegyptum multitudinem ducibus Hierosolymo ac Iuda proximas in terras exoneratam.

HILARIVS[1]. — II, 65. Hilarius Caesaris libertus detulerat (Cluvium Rufum) tamquam audito Vitellii et Othonis principatu propriam ipse potentiam et possessionem Hispaniarum temptasset... Auctoritas Cluvii praevaluit, ut puniri ultro libertum suum Vitellius iuberet.

* HIRCYNIVS, A, v. HERCYNIVS, A.

HIRTIVS[2]. — 1, 10. Caesis Hirtio et Pansa, sive hostis illos, seu... sui milites Hirtium et machinator doli Caesar abstulerat. — *O.* 17. « Hirtio... et Pansa consulibus... occisus est (Cicero), quo anno Divus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit. »

HISPALENSES. — I, 78. (Otho) Hispalensibus[3] et Emeritensibus familiarum adiectiones... dono dedit.

HISPANA LEGIO. — I, 6. Inducta (a Galba Romam) legione Hispana.

HISPANI. — I, 78. Templum ut in colonia Tarraconensi strueretur Augusto, petentibus Hispanis permissum.

HISPANIA, HISPANIAE. — 1, 42. « Si Hispaniae Syriaeve miles (nos) aspernaretur. » (Loquitur Germanicus). — 1, 71. Ad supplenda exercitus (Germanici) damna certavere Galliae, Hispaniae, Italia. — 3, 13. Fulcinius... ambitiose avareque habitam Hispaniam (Cn. Pisoni obiectabat). — 3, 44. At Romae... quattuor et sexaginta Galliarum civitates descivisse, adsumptos in societatem Germanos, dubias Hispanias (creditum). — 4, 5. Hispaniae recens perdomitae tribus (legionibus) habebantur. — 4, 13. Vibius Serenus pro consule ulterioris Hispaniae de vi publica damnatus. — 4, 37. Hispania ulterior missis ad senatum legatis oravit, ut exemplo Asiae delubrum Tiberio matrique eius exstrueret. — 4, 45. Isdem consulibus facinus atrox in citeriore Hispania admissum... — 6, 19. Sextus Marius Hispaniarum ditissimus. — 6, 27. Recitantur Caesaris litterae, quis incusabat egregium quemque et regendis exercitibus idoneum abnuere id munus..., oblitus Arrun-

[1] Omissus est in Prosop.
[2] A. Hirtius, cos. a. 711 = 43.
[3] M : *hispaniensibus*. Corr. Faernus. — Rhenanus : *Hispaliensibus*.

Digitized by Google

tium, ne in Hispaniam pergeret, decimum iam annum attineri. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Num paenitet Balbos ex Hispania.. (Romam) transivisse? » — 14, 41. (Pompeio Aeliano) Italia et Hispania, in qua ortus erat, interdictum est. — I, 8. E provinciis Hispaniae praeerat Cluvius Rufus... — I, 22. Ptolemaeus (mathematicus) Othoni in Hispania comes. — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum adtulit (Galba, nisi occisi Obultronii Sabini et Cornelii Marcelli in Hispania...? » — I, 49. Servius Galba... iam senior citeriorem Hispaniam... continuit. — I, 62. Instare miles (Vitellianus), arma poscere, dum Galliae trepident, dum Hispaniae cunctentur... — I, 76. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum... legiones. Idem ex Hispania adlatum laudatusque per edictum Cluvius Rufus ; sed statim cognitum est conversam ad Vitellium Hispaniam. — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit exercitum Vitellii universum advenisse nec multum virium a tergo... Hispanias armis non ita redumdare... — II, 58. Lucceius Albinus (utriusque Mauretaniae procurator)... caeso Galba in Othonem pronus nec Africa contentus Hispaniae angusto freto diremptae imminebat. — II, 65. Digressum a Luguduno Vitellium Cluvius Rufus adsequitur omissa Hispania... Hilarius Caesaris libertus detulerat (eum), tamquam audito Vitellii et Othonis principatu propriam ipse potentiam et possessionem Hispaniarum temptasset... Cluvius comitatui principis adiectus, non adempta Hispania, quam rexit absens... — II, 67. Prima classicorum legio in Hispaniam missa (a Vitellio). — II, 86. Scriptae (a ducibus Flavianis) in Britanniam ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos epistulae, quod utraque legio pro Othone, adversa Vitellio fuerat. — II, 97. Auxilia tamen (Vitellius) e Germania Britanniaque et Hispaniis excivit, segniter et necessitatem dissimulans... Neque ex Hispaniis properabatur, nullo tum ibi consulari ; trium legionum legati pares iure... — III, 2. Antonius Primus... festinationem ipsis (Flavianis) utilem, Vitellio exitiosam disseruit... Nec procul Germaniam, unde vires, Britanniam freto dirimi, iuxta Gallias Hispaniasque ; utrimque viros, equos, tributa... — III, 13. Caecina (apud primores centurionum et paucos militum)... Vespasiani virtutem viresque partium extollit..., adversas (Vitellio) Gallias Hispaniasque... — III, 15. Britannia Galliaque et Hispa-

Digitized by Google

nia auxilia Vitellius acciverat. — III, 25. Iulius Mansuetus ex Hispania, Rapaci legioni additus. — III, 35. In Britanniam inde et Hispanias nuntios famamque... (victores Flaviani) misere. — III, 44. Cuncta ad victoris (Vespasiani) opes conversa, initio per Hispaniam a prima Adiutrice legione orto, quae... decimam quoque ac sextam traxit. — III, 53. Antonius (Primus)... litteras ad Vespasianum composuit.. ,suis exhortationibus Gallias Hispaniasque, validissimam terrarum partem, ad Vespasianum conversas... — III, 70. « Iam Hispaniis Germaniisque et Britannia desciscentibus (a Vitellio, se Flavium Sabinum) fratrem Vespasiani mansisse in fide. » — IV, 3. Sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma, motis ad bellum Germaniis, mox Illyrico .. — IV, 25. Hordeonius exemplares omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui recitavit... — IV, 39. Mucianus... (Antonio Primo) citeriorem Hispaniam ostentans, discessu Cluvii Rufi vacuam. — IV, 68. Legiones... sexta ac decima ex Hispania (a Muciano in Germanias) accitae. — IV, 76. Tutor cunctatione crescere rem Romanam adfirmabat.. , transvectam e Britannia legionem, accitas ex Hispania... — V, 19. (Petilii) Cerialis exercitum decima ex Hispania legio supplevit. — *G.* 37. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae Galliaeve, ne Parthi quidem saepius admonuere (Romanos quam Germani). — *A.* 10. Britannia... spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur. — 11. Silurum colorati vultus... et posita contra Hispania[1] Hiberos veteres traiecisse... fidem faciunt. — 24. Hibernia medio inter Britanniam atque Hispaniam sita. — *O*, 10. (Loquitur Aper) « Quotus quisque, cum ex Hispania vel Asia... in urbem venit, Saleium Bassum (poetam) requirit ? »

* HISPANIENSES, v. HISPALENSES.

HISPANIENSES EXERCITVS. — 1, 3. Lucium Caesarem euntem ad Hispanienses exercitus... mors... abstulit.

*HISTEIVS, HISTRIVS, HISTIVS, v. INSTEIVS.

HISTRIA.— II, 72. Exstiterat quidam Scribonianum se Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Histria[2] occultatum,

[1] **A B** : *hispaniam* Corr. Muret.
[2] Vulg. post Io. F. Gronovium : *Istria.* Codicum scripturam revocavit Ryck.

Digitized by Google

quod illic clientelae et agri veterum Crassorum ac nominis favor manebat.

HOMERVS. — V, 2. Solymos, carminibus Homeri celebratam gentem. — *O.* 12. « Illud certe mihi concedes, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros. »

HOMONADENSES. — 3, 48. (Sulpicius Quirinius) sub Divo Augusto... expugnatis super Ciliciam Homonadensium[1] castellis insignia triumphi adeptus.

HORATIVS PVLVILLVS[2]. — III, 72. Pulsis regibus Horatius Pulvillus[3] iterum consul dedicavit (Capitolium) ea magnificentia quam immensae postea populi Romani opes ornarent potius quam augerent.

HORATIVS[4]. — *O.* 20. (Loquitur Aper) « Exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Vergilii et Lucani sacrario prolatus. » — 23. « Vobis utique versantur ante oculos illi, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Vergilio legunt... »

HORDEONIVS FLACCVS, FLACCVS HORDEONIVS, FLACCVS, HORDEONIVS[5]. — I, 9. Superior (Germaniae) exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate... — I, 52. Fabius Valens... instigare Vitellium..., nullam in Flacco Hordeonio moram. — I, 54. Nec procul seditione aberant (milites), cum Hordeonius Flaccus abire legatos (Lingonum)... iubet. — I, 56. Spectator flagitii Hordeonius Flaccus consularis legatus aderat, non compescere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus, sed segnis, pavidus, et socordia innocens. — II, 57. Cura ripae (Rheni a Vitellio) Hordeonio Flacco permissa. — II, 97. Perinde legati provinciaeque cunctabantur (Vitellio auxilia mittere), Hordeonius Flaccus suspectis iam Batavis anxius proprio bello, Vettius Bolanus...., et uterque ambigui. — IV, 13. (Iulium Civilem, ut tumultus Germanici specie retentaret legio-

[1] **M** : *onomadensium*. Strabo, 12, 6 : Ὁμονάδεας. « Apud Plinium in indice libr V optimi codices exhibent *omanadum* » (Orelli).

[2] M. Horatius Pulvillus.

[3] **M** : *puluilius*.

[4] Q. Horatius Flaccus. Prosop., 144.

[5] Prosop., 146.

Digitized by Google

nes,) Hordeonius Flaccus praesens monuerat, inclinato in Vespasianum animo et rei publicae cura... — IV, 18. At Flaccus Hordeonius primos Civilis conatus per dissimulationem aluit. — IV, 19. Flaccus multa concedendo (Batavorum cohortibus) nihil aliud effecerat, quam ut acrius exposcerent, quae sciebant negaturum. Spreto Flacco inferiorem Germaniam petivere, ut Civili iungerentur. Hordeonius... consultavit, num obsequium abnuentes vi coerceret... Et opprimi poterant, si hinc Hordeonius, inde (Herennius) Gallus... medios clausissent. Flaccus omisit inceptum aliisque litteris Gallum monuit, ne terreret abeuntes... — IV, 24. Flaccus interim cognito castrorum obsidio et missis per Gallias, qui auxilia concirent... (Milites) fremebant... Civilem stare contra, struere aciem; Hordeonium e cubiculo et lectulo iubere quidquid hosti conducat... Flammavere insuper adlatae a Vespasiano litterae, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro contione recitavit, vinctosque, qui adtulerant, ad Vitellium misit. — IV, 25. Miles culpam cladis in Hordeonium vertebat... Hordeonius exemplares omnium litterarum, quibus per (provincias) auxilia orabat, exercitui recitavit... Nec terrorem unius militis vincula indiderant, quin idem ille arguebat ultro conscientiam ducis, tamquam nuntius inter Civilem Flaccumque falso crimine testis veri opprimeretur... Exim consensu ducem (Dillium) Voculam poscentibus, Flaccus summam rerum ei permisit. — IV, 27. Redit in Hordeonium invidia; illum auctorem sceleris, hunc (Herennium Gallum) ministrum vocant, donec exitium minitantibus exterritus proditionem et ipse Hordeonio obiecit. — IV, 31. Vetus miles cunctabatur. Sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus tribunis, dixit (Vespasiani) sacramentum. — IV, 36. Legiones donativum exposcunt, comperto pecuniam a Vitellio missam. Nec diu cunctatus Hordeonius nomine Vespasiani dedit... Veterem in Hordeonium iram renovant, nec ullo legatorum tribunorumve obsistere auso, quippe omnem pudorem nox ademerat, protractum e cubili interficiunt. — IV, 55. Ante Flacci Hordeonii caedem nihil prorupit, quo coniuratio intellegeretur. Interfecto Hordeonio commeavere nuntii inter Civilem Classicumque...—IV, 77. (Loquitur Petilius Cerialis) « Non Flaccum, inquit, non Voculam deseritis: nulla hic proditio ». — V, 26. Civilis ita coepit: « ...Quae Antonius (Primus) epistulis, Hordeonius Flaccus praesens monebat·

Digitized by Google

*HORESTI, v. BORESTI.

HORMVS. — III, 12. Exsoluta statim vincula (Lucilio Basso classis Ravennatis praefecto) interventu Hormi (Vespasiani) Caesaris liberti ; is quoque inter duces habebatur. — III, 28. Hormine id ingenium (militibus exhortationes abnuentibus Cremonam monstravisse), ut Messalla tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreverim, nisi quod neque Antonius neque Hormus a fama vitaque sua quamvis pessimo flagitio degeneravere. — IV, 39. Hormo dignitas equestris data[1].

M. HORTALVS[2]. — 2, 37. (Tiberius) preces Marci Hortali nobilis iuvenis in paupertate manifesta superbius (accepit). Nepos erat oratoris Hortensii... — 2, 38. (Loquitur Tiberius) « Dedit tibi, Hortale, Divus Augustus pecuniam, sed non compellatus... » Tiberius... Hortalo se respondisse ait ; ceterum, si patribus videretur, daturum liberis eius ducena sestertia singulis, qui sexus virilis essent. Siluit Hortalus, pavore an avitae nobilitatis etiam inter angustias fortunae retinens.

M. (HORTENSIVS) HORTALVS, v. M. HORTALVS.

Q. HORTENSIVS[3]. — 2, 37. (M. Hortalus) nepos erat oratoris Hortensii... Modo Hortensii inter oratores sitam imaginem, modo Augusti intuens, ad hunc modum coepit : « ...Caesar, ...Q. Hortensii pronepotes, divi Augusti alumnos ab inopia defende ». — 2, 38. Neque miseratus est posthac Tiberius, quamvis domus Hortensii pudendam ad inopiam delaberetur.

HORTENSIVS. — *O.* 16. « Si, ut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus et verus annus, quo eadem positio caeli siderumque, quae cum maxime est, rursus exsistet, isque annus horum, quos nos vocamus, annorum duodecim milia nongentos quinquaginta quattuor complectitur... »

HOSTILIA. — II, 100. Ita adcelerare (Caecinae) legiones, Cremonam, pars Hostiliam petere iussae. — III, 9. Mox Caecina inter Hostiliam, vicum Veronensium, et paludes Tartari fluminis castra permuniit. — III, 14. (Vitelliani) relictis castris, abrupto

[1] V. etiam III, 26, 27.
[2] M. (Hortensius) Hortalus. Prosop., 151.
[3] Q. Hortensius Hortalus, cos. a. 685 = 69.

Digitized by Google

ponte, Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, ut... — III, 21. (Quorumdam Cremonensium) indicio noscitur sex Vitellianas legiones omnemque exercitum, qui Hostiliae egerat, ...comperta suorum clade, in proelium accingi ac iam adfore. — III, 40. Nec deerant qui (Fabium Valentem) monerent, ut cum fidissimis per occultos tramites vitata Ravenna Hostiliam Cremonamve pergeret.

* HOSTORIVS, v. INSTEIVS.

HVNI. — *F*, 7. (Maximas illas Scythicas gentes... Alexandro quoque illi Magno, sicut Pompeius Corneliusque testati sunt, evitatas,... hoc est Alanos, Hunos et Gothos).

* HYCELLVS, v. ICELVS.

* HYLIATES, v. IZATES.

HYPAEPENI. — 4, 55. (Cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae templum Tiberii statueretur), Hypaepeni... tramissi ut parum validi.

HYPERIDES. — *O*. 12. « Illud certe mihi concedes, Aper,. .nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hyperidis includi. » — 16. (Loquitur Aper) « Vos... (ut antiquos) Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita tamen ut utrique superstites essent. » — 25. (Loquitur Messalla) « Inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent. »

HYRCANI. — 6, 36. (Artabanus) in longinqua et contermina Scythiae fugam maturavit, spe auxilii, quia Hyrcanis Carmaniisque per adfinitatem innexus erat. — 6, 43. (Idem) in Hyrcanis repertus est. — 11, 8. Gotarzes Daharum Hyrcanorumque opibus auctus bellum renovat. — 14, 25. Miserantque Hyrcani ad principem Romanum societatem oratum, attineri a se Vologaesen pro pignore amicitiae ostentantes. — 15, 1. Rex Parthorum Vologaeses... defectione Hyrcanorum, gentis validae, multisque ex eo bellis inligatus. — 15, 2. Vologaeses Monaesi... mandavit... Tigranen Armenia exturbare, dum ipse positis adversus Hyrcanos discordiis...

HYRCANI MACEDONES, v. MACEDONES HYRCANI.

HYRCANIA. — 11, 9. Gotarzes, ne quid aemulationis exsisteret,

Digitized by Google

penitus in Hyrcaniam abiit; regressoque Vardani... — 13, 37. Corbulo, satis comperto Vologaesen defectione Hyrcaniae attineri...

HYRCANVM BELLVM. — 14, 25. Parthi Hyrcano bello distinebantur.

IANICVLVM. — III, 51. Proelio, quo apud Ianiculum adversus Cinnam pugnatum est.

IANVARIVS. — 4, 70. (Tiberius) sollemnia incipientis anni kalendis Ianuariis epistula precatus... — 13, 10. Nero veterem religionem kalendarum Ianuariarum inchoando anno retinuit. — I, 12. Paucis post kalendas Ianuarias diebus... — I, 18. Quartum idus Ianuarias, foedum imbribus diem... — I, 55. Sollemni kalendarum Ianuariarum sacramento... Ipso kalendarum Ianuariarum die... — I, 56. Nocte quae kalendas Ianuarias secuta est. — I, 57. Tertium nonas Ianuarias. — III, 67. XV kalendas Ianuarias. — IV, 39. Kalendis Ianuariis[1].

IANVS. — 2, 49. (Tiberius) dedicavit... Iano templum, quod apud forum holitorium C. Duilius struxerat. — *F*, 4. (Sene Augusto Ianus patefactus .. usque ad Vespasiani duravit imperium). — 5. (Iani portas... ab ipso Vespasiano post annum apertas Cornelius Tacitus (prodit).

IASO, IASON. — 6, 34. Qua tempestate Iaso post avectam Medeam genitosque ex ea liberos inanem mox regiam Aeetae vacuosque Colchos repetivit. — *O*. 9. (Loquitur Aper) « Materne..., cui bono est, si apud te Agamemnon aut Iason diserte loquitur? »

IAZVGES. — 12, 29. (Vannio) manus propria pedites, eques e Sarmatis Iazugibus[2] erat. — 12, 30. Sed Iazuges[3] obsidionis impatientes et proximos per campos vagi necessitudinem pugnae attulere. — III, 5. Principes Sarmatarum Iazugum... in commilitium adsciti (a ducibus Flavianis). Plebem quoque et vim equitum, qua sola valent, offerebant.

[1] Praeterea, I, 26. ubi Orelli-Meiser cum deterioribus codicibus *iduum die* legit (**M**. ut videtur, *Iduũ dierũ*) corr. Pichena : *iduum Ian. die.* Quam coniecturam post alios nuperrime improbavit Andresen, *In Tac. hist. stud.*, p. 11 : « Quod adhuc verisimile fuit, iam certum est, scriptum esse in codice : *postero Iduum dierum*, ac tertii vocabuli extremam syllabam ab eo qui scripsit librum esse sublatam, qua correctione ipsius Taciti manum restitutam esse a me doceri opus non est. »

[2] **M** : *iazigibus.* Vulgo : *Iazygibus.*

[3] **M** : *iazigies.*

Digitized by Google

IBERI, IBERIA, v. HIBERI, HIBERIA.

ICELVS, MARCIANVS, MARCIANVS ICELVS, ICELI[1]. — I, 13. Potentia principatus divisa in Titum Vinium..., Cornelium Laconem...; nec minor gratia Icelo[2], Galbae liberto, quem anulis donatum equestri nomine Marcianum vocitabant. Hi discordes... circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. Vinius pro M. Othone, Laco atque Icelus consensu non tam unum aliquem fovebant quam alium. — I, 33. Repugnantem huic sententiae Vinium Laco minaciter invasit, stimulante Icelo[3], privati odii pertinacia in publicum exitium. — I, 37. (Loquitur Otho) « Septem a Neronis fine menses sunt, et iam plus rapuit Icelus, quam quod Polycliti et Vatinii et Aegiali, quoad perierunt. » — I, 46. In Marcianum Icelum ut in libertum palam animadversum. — II, 95. Misera civitas eodem anno Othonem, Vitellium passa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos varia et pudenda sorte agebat...

ICENI. — 12, 31. (P. Ostorius) cuncta... castris Avonam *inter* et Sabrinam fluvios cohibere parat. Quod primi Iceni abnuere, valida gens nec proeliis contusi, quia societatem nostram volentes accesserant. — 12, 32. Clade Icenorum compositi, qui bellum inter et pacem dubitabant. — 14, 31. Rex Icenorum[4] Prasutagus... Caesarem heredem duasque filias scripserat, tali obsequio ratus regnumque et domum suam procul iniuria fore. Quod contra vertit... Praecipui quique Icenorum[5]... avitis bonis exuuntur...

IDA, IDAEI. — V, 2. Inclutum in Creta Idam montem, accolas Idaeos aucto in barbarum cognomento Iudaeos vocitari. — V, 4. Seu principia religionis tradentibus Idaeis[6], quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus.

IDISTAVISO. — 2, 16. In campum, cui Idistaviso[7] nomen, deducunt copias (Germani duces).

[1] Prosop., 14. — Vulg. ante Lipsium : *Hycellus*.
[2] **M** : *Icaelo*.
[3] **M** : *hicaelo*.
[4] **M** : *igenorum*. Corr. Rhenanus.
[5] **M** : *ygenorum*. Corr. Rhenanus.
[6] **M** : *Indeis*. Corr. Lipsius.
[7] Nominativum esse docet Nipperdey-Andersen. — Iac Grimm : *Idisiaviso*; Muellenhoff : *Idisiavisa*.

Digitized by Google

ILIENSES. — 4, 55. (Cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae templum Tiberii statueretur), ne Ilienses quidem, cum parentem urbis Romae Troiam referrent, nisi antiquitatis gloria pollebant. — 12, 58. Nero .. causa Iliensium suscepta Romanum Troia demissum et Iuliae stirpis auctorem Aeneam aliaque haud procul fabulis vetera facunde exsecutus perpetrat, ut Ilienses omni publico munere solverentur.

ILIVM. — 2, 54. (Germanicus) a*dito I*lio[1], quaeque ibi varietate fortunae et nostri origine veneranda, relegit Asiam... — 6, 12. Post exustum sociali bello Capitolium quaesitis Samo, Ilio, Erythris... carminibus Sibullae.

ILLYRICVM. — 1, 5. Vixdum ingressus Illyricum Tiberius. — 1, 46. At Romae nondum cognito, qui fuisset exitus in Illyrico... — 2, 44. Nec multo post Drusus in Illyricum missus est. — 3, 34. (Drusus in senatu commemorat) se quoque in Illyricum profectum... — 15, 26. (Corbulo exercitui suo) addidit... vexilla delectorum ex Illyrico et Aegypto. — I, 2. Turbatum Illyricum. — I, 6. Plena urbs exercitu insolito. Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum... opprimendis Vindicis coeptis revocaverat. — I, 9. Quies et Illyrico, quamquam excitae a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent. — I, 76. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones. — II, 74. Illyrici legiones. — III, 35. Victae legiones (Vitellianae)... per Illyricum dispersae. — IV, 3. Sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma, motis ad bellum Germaniis, mox Illyrico[2]...

ILLYRICVS, A. — 1, 52. Drusum et finem Illyrici motus laudavit (in senatu Tiberius). — 2, 53. Germanicus... Nicopolim... venerat per Illyricam oram. — 3, 7. (Peractis Germanici exsequiis) Drusus Illyricos ad exercitus profectus est. — 16, 13. Eodem anno dilectus per Galliam Narbonensem Africamque et Asiam habiti sunt supplendis Illyricis[3] legionibus, ex quibus aetate

[1] Sev. Vater : *adito Ilio;* **M** : *alio.*

[2] Cf. praeterea *Illyricus* (16,13).

[3] **M** : *illiricis.* Puteolanus, quem sequitur Nipperdey-Andresen : *Illyrici.* Sed cf. 1, 16 : *Pannonicas legiones;* 31 : *Germanicae legiones* ; etc. — Andresen, *De codicibus Med. Ann. Tac.*, p. 18, testatur in **M** *s* deletam esse pr. manu.

Digitized by Google

aut valetudine fessi sacramento solvebantur. — I, 31. Electos Illyrici exercitus, Vipsania in porticu tendentes... Illyrici exercitus electi Celsum infestis pilis proturbant. — II, 60. Tum interfecti sunt centuriones promptissimi Othonianorum, unde praecipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus — II, 85. Adcelerata interim Vespasiani coepta Illyrici exercitus studio transgressi in partes. — II, 86. Momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palam desciscentibus, ceteris fortunam secuturis. — III, 2. « Si inferre arma ultro velint,... vacuum Illyricum mare[1]. »

INGAEVONES. — *G.* 2. Manno (deo Germani) tres filios adsignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones... vocentur.

INGVIOMERVS. — 1, 60. Tractus... in partes Inguiomerus Arminii patruus vetere apud Romanos auctoritate. — 1, 68 Atrociora Inguiomero et laeta barbaris (suadente), ut vallum armis ambirent... Arminius integer, Inguiomerus post grave vulnus pugnam deseruere. — 2, 17. Virtus seu fraus eadem (quae Arminio), Inguiomero effugium dedit. — 2, 21. Inguiomerum tota volitantem acie fortuna magis quam virtus deserebat. — 2, 45. Inguiomerus cum manu clientium ad Maroboduum (perfugit). — 2, 46. Maroboduus... Inguiomerum tenens illo in corpore decus omne Cheruscorum... testabatur.

* INSOCHI, v. MOSCHI.

INSTEIVS, INSTEIVS CAPITO. — 13, 9. (Obsides a Vologaese datos) accepit. . centurio Insteius[2] ab Vmmidio (Syriae legato) missus. — 13, 39. Minora (castella exscindenda Corbulo) Cornelio Flacco legato et Insteio[3] Capitoni castrorum praefecto mandat.

INSVBRES. — 11, 23. (Cum primores Galliae Comatae ius adipiscendorum in urbe honorum expeterent), multus ea super re.. rumor : « ...An parum quod Veneti et Insubres curiam inruperint? »

[1] Idem mare Tacitus alibi *Delmaticum* aut *Hadriaticum*, *Hadriae*, *Hadriam* nominat.

[2] Veteres editiones ex dett. aut ex coniecturis : *Histeius*, *Histius*, *Histerius*, *Hostorius*. — Primus Lipsius suspicatus est hunc eumdem esse atque illum de quo 13, 39 mentio fit.

[3] Veterum editorum alii *Insteio*, alii *Isteo*.

Digitized by Google

* INTEMELII, INTEMELIVM, v. INTIMILII.

INTERAMNA[1]. — II, 64. Vitellius... vocatum per epistulas (Cornelium Dolabellam) vitata Flaminiae viae celebritate devertere Interamnam[2] atque ibi interfici iussit. — III, 61. Per (proditores) cognitum est Interamnam proximis campis praesidio quadringentorum equitum (Flavianorum) teneri. — III, 63. (Vitellianorum in partes Flavianas transgressorum) pars Narniae, pars Interamnae subsistere iussi.

INTERAMNATES. — 1, 79. Congruentia (Florentinis) Interamnates[3] disseruere...

* INTERAMNIVM, v. INTERAMNA.

INTIMILII[4]. — *A.* 7. Classis Othoniana licenter vaga dum Intimilios[5], Liguriae pars est, hostiliter populatur...

IONIVM MARE. — 2, 53. Germanicus... Hadriatici ac mox Ionii maris adversam navigationem perpessus... — 5, 10. (Poppaeus Sabinus) Euboeam Aegaei maris insulam... evadit, marique Ionio[6] Nicopolim... ingressus...

IOANNES, BARGIORAS[7]. — V, 12. Tres duces (Iudaeis a Tito obsessis), totidem exercitus : extrema et latissima moenium Simo, mediam urbem Ioannes, quem et Bargioram[8] vocabant, templum Eleazarus firmaverat. Multitudine et armis Ioannes ac Simo, Eleazarus loco pollebat .. Mox Ioannes, missis per speciem sacrificandi, qui Eleazarum manumque eius obtruncarent, templo potitur.

[1] Interamna Vmbriae. Cf. NIPPERDEY-ANDRESEN, ad 1, 79.

[2] **M** : *Inī. amniū.* Corr. Puteolanus. — Iac. Gronov : *Interamnium.* Cf. RITTER, ad h. l.

[3] **M** : *ante manates.* Corr. in marg. — Pichena : *Antemnates.*

[4] V. praeterea ALBINTIMILIVM.

[5] **A B** : *in templa;* Vrsinus corr. : *Intemelium;* Lipsius : *Intemelios.* — « Sic scribendum esse hoc nomen docuit MOMMSENVS, *C. I. L.*, V, 2, p. 900. *Hist.*, II, 13 : *Othonis miles vertit iras in municipium Albintimilium* ...Apud Strabonem Ἄλβον Ἰντεμέλιον. Hodie Vintimiglia. » (ORELLI-ADDRESEN.)

[6] **M** : *alio.* Corr. Th. Barthold. Codicis lectionem tuetur NIPPERDEY-ANDRESEN : « Dem entgegengesetzten, dem ionischen. »

[7] PROSOP., 29.

[8] **M** : *barbagioram.* Corr. Rhenanus. — « Immo Simo vocabatur Bargioras, id est, Giorae filius, ut certior in hac re testis refert Iosephus, *B. I.*, 2, 19, 2... ; 4, 9, 3 ...A glossatore vocabula adiecta videntur aut statuendum est Tacitum in re leviore errasse. » (ORELLI-MEISER.) — Bipontini verba *quem et Bargioram vocabant* uncis incluserunt, post *Simo* transposuit Salinerius.

Digitized by Google

IORDANES. — V, 6. (Libanus mons) amnem Iordanen alit funditque. Nec Iordanes pelago accipitur, sed unum atque alterum lacum integer perfluit, tertio retinetur. Lacus immenso ambitu, specie maris...

ISAVRICVS[1]. — 3, 62. Hierocaesarienses. . (memorabant) Perpernae, Isaurici multaque alia imperatorum nomina, qui non modo templo (Dianae Persicae), sed duobus milibus passuum eamdem sanctitatem tribuerant.

ISIS. — IV, 84. Templum... exstructum (Alexandriae) loco, cui nomen Rhacotis; fuerat illic sacellum Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum. — V, 2. Quidam (memorant) regnante Iside exundantem per Aegyptum multitudinem ducibus Hierosolymo ac Iuda proximas in terras exoneratam. — *G.* 9. Pars Sueborum et Isidi sacrificat. Vnde causa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum Liburnae figuratum docet advectam religionem.

ISTAEVONES. — *G.* 2. Manno (deo Germani) tres filios adsignant e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones..., medii. ., ceteri Istaevones vocentur.

* ISTEVS CAPITO, v. INSTEIVS.

ISTHMVS. — 5, 10. (Poppaeus Sabinus)... Corinthiense litus angustiasque Isthmi evadit.

ITALIA. — 1, 34. (Germanicus apud seditiosas legiones) Italiae... consensum, Galliarum fidem extollit. — 1, 47 (Pannoniae exercitus) Italiae imminens. — 1, 71. Ad supplenda exercitus (Germanici) damna certavere Galliae, Hispaniae, Italia. — 1, 79. Interamnates disseruere pessum ituros fecundissimos Italiae campos, si amnis Nar... — 2, 32. Facta et de mathematicis magisque Italia pellendis senatus consulta. — 2, 35. Gallus... conventum Italiae et adfluentes provincias praesentiae (Caesaris) servanda dicebat. — 2, 40. Vulgabatur interim per Italiam servatum munere deum Agrippam (Postumum). — 2, 50. Adultero (Appuleiae) Manlio Italia atque Africa interdictum est. — 2, 59. Augustus... vetitis nisi permissu ingredi senatoribus aut equitibus Romanis inlustribus, seposuit Aegyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam... insedisset, — 2, 63. Responsum a Cae-

[1] P. Servilius Isauricus, cos. 706 = 48. Cf. NIPPERDEY-ANDRESEN.

Digitized by Google

sare (Maroboduo) tutam ei honoratamque sedem in Italia fore... Exstat oratio (Tiberii), qua.. quam propinquus Italiae hostis (Maroboduus fuisset)... extulit... (Maroboduus) non excessit Italia per duodeviginti annos. — 2, 85. Actum et de sacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis factumque patrum consultum, ut quattuor milia... ea superstitione infecta..., ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent. — 3, 28. (Lege Papia Poppaea inditi custodes) urbem. . et Italiam et, quod usquam civium, corripuerant, multorumque excisi status. — 3, 31. Corbulo plurima per Italiam itinera fraude mancipum et incuria magistratuum interrupta et impervia clamitando... — 3, 33. Severus Caecina... (commemorat se uxorem cohibuisse) intra Italiam, quamquam ipse plures per provincias quadraginta stipendia explevisset. — 3, 40. (Florus et Sacrovir apud Gallos) disserebant egregium resumendae libertati tempus, si ipsi florentes, quam inops Italia, quam inbellis urbana plebes... cogitarent. — 3, 54. (Loquitur Tiberius) « ...Cur ergo olim parsimonia pollebat? Quia sibi quisque moderabatur, quia unius urbis cives eramus, ne inritamenta quidem eadem intra Italiam dominantibus. . At hercule nemo refert, quod Italia externae opis indiget. . » — 3, 58. Servius Maluginensis flamen Dialis, ut Asiam sorte haberet, postulavit, frustra vulgatum dictitans non licere Dialibus egredi Italia. — 3, 73. Ne Spartaco quidem post tot consularium exercituum clades inultam Italiam urenti... datum, ut pacto in fidem acciperetur. — 4, 5. Italiam utroque mari duae classes, Misenum apud et Ravennam... praesidebant... (Duabus legionibus) apud Delmatiam locatis, quae..., si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirentur. — 4, 6. Rari per Italiam Caesaris agri. — 4, 14. Pulsi tum histriones Italia. — 4, 27. Eadem aestate mota per Italiam servilis belli semina fors oppressit. — 4, 31. (P. Suillius) .., cum Italia arceretur convictus pecuniam ob rem iudicandam cepisse. — 4, 55. Sardiani decretum Etruriae recitavere ut consanguinei ; Tyrrhenum Lydumque..., et ducum e nominibus indita vocabula illis per Asiam, his in Italia... — 4, 56. At Zmyrnaei repetita vetustate... transcendere ad ea, quis maxime fidebant, in populum Romanum officiis, missa navali copia, non modo externa ad bella, sed quae in Italia tolerabantur. — 5, 10. (Poppaeus Sabinus) cognoscit (falsum Drusum)... multis sectatorum

Digitized by Google

dilapsis ascendisse navem tamquam Italiam peteret. — 6, 3. Hoc pretium (Iunius) Gallio meditatae adulationis tulit, statim curia, deinde Italia exactus. — 6, 11. Augustus bellis civilibus Cilnium Maecenatem. . cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit. — 6, 16. Legem dictatoris Caesaris, qua de modo credendi possidendique intra Italiam cavetur. — 6, 17. Ad hoc senatus praescripserat, duas quisque faenoris partes in agris per Italiam conlocaret. — 11, 14. In Italia Etrusci ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt (litteras). — 11, 15. Rettulit deinde (Claudius) ad senatum super collegio haruspicum, ne vetustissima Italiae disciplina per desidiam exolesceret. — 11, 22. Gliscentibus negotiis duo (quaestores) additi, qui Romae curarent ; mox duplicatus numerus, stipendiaria iam Italia et accedentibus provinciarum vectigalibus. — 11, 23. Studiis diversis apud principem certabatur, adseverantium non adeo aegram Italiam, ut senatum suppeditare urbi suae nequiret. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Neque enim ignoro... Etruria Lucaniaque et omni Italia in senatum accitos... Quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere, plebeii magistratus post patricios, Latini post plebeios, ceterarum Italiae gentium post Latinos. » — 12, 8. (Iunia) Calvina... Italia pulsa est. — 12, 22. Claudius .. (censuit, Lollia Paulina) publicatis bonis cederet Italia. — 12, 36. Fama (Caratacі ducis Britannorum) ...per Italiam quoque celebrabatur. — 12, 43. At hercule olim Italia legionibus longinquas in provincias commeatus portabat, nec nunc infecundidate laboratur, sed... — 12, 52. De mathematicis Italia pellendis factum senatus consultum atrox et irritum. — 12, 65. (Domitiae Lepidae) obiecta sunt..., quodque parum coercitis per Calabriam servorum agminibus pacem Italiae turbaret. — 13, 4. (Loquitur Nero) «...Teneret antiqua munia senatus, consulum tribunalibus Italia et publicae provinciae adsisterent. » — 13, 25. Discordi populo et gravioris motus terrore non aliud remedium repertum est, quam ut histriones Italia pellerentur... — 13, 28. Prohibiti tribuni ius praetorum et consulum praeripere aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi posset. — 13, 30. Clodius Quirinalis, ...praefectus remigum, qui Ravennae (habebantur), velut infimam nationum Italiam luxuria saevitiaque (adflictaverat). — 13, 42. (Loquitur P.) Suillius... Senecam increpans..., Italiam et provincias immenso faenore

Digitized by Google

(eius) hauriri. — 14, 27. In Italia vetus oppidum Puteoli ius coloniae.. apiscuntur... — 14, 28. Vibius Secundus... repetundarum damnatur atque Italia exigitur. — 14, 39. Nec defuit Polyclitus, quo minus ingenti agmine Italiae Galliaeque gravis... — 14, 41. (Pompeio Aeliano) Italia et Hispania, in qua ortus erat, interdictum est. — 14, 45. Censuerat Cingonius Varro, ut liberti quoque (Pedanii Secundi a servo ipsius interfecti), qui sub eodem tecto fuissent, Italia deportarentur. — 14, 50. Convictum... (Fabricium Veientonem Italia depulit (Nero). — 15,45. (Post Neronis incendium) conferendis pecuniis pervastata Italia... — 15, 71. Caedicia et Caesennius Maximus Italia prohibentur. — 16, 5. Qui remotis e municipiis severaque adhuc et antiqui moris retinente Italia. . advenerant... — 16, 33. Helvidius (Priscus) et Paconius (Agrippinus) Italia depelluntur. — 16, 35. (Thrasea) laetitiae propior, quia Helvidium generum suum Italia tantum arceri cognoverat. — I, 2. Italia novis cladibus vel post longam saeculorum seriem repetitis adflicta. — I, 9. Quies et Illyrico, quamquam excitae a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent. — I, 11. Inermes provinciae atque ipsa in primis Italia, cuicumque servitio exposita, in pretium belli cessurae erant. — I, 50. Nec iam recentia saevae pacis exempla, sed repetita bellorum civilium memoria captam totiens suis exercitibus urbem, vastitatem Italiae... loquebantur. — I, 61. Fabius Valens... Cottianis Alpibus Italiam inrumpere... iussus. — I, 62. Instare miles (Vitellianus), arma poscere,... invadendam Italiam, occupandam urbem. — I, 70. Caecina... transitum Alpium parans laetum ex Italia nuntium accipit... (Siliani equites) tum in Italia manentes... Quia praesidio alae unius latissima Italiae pars defendi nequibat... (Caecina) reputans plus gloriae retenta Italia... — I, 84. (Verba facit apud praetorianos Otho) « Vlline Italiae alumni et Romana vere iuventus ad sanguinem et caedem depoposcerit (senatum) ? » — II, 6. (Bellum civile) Oriens tunc primum parabat; namque olim validissima inter se civium arma in Italia Galliave viribus Occidentis coepta. — II, 8. Servus e Ponto sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia (se Neronem esse fingebat). — II, 12. Blandiebatur coeptis (Othonis) fortuna, possessa... maiore Italiae parte penitus usque ad initium maritimarum Alpium... Non Italia adiri (a ducibus Othonianis) nec loca sedesque

Digitized by Google

patriae videbantur ; tamquam externa litora et urbes hostium...— II, 17. Aperuerat iam Ilaliam bellumque transmiserat... ala Siliana... Florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium, armis Vitellii... tenebatur. — II, 20. At Caecina, velut relicta post Alpes saevitia ac licentia, modesto agmine per Italiam incessit. — II, 21. Nulla in Italia moles tam capax (erat, quam Placentiae amphitheatrum). — II, 27. Cohortes Batavorum. . ablatam (a se) Neroni Italiam... iactantes. — II, 28. « Sin victoriae columen in Italia verteretur... » — II, 32. « Clausam Alpibus... Transpadanam Italiam (Vitellianis) ...Contra ipsis (Othonianis) omnia opulenta et fida, .. Italiam et caput rerum urbem senatumque et populum... Corpora militum aut Italiae sueta aut aestibus...» — II, 56. Ceterum Italia gravius atque atrocius quam bello adflictabatur. Dispersi per municipia et colonias Vitelliani... Iam pridem obtritis Italiae rebus tanta peditum equitumque vis damnaque et iniuriae aegre tolerabantur. — II, 62. (Vitellio) ex urbe atque Italia inritamenta gulae gestabantur (in Galliam)... Pulsi Italia mathematici. — II, 66. Sparsae per Italiam (victae legiones) et victoribus permixtae hostilia loquebantur. — II, 83. Mucianus... classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii, num... Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet. .. atque ipsum Vitellium in incerto fore, quam partem Italiae protegeret, si... litora infestis classibus peterentur. — II, 90. Consciis flagitiorum (Vitellii) ipsis, qui aderant, omnique Italia, per quam somno et luxu pudendus incesserat. — III, 1. (Duces Flaviani) agitavere, placeretne..., an ire comminus et certare pro Italia constantius foret. — III, 2. Antonius Primus... disseruit... plus socordiae quam fiduciae accessisse victoribus (Vitellianis)... per omnia Italiae municipia desides..., sed addito spatio rediturum et his robur...; utrimque viros, equos, tributa ipsamque Italiam et opes urbis... « Mihi expeditae cohortes sufficient, iam reseratam Italiam [1], impulsas Vitellii res audietis. » — III, 4. (Tampium) Flavianum omissa Pannonia ingressum Italiam... — III, 5. Ceterum ut transmittere in Italiam impune et usui foret... — III, 6. Antonio vexillarios e cohortibus et partem equitum ad invadendam Italiam rapienti... — III, 9. (Flavianae legiones)

[1] **M** : *reserata militiā*. Corr. Pichena.

Digitized by Google

retro actae deserta Italia turpem fugam conscivissent. — III, 30. Magna pars Italiae stato in eosdem dies mercatu (Cremonae) congregata. — III, 34. (Cremona) condita erat... ingruente in Italiam Annibale .. Inritam... praedam (Cremonensium captivorum) militibus (Flavianis) effecerat consensus Italiae, emptionem talium mancipiorum aspernantis. — III, 42. Omnis .. Italia inter Vespasianum ac Vitellium Appennini iugis dividebatur. — III, 46. Vbi flagrare Italiam bello... accepere (Daci)[1]... — III, 49. Primus Antonius... post Cremonam... ut captam Italiam persultare. — III, 53. Antonius (Primus)... litteras ad Vespasianum composuit..., sua constantia perruptas Alpes, occupatam Italiam, ...neque officere gloriae eorum, qui Daciam interim composuerint: illis Moesiae pacem, sibi salutem securitatemque Italiae cordi fuisse. — III, 59. Vt terrorem Italiae possessa Mevania... intulerat (Vitellius).— IV, 5. Helvidius Priscus regione Italiae[2] e Caracinae municipio... — IV, 13. Si... tot armatorum milia Italiam inrupissent. — IV, 17 (Loquitur Iulius Civilis) « Quid si Galliae iugum exuant, quantum in Italia reliquum ? » — IV, 51. Vespasianus in Italiam resque urbis intentus. — IV, 55. Certatim proclamant (Iulius Classicus eiusque socii) furere discordiis populum Romanum, caesas legiones, vastatam Italiam... — IV, 58. (Contionatur Vocula apud seditiosos milites) « Ne hoc prodigium.., vulgetur, vobis satellitibus Civilem et Classicum Italiam invasuros... » — IV, 65. (Respondent Tencteris Agrippinenses) « Si qui ex Italia aut provinciis alienigenae in finibus nostris fuerant, eos bellum absumpsit.» — IV, 72. « Cremonam... e gremio Italiae raptam... » — IV, 73. « Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur » — IV, 75. Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas...: « Vrbem atque Italiam interno bello consumptam... » — IV. 76. Tutor... adfirmabat... (legiones) adventare ex Italia... — V, 1. Comitabantur (Titum in Iudaea agentem)... multi, quos urbe atque Italia sua quemque spes acciverat... — V, 10. Proxi-

[1] Pro *urbem externae opis indigam*, quod est in **M** (III, 48), coniecit Ritter : *Italiam urbemque, etc.*; Heraeus : *urbem Italiamque, etc.*

[2] Verba *regione Italiae* uncis incl. Ernesti et Orelli-Meiser. — Lipsius coniecit: *origine Italica*.

Digitized by Google

mus annus civili bello intentus... Pace per Italiam parta... — *G.* 2. Quis porro... Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret informem terris...? — 37. Nec impune C. Marius in Italia... (Germanos perculit). — *O.* 28. (Loquitur Messalla) « Desidia iuventutis et neglegentia parentum et inscientia praecipientium et oblivione moris antiqui, quae mala primum in urbe nata, mox per Italiam fusa, iam in provincias manant. » — 39. (Loquitur Maternus) « Cum clientelae quoque ac tribus et municipiorum etiam legationes ac pars Italiae periclitantibus (reis) adsisteret... »

ITALICVS. — 11, 16. Eodem anno Cheruscorum gens regem Roma petivit..., uno reliquo stirpis regiae, qui apud urbem habebatur, nomine Italicus[1]. Paternum huic genus e Flavo fratre Arminii, mater ex Actumero principe Chattorum erat; ipse forma decorus... « At si paterna Italico mens esset, non alium infensius arma contra patriam ac deos penates quam parentem eius exercuisse. » — 11, 17. His atque talibus magnas copias coegere, nec pauciores Italicum sequebantur...

ITALICVS. — III, 5. Trahuntur in partes (Flavianas) Sido atque Italicus reges Sueborum, quis vetus obsequium erga Romanos... — III, 21. Sido atque Italicus Suebi cum delectis popularium primori in acie versabantur.

ITALICVS, A, VM. — 3, 27. Ac ne bello quidem Italico, mox civili omissum, quin multa et diversa sciscerentur, donec L. Sulla dictator... — 3, 71. Repertum est... cunctas... caerimonias Italicis in oppidis templaque et numinum effigies iuris atque imperii Romani esse. — 6, 12. Post exustum sociali bello Capitolium quaesitis... per Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias carminibus Sibullae. — 15, 13. Samnitibus, Italico populo. — I, 59. Accessere partibus (Vitellii)... Iunius Blaesus Lugdunensis Galliae rector, cum Italica legione et ala Tauriana Lugduni tendentibus. — I, 64. Legio Italica et ala Tauriana abductae (a Fabio Valente in Italiam)... Manlius Valens legatus Italicae legionis... — I, 74. Otho... (legatos) ad legionem Italicam easque, quae Lugduni agebant, copias specie senatus misit. — II, 41. Equites (Vitelliani) prorupere et..., a paucioribus Othonianis quo minus in vallum impingerentur, Italicae legionis

[1] **M** : *italus.*

Digitized by Google

virtute deterriti sunt. Ea strictis mucronibus redire pulsos et pugnam resumere coegit. — II, 100. Caecina... partem equitum... praemisit; mox vexilla..., dein...; postremo agmine unaetvicensima Rapax et prima Italica (legiones) incessere cum vexillariis... — III, 14. Inde Cremonam pergunt (Vitelliani), ut legionibus primae Italicae et unietvicensimae Rapaci iungerentur... — III, 18. Ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa Rapacis atque Italicae. — III, 22. Rapaces atque Italici omnibus se manipulis miscuerant.

* C. ITIVS GALLVS, v. CESTIVS GALLVS.

ITVRAEI. — 12, 23. Ituraei... et Iudaei, defunctis regibus Sohaemo atque Agrippa, provinciae Suriae additi.

ITVRIVS. — 13, 19. Iunia Silana .. parat accusatores (in Agrippinam) ex clientibus suis Iturium[1] et Calvisium... Haec Iturius et Calvisius Atimeto, Domitiae Neronis amitae liberto, aperiunt. — 13, 21. (Loquitur Agrippina) « Si Iturius et Calvisius adesis omnibus fortunis novissimam suscipiendae accusationis operam anui rependunt...» — 13, 22. Calvisius... et Iturius relegantur. — 14, 12. (Post caedem Agrippinae Nero), quos... ipse... relegaverat, Iturium[2] et Calvisium poena exsolvit[3].

IVBA[4]. — 4, 5. Mauros Iuba rex acceperat donum populi Romani. — 4, 23. Raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxiliis, qui, Ptolemaeo Iubae filio iuventa incurioso, libertos regios et servilia imperia bello mutaverant.

IVBAE NOMEN. — II, 58. Spargebatur insuper, spreto procuratoris vocabulo (Lucceium) Albinum (utriusque Mauretaniae procuratorem) insigne regis et Iubae nomen usurpare.

* IVBONES, v. VBII (13, 57).

IVDA. — V, 2. Quidam (memorant) regnante Iside exundantem per Aegyptum multitudinem ducibus Hierosolymo ac Iuda proximas in terras exoneratam.

IVDAEA. — 2, 42. Provinciae Syria atque Iudaea, fessae oneribus, deminutionem tributi orabant. — 12, 54. At non frater

[1] *Titurium* malebat Lipsius coll. 14. 12.
[2] M: *Iyturium*. Corr. Rhenanus.
[3] V. etiam 13, 20.
[4] Prosop., 48.

Digitized by Google

(Pallantis), cognomento Felix, pari moderatione agebat, iam pridem Iudaeae impositus et cuncta malefacta sibi impune ratus tanta potentia subnixo. — 15, 44. Christus Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat, repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursum erumpebat, non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per urbem etiam... — II, 1. Titus Vespasianus e Iudaea incolumi adhuc Galba missus (Romam) a patre... — II, 5. (Licinius Mucianus) Syriae, (Vespasianus) Iudaeae praepositus, vicinis provinciarum administrationibus invidia discordes... — II, 6. Auditique saepius in Syria Iudaeaque Caesares quam inspecti... Septem legiones statim (partibus Vespasiani) et cum ingentibus auxiliis Syria Iudaeaque. — II, 73. Vix credibile memoratu est, quantum superbiae socordiaeque Vitellio adoleverit postquam speculatores e Syria Iudaeaque adactum in verba eius Orientem nuntiavere. — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Tibi e Iudaea et Syria et Aegypto novem legiones integrae. » — II, 78. Est Iudaeam inter Syriamque Carmelus; ita vocant montem deumque... Haud dubia destinatione discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream; illa Syriae, hoc Iudaeae caput est. — II, 82. Titum instare Iudaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit; sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et dux Mucianus. — IV, 3. Sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma. ., postquam Aegyptum, Iudaeam, Syriamque et omnes provincias exercitusque lustraverant... — V, 1. Caesar Titus perdomandae Iudaeae delectus a patre... Tres eum in Iudaea legiones... excepere... — V, 8. Magna pars Iudaeae vicis dispergitur; habent et oppida; Hierosolyma genti caput. — V, 9. Rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus... Claudius .. Iudaeam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit. — V, 13. Pluribus (Iudaeorum) persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens profectique Iudaea rerum potirentur.

IVDAEI, IVDAEVS (sing. coll.). — 12, 23. Ituraei... et Iudaei, defunctis regibus Sohaemo atque Agrippa, provinciae Suriae additi. — 12, 54. Sane praebuerant Iudaei speciem motus orta seditione... Arsissetque bello provincia, ni (Vmmidius) Quadratus Syriae rector subvenisset. Nec diu adversus Iudaeos, qui in

Digitized by Google

necem militum proruperant, dubitatum, quin capite poenas luerent. — V, 1. (Comitabatur Titum) valida... et solito inter accolas odio infensa Iudaeis Arabum manus. — V, 2. Iudaeos Creta insula profugos novissima Libyae insedisse memorant, qua tempestate Saturnus vi Iovis pulsus cesserit regnis...; inclutum in Creta Idam montem, accolas Idaeos aucto in barbarum cognomento Iudaeos vocitari... Clara alii Iudaeorum initia, Solymos, carminibus Homeri celebratam gentem... — V, 5. Pessimus quisque spretis religionibus patriis tributa et stipes illuc congerebant, unde auctae Iudaeorum res... Iudaei mente sola unumque numen intellegunt... Liber festos laetosque ritus posuit, Iudaeorum mos absurdus sordidusque. — V, 8. Templum intimis (munimentis) clausum. Ad fores tantum Iudaeo aditus... Iudaei Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis. .. sibi ipsi reges imposuere. — V, 9 Romanorum primus Cn. Pompeius Iudaeos domuit... Rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus... Parthi trans Euphraten redacti; Iudaeos C. Sosius subegit... — V, 10 Duravit tamen patientia Iudaeis usque ad Gessium Florum procuratorem... Proximus annus civili bello intentus quantum ad Iudaeos per otium transiit... Augebat iras, quod soli Iudaei non cessissent. — V, 11. Iudaei sub ipsos muros struxere aciem... — *F*. 1. (Iudaei obsidione clausi... ad extremum fame interibant. .) — 2 (Alii et Titus ipse evertendum in primis templum censebant, quo plenius Iudaeorum et Christianorum religio tolleretur; quippe has religiones, licet contrarias sibi, isdem tamen ab auctoribus profectas, Christianos ex Iudaeis exstitisse). — 3 (Sexcenta milia Iudaeorum eo bello interfecta Cornelius et Suetonius referunt[1]).

IVDAICVS, A, VM — 2, 85. Actum et de sacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis factumque patrum consultum, ut quattuor milia libertini generis ea superstitione infecta... in insulam Sardiniam veherentur... Ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent. — I, 10. Bellum Iudaicum[2] Flavius Vespasianus, ducem eum Nero delegerat, tribus legionibus administrabat. — I, 76. Iudaicum[3] exercitum Vespasianus... sacramento

[1] V. etiam V, 3, 4, 12, 13.
[2] M : *Iudaei cum*. Corr. 2 m.
[3] M : *Iudeicũ*.

Digitized by Google

Othonis (adegit) — II, 4. Profligaverat bellum Iudaicum[1] Vespasianus, obpugnatione Hierosolymorum reliqua .. — II, 78. Recursabant animo (Vespasiani) vetera omina... Sed primo triumphalia et consulatus et Iudaicae[2] victoriae decus implesse fidem ominis videbantur. — II, 79. Iudaicus exercitus quinto nonas Iulias apud (Vespasianum iuravit). — II, 81. Consilium de summa rerum Beryti habitum ; illuc Mucianus cum legatis tribunisque.., venit, et e Iudaico exercitu lecta decora (secum adduxit Vespasianus). — IV, 51. Vespasianus in Italiam resque urbis intentus... validissimam exercitus partem Tito tradit ad reliqua Iudaici belli perpetranda. — V, 4. Longam olim famem crebris adhuc ieiuniis fatentur et raptarum frugum argumentum panis Iudaicus nullo fermento detinetur. — V, 7. Belius amnis Iudaico mari inlabitur[3].

* IVGANTES, v. BRIGANTES.

* IVLI, v. IVLLVS ANTONIVS.

IVLIA FAMILIA, GENS IVLIA, IVLIA GENS, IVLII, IVLIA DOMVS, IVLIA STIRPS. — 1, 8 Livia in familiam Iuliam nomenque Augustum adsumebatur. — 2, 41. Sacrarium genti Iuliae... apud Bovillas (dicatur). — 2, 83. (Decretum est, ne) quis flamen aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliae crearetur. — 3, 5. Circumfusas lecto (Drusi Augusti privigni funebri) Claudiorum Iuliorumque imagines. — 4, 9. Funus (Drusi Tiberii filii) imaginum pompa maxime inlustre fuit, cum origo Iuliae gentis Aeneas omnesque Albanorum reges... spectarentur. — 5, 1. Iulia Augusta... nobilitatis per Claudiam familiam et adoptione Liviorum Iuliorumque clarissimae. — 6, 8. « Non enim Seianum Vulsiniensem, sed Claudiae et Iuliae domus partem, quas adfinitate occupaverat,... colebamus... — 6, 51. (Tiberio) utrimque origo gentis Claudiae, quamquam mater in Liviam et mox Iuliam familiam adoptionibus transierit. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Neque enim ignoro Iulios Alba... ascitos. » — 12, 2. (Pallas Claudio suadebat, ut Agrippinam uxorem duceret, filiam Germanici, L. Domitii matrem, atque ita) stirpem nobilem et

[1] M : *Iudei cũ.*
[2] M : *Iudaeicae.*
[3] V. etiam II, 76 (de Iudaico bello).

Digitized by Google

familiae *Iuliae*[1] Claudiaeque posteros coniungeret. — 12, 58. Nero... causa Iliensium suscepta Romanum Troia demissum et Iuliae stirpis auctorem Aeneam... exsecutus... — 14, 22. Rubellius Plautus... cui nobilitas per matrem ex Iulia familia. — 15, 23. (Ob puerperium Poppaeae Neronis uxoris decretum est a senatu) ut... ludicrum circense, ut Iuliae genti apud Bovillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederetur. — I, 16. (Loquitur Galba) « Finita Iuliorum Claudiorumque domo optimum quemque adoptio inveniet. » — II, 48. (Gloriatur Otho) post Iulios, Claudios, Servios, se primum in familiam novam imperium intulisse. — II. 95. Augustales..., quod sacerdotium .. Caesar Tiberius Iuliae genti sacravit.

IVLIA (Augusti filia)[2]. — 1, 53. Eodem anno Iulia supremum diem obiit, ob impudicitiam olim a patre Augusto... clausa .. (Sempronius Gracchus) eamdem Iuliam in matrimonio Marci Agrippae temeraverat... Litterae..., quas Iulia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit, a Graccho compositae credebantur. — 4, 44. Iullo Antonio ob adulterium Iuliae morte punito. — 6, 51. (Tiberius) maxime in lubrico egit, accepta in matrimonium Iulia, impudicitiam uxoris tolerans aut declinans[3].

IVLIA (Augusti neptis)[4]. — 4, 71. Per idem tempus Iulia mortem obiit, quam neptem Augustus convictam adulterii damnaverat proieceratque in insulam Trimerum... Illic viginti annis exilium toleravit Augustae ope sustentata ..[5]

IVLIA, IVLIA AVGVSTA, v. LIVIA.

IVLIA[6]. — 3, 29. Auctum dehinc gaudium nuptiis Neronis (Germanici filii) et Iuliae Drusi filiae. — 6, 27. Iulia Drusi filia, quondam Neronis uxor, denupsit in domum Rubellii Blandi. — 13, 32. Post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam per quadraginta annos... non animo nisi maesto egit (Pomponia Graecina). — 13, 43. (Testes P. Suillio) Iuliam Drusi filiam Sabinamque Poppaeam ad mortem actas... obiectabant[7].

[1] *Iuliae* add. Freinsheimius.
[2] Prosop., 420,
[3] V. etiam 3, 18, 24; 4, 39, 40.
[4] (Vipsania) Iulia, Prosop., 421.
[5] V. etiam 3, 19, 24.
[6] Prosop., 422.
[7] V. etiam 3, 34, 56; 4. 3, 8, 60; 5, 6; 6, 8, 13, 19; 14. 22.

Digitized by Google

IVLIA[1]. — 2, 54. (Germanicus) tramisit Lesbum, ubi Agrippina novissimo partu Iuliam edidit. — 6, 15. (Tiberius M.) Vinicio Iuliam Germanico (genitam) coniungit. — 14, 63. Meminerant adhuc quidam Agrippinae a Tiberio, recentior Iuliae memoria obversabatur a Claudio pulsae[2].

IVLIA AGRIPPINA, v. AGRIPPINA (*B*).

(IVLIA) BERENICE, v. BERENICE.

(IVLIA) DRVSILLA, v. DRVSILLA.

IVLIA PROCILLA. — *A*. 4. Mater (Agricolae) Iulia Procilla fuit, rarae castitatis.

* IVLIA SILANA, v. IVNIA SILANA.

IVLIA LEX, IVLIAE ROGATIONES, IVLIAE LEGES[3]. — 2, 50. De adulterio (Manlii et Appuleiae) satis caveri lege Iulia visum. — 3, 25. Papia Poppaea (lex), quam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis caelibum poenis et augendo aerario sanxerat. — 4, 42. (Tiberius) Aquiliam adulterii delatam cum Vario Ligure, quamquam Lentulus Gaetulicus consul designatus lege Iulia damnasset, exilio punivit. — 15, 20. (Loquitur Paetus Thrasea) « Sic oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges... pepererunt. »

IVLIAE ALPES. — III, 8. Interiectus (Flavianus) exercitus Raetiam Iuliasque Alpes, ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obsaepserat.

IVLIANAE PARTES. — 1, 2. Exuto... Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus nisi Caesar dux reliquus.

IVLIANVS, v. CLAVDIVS IVLIANVS.

IVLIANVS, IVLIANVS TETTIVS, v. TETTIVS IVLIANVS.

* T. IVLIANVS, v. TETTIVS IVLIANVS.

* IVLIATES, v. IZATES.

IVLIVS AFRICANVS (*A*). — 6, 7. Tractique sunt in casum eumdem (in quem Q. Servaeus et Minucius Thermus.) Iulius Africanus e Santonis Gallica civitate ..

IVLIVS AFRICANVS, AFRICANVS[4] (*B*). — *O*. 14. (Loquitur

[1] Iulia Livilla. Prosop. 444.
[2] V. etiam 2, 70 72, 75; 3, 1, 12, 17; 4, 53, 59, 68; 5, 1; 13, 42.
[3] Leges C. Iulii Caesaris Octaviani Augusti.
[4] Prosop., 80. Filius ut videtur, eius qui praecedit.

Digitized by Google

Messalla) « Probari video in te, (Iuli) Secunde, quod Iulii *Africani*[1] vitam componendo spem hominibus fecisti plurium eius modi librorum ». — 15. « Video etiam Graiis accidisse, ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes... quam (Domitius) Afer aut Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis. »

IVLIVS AGRESTIS, AGRESTIS. — III, 54. Centurio Iulius Agrestis, post multos sermones, quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat, perpulit, ut ad vires hostium spectandas quaeque apud Cremonam acta forent, ipse mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium (Primum) temptavit... Agrestis ad Vitellium remeavit abnuentique vera esse, quae adferret..., voluntaria morte dicta firmavit Quidam iussu Vitellii interfectum tradidere.

CN. IVLIVS AGRICOLA, AGRICOLA[2]. — A. 3. Hic... liber honori Agricolae soceri mei destinatus... — 4 Gnaeus Iulius Agricola vetere et inlustri Foroiuliensium colonia ortus... — 5. Nec Agricola licenter, more iuvenum, qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter ad voluptates... titulum tribunatus et inscitiam rettulit ..— 7 Classis Othoniana..., dum Intimilios .. populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit... Igitur ad sollemnia pietatis profectus Agricola nuntio adfectati a Vespasiano imperii deprehensus ac statim in partes transgressus est... (Mucianus) missum ad dilectus agendos Agricolam .. vicensimae legioni... praeposuit. — 8. Temperavit Agricola vim suam ardoremque compescuit... Nec Agricola umquam in suam famam gestis exsultavit. — 9. Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos facile iusteque agebat... — 18. Hunc Britanniae statum... media iam aestate transgressus Agricola invenit... Agricola, quamquam transvecta aestas, ...ire obviam discrimini statuit... Ita petita pace ac dedita insula (Mona), clarus ac magnus haberi Agricola .. Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus. — 22. Adnotabant periti... nullum ab Agricola positum castellum aut vi hostium expugnatum aut pactione ac fuga desertum... Nec Agricola umquam per alios gesta avidus intercepit. — 24.

[1] **A B C** : *asiatici*. Corr. Nipperdey coll. Quintil., X, I, 118. — Ritter Iulium Asiaticum eumdem esse coniecit atque Asiaticum ducem Galliarum (II, 94).
[2] Prosop., 84.

Digitized by Google

Agricola expulsum seditione domestica unum ex regulis (Hiberniae) exceperat... — 25. (Classis) ab Agricola primum adsumpta in partem virium sequebatur egregia specie. — 26. Agricola iter hostium ab exploratoribus edoctus... — 29. Initio aestatis Agricola domestico vulnere ictus anno ante natum filium amisit. — 33. Agricola quamquam laetum... militem accendendum adhuc ratus ita disseruit... — 35. Adloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat... Agricola, superante hostium multitudine veritus, ne in frontem simul et latera suorum pugnaretur... — 36. Donec Agricola Batavorum cohortes *tres* ac Tungrorum duas cohortatus est. — 37. Id ipsum veritus Agricola quattuor equitum alas... venientibus (opposuit)... Ni frequens ubique Agricola validas et expeditas cohortes indaginis modo (disposuisset)... — 39. Hunc rerum cursum, quamquam nulla verborum iactantia epistulis Agricolae auctum, ut Domitiano moris erat, fronte laetus, pectore anxius excepit... Etiam tum Agricola Britanniam obtinebat[1]. — 40. (Domitianus) triumphalia ornamenta .. decerni in senatu iubet addique insuper opinionem Syriam provinciam Agricolae destinari... Credidere plerique libertum... missum ad Agricolam codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse..., eumque libertum in ipso freto Oceani obvium Agricolae... Tradiderat interim Agricola successori suo provinciam quietam tutamque... Plerique, quibus magnos viros per ambitionem aestimare mos est, viso adspectoque Agricola (quaerebant) famam... — 41. Ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent... Poscebatur ore vulgi dux Agricola, comparantibus cunctis vigorem et constantiam et expertum bellis animum .. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum in ipsam gloriam praeceps agebatur. — 42. Occiso Civica nuper nec Agricolae consilium deerat nec Domitiano exemplum... Accessere quidam cogitationum principis periti, qui iturusne esset in provinciam (Africam vel Asiam) ultro Agricolam interrogarent... Salarium... proconsuli consulari solitum offerri et quibusdam a se ipso concessum Agricolae non dedit, sive offensus non petitum, sive... Moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur, quia non contumacia neque inani iactatione libertatis famam fa-

[1] Verba *etiam... obtinebat* spuria iudicavit Nipperdey.

Digitized by Google

tumque provocabat. — 43. Nec quisquam audita morte Agricolae aut laetatus est aut statim oblitus. Augebat miserationem constans rumor veneno interceptum .. Satis constabat lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit, laetatum eum velut honore iudicioque. — 44. Natus erat Agricola Gaio Caesare tertium consule idibus Iuniis ; excessit sexto et quinquagensimo anno, decimo kalendas Septembres Collega Priscoque consulibus. Quod si habitum quoque eius posteri noscere velint .. — 45. Non vidit Agricola obsessam curiam et clausum armis senatum... Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate, sed etiam opportunitate mortis. — 46. Quidquid ex Agricola amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum. . Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit[1].

(IVLIVS) AGRIPPA (rex), v AGRIPPA *(A)*.

(M. IVLIVS) AGRIPPA (rex), v. AGRIPPA *(B)*.

IVLIVS AGRIPPA. — 15, 71. Cluvidieno Quieto, Iulio Agrippae..., velut in agmen et numerum, Aegaei maris insulae permittuntur.

TI. (IVLIVS) ALEXANDER, v. TI. ALEXANDER.

IVLIVS ALPINVS. — I, 68. In Iulium Alpinum e principibus (Helvetiorum), ut concitorem belli, (Alienus) Caecina animadvertit.

IVLIVS ALTINVS. — 15, 71. Cluvidieno Quieto, ...Iulio Altino, velut in agmen et numerum, Aegaei maris insulae permittuntur.

IVLIVS AQVILA, AQVILA[2]. — 12, 15. (Didius dux Romanus reliquerat) in novo regno Cotyn... et paucas cohortium cum Iulio Aquila equite Romano.. Vbi... (Mithridates) iam iamque Bosporum invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys.. , externas et ipsi gratias quaesivere missis legatis ad Eunonen... (regem) Aorsorum. — 12, 21. Aquilae (insignia) praetoria decernuntur[3].

* IVLIVS ASIATICVS, v. IVLIVS AFRICANVS *(B)*.

[1] V. etiam *A*.. 1, 6, 10, 19-21, 23, 27, 32, 38.
[2] C. Iulius Aquila, Prosop., 108.
[3] V. etiam 12, 16.

Digitized by Google

IVLIVS ATTICVS. — I, 35. Obvius (Galbae) in Palatio Iulius Atticus speculator, cruentum gladium ostentans, occisum a se Othonem (falso) exclamavit.

IVLIVS AVGVRINVS[1]. — 15, 50. (Primi C. Pisonis socii) adgregavere .. Iulium Augurinum..., equites Romanos. .

*IVLIVS AVRINVS, v. IVLIVS AVGVRINVS.

IVLIVS AVSPEX, AVSPEX. — IV, 69. Iulius Auspex e primoribus Remorum, vim Romanam pacisque bona dissertans ..., sapientissimum quemque (Gallorum) reverentia fideque, iuniores periculo ac metu continuit. Et Valentini animum laudabant, consilium Auspicis sequebantur.

C. IVLIVS CAESAR, v. CAESAR.

(C. IVLIVS) CAESAR OCTAVIANVS AVGVSTVS, v. AVGVSTVS.

C. (IVLIVS) CAESAR (Agrippae filius, v. GAIVS CAESAR *(A)*.

C. (IVLIVS) CAESAR (Germanici filius), v. GAIVS CAESAR *(B)*.

DRVSVS (IVLIVS) CAESAR (Tiberii filius), v. DRVSVS *(A)*.

DRVSVS (IVLIVS GERMANICVS CAESAR Germanici filius), v. DRVSVS *(B)*.

GERMANICVS (IVLIVS) CAESAR (Tiberii filius), v. GERMANICVS *(A)*.

(GERMANICVS IVLIVS CAESAR DRVSI *(A)* filius), v. GERMANICVS *(B)*.

L. (IVLIVS) CAESAR (Agrippae filius), v. LVCIVS CAESAR.

NERO (IVLIVS CAESAR Germanici filius), v. NERO *(A)*.

TIBERIVS (IVLIVS) CAESAR (AVGVSTVS), v. TIBERIVS *(A)*.

(TIBERIVS IVLIVS CAESAR Drusi *(A)* filius), v. TIBERIVS *(B)*.

(C. IVLIVS CLAVDIVS) CALLISTVS, v. CALLISTVS.

IVLIVS BRIGANTICVS, BRIGANTICVS. — II, 22 Tradidere sese (Caecinae Placentia Cremonam) abeunti. .. Iulius Briganticus cum paucis equitum, hic praefectus alae in Batavis genitus... — IV, 70. (Alae Singularium) praeerat Iulius Briganticus sorore Civilis genitus.... invisus avunculo infensusque. — V, 21. Vadam Civilis, Grinnes Classicus oppugnabant ; nec sisti poterant interfecto fortissimo quoque, in quis Briganticus praefectus alae

[1] Prosop., 120. — Vulg. ex deff. : *Aurinus* vel *Tugurinus*.

Digitized by Google

ceciderat, quem fidum Romanis et Civili avunculo infensum diximus.

IVLIVS BVRDO. — I, 58. Iulium Burdonem[1] Germanicae classis praefectum (Vitellius saevitiae militum) astu subtraxit. Exarserat in eum iracundia exercitus, tamquam crimen ac mox insidias Fonteio Capitoni struxisset.

IVLIVS CALENVS, CALENVS. — III, 35. (Flaviani victores) in Galliam Iulium Calenum tribunum (Vitellianum) ..., quod... Calenus Aeduus (erat)..., ostentui misere.

IVLIVS CARVS. — I, 42. (Titus Vinius) ...mox ab Iulio Caro[2] legionario milite in utrumque latus transverberatus.

IVLIVS CELSVS, CELSVS. — 6, 9. Celsus urbanae cohortis tribunus, tum inter indices, Appium (Iunium Silanum) et Calvisium (maiestatis reos) discrimini (exemit). — 6, 14. Iulius Celsus tribunus in vinclis laxatam catenam et circumdatam in diversum tendens suam ipse cervicem perfregit.

IVLIVS CIVILIS, CIVILIS[3]. — I, 59. Iulius deinde Civilis periculo exemptus (a Vitellio), praepotens inter Batavos... — IV, 13. Iulius Paulus et Iulius[4] Civilis regia stirpe multo ceteros (Batavos) anteibant... Iniectae (a Fonteio Capitone) Civili catenae, missusque ad Neronem et a Galba absolutus sub Vitellio rursus discrimen adiit, flagitante supplicium eius exercitu... Sed Civilis ultra quam barbaris solitum ingenio sollers et Sertorium se aut Annibalem ferens simili oris dehonestamento, ne ut hosti obviam iretur..., Vespasiani amicitiam... praetendit. — IV, 14. Igitur Civilis desciscendi certus, occultato interim altiore consilio, cetera ex eventu iudicaturus, novare res hoc modo cepit... Civilis primores gentis et promptissimos vulgi specie epularum sacrum in nemus vocatos ubi nocte ac laetitia incaluisse videt... — IV, 16. Civilis dolo grassandum ratus... Nec Brinnonem ducem eius belli, sed Civilem esse patuit... Nec diu certato Tungrorum cohors signa ad Civilem transtulit. — IV, 17 Galliarum societatem Civi-

[1] M : *burdunem.*
[2] M : *cario.* Corr. Rhenanus.
[3] Prosop., 179
[4] M : *claudius.* Corr. Ritter. — Heraeus : *Iulius Civilis et Claudius Paulus.* — « I, 59, vocatur *Iulius Civilis* aliisque Graecis et Latinis : Plut., Ἔρωτ., 25 ; Frontin., *Strat.*, 4, 3, 14 » (Orelli-Meiser).

Digitized by Google

lis arte donisque adfectabat. — IV, 18. At Flaccus Hordeonius primos Civilis conatus per dissimulationem aluit... Civilis captarum cohortium signis circumdatus... Praefectus alae Batavorum Claudius Labeo oppidano certamine aemulus Civili... — IV, 19. Isdem diebus Batavorum et Canninefatium cohortes, cum iussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius adsequitur... Spreto (Hordeonio) Flacco inferiorem Germaniam petivere, ut Civili iungerentur. — IV, 21. Civilis adventu veteranarum cohortium iusti iam exercitus ductor, sed consilii ambiguus... cunctos, qui aderant, in verba Vespasiani adigit... Quae ubi relata Civili, incensus ira universam Batavorum gentem in arma rapit.— IV, 22. Civilis medium agmen cum robore Batavorum obtinens utramque Rheni ripam... Germanorum catervis complet. — IV, 24. (Milites non) ambigue fremebant... dissimulatos (ab Hordeonio Flacco) Civilis conatus... Civilem stare contra, struere aciem; Hordeonium e cubiculo et lectulo iubere... — IV, 25. Nec terrorem unius militis vincula indiderant; quin idem ille arguebat ultro conscientiam ducis, tamquam nuntius inter Civilem Flaccumque falso crimine testis veri opprimeretur. — IV, 26. In proximos Cugernorum pagos, qui societatem Civilis acceperant. — IV, 28. At Civilem immensis auctibus universa Germania extollebat... Contusis Vbiis gravior et successu rerum ferocior Civilis obsidium legionum urgebat... — IV, 29. Intellectum id Civili et restincto igne misceri cuncta tenebris et armis iubet. — IV, 30. Civilis omissa expugnandi spe rursus per otium adsidebat, nuntiis et promissis fidem legionum convellens. — IV, 32. Lectae deinde pro contione epistulae Antonii ad Civilem suspiciones militum irritavere... Missus cum mandatis (Alpinius) Montanus ad Civilem, ut absisteret bello neve externa armis falsis velaret... Ad ea Civilis primo callide; post ubi videt Montanum... paratum... in res novas, orsus a questu periculisque, quae per quinque et viginti annos in castris Romanis exhausisset...: « En ego praefectus unius cohortis... » — IV, 33. Civilis parte copiarum retenta veteranas cohortes... adversus Voculam... mittit. — IV, 34. Civilis, si maioribus copiis instruxisset aciem, circumiri a tam paucis cohortibus nequisset... Temptaverat interim Civilis obsessorum animos... Nam Civilis aderat, non minus vitiis hostium quam virtute suorum fretus... Ac forte Civilis lapsu

Digitized by Google

equi prostratus, credita per utrumque exercitum fama vulneratum aut interfectum, immane quantum suis pavoris et hostibus alacritatis indidit. — IV, 35. Primum agmen (frumentatorum Novaesium missorum) securum incessit, nondum satis firmo Civile. — IV, 36. Interim Civilis Vetera circumsedit... Civilis capit Geldubam[1]. — IV, 37. (Legiones) adventante Civile raptis temere armis ac statim omissis in fugam vertuntur. — IV, 54. Audita interim. . mors Vitellii .. Civilis omissa dissimulatione in populum Romanum ruere.,. — IV, 55. Interfecto Hordeonio commeavere nuntii inter Civilem Classicumque praefectum alae Treverorum. — IV, 58. (Contionatur Vocula apud seditiosos milites) « Ne hoc prodigium... vulgetur, vobis satellitibus Civilem et Classicum Italiam invasuros... » — IV, 60. (Obsessi milites Romani) missis ad Civilem legatis vitam orantes... Multi palantes occubuere ; ceteri retro in castra perfugiunt, querente sane Civile et increpante Germanos, tamquam fidem per scelus abrumperent. — IV, 61. Civilis barbaro voto post coepta adversus Romanos arma propexum rutilatumque crinem patrata demum caede legionum deposuit. — IV, 63. Civilis et Classicus rebus secundis sublati, an coloniam Agrippinensem diripiendam... permitterent, dubitavere... Civilem etiam beneficii memoria flexit, quod filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum honorata custodia habuerant. — IV, 65. (Respondent Tencteris Agrippinenses) « Arbitrum habebimus Civilem et Velaedam apud quos pacta sancientur. » Sic lenitis Tencteris, legati ad Civilem ac Velaedam missi cum donis cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere. — IV, 66. Civilis societate Agrippinensium auctus proximas civitates adfectare aut adversantibus bellum inferre statuit... Civilis, ausus an ex composito, intulit se agmini Tungrorum et clara voce... Civilis Baetasios quoque ac Nervios in fidem acceptos copiis suis adiunxit... — IV, 70. Ne duces quidem in unum consulere, sed Civilis avia Belgarum circumibat, dum Claudium Labeonem capere aut exturbare nititur... Praeerat (alae Singularium) Iulius Briganticus sorore Civilis genitus..., invisus avunculo infensusque. — IV, 71. At Civilis et Classicus, ubi pulsum Tutorem... accepere, trepidi

[1] Verba *Civilis capit Geldubam* uncis incl. Vrlichs.

Digitized by Google

ac properantes,... crebris... nuntiis Valentinum monuere, ne summae rei periculum faceret. — IV, 73. (Contionatur Petilius Cerialis apud Treveros) « An vos cariores Civili Batavisque et Transrhenanis gentibus creditis, quam maioribus eorum patres avique vestri fuerunt? » — IV, 75. Tenebantur victore exercitu Treveri, cum Civilis et Classicus misere ad (Petilium) Cerialem epistulas, quarum haec sententia fuit... Cerialis Civili et Classico nihil (respondit). — IV, 76. Apud Germanos diversis sententiis certabatur. Civilis opperiendas Transrhenanorum gentes .. (Loquitur Iulius Tutor) « Venturos (Romanos) .. in manus non imperiti adulescentuli .., sed Civilis et Classici... » — IV, 77. (Adloquitur Petilius Cerialis fugientes milites) « Ite, nuntiate Vespasiano vel, quod propius est, Civili et Classico relictum a vobis in acie ducem. » — IV, 78 Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant... — IV, 79. Orabant auxilium Agrippinenses offerebantque uxorem ac sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi pignora societatis... Et Civilis illuc intenderat, non invalidus, flagrantissima cohortium suarum integra... Circumsteterat Civilem et alius metus, ne quarta decima legio... adflictaret Batavos. — V, 14. At Civilis post malam in Treveris pugnam reparato per Germaniam exercitu apud Vetera castra consedit... Addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu revolutus amnis adiacentibus superfunderetur. — V, 15. Civilis instare fortunae, Cerialis abolere ignominiam. V, 16. Civilis haud porrecto agmine, sed cuneis adstitit. — V, 17. Nec Civilis silentem struxit aciem. — V, 19. Civili Chaucorum auxilia venere. — V, 20. Tantumque belli superfuit, ut praesidia cohortium, alarum, legionum uno die Civilis quadripertito invaserit. — V, 21. Vadam Civilis, Grinnes Classicus oppugnabant. Nec sisti poterant interfecto fortissimo quoque, in quis Briganticus praefectus alae ceciderat, quem fidum Romanis et Civili avunculo infensum diximus... Civilis, dum fugientes retentat, adgnitus petitusque telis relicto equo tranatavit. — V, 23. Civilem cupido incessit navalem aciem ostentandi... Civilis nihil ultra ausus trans Rhenum concessit. Cerialis insulam Batavorum hostiliter populatus agros villasque Civilis intactas nota arte ducum sinebat. — V, 24. Potuisse tunc opprimi legiones et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos imputavit Civilis... Paucis post

Digitized by Google

diebus deditio insecuta est. Nam Cerialis per occultos nuntios Batavis pacem, Civili veniam ostentans... « Neque aliud Civilis amicitia partum quam vulnera, fugas, luctus. » — V, 25. Haec vulgus (Batavorum), proceres atrociora : Civilis rabie semet in arma trusos... — V, 26. Non fefellit Civilem ea inclinatio et praevenire statuit... Petito conloquio... Civilis (apud Cerialem) ita coepit...

IVLIVS CLASSICIANVS[1]. — 14, 38. Iulius Classicianus, successor Cato (Deciano Britanniae procuratori) missus et Suetonio (legato) discors bonum publicum privatis simultatibus impediebat...[2]

IVLIVS CLASSICVS, CLASSICVS[3]. — II, 14. Vniversam Trevirorum alam cum Iulio Classico praefecto misit (Fabius Valens in subsidium provinciae Narbonensi). — IV, 55. Interfecto Hordeonio commeavere nuntii inter Civilem Classicumque praefectum alae Trevirorum. Classicus nobilitate opibusque ante alios; regium illi genus et pace belloque clara origo : ipse e maioribus suis hostes populi Romani quam socios iactabat. — IV, 57. Nec procul Veteribus aberat (Dillius Vocula), cum Classicus ac Tutor per speciem explorandi praegressi cum ducibus Germanorum pacta firmavere. . Postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt, verso itinere Novaesium concedit. — IV, 58. (Contionatur apud milites Vocula) « Bellum cum populo Romano vestris se manibus gesturum Classicus sperat imperiumque et sacramentum Galliarum ostentat... Ne hoc prodigium toto terrarum orbe vulgetur, vobis satellitibus Civilem et Classicum Italiam invasuros... Te, Iuppiter..., te, Quirine..., precor venerorque, ut... haec castra... pollui foedarique a Tutore et Classico ne sinatis ». — IV, 59. Classicus misso Aemilio Longino... caedem (Dillii Voculae) maturavit... Divisae inde inter Tutorem et Classicum curae... Classicus corruptissimum quemque e deditis pergere ad obsessos iubet, veniam ostentantes, si... — IV, 63. Civilis et Classicus rebus secundis sublati, an coloniam Agrippinensem diripiendam exercitibus suis permitterent, dubitavere. — IV, 70. Classicus segne plerumque otium

[1] Prosop., 181.
[2] V. etiam 14, 39.
[3] Prosop., 182.

Digitized by Google

trahens velut parto imperio fruebatur. — IV, 71. At Civilis et Classicus, ubi pulsum Tutorem, caesos Treviros, cuncta hostibus prospera accepere,...Valentinum monuere, ne summae rei periculum faceret. — IV, 72. Cerialis... coloniam Trevirorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis. Hanc esse Classici, hanc Tutoris patriam... — IV, 74. (Verba facit Petilius Cerialis apud Treviros Lingonasque) « Nisi forte Tutore et Classico regnantibus moderatius imperium speratis... » — IV, 75. Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas, quarum haec sententia fuit... Ad ea Cerialis Civili et Classico nihil. — IV, 76. (Tutor testatur Romanos) venturos... in manus non imperiti adulescentuli (Iulii Valentini)..., sed Civilis et Classici... Diremit consiliorum diversitatem adprobata Tutoris sententia Classicus. — IV, 77. (Verba facit Petilius Cerialis apud milites) « Ite, nuntiate Vespasiano vel, quod propius est, Civili et Classico, relictum a vobis in acie ducem... » — IV, 78. Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant. . — IV, 79. Orabant auxilium Agrippinenses offerebantque (Romanis) uxorem ac sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi pignora societatis... Classicus... adversus equites Novaesium a Ceriale praemissos secundum proelium fecit. — V, 19. Transiere Rhenum (cum Civili) Tutor quoque et Classicus... — V, 20. Praesidia cohortium, alarum, legionum, uno die Civilis quadripertito (invasit)..., ita divisis copiis, ut ipse et Verax..., Classicusque ac Tutor suam quisque manum traherent. — V, 21. Vadam Civilis, Grinnes Classicus oppugnabant... Tutorem Classicumque adpulsae lintres vexere.

(IVLIVS CLEMENS), CLEMENS IVLIVS, CLEMENS. — I, 23. Ceteros (centuriones Pannonici exercitus) latebrae texere, uno retento Clemente Iulio, qui perferendis militum mandatis habebatur idoneus ob promptum ingenium. — I, 26. Responsum est a contione mandata Clementi centurioni, quae perferret. — I, 28. Accitur (a Druso) centurio Clemens.

IVLIVS CORDVS[1]. — I, 76. Ne Aquitania quidem, quamquam ab Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit.

[1] Q. Iulius Cordus. Prosop., 186.

Digitized by Google

IVLIVS DENSVS. — 13, 10. Neque (receptus est inter reos)... Iulius Densus equester, cui favor in Britannicum crimini dabatur.

IVLIVS FLAVIANVS. — III, 79. Capitur (a Vitellianis) praefectus alae Iulius[1] Flavianus

IVLIVS FLORVS, FLORVS[2]. — 3, 40. Galliarum civitates... rebellionem coeptavere, cuius exstimulator acerrimus inter Treviros Iulius Florus... Componunt Florus Belgas, Sacrovir propiores Gallos concire. — 3, 42. Interim Florus insistere destinatis... Praemissusque cum delecta manu Iulius Indus e civitate eadem, discors Floro..., inconditam (Trevirorum) multitudinem adhuc disiecit. Florus incertis latebris victores frustratus, postremo visis militibus, qui effugia insederant, sua manu cecidit.

IVLIVS FRONTINVS, FRONTINVS[3]. — IV, 39. Kalendis Ianuariis in senatu, quem Iulius Frontinus praetor urbanus vocaverat... Et mox eiurante Frontino Caesar Domitianus praeturam cepit. — *A.* 17. (Petilius) Cerialis (Britanniae legatus)... alterius successoris curam famamque obruisset; sustinuit molem Iulius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit.

IVLIVS FRONTO. — I, 20. Exauctorati per eos dies tribuni e praetorio. ., e vigilibus Iulius Fronto. — II, 26. Vinctus praefec tus castrorum (Caecinae) Iulius Gratus, tamquam fratri apud Othonem militanti proditionem ageret, cum fratrem eius Iulium Frontonem tribunum Othoniani sub eodem crimine vinxissent.

(IVLIVS) GABINIANVS, v. GABINIANVS.

IVLIVS GRAECINVS[4]. — *A.* 4. Pater (Agricolae) Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus, iisque ipsis virtutibus iram Gaii Caesaris meritus...

IVLIVS GRATVS. — II, 26. Orta... in castris (Caecinae) seditio... Vinctus praefectus castrorum Iulius Gratus, tamquam fratri apud Othonem militanti proditionem ageret, cum fratrem eius Iulium Frontonem tribunum Othoniani sub eodem crimine vinxissent.

IVLIVS INDVS[5] — 3, 42. Praemissusque cum delecta manu Iulius

[1] **M** : *Iulius*. Corr. Agricola. — « Nomen illud *(Iulius)* in ducibus sociorum admodum frequens. » (Ritter.) — Vulgo ante Ritterum : *Tullius*.

[2] Prosop., 211.

[3] Sex. Iulius Frontinus. Prosop., 216.

[4] Prosop., 231.

[5] Prosop., 239.

Digitized by Google

Indus e civitate eadem, discors Floro et ob id navandae operae avidior, inconditam (Trevirorum) multitudinem adhuc disiecit.

(C. IVLIVS ?) LACO, v. LACO.

IVLIVS MANSVETVS. — III, 25. Iulius Mansuetus ex Hispania, Rapaci legioni additus, impubem filium domi liquerat; is mox adultus inter septimanos a Galba conscriptus, oblatum forte (in proelio) patrem et vulnere stratum, dum .. scrutatur, adgnitus adgnoscensque ..

IVLIVS MARINVS, MARINVS. — 6, 10. Nec secus apud principem Vescularius Flaccus ac Iulius Marinus ad mortem aguntur, e vetustissimis familiarium, Rhodum secuti et apud Capreas individui... Marino participe Seianus Curtium Atticum oppresserat.

IVLIVS MARTIALIS [1]. — I, 28. Stationem in castris (praetorianorum) agebat Iulius Martialis tribunus. Is... praebuit plerisque suspicionem conscientiae (cum Othone) — I, 82. Militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus..., vulnerato Iulio Martiale tribuno...

IVLIVS MAXIMVS. — IV, 33. Civilis... veteranas cohortes et quod e Germanis maxime promptum adversus Voculam... mittit, Iulio Maximo et Claudio Victore... ducibus.

IVLIVS MONTANVS [2]. — 13, 25. Iulius .. Montanus, senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus forte per tenebras cum principe (Nerone), quia vi attemptantem acriter reppulerat, deinde adgnitum oraverat, quasi exprobrasset, mori adactus est.

IVLIVS PAELIGNVS, PAELIGNVS [3]. — 12, 49. Erat Cappadociae procurator Iulius Paelignus [4], ignavia animi et deridiculo corporis iuxta despiciendus, sed Claudio perquam familiaris, cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret. Is Paelignus [5] auxiliis provincialium contractis tamquam reciperaturus Armeniam..., ad Radamistum venit. . Quod ubi turpi fama

[1] Prosop., 275.

[2] C. Iulius Montanus. Prosop., 292.

[3] Prosop., 298. Eumdem antea praefectum vigilum fuisse, quippe qui non diversus sit a *Laeliano*, ut falso cognomen traditur apud Dionem, 61, 6, demonstravi (*Rev. de Philol.*, XXII, p. 133 sqq.).

[4] **M** : *pelignus*. Corr. Orelli nescio an non perperam. Cf. *ibid.*, p. 142.

[5] **M** : *pelignus*.

Digitized by Google

divulgatum, ne ceteri quoque ex Paeligno[1] coniectarentur, Helvidius Priscus legatus cum legione mittitur...

IVLIVS PAVLVS, PAVLVS. — IV, 13. Iulius Paulus et Iulius Civilis[2] regia stirpe multo ceteros (Batavos) anteibant. Paulum Fonteius Capito falso rebellionis crimine interfecit[3].

IVLIVS PLACIDVS. — III, 84. Vitellius .. pudenda latebra semet occultans ab Iulio Placido tribuno cohortis protrahitur[4].

(IVLIVS POLLIO), POLLIO IVLIVS. — 13, 15. Nero... parari... venenum (Britannico) iubet, ministro Pollione Iulio praetoriae cohortis tribuno, cuius cura attinebatur damnata veneficii nomine Locusta.

IVLIVS POSTVMVS[5]. — 4, 12. (Seianus) inter (criminatores Agrippinae) delegerat Iulium Postumum, per adulterium Mutiliae Priscae [inter intimos aviae et] consiliis suis peridoneum, qnia Prisca in animo Augustae valida...

IVLIVS PRISCVS, PRISCVS. — II, 92. (Vitellius) praeposuerat praetorianis Publilium Sabinum a praefectura cohortis, Iulium Priscum tum centurionem. Priscus Valentis, Sabinus Caecinae gratia pollebant. — III, 55. Vitellius ut e somno excitus Iulium Priscum et Alfenum Varum cum quattuordecim praetoriis cohortibus et omnibus equitum alis obsidere Appenninum iubet... — III, 61. Gregarius miles induruerat pro Vitellio, donec Priscus et Alfenus desertis castris ad Vitellium regressi pudore proditionis cunctos exsolverent. — IV, 11. Iulius Priscus praetoriarum sub Vitellio cohortium praefectus se ipse interfecit, pudore magis quam necessitate.

IVLIVS SABINVS, SABINVS[6]. — IV, 55. Miscuere sese (consiliis Iulii Classici) Iulius Tutor et Iulius Sabinus, hic Trevir, hic Lingonus... Sabinus super insitam vanitatem falsae stirpis gloria incendebatur : proaviam suam Divo Iulio per Gallias bellanti corpore atque adulterio placuisse. — IV, 67. Interea Iulius Sabinus... Caesarem se salutari iubet magnamque... popularium turbam in

[1] M : *peligno.*
[2] Heraeus : *Iulius Civilis et Claudius Paulus.* Cf. ad IVLIVM CIVILEM.
[3] V. etiam IV, 32.
[4] V. etiam III, 85.
[5] PROSOP., 326. Fortasse non diversus a *C. Iulio Postumo, ibid.*, 327.
[6] PROSOP., 351.

Digitized by Google

Sequanos rapit... Fusi Lingones. Sabinus festinatum temere proelium pari formidine deseruit, utque famam exitii sui faceret... Quibus artibus latebrisque vitam... traduxerit, simul... insigne Epponinae uxoris exemplum suo loco reddemus.

IVLIVS SACROVIR, SACROVIR[1]. — 3, 40. Galliarum civitates... rebellionem coeptavere, cuius exstimulator acerrimus... apud Aeduos Iulius Sacrovir... Componunt Florus Belgas, Sacrovir propiores Gallos concire. — 3, 41. Spectatus et Sacrovir intecto capite pugnam pro Romanis (adversus Turonos) ciens. — 3, 43. Augustodunum caput gentis (Aeduorum) armatis cohortibus Sacrovir occupaverat... — 3, 44. At Romae... multi... increpabant... Tiberium, quod in tanto rerum motu libellis accusatorum insumeret operam. An Sacrovirum maiestatis crimine reum in senatu fore? — 3, 45. Duodecimum apud lapidem (ab Augustoduno) Sacrovir copiaeque patentibus locis apparuere (Silio). — 3, 46. Sacrovir primo Augustodunum, dein metu deditionis in villam propinquam cum fidissimis pergit. Illic sua manu (occidit). — 4, 19. Silente reo (C. Silio)... conscientia belli Sacrovir diu dissimulatus, victoria per avaritiam foedata... arguebantur. — IV, 57. Obtestante (Dillio) Vocula... sic olim Sacrovirum et Aeduos, nuper Vindicem Galliasque singulis proeliis concidisse.

IVLIVS SECVNDVS, SECVNDVS[2]. — *O.* 2. Venerunt ad (Curiatium Maternum) Marcus Aper et Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri; quos ego... studiose audiebam,... quamvis maligne plerique opinarentur nec Secundo promptum esse sermonem. . Nam et Secundo purus et pressus et, in quantum satis erat, profluens sermo non defuit. — 3. Tum Secundus: « Nihilne te, inquit, Materne, fabulae malignorum terrent...? » — 5. « Ego vero, inquit Secundus, antequam me iudicem Aper recuset... » — 9. (Loquitur Aper) « Si amicus eius .., si denique ipse (Saleius Bassus) in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret aut ad te, Materne... » — 14. « Minime, minime, inquit Secundus, atque adeo vellem.. (Loquitur Vipstanus Messalla) : « Probari video in te, Secunde, quod Iulii Africani vitam componendo spem hominibus fecisti plurium eius modi

[1] Prosop., 353.
[2] Prosop., 363. Iulii Flori fratris filius.

Digitized by Google

librorum. » — 15. « Neque aut Secundum aut Maternum aut te ipsum, Aper,... aliter sentire credo. » — 16 « Magnam, inquit Secundus, et dignam tractatu quaestionem movisti... » « Pro duobus, inquit Maternus, promitto ; nam et ego et Secundus exsequemur eas partes. . » — 23. (Loquitur Aper) « Nam et te, Messalla, video laetissima quaeque antiquorum imitantem, et vos, Materne ac Secunde, ita gravitati sensuum nitorem et cultum verborum miscetis .. » — 28. Tum Messalla : « Non reconditas, Materne, causas requiris nec aut tibi ipsi aut huic Secundo vel huic Apro ignotas .. » — 33. Deinde cum Aper quoque et Secundus idem annuissent, Messalla quasi rursus incipiens...[1]

* IVLIVS TVGVRINVS, v. IVLIVS AVGVRINVS.

IVLIVS TVTOR, TVTOR[2]. — IV, 55. Miscuere sese (consiliis Iulii Classici) Iulius Tutor et Iulius Sabinus, hic Trevir, hic Lingonus, Tutor ripae Rheni a Vitellio praefectus... — IV, 57. Classicus ac Tutor per speciem explorandi praegressi cum ducibus Germanorum pacta firmavere... Postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt (Dillius Vocula)... — IV, 58. (Contionatur apud milites Vocula) « Tutorine Treviro agentur excubiae ?... Te, Iuppiter..., te, Quirine,... precor... : at certe pollui foedarique a Tutore et Classico ne sinatis (castra Romana). » — IV, 59. Divisae inde inter Tutorem et Classicum curae. Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses... in (Galliarum imperii) verba adigit. — IV, 70. Ne duces quidem in unum consulere... Ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniae ripam et ardua Alpium praesidiis claudere... Tutor Trevirorum copias, recenti... dilectu auctas veterano pedite atque equite firmavit... Tutor, Treveris comitantibus, vitato Mogontiaco, Bingium concessit... Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt .. — IV, 71. At Civilis et Classicus, ubi pulsum Tutorem, caesos Treviros... accepere... — IV, 72. (Petilius) Cerialis... coloniam Trevirorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis. « Hanc esse Classici, hanc Tutoris patriam... » — IV, 74. (Contionatur Petilius Cerialis apud Treveros) « Nisi forte Tutore et Classico

[1] V. etiam *O.* 1, 4.
[2] Prosop., 397.

Digitized by Google

regnantibus moderatius imperium speratis. » — IV, 76. Apud Germanos diversis sententiis certabatur... Tutor cunctatione crescere rem Romanam adfirmabat,.. Diremit consiliorum diversitatem adprobata Tutoris sententia Classicus... — IV, 78. Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant... — V, 19. Transiere Rhenum Tutor quoque et Classicus et centum tredecim Trevirorum senatores. — V, 20. Praesidia... Civilis quadripertito (invasit),... ita divisis copiis, ut ipse et Verax sorore eius genitus, Classicusqne ac Tutor suam quisque manum traherent. — V, 21. Civilis... relicto equo tranatavit... ; Tutorem Classicumque adpulsae lintres vexere.

IVLIVS VALENTINVS, VALENTINVS. — IV, 68. Trevirorum legatio (apud Remos) opperiebatur, acerrimo instinctore belli Iulio[1] Valentino. Is meditata oratione... contumelias... et invidiam in populum Romanum effudit, turbidus miscendis seditionibus et plerisque gratus vaecordi facundia. — IV, 69. Valentini animum laudabant, consilium (Iulii) Auspicis sequebantur... Restitit idem Valentinus obstruxitque civitatis suae aures, haud perinde instruendo bello intentus quam frequens contionibus. — IV, 70. Haec Valentino absente gesta ; qui ubi adventabat furens cunctaque rursus in turbas et exitium conversurus... Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt, occisis Herennio ac Numisio legatis. — IV, 71. At Civilis et Classicus... Valentinum monuere, ne summae rei periculum faceret... (Petilius) Cerialis. . Rigodulum venit, quem locum magna Trevirorum manu Valentinus insederat... Pars equitum... nobilissimos Belgarum, in quis ducem Valentinum, cepit. — IV, 76. (Loquitur Iulius Tutor) « Idque ipsum, quod inconditam nuper Valentini manum contra spem suam fuderint... » — IV, 85. Praeciqua victoriae fides dux hostium Valentinus nequaquam abiecto animo... Auditus ideo tantum (a Donitiano Mucianoque), ut nosceretur ingenium eius, damnatusque inter ipsum supplicium. . accipere se solacium mortis respondit.

(IVLIVS) ATTICVS VESTINVS, v. (VESTINVS ATTICVS).

L. (IVLIVS) VESTINVS, v. L. VESTINVS.

[1] **M** : *Iulio*. Corr. *b*. — Ritter : « Nihil frequentius apud proceres Gallorum illo tempore quam nomen Iulii. » — Vulgo ante Ritterum : *Tullio*.

Digitized by Google

IVLIVS VINDEX, VINDEX[1]. — 15, 74. (Nero) pugionem (Flavii Scaevini) apud Capitolium sacravit inscripsitque Iovi Vindici; in praesens haud animadversum post arma Iulii Vindicis ad auspicium et praesagium futurae ultionis trahebatur. — I, 6. Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum et bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis coeptis revocaverat. — I, 8. Galliae, super memoriam Vindicis, obligatae recenti dono Romanae civitatis... — I, 16. (Loquitur Galba) « Nero, quem... non Vindex cum inermi provincia aut ego cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria cervicibus publicis depulerunt. » — I, 51. Caeso cum omnibus copiis Iulio Vindice ferox praeda gloriaque (Germanicus) exercitus, ut cui sine labore ac periculo ditissimi belli victoria evenisset... Exercitus finibus provinciarum (inferioris ac superioris) discernebantur; tum adversus Vindicem contractae legiones, seque et Gallias expertae, quaerere rursus arma novasque discordias... Nec deerat pars Galliarnm, quae Rhenum accolit, easdem partes secuta ac tum acerrima instigatrix adversum Galbianos; hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant. — I, 53. Nec deerant in exercitu (superiore) semina discordiae, quod et bello adversus Vindicem universus adfuerat... atque in... sacramento (Galbae) vexillis inferioris germaniae praeventus erat. — I, 65. Lugdunenses exstimulare (Vitellianos) ...in eversionem Viennensium..., obsessam ab illis coloniam suam, adiutos Vindicis conatus... referendo. — I, 70, Siliani (equites ex Africa)... a Nerone, ut in Aegyptum praemitterentur, exciti et ob bellum Vindicis revocati... — I, 89. Sed vulgus... sentire paulatim belli mala..., quae motu Vindicis haud perinde plebem attriverant, secura tum urbe et provinciali bello, quod inter legiones Galliasque velut externum fuit. — II, 94. Contionante Vitellio postulantur ad supplicium Asiaticus et Flavus et Rufinus duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent. — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) « Ne Vindicis aciem cogitarent : Batavo equite protritos Aeduos Arvernosque; fuisse inter Verginii auxilia Belgas; vereque reputantibus Gallias suismet viribus concidisse. » — IV, 57.

[1] C. Iulius Vindex. Prosop., 414.

Digitized by Google

Obtestante (Dillio) Vocula... sic olim Sacrovirum et Aeduos, nuper Vindicem Galliasque singulis proeliis concidisse. — IV, 69. Constat obstitisse Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio steterant[1].

IVLIVS (mensis). — 2, 83. Idibus Iuliis. — I, 77. Ceteri consulatus... mansere..., Caelio ac Flavio Sabinis in Iulias (kalendas). — II, 79... Kalendis Iuliis..., quinto nonas Iulias... — II, 80. Ante idus Iulias... — IV, 53... XI kalendas Iulias[2].

IVLLI, v. IVLLVS ANTONIVS.

IVNCVS VERGILIANVS[3]. — 11, 35. Iuncus Vergilianus senator (traditur ad supplicium ut conscius Messalinae et Silii).

IVNIA FAMILIA, IVNIVM NOMEN, IVNII. — 3, 24. Inlustrium domuum (Calpurniorum et Aemiliorum) adversa... solacio adfecit D. Silanus Iuniae familiae redditus. — 3, 69. (Tiberius) addidit..., darent Iuniae familiae (senatores) et viro quondam eiusdem ordinis, ut Cythnum potius (quam Gyarum) concederet (damnatus C. Silanus). — 15, 35. Torquatus Silanus mori adigitur, quia super Iuniae familiae claritudinem Divum Augustum abavum ferebat. — 16, 12. Menses... Maius Claudii, Iunius Germanici vocabulis mutantur, testificante Cornelio Orfito, qui id censuerat, ideo Iunium mensem transmissum, quia duo iam Torquati ob scelera interfecti infaustum nomen Iunium fecissent. — III, 38. (Verba facit apud Vitellium principem L. Vitellius frater) « Cavendum hostem (Iunium Blaesum), Iunios Antoniosque avos iactantem... »

IVNIA[4]. — 3, 76. Iunia sexagensumo quarto post Philippensem aciem anno supremum diem explevit, Catone avunculo genita, C. Cassii uxor, M. Bruti soror.

*IVNIA, v. VIBIA.

IVNIA CALVINA, CALVINA, IVNIA[5]. — 12, 4. Igitur (L.) Vitellius... ferre crimina in (L.) Silanum, cuius sane decora et procax soror, Iunia Calvina, haud multum ante Vitellii nurus

[1] V. etiam II, 6, 11, 27, 66.

[2] V. etiam adnotationem ad IVNIVM (mensem).

[3] Prosop., 162. *Iunius* traditur ap. Senecam, *Apoc.*, 13. Quae Taciti quoque vera esse lectio videtur Ernestio.

[4] Iunia Tertia *vel* Tertulla. Prosop., 578.

[5] Prosop., 579.

Digitized by Google

fuerat..., fratrumque non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. — 12, 8. Die nuptiarum (Claudii et Agrippinae) Silanus mortem sibi conscivit... Calvina soror eius Italia pulsa est. — 14, 12. (Nero) quo gravaret invidiam matris eaque demota auctam lenitatem suam testificaretur, feminas inlustres Iuniam et Calpurniam... sedibus patriis reddidit ab Agrippina olim (pulsas).

IVNIA SILANA, SILANA[1]. — 11, 12. (Messalina) in C. Silium... ita exarserat, ut Iuniam Silanam, nobilem feminam, matrimonio eius exturbaret. — 13, 19. Nemo solari, nemo adire (Agrippinam) praeter paucas feminas, amore an odio incertas. Ex quibus erat Iunia[2] Silana, quam matrimonio C. Silii a Messalina depulsam supra rettuli, insignis genere, forma, lascivia, et Agrippinae diu percara, mox occultis inter eas offensionibus, quia Sextium Africanum nobilem iuvenem a nuptiis Silanae deterruerat Agrippina, impudicam et vergentem annis dictitans, non ut Africanum sibi seponeret, sed ne opibus et orbitate Silanae maritus poteretur. Illa spe ultionis oblata parat accusatores ex clientibus suis... — 13, 21. Agrippina ferociae memor : « Non miror, inquit, Silanam, numquam edito partu, matrum adfectus ignotos habere; neque enim proinde a parentibus liberi, quam ab impudica adulteri mutantur. . » — 13, 22. Silana in exilium acta. — 14, 12. Silana fato functa erat, longinquo ab exilio Tarentum regressa labante iam Agrippina, cuius inimicitiis conciderat, vel mitigata.

(IVNIA) TORQVATA, v. TORQVATA.

(IVNII) BLAESI, v. BLAESI.

(IVNII) TORQVATI, v. TORQVATI.

IVNIVS *(A)*. — 2, 28. (Reum esse apud se Tiberius Libonem Drusum dissimulat) donec Iunius quidam, temptatus ut infernas umbras carminibus eliceret, ...indicium detulit.

IVNIVS *(B)*. — 4, 64. Adduntur sententiae, ut mons Caelius in posterum Augustus appellaretur, quando cunctis circum flagrantibus sola Tiberii effigies sita in domo Iunii[3] senatoris inviolata mansisset.

[1] Prosop., 577.
[2] M : *iulia*. Corr. Lipsius.
[3] Ritter[2] : « Fuit, puto ; D. *Iunii* ».

Digitized by Google

* D. IVNIVS, v. IVNIVS (*B*).
* T. IVNIVS, v. T. VINIVS.

IVNIVS BLAESVS, BLAESVS[1]. (*A*). — 1, 16. Pannonicas legiones... Castris aestivis tres simul legiones habebantur praesidente Iunio Blaeso. — 1, 18. Properantibus Blaesus advenit, increpabatque... — 1, 19. Blaesus multa dicendi arte non per seditionem et turbas desideria militum ad Caesarem ferenda ait... Adclamavere ut filius Blaesi tribunus legatione ea fungeretur. — 1, 21. Blaesus paucos, maxime praeda onustos, ad terrorem ceterorum adfici verberibus... iubet. — 1, 22. Vibulenus quidam... ante tribunal Blaesi adlevatus circumstantium umeris : « ...Responde, Blaese, ubi cadaver abieceris ..» — 1, 23. Pars militum gladiatores, qui e servitio Blaesi erant, (vinciunt). — 3, 35. Tiberius per litteras (ad senatum missas). . M'. Lepidum et Iunium Blaesum nominavit, ex quis pro consule Africae legeretur. Tum audita amborum verba, intentius excusante se Lepido, cum..., intellegereturque etiam quod silebat, avunculum esse Seiani Blaesum atque eo praevalidum. Respondit Blaesus specie recusantis, sed neque eadem adseveratione. et consensu adulantium adiutus est. — 3, 58. Inter quae provincia Africa Iunio Blaeso prorogata... — 3, 72. Neque multo post (Tiberius) Caesar, cum Iunium Blaesum pro consule Africae triumphi insignibus attolleret, dare id se dixit honori Seiani, cuius ille avunculus erat. Ac tamen res Blaesi dignae decore tali fuere. — 3, 73. (Tiberius) dat negotium Blaeso, ceteros quidem ad spem proliceret arma sine noxa ponendi, ipsius autem ducis (Tacfarinatis) quoquo modo poteretur. — 3,74. Tiberius (bellum) pro confecto interpretatus, id quoque Blaeso tribuit, ut imperator a legionibus salutaretur, prisco erga duces honore... Concessit quibusdam et Augustus id vocabulum ac tunc Tiberius Blaeso postremum. — 4, 23. Caesar post res a Blaeso gestas, quasi nullis iam in Africa hostibus, reportari nonam legionem iusserat. — 4, 26. Dolabellae petenti abnuit triumphalia Tiberius, Seiano tribuens, ne Blaesi avunculi eius laus obsolesceret. Sed neque Blaesus ideo inlustrior. . — 5, 7. Neque Caesar ullis criminibus aut probris defunctum insectatus est, cum in Blaesum multa foedaque incusavisset[2].

[1] Q. Iunius Blaesus. Prosop., 479.
[2] V. etiam. 1, 29.

Digitized by Google

(IVNIVS) BLAESVS (filius), v. BLAESVS.

IVNIVS BLAESVS, BLAESVS[1] *(B)*. — I, 59. Accessere partibus (Vitellii)... Iunius Blaesus, Lugdunensis Galliae rector. — II, 59. Iunius Blaesus, Lugudunensis Galliae rector, genere illustri, largus animo et par opibus, (circumdedit Vitellio) ministeria..., eo ipso ingratus, quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. — III, 38. Nota per eos dies Iunii Blaesi mors et famosa fuit, de qua sic accepimus... (Aegro Vitellio) apud Caecinam Tuscum epulari multos, praecipuum honore Blaesum nuntiatur... Nec defuere qui ipsum Tuscum et alios, sed criminosius Blaesum incusarent, quod aegro principe laetos dies ageret. Vbi asperatum Vitellium et posse Blaesum perverti satis patuit..., datae L. Vitellio delationis partes. Ille infensus Blaeso aemulatione prava, quod eum omni dedecore maculosum egregia fama anteibat... : « In urbe ac sinu cavendum hostem, Iunios Antoniosque avos iactantem, qui se stirpe imperatoria comem ac magnificum militibus ostentet ». — III, 39. Trepidanti inter scelus metumque, ne dilata Blaesi mors maturam perniciem, palam iussa atrocem invidiam ferret, placuit veneno grassari. Addidit facinori fidem notabili gaudio, Blaesum visendo... Blaeso super claritatem natalium et elegantiam morum fidei obstinatio fuit... Sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeo non principatus appetens...

(D. IVNIVS) BRVTVS (ALBINVS). v. BRVTI.

L. (IVNIVS) BRVTVS, v. L. BRVTVS.

M. (IVNIVS) BRVTVS, v. BRVTI et M. BRVTVS.

IVNIVS CILO, CILO[2]. — 12, 21. Traditus posthac Mithridates (Bosporanus) vectusque Romam per Iunium Cilonem[3] procuratorem Ponti... Consularia insignia Ciloni[4] decernuntur.

IVNIVS GALLIO, GALLIO[5] *(A)*.—6, 3. At Iunium Gallionem, qui censuerat, ut praetoriani actis stipendiis ius apiscerentur in quat-

[1] Prosop., 478. Nepos. ut videtur. Q. Iunii Blaesi *(A)*.

[2] Prosop., 485.

[3] M : *colonem*. Corr. Lipsius coll. Dione, 60, 33. *Chilonis* et *Cilonis* cognomentorum rationem reddit Paulus ex Verrio Flacco, p. 43.

[4] M : *coloni*. Corr. Lipsius.

[5] Prosop., 493.

Digitized by Google

tuordecim ordinibus sedendi, violenter increpuit (Tiberius), velut coram rogitans, quid... Hoc pretium Gallio meditatae adulationis tulit, statim curia, deinde Italia exactus, et quia incusabatur facile toleraturus exilium delecta Lesbo..., retrahitur in urbem custoditurque domibus magistratuum. — *O*, 26. (Loquitur Messalla) « Malim hercle C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem quam calamistros Maecenatis aut tinnitus Gallionis ».

IVNIVS GALLIO, GALLIO[1] *(B)*. — 15, 73. At in senatu... Iunium Gallionem, Senecae fratris morte pavidum et pro sua incolumitate supplicem, increpuit Salienus Clemens, hostem et parricidam vocans, donec consensu patrum deterritus est, ne publicis malis abuti ad occasionem privati odii videretur... — 16, 17 (Annaeus) Mela, quibus Gallio et Seneca parentibus natus.

IVNIVS LVPVS. — 12, 42. (L). Vitellius... accusatione corripitur deferente Iunio Lupo senatore... Praebuissetque aures (Claudius), nisi Agrippinae minis magis quam precibus mutatus esset, ut accusatori aqua atque igni interdiceret.

IVNIVS MARVLLVS[2]. — 14, 48. Censuit... Iunius Marullus consul designatus adimendam reo (Antistio Sosiano) praeturam necandumque more maiorum.

IVNIVS MAVRICVS, MAVRICVS[3]. — IV, 40. Petit a Caesare (Domitiano) Iunius Mauricus[4], ut commentariorum principalium potestatem senatui faceret, per quos nosceret, quem quisque accusandum poposcisset. — *A*. 45. Nos Mauricum Rusticumque divisimus[5], nos innocenti sanguine Senecio perfudit.

IVNIVS OTHO[6]. — 3, 66. C. Silanum pro consule Asiae... Mamercus Scaurus e consularibus, Iunius Otho praetor, Bruttedius Niger aedilis simul corripiunt obiectantque violatum Augusti numen, spretam Tiberii maiestatem... Iunio[7] Othoni litterarium ludum

[1] L. Iunius Annaeus Gallio. Prosop., 494 Frater Annaeorum Senecae et Melae, adoptatus a Iunio Gallione qui praecedit, antea Annaeus Novatus.

[2] Q. Iunius Marullus. Prosop., 502.

[3] Prosop., 504. Frater (Iunii) Aruleni Rustici.

[4] **M** : *maricus*. Corr. Beroaldus.

[5] **A B** : *maurici Rusticique visus* (**A** in marg. : *Mauricium Rusticumque divisimus*).

[6] Prosop., 517.

[7] Ritter[2] uncis incl. *Iunio*.

Digitized by Google

exercere vetus ars fuit ; mox Seiani potentia senator obscura initia impudentibus ausis provolvebat [1].

IVNIVS OTHO, OTHO [2]. — 6, 47. Laelius Balbus Acutiam... maiestatis postulaverat, qua damnata cum praemium accusatori decerneretur, Iunius Otho tribunus plebei intercessit, unde illis odia, mox Othoni exitium.

IVNIVS RVSTICVS. — 5, 4. Fuit in senatu Iunius Rusticus, componendis patrum actis delectus a Caesare... Is fatali quodam motu, neque enim ante specimen constantiae dederat, seu prava sollertia... [3].

IVNIVS SILANVS *(A)*, APPIVS SILANVS, APPIVS [4]. — 4, 68. Iunio Silano et Silio Nerva consulibus. — 6, 9. Acervatim ex eo Annius Pollio, Appius Silanus Scauro Mamerco simul ac Sabino Calvisio maiestatis postulantur... clari genus atque idem summis honoribus. Contremuerantque patres..., ni Celsus urbanae cohortis tribunus, tum inter indices, Appium et Calvisium discrimini exemisset..

IVNIVS SILANVS *(B)*, SILANVS [5]. — 13, 1. Prima novo principatu mors Iunii Silani proconsulis Asiae, ignaro Nerone per dolum Agrippinae paratur, non quia ingenii violentia exitium inritaverat, segnis et dominationibus aliis fastiditus, adeo ut C. Caesar pecudem auream eum appellare solitus sit ; verum Agrippina fratri eius L. Silano necem molita ultorem metuebat, crebra vulgi fama anteponendum esse... Neroni... virum aetate composita, insontem, nobilem et, quod tunc spectaretur, e Caesarum posteris ; quippe et Silanus Divi Augusti abnepos erat... — 13,33. Celer interfecto, ut memoravi, Silano pro consule magnitudine sceleris cetera flagitia obtegebat.

D. (IVNIVS) SILANVS [6], v. D. SILANVS.

D. IVNIVS, TORQVATVS SILANVS, TORQVATVS [7]. — 12, 58. D. Iunio Q. Haterio consulibus. — 15, 35. Torquatus Silanus

[1] V. etiam 3, 67.
[2] Filius, ut videtur, eius qui praecedit.
[3] V. etiam 5, 5.
[4] C. Ap. Iunius Silanus. Prosop., 541. Duplici praenomine praeditus. Filium eum C. (Iunii) Silani esse coniecit Borghesi, quod non probavit Klebsio.
[5] M. Iunius Silanus. Prosop., 553. Filius M (Iunii) Silani *(B)*.
[6] Frater M. (Iunii) Silani *(B)*.
[7] Prosop., 558. Filius M. (Iunii) Silani *(B)*.

Digitized by Google

mori adigitur, quia super Iuniae familiae claritudinem Divum Augustum abavum ferebat. Iussi accusatores obicere prodigum largitionibus..., quin eum inter libertos habere, quos ab epistulis et libellis et rationibus appellet, nomina summae curae et meditamenta... Cum damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus interscidit. — 16, 8. Ipsum dehinc (L.) Silanum increpuit (Nero) isdem, quibus patruum eius Torquatum, tamquam disponeret iam imperii curas praeficeretque rationibus et libellis et epistulis libertos.

L. (IVNIVS) SILANVS, v. L. SILANVS *(A* et *B)*.

M. (IVNIVS) SILANVS, v. M. SILANVS *(A* et *B)*.

* IVNIVS VERGILIANVS, v. IVNCVS VERGILIANVS.

IVNIVS (mensis). — 2, 41. A d. VII kalendas Iunias... — 16, 12. Menses... Maius Claudii, Iunius[1] Germanici nominibus mutantur, testificante Cornelio Orfito... ideo Iunium mensem transmissum, quia duo iam Torquati... infaustum nomen Iunium fecissent. — *A*. 44. Idibus Iuniis.

IVNO. — 4, 14. Is quoque annus legationes Graecarum civitatium habuit, Samiis Iunonis... delubro vetustum asyli ius ut firmaretur petentibus. — 15, 44. (Post incendium Neronis ex Sibullae libris) propitiata Iuno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare, unde hausta aqua templum et simulacrum deae perspersum est. — I, 86. Prodigia insuper terrebant..., erupisse cella Iunonis maiorem humana speciem... — IV, 53. Helvidius Priscus praetor... Iovem, Iunonem, Minervam praesidesque imperii deos precatus (cum lustraret aream Capitolii).

IVPPITER. — 1, 73. (Tiberius) scripsit consulibus... iusiurandum perinde aestimandum quam si Iovem fefellisset : deorum iniurias dis curae. — 2, 22. (Germanicus) congeriem armorum struxit superbo cum titulo..., exercitum... ea monimenta Marti et Iovi et Augusto sacravisse. — 2, 32. Dona Iovi, Marti, Concordiae,.. L. Piso et Gallus Asinius et Papius Mutilus et L. Apronius decrevere (ob mortem Libonis Drusi). — 3, 61. Ephesii... memorantes esse apud se... lucum Ortygiam... atque ipsum illic Apollinem post interfectos Cyclopas Iovis iram vitavisse. — 3, 62. Civitas... Stratonicensium Iovis et Triviae religionem (tuebatur)... Cyprii

[1] Lipsius : *Iulius*. non intellecto *transmissum (in nomen Germanici)*.

Digitized by Google

tribus de delubris, quorum... (tertium) Iovi Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus (posuisset). — 4, 56. At Zmyrnaei, repetita vetustate, seu Tantalus Iove ortus illos... condidisset... — 4, 57. Inter quae... tandem (Tiberius) Caesar in Campaniam (abscessit) specie dedicandi templa apud Capuam Iovi, apud Nolam Augusto. — 6, 25. Decretum... ut quintum decimum kalendas Novembres, utriusque (Agrippinae et Seiani) necis die, per omnes annos donum Iovi sacraretur. — 13, 24. Vrbem princeps (Nero) lustravit ex responso haruspicum, quod Iovis ac Minervae aedes de caelo tactae erant. — 15, 23. (Ob puerperium Poppaeae Neronis uxoris decretum est a senatu) ut... Fortunarum effigies aureae in solio Capitolini Iovis locarentur. — 15, 41. Aedes... Statoris Iovis vota Romulo (incendio Neronis amissa est). — 15, 64. Seneca... postremo stagnum calidae aquae introiit, respergens proximos servorum, addita voce libare se liquorem illum Iovi Liberatori. — 15, 74. (Nero) pugionem (Flavii Scaevini) apud Capitolium sacravit inscripsitque Iovi Vindici. — 16, 35. (Paetus Thrasea) porrectis... utriusque brachii venis, postquam cruorem effudit, humum super spargens, propius vocato quaestore : « Libamus, inquit, Iovi Liberatori. — III, 72. (Capitolium) sedem Iovis Optimi Maximi auspicato a maioribus pignus imperii conditam... — III, 74. Domitianus..., potiente rerum patre, disiecto aeditui contubernio (apud quem capto incensoque a Vitellianis Capitolio delituerat), modicum sacellum Iovi Conservatori aramque posuit casus suos in marmore expressam ; mox imperium adeptus Iovi Custodi templum ingens seque in sinu dei sacravit. — IV, 53. Helvidius Priscus praetor... Iovem, Iunonem, Minervam praesidesque imperii deos precatus (cum lustraret aream Capitolii)... — IV, 54. Captam olim a Gallis urbem, sed integra Iovis sede mansisse imperium. — IV, 58. « Te, Iuppiter Optime Maxime, quem per octingentos viginti annos tot triumphis coluimus..., precor venerorque, ut... » — IV, 83. Timotheus quaesitis, qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen, nec procul templum vetere inter accolas fama Iovis Ditis... — IV, 84. Deum ipsum (Serapidem) multi Aesculapium..., quidam Osirin..., plerique Iovem ut rerum omnium potentem... coniectant. — V, 2. Iudaeos Creta insula profugos... memorant, qua tempestate Saturnus vi Iovis pulsus cesserit regnis.

Digitized by Google

IVSTVS CATONIVS, v. CATONIVS IVSTVS.

IVSTVS FABIVS, v. FABIVS IVSTVS.

IVVENALIS. — IV, 66. Campanus ac Iuvenalis e primoribus Tungrorum universam (Iulio Civili) gentem dedidere.

IVVENALES LVDI. — 14, 15. Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur (Nero), instituit ludos Iuvenalium vocabulo, in quos passim nomina data. — 15, 33. Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scaenas frequentandi. Nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuvenalibus ludis, quos ut parum celebres et tantae voci angustos spernebat. — 16, 21. (Paetus Thrasea) Iuvenalium ludicro parum spectabilem operam praebuerat, eaque offensio altius penetrabat, quia idem Thrasea Patavi... habitu tragico cecinerat. — III, 62. (Fabius Valens) ludicro Iuvenalium sub Nerone velut ex necessitate, mox sponte mimos actitavit, scite magis quam probe.

* IVVENTIVS RVFINVS, v. VIVENNIVS RVFINVS.

IZATES [1]. — 12, 13. (Adiabenorum) rex Izates [2] societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta et magis fida inclinabat. — 12, 14. Izates [3] Adiabeno, mox Acbarus Arabum cum exercitu abscedunt (a Meherdate) levitate gentili...

LABEO ANTISTIVS, LABEO, v. ANTISTIVS LABEO.

LACEDAEMONII, VS. — 4, 43. Auditae dehinc Lacedaemoniorum et Messeniorum legationes de iure templi Dianae Limnatidis, quod suis a maioribus suaque in terra dicatum Lacedaemonii firmabant... — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Quid aliud exitio Lacedaemoniis et Atheniensibus fuit, quamquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? » — *O.* 40. « Quem enim oratorem Lacedaemonium, quem Cretensem accepimus? Quarum civitatum severissima disciplina et severissimae leges traduntur ».

LACO [4]. — 6, 18. In Pompeiam Macrinam exilium statuitur, cuius maritum Argolicum, socerum Laconem e primoribus Achaeorum (Tiberius) Caesar adflixerat...

[1] Prosop., 599.

[2] **M** : *iuliates*. Corr. Freinsheimius coll. Ioseph., *Ant. Iud.*, 20, 2 et 3. Veterum editorum alii illud, alii ex dett : *Hyliates*.

[3] **M** : *ezates*. Corr. idem.

[4] Prosop., 11 : « Videtur esse C. Iulius Laco ». Cf. I, 250.

Digitized by Google

LACO, v. CORNELIVS LACO.

LAECANIVS[1]. — I, 41. De percussore (Galbae) non satis constat: quidam..., alii Laecanium... (tradidere) impresso gladio iugulum eius hausisse.

C. LAECANIVS[2]. — 15, 33. C. Laecanio M. Licinio consulibus.

LAELIA[3]. — 15, 22. Defuncta... virgo Vestalis Laelia, in cuius locum Cornelia ex familia Cossorum capta est.

C. LAELIVS[4]. — *O.* 18, (Loquitur Aper) « Servio Galbae aut C. *Laelio. aut C.*[5] Carboni, quosque alios merito antiquos vocaverimus. Sunt enim horridi et impoliti et rudes et informes... » — 25. (Loquitur Messalla) « Quod ad Servium Galbam et C. Laelium attinet, et si quos alios antiquiorum Aper agitare non destitit, non exigit defensorem, cum fatear quaedam eloquentiae eorum ut nascenti adhuc nec satis adultae defuisse. »

LAELIVS BALBVS, BALBVS[6]. — 6, 47. Laelius Balbus Acutiam, P. Vitellii quondam uxorem, maiestatis postulaverat; qua damnata... — 6, 48. Eaedem poenae (in insulam deportatio) in Laelium Balbum decernuntur, id quidem a laetantibus (patribus), quia Balbus truci eloquentia habebatur, promptus adversum insontes.

LAERTES. — *G.* 3. Vlixem quidam opinantur... adisse Germaniae terras Asciburgiumque... ab illo constitutum..., aram quin etiam Vlixi consecratam, adiecto Laertae patris nomine, eodem loco olim repertam.

LANGOBARDI. — 2, 45. E regno... Marobodui Suebae gentes, Semnones ac Langobardi. — 2, 46. Exercitus propriae quoque causae stimulabant, cum a Cheruscis Langobardisque pro antiquo decore aut recenti libertate... certaretur. — 11, 17. Pulsus .. (rex Italicus) ac rursus Langobardorum opibus refectus, per laeta per adversa res Cheruscas adflictabat. — *G.* 40. Langobardos[7]

[1] Prosop., 14. — **M** et vulg. : *Lecanium.* Corr. coll., 15, 33 et titulis.

[2] Laecanius Bassus. Prosop., 16.

[3] Prosop., 37. Fortasse filia (D.) Laelii Balbi.

[4] C. Laelius Sapiens, amicus Scipionis Africani minoris.

[5] *Laelio aut C.* suppl. Ritter certa emendatione ex eis, quae Messalla respondet, c. 25. Cf. tamen ad C. Carbonem.

[6] D. Laelius Balbus. Prosop.) 28.

[7] **B C** : *longobardos;* **A** : *largobardos.*

Digitized by Google

paucitas nobilitat : plurimis ac valentissimis nationibus cincti non per obsequium, sed proeliis... tuti sunt.

LANVVIVM. — 3, 48. (Sulpicius Quirinius) ortus apud municipium Lanuvium.

LAODICENI, LAODICEA. — 4, 55. (Cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae templum Tiberii statueretur), Hypaepeni Trallianique Laodicenis ac Magnetibus simul tramissi ut parum validi... — 14, 27. Eodem anno ex inlustribus Asiae urbibus Laodicea tremore terrae prolapsa, nullo a nobis remedio, propriis opibus revaluit.

LAODICIA. — 2, 79. Domitius Laodiciam[1] urbem Syriae adpulsus...

LARES. — 12, 24. (Pomoerium Romuli) a foro boario..., inde... per ima montis Palatini..., mox (ad) curias veteres, tum ad sacellum Larum, inde forum[2] Romanum... (designatum).

LARGVS CAECINA, v. (CAECINA LARGVS).

LATERANVS, v. PLAVTIVS LATERANVS.

LATIARIS, v. LATINIVS LATIARIS.

LATINIVS LATIARIS, LATIARIS, LATINIVS[3].— 4, 68. (Titium Sabinum) Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opsius praetura functi adgrediuntur, cupidine consulatus, ad quem non nisi per Seianum aditus... Compositum inter ipsos, ut Latiaris, qui modico usu Sabinum contingebat, strueret dolum... Igitur Latiaris iacere fortuitos primum sermones... Ac iam ultro Sabinus quaerere Latiarem, ventitare domum... — 4, 69. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum et in cubiculum trahit... — 4, 71. Avebat animus antire statimque memorare exitus, quos Latinius atque Opsius ceterique flagitii eius repertores habuere , non modo postquam C. Caesar rerum potitus est, sed incolumi Tiberio... —

[1] Vulg. : *Laodiceam*.

[2] **M** : *larũ deforoque* (deleta a secunda manu syll. *de*). Corr. Weissenborn. — Orelli : « *Larundae forumque... Larundae* sive *Larae*, matris *Larum*... Aram ei vovisse Tatium regem tradit Varro, *L. L.*, 5, 74. Qui *Larum* legunt, intelligunt *geminos Lares qui compita servant* (Ovid., *Fast.*, 2, 615), Mercurii Laraeque nymphae filios... »

[3] Prosop., 76 : « 6, 4 in cod. Med. ante Beroaldum pro *Latin* — legebatur *Lucan* —, quod fortasse verum ; cf. infra sub *Lucanio Latiare;* apud Dionem, qui cognomen solum posuit, traditur Ῥατιάριος. » — Locus Dionis est 58,1.

Digitized by Google

6, 4. Vt vero (Sextius Paconianus) Latinium Latiarem ingressus est, accusator ac reus iuxta invisi gratissimum spectaculum praebebantur. Latiaris, ut rettuli, praecipuus olim circumveniendi Titii Sabini et tunc luendae poenae primus fuit.

LATINIVS PANDVSA, PANDVSA[1]. — 2, 66. Eas (Tiberii) litteras Latinius Pandusa[2] pro praetore Moesiae... in Thraeciam misit.,. Defuncto Pandusa[3], quem sibi infensum Rhescuporis arguebat...

LATINVS, A. — 2, 10. Pleraque Latino sermone interiaciebat (Arminius). — 2, 13. Vnus hostium, Latinae linguae sciens. — 4, 36. Postulandis reis tam continuus annus fuit, ut feriarum Latinarum diebus praefectum urbis Drusum, auspicandi gratia tribunal ingressum, adierit Calpurnius Salvianus in Sextum Marium. — 6, 11. Duratque simulacrum, quotiens ob ferias Latinas praeficitur, qui consulare munus usurpet. — 11, 14. Forma litteris Latinis, quae veterrimis Graecorum. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere : plebeii magistratus post patricios, Latini post plebeios, ceterarum Italiae gentium post Latinos ». — 14, 15. (Nero) instituit ludos Iuvenalium vocabulo... Non nobilitas cuiquam, non aetas aut acti honores impedimento, quo minus Graeci Latinive histrionis artem exercerent usque ad gestus modosque haud viriles. — *O*, 17. « Sed transeo ad Latinos oratores... »

LATIVM. — 4, 5. Quamquam insideret urbem proprius miles, tres urbanae, novem praetoriae cohortes, Etruria ferme Vmbriaque delectae aut vetere Latio et coloniis antiquitus Romanis.— 11, 23. « Quem ultra honorem residuis nobilium, aut si quis pauper e Latio senator foret ». — 15, 32. Eodem anno Caesar nationes Alpium maritimarum in ius Latii transtulit. — III, 55. (Vitellius) foedera sociis, Latium externis dilargiri.

LATONA. — 3, 61. Ephesii (senatum de iure asyli) adiere, memorantes... esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam... edidisse (Dianam et Apollinem). — 12, 61. Rettulit

[1] Prosop., 78; cf. 79-81.

[2] **M** : *pandus*. Corr. Nipperdey. Vulgo : *Pando* vel *Pandus*. Sed cf. *C. I. L.*, XIV, 2166.

[3] **M** : *padusa*. Corr. Nipperdey.

Digitized by Google

paucitas nobilitat: plurimis ac valentissimis nationibus cincti non per obsequium, sed proeliis... tuti sunt.

LANVVIVM. — 3, 48. (Sulpicius Quirinius) ortus apud municipium Lanuvium.

LAODICENI, LAODICEA. — 4, 55. (Cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae templum Tiberii statueretur), Hypaepeni Trallianique Laodicenis ac Magnetibus simul tramissi ut parum validi... — 14, 27. Eodem anno ex inlustribus Asiae urbibus Laodicea tremore terrae prolapsa, nullo a nobis remedio, propriis opibus revaluit.

LAODICIA. — 2, 79. Domitius Laodiciam[1] urbem Syriae adpulsus...

LARES. — 12, 24. (Pomoerium Romuli) a foro boario..., inde... per ima montis Palatini..., mox (ad) curias veteres, tum ad sacellum Larum, inde forum[2] Romanum... (designatum).

LARGVS CAECINA, v. (CAECINA LARGVS).

LATERANVS, v. PLAVTIVS LATERANVS.

LATIARIS, v. LATINIVS LATIARIS.

LATINIVS LATIARIS, LATIARIS, LATINIVS[3].— 4, 68. (*Titium* Sabinum) Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opsius praetura functi adgrediuntur, cupidine consulatus, ad quem non nisi per Seianum aditus... Compositum inter ipsos, ut Latiaris, qui modico usu Sabinum contingebat, strueret dolum... Igitur Latiaris iacere fortuitos primum sermones... Ac iam ultro Sabinus quaerere Latiarem, ventitare domum... — 4, 69. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum et in cubiculum trahit... — 4, 71. Avebat animus antire statimque memorare exitus, quos Latinius atque Opsius ceterique flagitii eius repertores habuere, non modo postquam C. Caesar rerum potitus est, sed incolumi Tiberio... —

[1] Vulg.: *Laodiceam.*

[2] M: *larū deforoque* ... born. — Arum a ... intellexel ... Orelli: « *Larundae* ... vovisse Tatium *regi* ... *geminos Lares* ... nymphae filiae ... pro *Lati* ...

[3] Prosco ... —, quod ... solum ...

Digitized by Google

6, 4. Vt vero (Sextius Paconianus) Latinium Latiarem ingressus est, accusator ac reus iuxta invisi gratissimum spectaculum praebebantur. Latiaris, ut rettuli, praecipuus olim circumveniendi Titii Sabini et tunc luendae poenae primus fuit.

LATINIVS PANDVSA, PANDVSA[1]. — 2, 66. Eas (Tiberii) litteras Latinius Pandusa[2] pro praetore Moesiae... in Thraeciam misit.,. Defuncto Pandusa[3], quem sibi infensum Rhescuporis arguebat...

LATINVS, A. — 2, 10. Pleraque Latino sermone interiaciebat (Arminius). — 2, 13. Vnus hostium, Latinae linguae sciens. — 4, 36. Postulandis reis tam continuus annus fuit, ut feriarum Latinarum diebus praefectum urbis Drusum, auspicandi gratia tribunal ingressum, adierit Calpurnius Salvianus in Sextum Marium. — 6, 11. Duratque simulacrum, quotiens ob ferias Latinas praeficitur, qui consulare munus usurpet. — 11, 14. Forma litteris Latinis, quae veterrimis Graecorum. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere : plebeii magistratus post patricios, Latini post plebeios, ceterarum Italiae gentium post Latinos ». — 14, 15. (Nero) instituit ludos Iuvenalium vocabulo... Non nobilitas cuiquam, non aetas aut acti honores impedimento, quo minus Graeci Latinive histrionis artem exercerent usque ad gestus modosque haud viriles. — *O*, 17. « Sed transeo ad Latinos oratores... »

LATIVM. — 4, 5. Quamquam insideret urbem proprius miles, tres urbanae, novem praetoriae cohortes, Etruria ferme Vmbriaque dilectae aut vetere Latio et coloniis antiquitus Romanis.— 11, 23. « Quem ultra honorem residuis nobilium, aut si quis pauper e [illegible] senator foret ». — 15, 32. Eodem anno Caesar nationes [illegible] maritimarum in ius Latii transtulit. — III, 55. (Vitellius) [illegible] sociis, Latium externis dilargiri.

[illegible] — 3, 61. Ephesii (senatum de iure asyli) adiere, memo[illegible]se apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi [illegible] edidisse (Dianam et Apollinem). — 12, 61. Rettulit

[illegible]dey. Vulgo : *Pando* vel *Pandus*. Sed cf. *C. I. L.*,

Digitized by Google

(Claudius)... de immunitate Cois tribuenda, multaque super antiquitate eorum memoravit: Argivos vel Coeum Latonae parentem vetustissimos insulae cultores...

* LAZARVS, v. ELEAZARVS.

* LECANIVS, v. LAECANIVS.

LEGERDA. — 14, 25. Praesidium Legerda[1], quod ferox (Armeniorum) iuventus clauserat, non sine certamine expugnatum est (a Corbulone)...

LEMOVII. — *G.* 43. Trans Lugios Gotones regnantur... Protinus deinde ab Oceano Rugii et Lemovii...

* LENNIVS, v. L. ENNIVS.

LENTVLI[2]. — *O.* 37. Ex (veterum actorum epistularumque libris a Muciano editis) intellegi potest... Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones et ceteram procerum manum multum in (eloquentiae) studiis operae curaeque posuisse, nec quemquam illis (Cn. Pompeii et M. Crassi) temporibus...

LENTVLVS[3]. — 3, 49. Adversus (Servium Maluginensem) cum augur Lentulus aliique... dissererent.

CN. LENTVLVS, LENTVLVS[4]. — 1, 27. Maxime infensi (erant seditiosi Pannonicarum legionum milites) Cn. Lentulo, quod is ante alios aetate et gloria belli firmare Drusum credebatur et illa militiae flagitia primus aspernari... — 2, 32. Cn. Lentulus, ne quis Scribonius cognomentum Drusi adsumeret (censuit). — 3, 68. Eadem ceteri (quae L. Piso, de C. Silano censuere), nisi quod Cn. Lentulus separanda Silani materna bona... reddendaque filio dixit, adnuente Tiberio. — 4, 29. Tum accusator (Vibius Serenus filius) Cn. Lentulum et Seium Tuberonem nominat, magno pudore Caesaris, cum primores civitatis, intimi ipsius amici, Lentulus senectutis extremae, ...tumultus hostilis et turbandae rei publicae accerserentur. Sed hi quidem statim

[1] **M** : *legerat*. Corr. Bezzenberger. « Cf. Ptolemaei *Geog.*, 5, 13, 19, ubi codices fluctuant inter formas Λέγερδα, Ἠλέγερδα, Κλέγερδα, Βλέγερδα » (Orelli).

[2] Intellegendi sunt Cn. Cornelius Lentulus Clodianus, cos. a. 682 = 72; Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, cos. a. 698 = 56; L. Cornelius Lentulus Crus, cos a. 705 = 49; P. Cornelius Lentulus Spinther, cos. a. 697 = 57; P. Cornelius Lentulus Sura, cos. a. 683 = 71; alii fortasse. Cf. Orelli, *Onomast. Tullianum*; Teuffel-Schwabe, *Röm. Lit.* I, § 171, 9. Antiquiores quosdam his adiungit Ruperti.

[3] Cn. Cornelius Cn. f. Lentulus Augur. Prosop., C., 1132.

[4] Cn. Cornelius, L. f. Lentulus. Prosop., C., 1121.

Digitized by Google

exempti. — 4, 44. Obiere eo anno viri nobiles Cn. Lentulus et L. Domitius. Lentulo super consulatum et triumphalia de Getis gloriae fuerat bene tolerata paupertas, dein magnae opes innocenter partae et modeste habitae.

LENTVLVS GAETVLICVS, GAETVLICVS [1]. — 4, 42. (Tiberius) Aquiliam adulterii delatam..., quamquam Lentulus Gaetulicus consul designatus lege Iulia damnasset, exilio punivit. — 4, 46. Lentulo Gaetulico C. Calvisio consulibus. — 6, 30. Abudius Ruso functus aedilitate, dum Lentulo Gaetulico, sub quo legioni praefuerat, periculum facessit, quod is Seiani filium generum destinasset, ultro damnatur atque urbe exigitur. Gaetulicus ea tempestate superioris Germaniae legiones curabat mirumque amorem adsecutus erat, effusae clementiae, modicus severitate, et proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus. Vnde fama constans ausum mittere ad Caesarem litteras...

LEPIDA [2] *(A)*. — 3. 22. At Romae Lepida, cui super Aemiliorum decus L. Sulla et Cn. Pompeius proavi erant, defertur simulavisse partum ex P. Quirinio divite atque orbo. Adiciebantur adulteria, venena .. (Tiberius) servos Lepidae, cum militari custodia haberentur, transtulit ad consules neque per tormenta interrogari passus est de iis, quae ad domum suam pertinerent. — 3, 23. Lepida ludorum diebus, qui cognitionem intervenerant, theatrum cum claris feminis ingressa, lamentatione flebili maiores suos ciens ipsumque Pompeium, cuius ea monimenta... (Damnata Lepida) tum demum aperuit Tiberius compertum sibi etiam ex P. Quirinii servis veneno eum a Lepida petitum. — 3, 24. Inlustrium domuum adversa, etenim haud multum distanti tempore Calpurnii Pisonem, Aemilii Lepidam amiserant... — 3, 48. Haud laeta memoria Quirinii erat ob intenta, ut memoravi, Lepidae pericula...

LEPIDA [3] *(B)* — 16, 8. Inducti posthac vocabulo indicum, qui in Lepidam Cassii uxorem, Silani amitam, incestum cum fratris filio et diros sacrorum ritus confingerent. — 16, 9. Tunc consulto

[1] Cn. Cornelius Cossi f. Lentulus Gaetulicus. Prosop., C. 1134. Frater minor Cossi Cornelii Lentuli *(A)*. Vulg. ante Iac. Gronovium : *Getulicus*.

[2] (Aemilia) Lepida. Prosop., A. 293. Soror Manii (Aemilii) Lepidi.

[3] Iunia Lepida. Prosop., I, 575. Filia M. (Iunii) Silani, soror (M.) Iunii Silani.

Digitized by Google

senatus Cassio et Silano exilia decernuntur; de Lepida Caesar statueret.

LEPIDA, v. DOMITIA LEPIDA.

LEPIDVS *(A)*[1]. — 3, 27. L. Sulla dictator, abolitis vel conversis prioribus (legibus)..., otium eius rei haud in longum paravit, statim turbidis Lepidi rogationibus...

LEPIDVS[2] *(B)*. — 1, 1. Cito... Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere. — 1, 2. Exuto... Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus nisi Caesar dux reliquus. — 1, 9. (Qui vitam Augusti extollebant, asseverabant eum) multa Antonio, dum interfectores patris ulciscereturur, multa Lepido concessisse. — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, dicebant)... Lepidum specie amicitiae (deceptum).

M'. LEPIDVS, LEPIDVS[3]. — 1, 13. Augustus... M'.[4] Lepidum dixerat capacem (imperii) sed aspernantem. — 3, 11. Reo (Cn. Pisoni)... M'.[5] Lepidus et L. Piso et Livineius Regulus (patroni) adfuere. — 3, 22. Lepida... defertur... defendente ream Manio Lepido fratre. — 3, 35. Proximo senatus die Tiberius per litteras... M'.[6] Lepidum et Iunium Blaesum nominavit, ex quis pro consule Africae legeretur. Tum audita amborum verba, intentius excusante se Lepido, cum valetudinem corporis, aetatem liberum, nubilem filiam obtenderet... — 3, 50. Contra (Haterium Agrippam reo Clutorio ultimum supplicium indicentem) M'.[7] Lepidus in hunc modum exorsus est... — 3, 51. Solus Lepido Rubellius Blandus e consularibus adsensit..., ductusque in carcerem (Clutorius) Priscus ac statim exanimatus. Id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusavit, cum... laudaret Lepidum neque Agrippam argueret. — 4, 20. Contra (Asinii Galli sententiam) M'.[8] Lepidus quartam (bonorum Sosiae partem)

[1] M. Aemilius Lepidus, cos. a. 6-6 = 78.

[2] M. Aemilius Lepidus triumvir, Prosop., A. 246.

[3] Manius Aemilius Lepidus, Prosop., A. 242. De Manio et Marco *(B)* Lepidis deque Taciti fontium inter utrumque distributione, cf. Nipperdey-Andresen, ad 3,32, qui secutus est Bennesium, 27, V, 287, sq.; Nepos M. Aemilii Lepidi triumviri.

[4] **M** : M. Corr. Lipsius.

[5] **M** : M. Corr. Lipsius.

[6] **M** : M. Corr. Lipsius.

[7] **M** : M. Corr. Lipsius.

[8] **M** : M. Corr. Lipsius.

Digitized by Google

accusatoribus secundum necessitudinem legis, cetera liberis concessit. Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem et sapientem virum fuisse comperior; nam pleraque ab saevis adulationibus aliorum in melius flexit; neque tamen temperamenti egebat, cum aequabili auctoritate et gratia apud Tiberium viguerit. — 4, 56. Censuit... Vibius Marsus, ut M'.[1] Lepido, cui (Asia) provincia obvenerat, super numerum legaretur, qui templi (Tiberio statuendi) curam susciperet. Et quia Lepidus ipse deligere per modestiam abnuebat, Valerius Naso e praetoriis sorte missus est. — 6, 5. Cotta Messalinus... arguitur..., querens..., de potentia M'.[2] Lepidi ac L. Arruntii, cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat, addidisse: « Illos quidem senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus. » — 6, 27. Obiit eodem anno et M'.[3] Lepidus, de cuius moderatione atque sapientia in prioribus libris satis conlocavi. Neque nobilitas diutius demonstranda est; quippe Aemilium genus ..

M. LEPIDVS *(A)*[4]. — 2, 67. (Liberis Cotyis) nondum adultis Trebellenus Rufus datur, qui regnum interim tractaret, exemplo quo maiores M. Lepidum Ptolemaei liberis tutorem in Aegyptum miserant.

M. LEPIDVS *(B)*, v. AEMILIVS LEPIDVS.

M. LEPIDVS[5] *(C)*. — 14, 2. (Iulia) Agrippina... puellaribus annis stuprum cum *M*[6]. Lepido spe dominationis admiserat.

* LEPTINI, v. LEPTITANI.

LEPTITANI. — 3, 74. Cornelius Scipio legatus praefuit, qua praedatio in Leptitanos[7] et suffugia Garamantum. — IV, 50. (Valerius Festus legatus legionis in Africa) Oeensium Leptitanorumque[8] discordias componit... Populus Oeensis multitudine

[1] **M** : M. Corr. Lipsius.
[2] **M** : M. Corr. Lipsius.
[3] **M** : M. Corr. Lipsius.
[4] M. Aemilius Lepidus pontifex maximus, cos. a. 567 = 187 et 579 = 175.
[5] M. Aemilius Lepidus. Prosop., A, 249.
[6] Praenomen addidit Nipperdey.« Der Vorname fehlt gegen die Gewohnheit des Tac. in der Hds. wegen des vorhergehenden *m* ». (Nipperdey-Andresen.) — Ritteri legem de Taciti usu in designandis viris illustribus vide in adnotatione ad Canimvm Rebilvm.
[7] **M** : *leptinos*. Corr. Freimsheim.
[8] **M** : *lepcitanorum*.

Digitized by Google

inferior Garamantas exciverat... Vnde artae Leptitanis[1] res lateque vastatis agris intra moenia trepidabant, donec interventu cohortium alarumque fusi Garamantes...

LESBOS. — 2, 54. Petita inde Euboea (Germanicus) tramisit Lesbum. — 6, 3. (Iunius Gallio) incusabatur facile toleraturus exilium delecta Lesbo, insula nobili et amoena.

LEVCI. — I, 64. Nuutium de caede Galbae et imperio Othonis Fabius Valens in civitate Leucorum accepit.

LEVCOPHRYNE DIANA. — 3, 62. (L. Scipio et L. Sulla) fidem atque virtutem Magnetum decoravere, uti Dianae Leucophrynae[2] perfugium inviolabile foret.

* LEVGII, v. LVGII.

LIBANVS. — V, 6. Praecipuum montium Libanum erigit (terra Iudaeorum), mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidumque nivibus.

LIBER. — 2, 49. (Tiberius) deum aedes vetustate aut igni abolitas coeptasque ab Augusto dedicavit, Libero Liberaeque et Cereri iuxta circum maximum... — 3. 61. Ephesii... memorantes... Liberum patrem, bello victorem, supplicibus Amazonum, quae aram (in luco Ortygia sitam) insederant, ignovisse. — 4, 38. « Optimos... mortalium altissima cupere ; sic Herculem et Liberum apud Graecos, Quirinum apud nos deum numero additos. » — V, 5. Quia sacerdotes (Iudaeorum) tibia tympanisque concinebant, hedera vinciebantur, vitisque aurea templo reperta, Liberum patrem coli, domitorem Orientis, quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis ; quippe Liber festos laetosque ritus posuit, Iudaeorum mos absurdus sordidusque.

LIBERA. — 2, 49. (Tiberius deum aedes vetustate aut igni abolitas coeptasque ab Augusto dedicavit, Libero Liberaeque et Cereri iuxta circum maximum.

LIBERATOR, v. IVPPITER (15, 64 ; 16, 35).

LIBERTAS. — I, 31. Vt Germanicos milites e Libertatis atrio accerserent.

* LIBIDINEIVS, v. LIVINEIVS.

[1] **M** : *lepcitanis*.

[2] **M** : *leucophine*. Corr. Lipsius coll. nummis (cf. Nipperdey-Andresen). — Ritter : *Leucophryinae;* Beroaldus : *Leucophryenae*, coll. Strabone et Pausania, Item *C. I. G*, 2561 b, 25; 2914 : Λευκοφρυνή.

Digitized by Google

L. LIBO[1]. — 2, 1. Sisenna Statilio Tauro L. Libone consulibus[2].

LIBO DRVSVS, LIBO[3]. — 2. 27. E familia Scriboniorum Libo Drusus defertur moliri res novas... Firmius Catus senator ex intima Libonis amicitia iuvenem... impulit... — 2, 28. (Tiberius) interim Libonem ornat praetura, convictibus adhibet... — 2, 29. Libo interim veste mutata... circumire domos, orare adfines... — 2, 30. Vibius, quia... Libo sine patrono introisset..., protulit libellos vaecordes adeo, ut consultaverit Libo, an habiturus foret opes, quis viam Appiam Brundisium usque pecunia operiret... Vno tamen libello manu Libonis nominibus Caesarum aut senatorum additas atroces vel occultas notas accusator arguebat... Tiberius mancipari singulos (servos) actori publico iubet, scilicet ut in Libonem ex servis salvo senatus consulto quaereretur. — 2, 31. Libo ipsis, quas in novissimam voluptatem adhibuerat, epulis excruciatus, vocare percussorem... — 2, 32. Cotta Messalinus, ne imago Libonis exsequias posterorum comitaretur, censuit... Vt .. iduum Septembrium dies, quo se Libo interfecerat, dies festus haberetur, L. Piso et Gallus Asinius... decrevere. — 4, 29. Post damnatum Libonem missis ad Caesarem litteris exprobraverat (C. Vibius Serenus) suum tantum studium sine fructu fuisse... — 4. 31. Catus, ut rettuli, Libonem inlexerat insidiis, deinde indicio perculerat. — 6, 10. Vescularius insidiarum in Libonem internuntius (ad mortem agitur a Tiberio).

LIBVRNICAE NAVES, LIBVRNA. — 16, 14. Missae Liburnicae advehiturque propere Sosianus. — II, 16. Claudium Pyrrhicum trierarchum Liburnicarum (in Corsica) navium. — II, 35. Plures (Vitellianos nando Padum) transgressos completis Liburnicis per promptissimos gladiatorum (Marcius) Macer adgreditur. — III, 12. (Lucilius) Bassus honorata custodia Liburnicis navibus Atriam pervectus... — III, 14. (Vitelliani) forte oblatos trium Liburnicarum milites, ignaros et insontes, trucidant. — III, 42. Trepidos, qui Ariminum tenebant, Cornelius Fuscus, admoto exercitu et missis per proxima litorum Libur-

[1] L. Scribonius Libo. Prosop., S. 212 : « Videtur esse frater (Scribonii) Libonis Drusi. »

[2] V. etiam 2, 29.

[3] M. Scribonius Libo Drusus. Prosop., S, 214. Vide Libonum stemmata et in hoc Prosop. loco et apud Nipperdey-Andresen, ad 2, 27.

Digitized by Google

nicis, terra marique circumvenit. — III, 43. (Apud Stoechadas insulas) missae a (Valerio) Paulino Liburnicae oppressere (Fabium Valentem). — III, 47. Lectissimas Liburnicarum omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat. — III, 48. (Virdius Geminus) effectis... raptim Liburnicis adsequitur Anicetum... — III, 77. Sex Liburnicae inter primum (captae a Vitellianis Tarracinae) tumultum evasere, in quis praefectus classis (Misenensis Claudius) Apollinaris... — V, 23. Armamenta Liburnicis solita. — *G.* 9. Signum ipsum in modum Liburnae figuratum docet advectam religionem. — *A.* 28. (Vsipi desertores) tres Liburnicas adactis per vim gubernatoribus ascendere.

LIBYA. — 2, 60. Menelaus Graeciam repetens... Libyam deiectus *est*... Regem Rhamsen Libya... potitum... — V, 2. Iudaeos Creta insula profugos novissima Libyae insedisse memorant... — *F.* 8. (Qui autem Locri) Lybiam[1] delati sunt, Nasamones appellantur, ut Cornelius Tacitus refert).

LICINIVS ARCHIAS[2]. — *O*, 37. (Loquitur Maternus) « Non, opinor,... Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias faciunt; Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt.

LICINIVS CAECINA, CAECINA[3]. — II, 53. Notabile iurgium fuit, quo Licinius Caecina Marcellum Eprium... invasit .. Invisum. . Marcelli nomen incitaverat Caecinam, ut novus adhuc et in senatum nuper adscitus magnis inimicitiis claresceret...

C. LICINIVS CALVVS, v. CALVVS.

L. (LICINIVS) CRASSVS, v. L. CRASSVS.

M. (LICINIVS) CRASSVS triumv., v. M. CRASSVS.

M. LICINIVS (A.), M. CRASSVS[4]. — 4, 62. M. Licinio, L. Calpurnio consulibus. — I, 14. Piso (Licinianus) M. Crasso et Scribonia genitus, nobilis utrimque...

M. LICINIVS (S.) CRASSVS[5]. — 15, 33. C. Laecanio M. Licinio consulibus. — I, 48. Fratres (Pisonis Liciniani) Magnum Clau-

[1] Sic scriptum est hoc verbum in testimonio. Servio apud Halmium.
[2] A. [illegible] Avi[illegible].
[3] P. [illegible] Caecina. Persae, [illegible]
[4] M. [illegible] Crassus Frugi. Persae, 13a.
[5] M. [illegible] Crassus Frugi. Persae, 171. Filius eius qui praecedit.

Digitized by Google

dius, Crassum Nero interfecerant. — IV, 42. (Aquilium) Regulum subversa Crassorum et Orfiti domus in summum odium extulerat,. Et Sulpicia Praetextata Crassi uxor quattuorque liberi, si cognosceret senatus, ultores aderant.

LICINIVS GABOLVS. — 14, 12. Nero... praetura functos Valerium Capitonem et Licinium Gabolum[1] sedibus patriis reddidit ab Agrippina olim pulsos.

(LICINIVS) LVCVLLVS, v. LVCVLLVS.

LICINIVS MVCIANVS, MVCIANVS[2]. — I, 10. Syriam et quattuor legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir secundis adversisque iuxta famosus. Insignes amicitias iuvenis ambitiose coluerat; mox attritis opibus..., suspecta etiam Claudii iracundia, in secretum Asiae sepositus tam prope ab exule fuit quam postea a principe... Malis bonisque artibus mixtus... Cui expeditius fuerit tradere imperium quam obtinere. — I, 76. Syriae legiones Mucianus sacramento Othonis (adegit). — II, 4. Tres... Vespasiano legiones erant, exercitae bello, quattuor Mucianus obtinebat in pace, sed aemulatio et proximi exercitus gloria depulerat segnitiam... — II, 5. Mucianum... magnificentia et opes et cuncta privatum modum supergressa extollebant; aptior sermone (quam Vespasianus), dispositu provisuque civilium rerum peritus .. Titus... natura atque arte compositus adliciendis etiam Muciani moribus. — II, 7. Igitur arma in occasionem distulere, Vespasianus Mucianusque nuper, ceteri olim mixtis consiliis... — II, 74. Muciani animus nec Vespasiano alienus et in Titum pronior. — II, 76. His pavoribus nutantem et alii legati amicique (Vespasianum) firmabant et Mucianus, post multos secretosque sermones, iam et coram ita locutus : ... — II, 77. « Nobis nihil ultra adrogabo, quam ne post Valentem et Caecinam numeremur. Ne tamen Mucianum socium spreveris, quia aemulum non experiris. Me Vitellio antepono, te mihi. » — II, 78. Post Muciani orationem ceteri audentius circumsistere, hortari... Haud dubia destinatione discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream ; illa Syriae, hoc Iudaeae caput est. — II, 79. Iudaicus exercitus... apud (Vespasianum iuravit) eo ardore, ut ne Titus quidem filius

[1] Hirschfeld coniecit : *Gallum*.
[2] C. Licinius Mucianus. Prosop., 147.

Digitized by Google

exspectaretur, Syria remeans et consiliorum inter Mucianum ac patrem nuntius. — II, 80. Id ipsum opperiens Mucianus alacrem (Syriae) militem in verba Vespasiani adegit. Tum Antiochensium theatrum ingressus... in adulationem effusos adloquitur, satis decorus etiam Graeca facundia... Nihil aeque provinciam exercitumque accendit, quam quod adseverebat Mucianus, statuisse Vitellium ut Germanicas legiones in Syriam... transferret. — II, 81. Consilium de summa rerum Beryti habitum. Illuc Mucianus cum legatis tribunisque... venit. — II, 82. Donativum militi neque Mucianus prima contione nisi modice ostenderat; ne Vespasianus quidem plus civili bello obtulit quam alii in pace... Titum instare Iudaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit, sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et dux Mucianus... — II, 83. Mucianus cum expedita manu, socium magis imperii quam ministrum agens, non lento itinere... — II, 84. Sed nihil aeque fatigabat (provincias) quam pecuniarum conquisitio : eos esse belli civilis nervos dictitans Mucianus non ius aut verum in cognitionibus, sed solam magnitudinem opum spectabat... Propriis quoque opibus Mucianus bellum iuvit, largus privatim, quod avidius de re publica sumeret. — II, 95. Misera civitas... inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos varia et pudenda sorte agebat, donec successere Mucianus et Marcellus et magis alii homines quam alii mores. — III, 1. « Insessis interim Alpibus venturum cum copiis Orientis Mucianum. » — III, 8. Quae ignara Vespasiano aut vetita ; quippe Aquileiae sisti bellum exspectarique Mucianum iubebat... Eadem Mucianus crebris epistulis monebat... gloriae avidus atque omne belli decus sibi retinens. — III, 25. Vagus inde an consilio ducis (Antonii Primi) subditus rumor advenisse Mucianum, exercitus in vicem salutasse... — III, 46. (Daci) castra legionum (Moesicarum) exscindere parabant, ni Mucianus sextam legionem opposuisset, Cremonensis victoriae gnarus... Adfuit, ut saepe alias, fortuna populi Romani, quae Mucianum viresque Orientis illuc tulit... — III, 47. Lectissimas Liburnicarum omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat. — III, 49 Primus Antonius... nihil adventantem Mucianum veritus, quod exitiosius erat quam Vespasianum sprevisse. — III, 52. Erant inter duces qui necterent moras : quippe nimius iam Antonius, et certiora ex Muciano sperabantur.

Digitized by Google

Namque Mucianus tam celeri victoria anxius et, ni praesens urbe potiretur, expertem se belli gloriaeque ratus, ad (Antonium) Primum et (Arrium) Varum media scriptitabat, instandum coeptis aut rursus cunctandi utilitates edisserens... Plotium Griphum... ceterosque sibi fidos apertius monuit, hique omnes de festinatione Primi ac Vari sinistre et Muciano volentia rescripsere. — III, 53. Aegre id pati Antonius et culpam in Mucianum conferre, cuius criminationibus eviluissent pericula sua .. Litteras ad Vespasianum composuit..., nec sine occulta in Mucianum insectatione... Nec fefellere ea Mucianum. Inde graves simultates, quae Antonius simplicius, Mucianus callide eoque implacabilius nutriebat. — III, 63. Non omisere per eos dies (Antonius) Primus ac (Arrius) Varus... salutem et pecuniam... offerre Vitellio, si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. In eumdem modum et Mucianus composuit epistulas. — III, 66. Vt quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant... « Fabium (Flavianis) Valentem... praegravem fuisse, nedum (Antonius) Primus ac (Cornelius) Fuscus et specimen partium Mucianus ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant ». — III, 75. Caedem (Flavii Sabini) laetam fuisse Muciano accepimus. — III, 78. Vespasiani exercitus festos Saturni dies Ocriculi per otium agitabat. Causa tam pravae morae, ut Mucianum opperirentur. Nec defuere qui Antonium suspicionibus arguerent... Alii ficta haec et in gratiam Muciani composita (tradunt)... Mucianus ambiguis epistulis victores morabatur, et Antonius praepostero obsequio, vel dum regerit invidiam, crimen meruit. — IV, 4. Miserat et Mucianus epistulas ad senatum, quae materiam sermonibus praebuere... Multo cum honore verborum Muciano triumphalia de bello civium data, sed in Sarmatas expeditio fingebatur. — IV, 11. Mucianus urbem ingressus cuncta simul in se traxit. Fracta Primi Antonii Varique Arrii potentia, male dissimulata in eos Muciani iracundia, quamvis vultu tegeretur... (Calpurnius Galerianus) iussu Muciani custodia militari cinctus... ad quadragensimum ab urbe lapidem Appia via fuso per venas sanguine exstinguitur. — IV, 24. (Milites Hordeonii Flacci non) ambigue fremebant... non Primi Antonii neque Muciani ope Vespasianum magis adolevisse. — IV, 39. Caesar Domitianus praeturam cepit... Vis penes Mucianum erat... Prae-

Digitized by Google

cipuus Muciano metus e Primo Antonio Varoque Arrio... Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in senatu laudibus cumulatum secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans... — IV, 44. Proximo senatu... censuit Mucianus prolixe pro accusatoribus... Mucianus, ne sperni senatus iudicium et cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur, Octavium Sagittam et Antistium Sosianum... egressos exilium in easdem insulas redegit .. Nec ideo lenita erga Mucianum invidia... — IV, 46. Ingressus castra (praetorianorum) Mucianus, quo rectius stipendia singulorum spectaret, suis cum insignibus armisque victores constituit... (Vitellianos) Mucianus diduci et Germanicum Britannicumque militem .. separatim adsistere iubet... (Illi) modo Mucianum, modo absentem principem... obtestari, donec Mucianus cunctos... eiusdem imperatoris milites appellans falso timori obviam iret. — IV, 49. Claudius Sagitta... prospera navigatione praevenit Papirium centurionem a Muciano missum adseveravitque mandata interficiendi Pisonis (pro consule Africae) centurioni data... Centurio a Muciano missus... — IV, 68. At Romae cuncta in deterius audita Mucianum angebant... (Arrius) Varus praetorianis praepositus... Eum Mucianus pulsum loco, ne sine solacio ageret, annonae praefecit .. Domitianus Muciannsque accingebantur dispari animo (ad bellum adversus Iulium Civilem gerendum). — IV, 75. Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas .. « Vespasianum... excessisse vita...; Muciani ac Domitiani vana et sine viribus nomina... » — IV, 80. Isdem diebus Mucianus Vitellii filium interfici iubet, mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset... (Vespasianus) trahebatur in diversa, hinc meritis Antonii (Primi)..., inde Muciani epistulis· — IV, 85. At Domitianus Mucianusque, antequam Alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere... Sed Mucianus, quod diu occultaverat, ut recens exprompsit... — V, 26. Civilis ita coepit : « ...Arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria... » — V, 7. Initia principatus ac statum urbis Mucianus regebat .. — V, 37. Nescio an venerint in manus vestras haec vetera, quae et in antiquariorum bibliothecis adhuc manent et cum maxime a Muciano contrahuntur, ac iam undecim, ut opinor, actorum libris et tribus epistularum composita et edita sunt[1]. »

[1] V. etiam IV, 88.

Digitized by Google

(L. LICINIVS MVRENA), v. VARRONES.

LICINIVS PROCVLVS, PROCVLVS[1]. — I, 46. Praetorii praefectos sibi ipsi legere (milites), Plotium Firmum...; adiungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis suspectus consilia eius fovisse. — I, 82. Manipulatim adlocuti sunt (seditiosos praetorianos) Licinius Proculus et Plotius Firmus praefecti, ex suo quisque ingenio mitius aut horridius. — I, 87. Sed plurima fides Licinio Proculo praetorii praefecto. Is urbanae militiae impiger, bellorum insolens, auctoritatem (Suetonii) Paulini, vigorem (Marii) Celsi, maturitatem (Annii) Galli... (apud Othonem) criminando, ... pravus et callidus bonos et modestos anteibat. — II, 33. Otho pronus ad decertandum, frater eius Titianus et praefectus praetorii Proculus, imperitia properantes, fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur .. — II, 39. Profecto Brixellum Othone, honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum. — II, 40. Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. — II, 44. Fugere passim Othoniani... Suetonius Paulinus et Licinius Proculus diversis itineribus castra vitavere. — II, 60. Suetonium Paulinum ac Licinium Proculum tristi mora squalidos tenuit (Vitellius), donec auditi necessariis magis defensionibus quam honestis uterentur: proditionem ultro imputabant... Et Vitellius credidit de perfidia et fidem absolvit[2].

(LICINIVS) SCRIBONIANVS CRASSVS, v. SCRIBONIANVS CRASSVS.

(A. LICINIVS) SILIVS NERVA, v. SILIVS NERVA *(B)*.

* LIGII, v. LVGII.

LIGVRES, LIGVS. — 16, 15. (M.) Ostorius longinquis in agris apud finem Ligurum id temporis erat. — II, 13. Auxit invidiam (militum Othonis)..., femina Ligus (Albintimiliensis). — II, 14. (Militibus a Fabio Valente in Othonianos missis) adiuncta Ligurum cohors, vetus (Alpium maritimarum) auxilium.

LIGVRIA. — II, 15. Othoniani Albigaunum interioris Liguriae (municipium) revertere. — *A*, 7. Intimilios, Liguriae pars est...

[1] Prosop., 159.
[2] V. etiam I, 81; II, 41, 43, 59.

Digitized by Google

LIMNATIS DIANA. — 4, 43. Auditae dehinc Lacedaemoniorum et Messeniorum legationes de iure templi Dianae Limnatidis[1], quod...

LINGONES, LINGONVS. — I, 53. Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum (Germanicarum) propius miscentur, unde seditiosa colloquia .. — I, 54. Miserat civitas Lingonum vetere instituto dona legionibus dextras, hospitii insigne... — I, 57. Ardorem exercituum Agrippinenses, Treviri, Lingones aequabant. — I, 59. Erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes... — I, 64. Proxima (civitati Leucorum) Lingonum civitas erat, fida partibus (Vitellii). — I, 78. (Otho) Lingonibus[2] universis civitatem Romanam... dedit. — II, 27. Cohortes Batavorum, quas... in civitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas rettulimus... — IV, 55. Iulius Tutor et Iulius Sabinus, hic Trevir, hic Lingonus[3] ... Plurima vis penes Treviros ac Lingonas, nec tulere moras consultandi. Certatim proclamant furere discordiis populum Romanum. . — IV, 57. Obtestante Vocula non adeo turbatam civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam Lingonibusque despectui sint. — IV, 67. Iulius Sabinus... popularium turbam in Sequanos rapit conterminam civitatem et nobis fidam ; nec Sequani detractavere certamen Fortuna melioribus adfuit : fusi Lingones. — IV, 69. Constat obstitisse Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio steterant. — IV, 70. Igitur non Treviri neque Lingones ceteraeve rebellium civitates pro magnitudine suscepti discriminis agere. — IV, 73. (Petilius Cerialis) Treviros ac Lingonas ad contionem vocatos ita adloquitur... — IV, 76. Tutor... adfirmabat... neque Treviros aut Lingonas benevolentia contineri ; resumpturos arma, ubi metus abscesserit. — IV, 77. Media acies Vbiis Lingonibusque data, dextro cornu cohortes Batavorum...

[1] **M** : *liminatidis*. Corr. Lipsius, coll. Strabone, 8, 4, 9 ; Pausania, 4, 31, 3 ; aliis.

[2] « Explicant : quia hi Vitellio vehementer dediti erant, eos Otho sibi conciliare conatus est. Verum iam a Lipsio aliisque recte dubitatum est, an non hic *lateat Hispanicae* gentis alicuius nomen ; sed quod proposuere Bipontini, *Langonibus*, quasi Langobrigae Lusitaniae incolis, omni caret auctoritate. » (Orelli-Meiser.)

[3] **M** : *lingon ; = lingonus*. Nipperdey corr. : *Lingo*. Sed cf. exempla quae sunt apud Orelli-Meiser.

Digitized by Google

LINVS. — 11, 14. Quidam Cecropem Atheniensem vel Linum Thebanum (ferunt litteras repperisse). — *O.* 12. « Aureum saeculum... poetis et vatibus abundabat, qui bene facta canerent... Nec aliis aut gloria maior aut augustior honor, primum apud deos..., deinde apud illos dis genitos sacrosque reges, inter quos neminem causidicum, sed Orphea et Linum ac... Apollinem accepimus.

LIRIS. — 12, 56. Inter lacum Fucinum amnemque Lirim perrupto (iussu Claudii) monte...

LIVENEIVS, v. LIVINEIVS.

LIVIA, AVGVSTA, IVLIA, IVLIA AVGVSTA [1]. — 1, 3. Genitos Agrippa Gaium ac Lucium... mors fato propera vel novercae Liviae dolus abstulit. — 1, 5. Rumor incesserat Augustum... Planasiam vectum ad visendum Agrippam... Quod Maximum uxori Marciae aperuisse, illam Liviae... Acribus custodiis domum et vias saepserat Livia, laetique interdum nuntii vulgabantur (de Augusti valetudine). — 1, 6. Propius vero Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis (Agrippae Postumi) caedem festinavisse... Sallustius Crispus... monuit Liviam, ne arcana domus, ne consilia amicorum, ministeria militum vulgarentur — 1, 8. Augusti testamentum .. Tiberium et Liviam heredes habuit. Livia in familiam Iuliam nomenque Augustum adsumebatur. — 1, 10. Livia gravis in rempublicam mater (eorum qnidem sententia, qui vitam Augusti arguebant), gravis domui Caesarum noverca. — 1, 13. Neque tamen periculo (Haterii) mitigatus est (Tiberius), donec Haterius Augustam oraret eiusque curatissimis precibus protegeretur. — 1, 14. Multa patrum et in Augustam adulatio... Plerique, ut nomini Caesaris adscriberetur « Iuliae filius », censebant. — 1, 33. (Germanicus) Augustae nepos... Accedebant muliebres offensiones novercalibus Liviae in Agrippinam stimulis. — 2, 14. (Germanicus vidit in somnis) se operatum et sanguine sacro respersa praetexta pulchriorem aliam manibus aviae Augustae accepisse. — 2, 34. Vrgulania, quam supra leges amicitia Augustae extulerat...(Illam L. Piso in ius vocavit) quamquam Augusta se violari et imminui quereretur... Propinquis Pisonem frustra coercentibus, deferri Augusta pecuniam, quae petebatur (iussit). — 2, 43. Plancinam haud dubie Augusta mo-

[1] Livia Drusilla, mox Iulia Augusta. PROSOP., 210.

Digitized by Google

nuit aemulatione muliebri Agrippinam insectandi. — 2, 77. (Loquitur apud Cn. Pisonem Domitius Celer post Germanici mortem) « ...Est tibi Augustae conscientia ». — 2, 82. At Romae, postquam Germanici valetudo percrebruit, ...erumpebant questus : « ...hoc egisse secretos Augustae cum Plancina sermones... » — 3, 3. Tiberius atque Augusta publico abstinuere... Facilius crediderim Tiberio et Augustae, qui domo non excedebant, cohibitam (Antoniam Germanici matrem, ne quo insigni officio fungeretur in filii exsequiis). — 3, 15. Vt secretis Augustae precibus veniam obtinuit (Plancina), paulatim segregari a marito (Cn. Pisone)... — 3, 17. (In Liviam) optimi cuiusque secreti questus magis ardescebant : « ...ab imperatore et Augusta defensam Plancinam ...» Aurelius Cotta consul... censuit..., concessa Plancinae incolumitate ob preces Augustae. — 3, 18. Addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vindictam Germanici grates agendas... — 3, 34. (Loquitur in senatu Drusus)... « Quotiens Divum Augustum in Occidentem atque Orientem meavisse comite Livia ! » — 3, 64. Sub idem tempus Iuliae Augustae valetudo atrox necessitudinem principi fecit festinati in urbem reditus, sincera adhuc inter matrem filiumque concordia sive occultis odiis. Neque enim multo ante, cum haud procul theatro Marcelli effigiem Divo Augusto Iulia dicaret, Tiberii nomen suo postscripserat .. — 3, 71. Incessit dein religio, quonam in templo locandum foret donum, quod pro valetudine Augustae equites Romani voverant equestri Fortunae. — 4, 8 (Defuncto Druso Tiberius in senatu miseratur) Augustae extremam senectam. — 4, 12. (Seianus) contumaciam (Agrippinae) insectari, vetus Augustae odium... exagitare... (Mutilia) Prisca in animo Augustae valida anum suapte natura potentiae anxiam insociabilem nurui (Agrippinae) efficiebat. — 4. 16. Vt... glisceret dignatio sacerdotum..., decretum..., quotiens Augusta theatrum introisset, ut sedes inter Vestalium consideret. — 4, 21. Calpurnius Piso... spreta potentia Augustae trahere in ius Vrgulaniam... ausus erat. — 4, 22. Datis... iudicibus Vrgulania (Plautii) Silvani avia pugionem nepoti misit. Quod perinde creditum, quasi principis monitu, ob amicitiam Augustae cum Vrgulania. — 4, 57. Dubitaverat Augustus Germanicum... rei Romanae imponere ; sed precibus uxoris evictus Tiberio Germanicum

Digitized by Google

sibi Tiberium adscivit. Idque (Tiberio) Augusta exprobrabat, reposcebat. — 4, 71. (Iulia Augusti neptis in insula Trimero) viginti annis exilium toleravit Augustae ope sustentata, quae florentes privignos cum per occultum subvertisset, misericordiam erga adflictos palam ostentabat. — 5, 1. Rubellio et Fufio consulibus... Iulia Augusta mortem obiit aetate extrema, nobilitatis per Claudiam familiam et adoptione Liviorum Iuliorumque clarissimae. Primum ei matrimonium.. cum Tiberio Nerone. . Exim Caesar (Augustus) cupidine formae aufert marito .. — 5, 2. (Fufius consul) gratia Augustae floruerat. — 5, 3. Incolumi Augusta erat adhuc perfugium, quia Tiberio inveteratum erga matrem obsequium... Missae... (a Tiberio) in Agrippinam ac Neronem litterae, quas pridem adlatas et cohibitas ab Augusta credidit vulgus; haud enim multum post mortem eius recitatae sunt (apud senatum). — 6, 5. Cotta Messalinus. . arguitur..., cum die natali Augustae inter sacerdotes epularetur, novendialem eam cenam dixisse. — 6, 26. (Plancina)... palam laeta morte Germanici, cum Piso caderet, precibus Augustae nec minus inimicitiis Agrippinae defensa erat. — 12, 69 Claudio... funeris sollemne perinde ac Divo Augusto celebratur, aemulante Agrippina proaviae Liviae magnificentiam[1].

LIVIA[2] — 2, 43. Coniunx Germanici Agrippina fecunditate ac fama Liviam uxorem Drusi praecellebat. — 2, 84. Recenti adhuc maestitia (ex morte Germanici) soror Germanici Livia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est. — 4, 3. (Seiano) cuncta temptanti promptissimum visum ad uxorem (Drusi) Liviam convertere, quae soror Germanici, formae initio aetatis indecorae, mox pulchritudine praecellebat... Atque illa, cui avunculus Augustus, socer Tiberius, ex Druso liberi, seque ac maiores et posteros municipali adultero foedabat .. Sumitur in conscientiam Eudemus, amicus ac medicus Liviae... — 4, 10. Non omiserim eorumdem temporum rumorem... : corrupta ad scelus Livia Seianum Lygdi quoque spadonis animum stupro vinxisse... — 4, 12. (Seianus) contumaciam (Agrippinae) insectari, vetus Augustae odium, recentem Liviae conscientiam exagitare... —

[1] V. etiam, 1, 4, 7, 72, 73; 2, 42, 50, 71; 3, 10, 12, 16; 4, 37, 40, 54.
[2] Livia Iulia. Prosop., 211.

Digitized by Google

4, 39 Seianus..., promissum matrimonium flagitante Livia, componit ad Caesarem codicillos... «Si maritus Liviae quaereretur, haberet in animo amicum sola necessitudinis gloria usurum». — 4, 40. Ad ea Tiberius laudata pietate Seiani... adiunxit «...se non illuc decurrere, quod promptum rescriptu, posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus isdem tolerandum haberet... Simplicius acturum, de inimicitiis primum Agrippinae, quas longe acrius arsuras, si matrimonium Liviae velut in partes domum Caesarum distraxisset... Falleris enim, Seiane, si... putas.. Liviam, quae Gaio Caesari, mox Druso nupta fuerit, ea mente acturam, ut cum equite Romano senescat.. Ceterum neque tuis neque Liviae destinatis adversabor.» — 4, 60. Ne nox quidem secura (Neroni Germanici filio), cum uxor vigilias, somnos, suspiria matri Liviae atque illa Seiano patefaceret. — 6, 2. At Romae principio anni, quasi recens cognitis Liviae flagitiis ac non pridem etiam punitis, atroces sententiae dicebantur in effigies quoque ac memoriam eius... — 6, 29. Ab Servilio et Cornelio accusatoribus adulterium Liviae, magorum sacra obiectabantur (Mamerco Scauro)[1].

LIVII, LIVIA FAMILIA. — 5, 1. (Livia) nobilitatis per Claudiam familiam et adoptione Liviorum Iuliorumque clarissimae. — 6. 51. (Tiberio) utrimque origo gentis Claudiae, quamquam mater in Liviam et mox Iuliam familiam adoptionibus transierit.

LIVINEIVS REGVLVS[2]. — 3, 11. Reo (Cn. Pisoni).. M' Lepidus et L Piso et Livineius Regulus (patroni) adfuere.

LIVINEIVS REGVLVS, LIVINEIVS[3]. — 14, 17. Levi initio atrox caedes orta inter colonos Nucerinos Pompeianosque gladiatorio spectaculo, quod Livineius[4] Regulus, quem motum senatu rettuli, edebat... Livineius[5] et qui alii seditionem conciverant, exilio multati sunt.

* C. LIVIVS, v. C. VIBIVS SERENVS *(A)*.

TITVS LIVIVS, LIVIVS[6]. — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus)

[1] V. etiam, 3, 34, 56; 4, 7.
[2] Prosop., 200-201. — Vulg. ante Ryckium : *Liveneius*.
[3] Prosop., 202 : « Filius fortasse eius qui praecedit. »
[4] **M** : *libidineius*. Corr. Lipsius.
[5] **M** : *liuidineius*. Corr. Lipsius.
[6] Prosop., 203.

Digitized by Google

« ...Titus Livius, eloquentiae ac fidei praeclarus in primis, Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, ut Pompeianum eum Augustus appellaret; neque id amicitiae eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum numquam latrones et parricidas, ...saepius ut insignes viros nominat... » — *A*. 10. Formam totius Britanniae Livius[1] veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere.

(M. LIVIVS) DRVSVS, v. DRVSVS *(A)*.

LOCRI. — *F*. 8. (Locri..., qui iuxta Delphos colunt, Ozolae nuncupantur... Qui autem Lybiam delati sunt, Nasamones appellantur, ut Cornelius Tacitus refert, oriundi a Naryciis).

LOCVSTA[2]. — 12, 66. Deligitur (ab Agrippina) artifex talium vocabulo Locusta, nuper veneficii damnata et diu inter instrumenta regni habita. Eius mulieris ingenio paratum (Claudio) virus. — 13, 15. Parari... venenum (Britannico Nero) iubet ministro Pollione Iulio..., cuius cura attinebatur damnata veneficii nomine Locusta, multa scelerum fama.

LOLLIA PAVLINA. LOLLIA[3]. — 12, 1. (Cum uxor Claudio deligenda esset), maxime ambigebatur inter Lolliam Paulinam M. Lollii consularis et Iuliam Agrippinam Germanico genitam; huic Pallas, illi Callistus fautores aderant. — 12, 2. Callistus (disserebat)... longe... rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam aemulatione et privignis parentis loco futuram. — 12, 22. Atrox odii Agrippina ac Lolliae infensa, quod secum de matrimonio principis certavisset, molitur crimina et accusatorem... Claudius inaudita rea multa de claritudine eius apud senatum praefatus, sorore L. Volusii genitam, maiorem ei patruum Cottam Messalinum esse, Memmio quondam Regulo nuptam, nam de C. Caesaris nuptiis consulto reticebat...; proin publicatis bonis cederet Italia... In Lolliam mittitur tribunus, a quo ad mortem adigeretur. — 14, 12. (Post caedem Agrippinae Nero) Lolliae Paulinae cineres reportari sepulcrumque exstrui permisit.

[1] Ritter : *T. Livius*, concinnitatis causa.

[2] Prosop., 303. — Klebs scribendum ceuset *Lucusta* : « Sic recte traditur apud Suetonium et Dionem, item in scholiis Iuvenalis, male *Loc.* apud Tacitum. Iuvenalis libri variant. »

[3] Prosop., 242.

Digitized by Google

LOLLIANAE CLADES[1]. — 1, 10. (Qui Augusti vitam arguebant, memorabant) Lollianas Varianasque clades.

M. LOLLIVS[2] *(A)*. — 3, 48. (Sulpicius) Quirinius... datus... rector C. Caesari Armeniam obtinenti Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat. Quod (mortuo Quirinio) patefecit in senatu, laudatis in se officiis et incusato M. *Lollio*[3], quem auctorem C. Caesari pravitatis et discordiarum arguebat.

M. LOLLIVS *(B)*[4]. — 12, 1. Lolliam Paulinam M. Lollii consularis (filiam).

LONDINIVM. — 14, 33. Suetonius (Britanniae legatus)... Londinium perrexit, cognomento quidem coloniae non insigne, sed copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre...

LONGINVS, v. AEMILIVS LONGINVS.

*LONGOBARDI, v. LANGOBARDI.

LVCANIA. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Neque enim ignoro... Etruria Lucaniaque et omni Italia in senatum ascitos. » — II, 83. (Mucianus cogitabat) Vitellium in incerto fore, quam partem Italiae protegeret, si... Brundisium Tarentumque et Calabriae Lucaniaeque litora infestis classibus peterentur.

*LVCANIVS LATIARIS, v. LATINIVS LATIARIS.

LVCANVS ANNAEVS, LVCANVS, v. ANNAEVS LVCANVS.

LVCCEIVS ALBINVS, ALBINVS[5]. — II, 58. Isdem diebus accessisse partibus (Vitellii) utramque Mauretaniam, interfecto procuratore Albino, nuntii venere. Lucceius Albinus a Nerone Mauretaniae Caesariensi praepositus, addita per Galbam Tingitanae provinciae administratione, haud spernendis viribus agebat... Spargebatur insuper spreto procuratoris vocabulo Albinum insigne regis et Iubae nomen usurpare. — II, 59. Ita mutatis animis Asinius Pollio, alae praefectus, e fidissimis Albino, et Festus ac Scipio cohortium praefecti opprimuntur. Ipse Albinus, dum e Tingitana provincia Caesariensem Mauretaniam petit, in adpulsu

[1] Intellegenda est clades M. Lollii, qui sequitur.
[2] Prosop., 226.
[3] **M** : *folio*. Corr. Lipsius.
[4] Prosop., 227 : « Consul suff. a. inc...; filius M. Lollii, qui praecedit.
[5] Prosop., 264. — Vulg. : *Luceius*.

Digitized by Google

litoris trucidatus. Vxor eius, cum se percussoribus obtulisset, simul interfecta est.

LVCCIVS TELESINVS[1]. — 16, 14. C. Suetonio Luccio[2] Telesino consulibus.

LVCERIA. — III, 86. Patria (imperatori Vitellio) Luceria.

LVCILIVS[3]. — O. 23. (Loquitur Aper) « Vobis utique versantur ante oculos illi, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Vergilio legunt. »

LVCILIVS. — 1, 23. Centurio Lucilius interficitur (a seditiosis Pannonici exercitus militibus), cui militaribus facetiis vocabulum « cedo alteram » indiderant.

LVCILIVS BASSVS, BASSVS, LVCILIVS[4]. — II, 100. Lucilius Bassus[5] post praefecturam alae Ravennati simul ac Misenensi classibus a Vitellio praepositus, quod non statim praefecturam praetorii adeptus foret, iniquam iracundiam flagitiosa perfidia ulciscebatur. Nec sciri potest traxeritne Caecinam an, quod evenit inter malos..., eadem illos pravitas impulerit (ad proditionem) — II, 101. Caecina legiones adsecutus... animos obstinatos pro Vitellio variis artibus subruebat. Basso eadem molienti minor difficultas erat, lubrica ad mutandam fidem classe ob memoriam recentis pro Othone militiae. — III, 12. Lucilius Bassus classis Ravennatis praefectus ambiguos militum animos... partibus (Vespasiani) adgregaverat... Bassus pudore (proditionis) seu metu, quisnam exitus foret, intra domum opperiebatur... Vulgus... in Vespasianum inclinabat. Tum progressus Lucilius auctorem se palam praebet. Classis Cornelium Fuscum praefectum sibi destinat ... Bassus honorata custodia... Atriam pervectus... vincitur, sed exsoluta statim vincula interventu Hormi Caesaris liberti. — III, 13. (Caecina proditionem coeptante milites indignabantur) « ... Octo nimirum legiones unius classis accessionem fore. Id Basso, id Caecinae visum, postquam domos, hortos, opes principi (Vitellio) abstulerint, etiam auferre militem ». — III, 36. (Vitellium) in nemore Aricino desidem et marcentem proditio Lucilii

[1] C. Lucceius Telesinus. Prosop., 273.
[2] M : *L.* Corr. Chr. A. Rupertus.
[3] C. Lucilius.
[4] Sex. Lucilius Bassus. Prosop., 283.
[5] M : *blaess.* Dett. : *blaesus.* Corr. Rhenanus.

Digitized by Google

Bassi ac defectio classis Ravennatis perculit. — III, 40. Fabius interim Valens... proditam a Lucilio Basso Ravennatem classem pernicibus nuntiis accepit. — IV, 3. Isdem diebus Lucilius Bassus cum expedito equite ad componendam Campaniam mittitur [1].

* LVCILIVS BLAESVS, v. LVCILIVS BASSVS.

LVCILIVS CAPITO [2]. — 4, 15. Procurator Asiae Lucilius Capito accusante provincia causam (dixit apud senatum).

LVCILIVS LONGVS [3]. — 4, 15. Idem annus alio quoque luctu Caesarem adfecit... neque minus morte amici. Is fuit Lucilius Longus, omnium illi tristium laetorumque socius unnsque e senatoribus Rhodii secessus comes. Ita quamquam novo homini censorium funus...

LVCIVS, LVCIVS CAESAR [4]. — 1, 3. Augustus... genitos Agrippa Gaium ac Lucium in familiam Caesarum induxerat, necdum posita puerili praetexta principes iuventutis appellari, destinari consules specie recusantis flagrantissime cupiverat.,. L. Caesarem euntem ad Hispanienses exercitus... mors fato propera vel novercae Liviae dolus abstulit. — 1, 53. Iulia (Augusti filia) fuerat in matrimonio Tiberii florentibus Gaio et Lucio Caesaribus. — 3, 23. (Lepida) destinata quondam uxor L. Caesari. — 6, 51. (Tiberius) multis aemulis conflictatus est, dum Marcellus et Agrippa, mox Gaius Luciusque Caesares viguere [5].

LVCRINVS LACVS. — 14, 5. Agrippina.., nando, deinde occursu lenunculorum Lucrinum in lacum vecta villae suae infertur.

SP. LVCRETIVS. — 6, 11. Ferunt... ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium (urbi impositum).

LVCRETIVS [6]. — *O*, 23. (Loquitur Aper) « Vobis utique versantur ante oculos illi, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Vergilio legunt... »

LVCVLLI. — 15, 14. Tum (Caesennius) Paetus Lucullos [7], Pompeios, et, si qua Caesares obtinendae donandaeve Armeniae egerant....

[1] Prosop., 285.
[2] V. etiam III, 62, 86.
[3] Prosop., 287.
[4] L. Iulius Caesar. Prosop., I, 148.
[5] V. etiam, 3, 6, 19; 4, 71: 12, 25; I, 15.
[6] T. Lucretius Carus.
[7] Intellegendus est L. (Licinius) Lucullus.

Digitized by Google

memorat. — *O*, 37. « Ex (veterum actorum epistularumque libris a Muciano editis) intellegi potest... Lentulos et Metellos et Lucullos [1] et Curiones et ceteram procerum manum multum in (eloquentiae) studiis operae curaeque posuisse... »

LVCVLLIANI [2] HORTI. — 11, 32. Messalina Lucullianos [3] in hortos .. (digreditur). — 11, 37. Interim Messalina Lucullianis [4] in hortis prolatare vitam...

LVCVLLVS, L. LVCVLLVS [5]. — 4, 36. (Cyziceni) amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant, circumsessi nec minus sua constantia quam praesidio Luculli pulso rege. — 6, 50. (Tiberius) mutatis .. saepius locis tandem apud promunturium Miseni consedit in villa, cui L. Lucullus quondam dominus. — 11, 1. (Messalina Valerii Asiatici) hortis inhians, quos ille a Lucullo coeptos insigni magnificentia extollebat. — 12, 62. Byzantii... (auxilia) memorabant, quae... Sullae aut Lucullo aut Pompeio obtulissent. — 13, 34. Corbulo dignum magnitudine populi Romani rebatur parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. — 15, 27. (Corbulo) iter L. Lucullo quondam penetratum, apertis, quae vetustas obsaepserat, pergit [6].

LVCVS. — I, 66. Luco, municipium id Vocontiorum est, faces (admovit Fabius Valens), donec pecunia mitigaretur.

*LVCVSTA, v. LOCVSTA.

LVGDVNENSIS (adiect.); LVGDVNENSES. — 16, 13. Cladem Lugdunensem [7] quadragiens sestertio solatus est princeps, ut amissa urbi reponerent; quam pecuniam Lugdunenses ante obtulerant urbis casibus. — I, 51. Infensa (Galbae) Lugdunensis colonia et pertinaci pro Nerone fide. — I, 59. Accessere partibus (Vitellii) .. Iunius Blaesus, Lugdunensis Galliae rector... — I, 64. Iussi pecuniam atque arma deferre gratuitos insuper com-

[1] Intellegendi sunt idem et M. Licinius Lucullus, cos. a. 681 = 73. Cf. Orelli, *Onomast. Tull.*; Teuffel-Schwabe, *Röm. Lit.*, § 171, 6. His Ruperti adiungit L. Licinium Lucullum cos. a. 602 = 152.

[2] L. (Licinii) Luculli.

[3] **M** : *fucilianos*. Corr. Beroaldus.

[4] **M** : *lucilianis*. Corr. Alciatus.

[5] L. Licinius Lucullus.

[6] V. etiam Lvcvlli, Lvcvlliani horti.

[7] Post hoc verbum lacunae signum posuit Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

meatus praebuere. Quod Aedui formidine, Lugdunenses gaudio fecere. — I, 65. Veterem inter Lugdunenses *et Viennenses* discordiam proximum bellum accenderat... Et Galba reditus Lugdunensium occasione irae in fiscum verterat; multus contra in Viennenses honor... Igitur Lugdunenses exstimulare singulos militum (Vitellianorum) et in eversionem Viennensium impellere. — II, 59. Iunius Blaesus Lugudunensis Galliae rector.

LVGDVNVM. — 3, 41. Acilius Aviola legatus excita cohorte, quae Lugduni praesidium agitabat. — I, 59. Cum Italica legione et ala Tauriana Lugduni tendentibus. — I, 64. Legio Italica et ala Tauriana abductae (a Fabio Valente); cohortem duodevicensimam Lugduni, solitis sibi hibernis, relinqui placuit. — I, 74. Otho... (legatis) ad legionem Italicam easque, quae Lugduni agebant, copias, specie senatus misit. — II, 59. (Vitellio) praesto fuere Luguduni victricium victarumque partium duces. — II, 65. Digressum a Luguduno Vitellium Cluvius Rufus adsequitur... — IV, 85 (Verba facit apud Domitianum Mucianus) « Ipse Luguduni vim fortunamque principatus e proximo (Germaniis) ostentaret ». — IV, 86 Ita Lugudunum ventum. Vnde creditur Domitianus...

LVGII, LVGIVS (sing. coll.). — 12, 29. Vis innumera, Lugii[1] aliaeque gentes, adventabant, fama ditis regni, quod Vannius... praedationibus et vectigalibus auxerat. — 12, 30. Iazuges obsidionis impatientes... necessitudinem pugnae (Vannio) attulere, quia Lugius[2] Hermundurusque illic ingruerant. — *G.* 43. Scindit.. Suebiam continuum montium iugum, ultra quod plurimae gentes agunt, ex quibus latissime patet Lugiorum[3] nomen in plures civitates diffusum... — 44. Trans Lugios[4] Gotones regnantur...

LVNA. — 15, 41. (Templum) vetustissima religione, quod Servius Tullius Lunae... sacraverat (incendio Neronis) amissum est.

LVPIA. — 1, 60. Quantum... Amisiam et Lupiam amnes inter (a Germanico) vastatum. — 2, 7. (Germanicus) audito castellum Lupiae flumini adpositum obsideri, sex legiones eo ducit. —

[1] **M** : *ligii*. Corr. Muellenhoff. — Oberlin : *Lygii*.
[2] **M** : *ligius*. Corr. idem.
[3] **A** : *legiorum* (*ly* suprascr.), **B** : *legiorum* (*i* sup. *l* scriptum); **C** : *leugiorum*. Corr. Muellenhoff. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler).
[4] **AC** : *lygios*; **B** : *ligios*. Corr. Muellenhoff.

Digitized by Google

V, 22. Praetoriam (Petilii Cerialis) triremem flumine Lupia donum Velaedae traxere (Germani).

LVRIVS VARVS. — 13, 32. Redditur ordini Lurius Varus[1] consularis, avaritiae criminibus olim perculsus.

*LVSCIVS GETA, v LVSIVS GETA.

LVSITANI. — I, 70. (Caecina, in Italiam) praemissis Gallorum Lusitanorumque et Britannorum cohortibus...

LVSITANIA. — 13, 46. Otho... provinciae Lusitaniae praeficitur, ubi usque ad civilia arma... integre sancteque egit. — I, 13. (Nero Othonem) suspectum in... Poppaea in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit. — I, 21. Othonem... multa... exstimulabant... Fingebat et metum... : praegravem se Neroni fuisse, nec Lusitaniam rursus et alterius exilii honorem exspectandum... »

LVSIVS GETA, GETA[2].— 11, 31. Tum potissimum *quemque* ami corum vocat (Claudius), primumque rei frumentariae praefectum Turranium, post Lusium Getam praetorianis impositum percontatur. — 11, 33. Trepidabatur nihilo minus ad Caesarem : quippe Getae praetorii praefecto haud satis fidebant, ad honesta seu prava iuxta levi. — 12, 42. Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni praetoriarum cohortium cura exsolverentur Lusius Geta et Rufrius Crispinus, quos Messalinae memores et liberis eius devinctos credebat.

LVSIVS SATVRNINVS[3]. — 13, 43. (Testes P. Suillio)... Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum circumventos. . obiectabant.

*LVSIVS VARIVS, v. LVRIVS VARVS.

LVTATIA NOBILITAS. — I, 15. (Verba facit Galba apud Pisonem Licinianum) « Et tibi insigne Sulpiciae ac Lutatiae decora[4] nobilitati tuae adiecisse ».

LVTATIVS CATVLVS[5]. — III, 72. Lutatii Catuli nomen (quippe

[1] **M** : *uarius*. Corr. Nipperdey. — Rhenanus : *Lusius*. — Vrsinus : *Lucius Varius*.

[2] Prosop., 322. — Editores Taciti ante Lipsium : *Luscius* vel *Lucius*.

[3] Q. *Eutetius Lusius Saturninus. Prosop., 327.

[4] Ernesti : *Sulpiciae ac Lutatiae gentis* (Macke, IV, 13, malit : *familiae*). — Freinsheim : *Sulpicia ac Lutatia decora*. — Heraeus : *Sulpiciae ac Lutatiae nobilitati tua decora*.

[5] Q. Lutatius Catulus Capitolinus, cos. a. 676 = 78.

Digitized by Google

qui Capitolium dedicavisset) inter tanta Caesarum opera usque ad Vitellium mansit.

*LVTORIVS PRISCVS, v CLVTORIVS PRISCVS.

*LYBIA, v. LIBYA.

LYCIA — 2, 79. Oram Lyciae ac Pamphyliae praelegentes...

LYCII. — 13, 33. Pro Eprio Marcello, a quo Lycii res repetebant, eo usque ambitus praevaluit, ut quidam accusatorum eius exilio multarentur, tamquam insonti periculum fecissent.

LYCIVM MARE. — 2, 60. Regem Rhamsen (regiones) .. inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuisse.

LYCVRGVS. — 3, 26. Maxime... fama celebravit... (leges) Spartanorum, quas Lycurgus. . perscripsit.

LYCVRGVS. — *O*, 25. « Inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum [autem] locum Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent ».

LYDI. — 4, 55. Sardiani (disseruere)... auctam... Lydorum opulentiam missis in Graeciam populis, cui mox a Pelope nomen.

LYDIA. — 3, 61. Ephesii... memorantes... (templi in luco Ortygia siti) auctam... concessu Herculis, cum Lydia poteretur, caerimoniam.

LYDVS. — 4, 55. Sardiani decretum Etruriae recitavere ut consanguinei ; nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos ob multitudinem divisisse gentem, Lydum patriis in terris resedisse..., et ducum e nominibus indita vocabula illis per Asiam, his in Italia.

LYGDVS. — 4, 8. (Venenum) Druso datum per Lygdum spadonem, ut octo post annos cognitum est. — 4, 10. Non omiserim eorumdem temporum rumorem.... corrupta ad scelus Livia (Drusi uxore) Seianum Lygdi quoque spadonis animum stupro vinxisse, quod is Lygdus[1] aetate atque forma carus domino interque primores ministros erat... — 4, 11. Ordo alioqui sceleris per Apicatam Seiani proditus, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactus est.

* LYGII, v. LVGII.

LYSIAS. — *O*, 12. « Illud certe mihi concedes, Aper, .. nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae

[1] Hoc verbum post Ernestium ut glossema expunxit Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

aut Hyperidis includi. — 25. « Inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum [autem] locum Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent. »

MACEDO (adiect). — 3, 38. Vrbem (Thraeciae)... Philippopolim, a Macedone Philippo sitam. — 4, 43. (Templum) Dianae Limnatidis... Lacedaemonii firmabant... Macedonis Philippi, cum quo bellassent, armis (sibi) ademptum.

MACEDONES. — 2, 47. Qui... Mosteni aut Macedones Hyrcani vocantur..., (eos) levari (in quinquennium tributo)..,. placuit. — 2, 55. Cn. Piso (Atheniensibus)... etiam vetera obiectabat, quae in Macedones inprospere... fecissent. — 3, 61. Ephesii... memorantes... neque Persarum dicione deminutum ius (asyli arae in luco Ortygia sitae), post Macedonas, dein nos servavisse. — 4, 55, Sardiani. . simul litteras imperatorum et icta nobiscum foedera bello Macedonum... memorabant. — 6, 28. Ptolemaeo, qui ex Macedonibus tertius regnavit. — 6, 31. (Artabanus) veteres Persarum ac Macedonum terminos, seque invasurum possessa primum Cyro et post Alexandro.., iaciebat. — 6, 41. Tiridates volentibus Parthis Nicephorium et Anthemusiada ceterasque urbes, quae Macedonibus sitae Graeca vocabula usurpant..., recepit... — 12, 62. Byzantii... orsi a foedere, quod nobiscum icerant, qua tempestate bellavimus adversus regem Macedonum, cui ut degeneri Pseudophilippi vocabulum impositum. — IV, 83. Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit. — V, 8. Dum Assyrios penes Medosque et Persas Oriens fuit... Postquam Macedones praepolluere, rex Antiochus... Tum Iudaei, Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis .. — *O*, 40. Ne Macedonum quidem ac Persarum aut ullius gentis, quae certo imperio contenta fuerit, eloquentiam novimus.

MACEDONES HYRCANI. — 2, 47. Duodecim celebres Asiae urbes... Quique Mosteni aut Macedones[2] Hyrcani vocantur.

MACEDONIA. — 1, 76. Achaiam ac Macedoniam onera depre-

[1] Vsener *et Lysias* uncis incl.

[2] « *Aut* ist trennend (partitiv)... Die Bewohner der Stadt *Hyrcania* heissen *Macedones Hyrcani;* inschriftlich Μακεδόνων Ὑ[ρκ]άνων πόλις und ebenso Μοστηνῶν Μακεδόνων... Alle diese Städte waren macedonische Militärkolonien...» (Nipperdey-Andresen.) — « Recte posuit *aut*, non *sive*, sunt enim duae civitates..., *Hyrcania*, ...*Mostene* .. Macedones Hyrcani sunt Macedones et Hyrcani, in Lydiae Hyrcanio campo habitantes. » (Ritter.)

Digitized by Google

cantes levari in praesens proconsulari imperio tradique Caesari placuit. — 1, 80. Prorogatur Poppaeo Sabino provincia Moesia, additis Achaia ac Macedonia.— 3, 38. Antistium Veterem e primoribus Macedoniae... Igitur aqua et igni interdictum reo (Antistio), adpositumque, ut teneretur insula neque Macedoniae neque Thraeciae opportuna. — 5, 10. Auditum id Poppaeo Sabino. Is Macedoniae tum intentus Achaiam quoque curabat.

MACEDONICA LEGIO. — III, 22. (Quidam tradiderunt) quartam Macedonicam dextrum (Vitellianorum) cornu .. complesse.

MACER, v. MARCIVS MACER.

* MACILIVS, v. M. ACILIVS.

MACRO [1]. — 6, 15. Vtque Macro praefectus tribunorumque et centurionum pauci secum introirent, quotiens curiam ingrederetur, petivit (a senatu Tiberius). — 6, 23. Tradidere quidam praescriptum fuisse Macroni, si arma ab Seiano temptarentur, extractum custodiae (Drusum Germanici filium)... ducem populo imponere. — 6, 29. Nihil (Mamercum Scaurum) amicitia Seiani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui easdem artes occultius exercebat. — 6, 38. Fulcinius Trio... supremis tabulis multa et atrocia in Macronem.. composuit. — 6, 45. Neque enim multo post supremi Tiberio consules..., nimia iam potentia Macronis, qui gratiam C. Caesaris numquam sibi neglectam acrius in diem fovebat impuleratque... uxorem suam Enniam imitando amorem iuvenem inlicere pactoque matrimonii vincire. — 6, 46. (Tiberius) Macroni non abdita ambage occidentem ab eo deseri, orientem spectari exprobravit. — 6, 47. Testium interrogationi, tormentis servorum Macronem praesedisse commentarii ad senatum missi ferebant, nullaeque in (reos) imperatoris litterae suspicionem dabant... ficta pleraque ob inimicitias Macronis notas in Arruntium. — 6, 48. Arruntius... amicis... respondit, sibi satis aetatis, neque aliud paenitendum quam quod... anxiam senectutem toleravisset, diu Seiano, nunc Macroni, semper alicui potentium invisus... An, cum Tiberius... vi dominatio-

[1] Naevius Sertorius Macro, Praesor., N. 12. Nomen *Naerius* unius Dionis testimonio traditum, 58, 9, a nobis fortasse cum Mommseno scribendum Ναίος = Γναῖος (Κνάιος). — « At numquam Ναίος pro Γναῖος; Dion. Γναῖος legendum esse haud probabile » (Rossbachius ad h. Dionis).

Digitized by Google

nis convulsus et mutatus sit, C. Caesarem vix finita pueritia, ignarum omnium aut pessimis innutritum, meliora capessiturum Macrone duce, qui ut deterior ad opprimendum Seianum delectus plura per scelera rem publicam conflictavisset ? — 6, 50. Charicles (medicus) tamen labi spiritum (Tiberii) nec ultra biduum duraturum Macroni firmavit... Macro intrepidus opprimi senem iniectu multae vestis iubet discedique ab limine. Sic Tiberius finivit...

MAECENAS, v. CILNIVS MAECENAS.

MAEVIVS PVDENS. — I, 24. Flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Maevius [1] Pudens e proximis Tigellini. Is mobilissimum quemque.., adliciendo, eo paulatim progressus est, ut... quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos divideret.

MAGIVS CAECILIANVS. — 3, 37. Considius Aequus et Caelius Cursor equites Romani, quod fictis maiestatis criminibus Magium Caecilianum praetorem petivissent,... puniti.

MAGNETES [2]. — 3, 62. Proximi hos (Ephesios) Magnetes L. Scipionis et L. Sullae constitutis nitebantnr (ut ius asyli obtinerent), quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis fidem atque virtutem Magnetum decoravere, uti Dianae Leucophrynae perfugium inviolabile foret. — 4, 55. Vndecim urbes certabant pari ambitione... Verum Hypaepeni Trallianique Laodicenis ac Magnetibus [3] simul tramissi ut parum validi.

MAGNETES A SIPYLO. — 2, 47. Magnetes a Sipylo proximi (Sardianis) damno (ex terrae motu) ac remedio habiti [4].

MAGNVS [5]. — 1, 48. (Pisonis Liciniani) fratres... Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant.

CN. MAGNVS, v. CN. POMPEIVS.

* MAGONTIACVM, v. MOGONTIACVM.

MAIVS. — 16, 12. Menses... Maius Claudii, Iunius Germanici vocabulis mutantur.

[1] Vulg. ante Ernestium : *Mevius*.
[2] Magnetes super Maeandrum.
[3] Hos esse Magnetes a Sipylo suspicatur Ritter.
[4] V. praeterea notam quae supra est.
[5] Cn. Pompeius Magnus. Prosop., P. 477. Filius iM. Licinii Crassi (Frugi) (*A*).

Digitized by Google

* CN. MALLIVS, v. CN. MANLIVS.

MALLOVENDVS. — 2, 25. (Germanicus) Marsos inrumpit, quorum dux Mallovendus nuper in deditionem acceptus...

MALORIX. — 13, 54. Frisii... agros... vacuos et militum usui sepositos insedere, auctore Verrito et Malorige, qui nationem eam regebant... Duvius Avitus... minitando vim Romanam... perpulit Verritum et Malorigem[1] preces suscipere. Profectique Romam... Nero civitate Romana ambos donavit, Frisios decedere agris iussit.

SERVIVS MALVGINENSIS, MALVGINENSIS[2]. — 3, 58. Servius Maluginensis flamen Dialis, ut Asiam sorte haberet, postulavit. — 3, 71. Dilatum nuper responsum adversus Servium Maluginensem flaminem Dialem prompsit (Tiberius) Caesar recitavitque decretum pontificum... Ita sors Asiae in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, conlata. — 4, 16. Sub idem tempus de flamine Diali in locum Servii Maluginensis defuncti legendo.. disseruit Caesar... Et filius Maluginensis patri suffectus.

MAMERCVS SCAVRVS, v. SCAVRVS MAMERCVS.

* MAMMIVS POLLIO, v. MEMMIVS POLLIO.

MANES. — 3, 2. Victimas atque aras dis Manibus statuentes lacrimis et conclamationibus dolorem testabantur.

MANIMI. — *G.* 43. Valentissimas (Lugiorum civitates) nominasse sufficiet..., Manimos...

* MANLIA, v. ATIA.

MANLII. — 3, 76. Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt (Iuniae funeri), Manlii, Quinctii aliaque eiusdem nobilitatis nomina.

MANLIVS. — 1, 50. Adultero (Appuleiae) Manlio[3] Italia atque Africa interdictum est.

CN. MANLIVS[4]. — *G.* 37. Germani Carbone et Cassio et Scauro Aemilio et Servilio Caepione, Cn.[5] quoque Manlio fusis vel captis, quinque simul consulares exercitus populo Romano...abstulerunt.

[1] **M** : *mallorigem*.
[2] Ser. Cornelius Lentulus Maluginensis. Prosop., C. 1139.
[3] Ritter[2] : « Fortasse *A. Manlio*. ».
[4] Cos. a. 649 — 155.
[5] **A B C** : *Marco*. Corr. Ernesti. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

Digitized by Google

MANLIVS PATRVITVS[1] — IV, 45. Manlius Patruitus[2] senator pulsatum se in colonia Seniensi coetu multitudinis et iussu magistratuum querebatur...

MANLIVS VALENS[3]. — 12, 40. (A. Didius legatus) non... integras res (in Britannia) invenit, adversa... legionis pugna, cui Manlius Valens praeerat. — I. 64. Manlius Valens legatus Italicae legionis, quamquam bene de partibus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit. Secretis eum criminationibus infamaverat Fabius (Valens) ignarum et, quo incautior deciperetur, palam laudatum.

MANNVS. — *G.* 2. (Germani) celebrant carminibus antiquis .. Tuistonem deum terra editum et filium Mannum originem gentis conditoresque. Manno tres filios adsignant...

MARCELLVS, v. CLAVDIVS MARCELLVS.

MARCELLVS CORNELIVS, v. CORNELIVS MARCELLVS.

MARCELLVS EPRIVS, MARCELLVS, v. EPRIVS MARCELLVS.

MARCIA[4] AQVA. — 14, 22. Nimia luxus cupido infamiam et periculum Neroni tulit, quia fontem aquae Marciae[5] ad urbem deductae nando incesserat, videbaturque potus sacros et caerimoniam loci corpore loto polluisse, secutaque anceps valetudo iram deum adfirmavit.

MARCIA[6]. — 1, 5. Rumor incesserat... Maximum uxori Marciae aperuisse (Augustum Planasiam vectum esse ad visendum nepotem Agrippam), illam Liviae. Gnarum id Caesari. Neque multo post exstincto Maximo, dubium an quaesita morte, auditos in funere eius Marciae gemitus semet incusantis, quod causa exitii marito fuisset.

MARCIANVS ICELVS, v. ICELVS.

P. MARCIVS — 2, 32. In P. Marcium (ut mathematicum magumque) consules... more prisco advertere.

[1] Prosop., 118 : « Fortasse pro *Manl.* scribendum *Matid*, ut idem sit C. Salonius Matidius Patruinus defunctus a. 78. » Cf. *ibid.*, S 81.

[2] Lipsius : *Patruinus.*

[3] Manlius Valens. Prosop., 123.

[4] Intellegendus est Q. Marcius Rex, praetor a. 610 = 144.

[5] **M** : *margio.* Corr. Puteolanus.

[6] Prosop., 184. Filia (L. Marcii) Philippi.

Digitized by Google

MARCIVS FESTVS. — 15, 50. (Primi C. Pisonis socii) adgregavere... Marcium Festum (equitem Romanum)...

MARCIVS MACER, MACER[1]. — II, 23. Isdem diebus a Marcio Macro haud procul Cremona prospere pugnatum. Namque promptus animi Marcius transvectos navibus gladiatores in adversam Padi ripam repente effudit. Turbata ibi Vitellianorum auxilia... — II, 35. Plures (Vitellianos Germanos nando Padum) transgressos completis Liburnicis per promptissimos gladiatorum Macer adgreditur... — II, 36. Et proelium quidem .. fuga diremptum. Macer ad exitium poscebatur, iamque vulneratum... invaserant, cum intercursu tribunorum centurionumque protegitur... Dein Flavium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copiis misit, quibus Macer praefuerat... — II, 71. Dissimulatus (a Vitellio consulatus) Marcii Macri tamquam Othonianarum partium ducis.

(L. MARCIVS) PHILIPPVS, v. PHILIPPVS.

MARCODVRVM. — IV, 28. Caesae cohortes (Agrippinensium) in vico Marcoduro incuriosius agentes, quia procul ripa aberant.

MARCOMANI. — 2, 46. Maroboduus... transfugiis paulatim nudatus in Marcomanos concessit. — 2, 62. (Catualda) valida manu fines Marcomanorum ingreditur... — *G.* 42. Iuxta Hermunduros Varisti ac deinde Marcomani et Quadi agunt. Praecipua Marcomanorum gloria viresque, atque ipsa etiam sedes pulsis olim Boiis virtute parta. . Marcomanis Quadisque usque ad nostram memoriam reges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobodui et Tudri genus... — 43. Retro Marsigni, Cotini, Osi, Buri terga Marcomanorum Quadorumque claudunt.

MARDI. — 14, 23. (Corbulonem) fines suos praegredientem incursavere Mardi, latrociniis exerciti contraque inrumpentem montibus defensi. Quos Corbulo immissis Hiberis vastavit.

MARICCVS. — II, 61. Mariccus quidam e plebe Boiorum inserere sese fortunae et provocare arma Romana simulatione numinum ausus est. Iamque adsertor Galliarum et deus... proximos Aeduorum pagos trahebat, cum gravissima civitas electa iuventute, adiectis a Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem disiecit. Captus in eo proelio Mariccus ac mox feris obiectus, quia

[1] Pnosor., 258. Tituli : *Martius*.

Digitized by Google

non laniabatur, stolidum vulgus inviolabilem credebat, donec spectante Vitellio interfectus est.

C. MARIVS, MARIVS. — 1, 9. Numerus .. consulatuum celebrabatur, quo Valerium Corvum et C. Marium simul aequaverat (Augustus). — 12, 60. Marius... et Sulla olim de (iudiciis equestri ordini tribuendis) vel praecipue (bellaverant). — II, 38. Mox e plebe infima C. Marius et nobilium saevissimus L. Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt. — *G*, 37. Nec impune C. Marius in Italia, Divus Iulius in Gallia... (Germanos) perculerunt.

P. MARIVS[1]. — 14, 48. P. Mario L. Afinio consulibus.

SEXTVS MARIVS[2]. — 4, 36. Feriarum Latinarum diebus praefectum urbis Drusum... (adiit) Calpurnius Salvianus in Sextum Marium. Quod a Caesare palam increpitum causa exilii Salviano fuit. — 6, 19. Sex. Marius Hispaniarum ditissimus defertur incestasse filiam et saxo Tarpeio deicitur. Ac ne dubium haberetur magnitudinem pecuniae malo vertisse...

MARIVS CELSVS, CELSVS MARIVS, CELSVS[3]. — 15, 25. Quinta decima legio ducente Mario Celso e Pannonia adiecta est (exercitui Corbulonis bellum adversns Parthos parantis). — I, 14. Galba... comitia imperii transigit, adhibitoque super Vinium ac Laconem Mario Celso consule designato ac Ducenio Gemino praefecto urbis..., Pisonem Licinianum arcessiri iubet — I, 31. Missus et Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus .. Illyrici exercitus electi *Cel*sum[4] infestis pilis proturbant. — I, 39. Iam Marius Celsus haud laeta (Galbae) rettulerat. — I, 45. Marium Celsum, consulem designatum et Galbae usque in extremas res amicum fidumque, *ad* supplicium expostulabant (milites), industriae eius innocentiaeque quasi malis artibus infensi. — I, 71. Marium Celsum consulem designatum, per speciem vinculorum saevitiae militum subtractum, acciri in Capitolium iubet (Otho)... Celsus constanter servatae erga Galbam fidei crimen confessus exemplum ultro imputavit...

[1] P. Marius C[el]s[us]. Prosop., 224.
[2] Prosop., 219.
[3] Prosop., 223.
[4] M : *festum*.

Digitized by Google

Mansitque Celso velut fataliter etiam pro Othone fides integra et infelix. Laeta primoribus civitatis, celebrata in vulgus Celsi salus ne militibus quidem ingrata fuit, eamdem virtutem admirantibus, cui irascebantur. — I, 77. Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere..., Arrio Antonino et Mario Celso in (kalendas) Septembres, quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit. — I, 87. Peditum equitumque copiis Suetonius Paulinus, Marius Celsus, Annius Gallus rectores destinati (ab Othone), sed plurima fides Licinio Proculo praetorii praefecto. Is... auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli... criminando... — I, 90. In consiliis militiae Suetonio Paulino et Mario Celso... (Otho utebatur). — II, 23. Certatim, ut quisque animo ignavus, procax ore, Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum, aliosque quos Otho praefecerat, variis criminibus incessebant. — II, 24. Interea Paulini et Celsi ductu res egregie gestae... Curam peditum Paulinus, equitum Celsus sumpsere. — II, 25. Antequam miscerentur acies terga vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens repressit suos. Vitelliani temere exsurgentes (ex insidiis) cedente sensim Celso longius secuti ultro in insidias praecipitantur. — II, 33. Accedebat sententiae (Suetonii) Paulini (trahendum bellum Othoni suadentis) Marius Celsus; idem placere Annio Gallo... rettulerant... Postquam pugnari placitum, interesse pugnae imperatorem an seponi melius foret dubitavere; Paulino et Celso iam non adversantibus, ne... — II, 39. Profecto Brixellum Othone .., Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpae praetendebantur. — II, 40. Celso et Paulino abnuentibus militem itinere fessum, sarcinis gravem, obicere hosti..., Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. — II, 44. Titianum et Celsum nox iuvit, dispositis iam excubiis compressisque militibus... — II, 60. Mario Celso consulatus servatur (a Vitellio). Sed creditum fama obiectumque mox in senatu Caecilio Simplici, quod eum honorem pecunia mercari, nec sine exitio Celsi, voluisset[1].

MARIVS MATVRVS, MATVRVS. — II, 12. Maritimas tum

[1] V. etiam II, 41, 43, 59.

Digitized by Google

Alpes tenebat procurator Marius Maturus. Is concita gente... arcere provinciae finibus Othonianos intendit. Sed primo impetu caesi disiectique montani... — III, 42. Haud procul (a portu Herculis Monoeci) agebat Marius Maturus Alpium maritimarum procurator, fidus Vitellio, cuius sacramentum cunctis circa hostilibus nondum exuerat... — III, 43. Fabius Valens... ad naves regreditur; Maturo ceterisque remanere et in verba Vespasiani adigi volentibus fuit.

MARIVS NEPOS[1]. — 2, 48. Caesar (Tiberius)... prodigos et ob flagitia egentes... Marium Nepotem... movit senatu aut sponte cedere passus est.

MAROBODVVS[2]. — 2, 26. (Tiberius monet Germanicum consilio, non vi) Suebos regemque Maroboduum pace obstrictum. — 2, 44. Maroboduum regis nomen invisum apud populares, Arminium pro libertate bellantem favor habebat. — 2, 45. E regno... Marobodui Suebae gentes... defecere ad (Arminium)... Inguiomerus cum manu clientium ad Maroboduum (perfugit)... (Arminius) fugacem Maroboduum appellans ..., Hercyniae latebris defensum... — 2, 46. Neque Maroboduus iactantia sui aut probris in hostem abstinebat... Sperabaturque rursum pugna, ni Maroboduus castra in colles subduxisset. — 2, 62. Haud leve decus Drusus quaesivit inliciens Germanos..., ut... fracto iam Maroboduo usque in exitium insisteretur... Erat inter Gotones nobilis iuvenis nomine Catualda, profugus olim vi Marobodui et tunc dubiis rebus eius ultionem ausus... — 2, 63. Maroboduo undique deserto non aliud subsidium quam misericordia Caesaris fuit .. Et Maroboduus quidem Ravennae habitus... non excessit Italia per duodeviginti annos consenuitque multum inminuta claritate... — 2, 88. Arminius abscedentibus Romanis et pulso Maroboduo regnum adfectans... — 3, 11. Patres (censuerant, ut Drusus) ob receptum Maroboduum... ovans iniret. — *G.* 42. Marcomanis Quadisque usque ad nostram memoriam reges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobodui et Tudri genus...

MARS, MARS VLTOR. — 2, 22. (Germanicus) congeriem armorum struxit superbo cum titulo..., exercitum... ea monimenta

[1] Prosop., 234.

[2] Prosop., 250. Suet., *Tib.*, 37 : *Marobodus;* codd. Strabonis : Μαροβοδ — vel Μαροβουδ — vel Βαροβουδ —. Vt Tacitus, Velleius.

Digitized by Google

Marti et Iovi et Augusto sacravisse. — 2, 32. Dona Iovi, Marti, Concordiae... L. Piso et Gallus Asinius et Papius Mutilus et L. Apronius decrevere (ob mortem Libonis Drusi). — 2, 64. Structi et arcus circum latera templi Martis Vltoris cum effigie Caesarum. — 3, 18. (Tiberius), cum Valerius Messalinus signum aureum in aede Martis Vltoris, Caecina Severus aram ultioni statuendam censuissent, prohibuit, ob externas ea victorias sacrari dictitans... — 13, 8. Vt... ovans urbem iniret (Nero) effigiemque eius pari magnitudine ac Martis Vltoris eodem in templo censuere (patres). — 13, 57. Bellum Hermunduris prosperum, Chattis exitiosius fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere, quo voto equi, viri, cuncta viva occidioni dantur. — IV, 35. Pugnatum longo agmine et incerto Marte. — IV, 64. (Verba faciunt Tencteri apud Agrippinenses) « Communibus deis et praecipuo deorum Marti grates agimus. » — *G.* 9. (Germani) Martem et Herculem concessis animalibus placant[1].

MARSACI. — IV, 56. Claudius Labeo... furtim magis quam bello Canninefates Marsacosque incursabat.

MARSI (Germaniae populus). — 1, 50. Ventumque ad vicos Marsorum et circumdatae stationes... — 1, 56. Caecina... Marsos congredi ausos prospero proelio cohibuit. — 2, 25. (Germanicus) Marsos inrumpit. — *G.* 2. Quidam .. plures deo (Manno) ortos pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suebos, Vandilios adfirmant, eaque vera et antiqua nomina (Germanorum).

MARSI (Italiae populus). — III, 59. Erectus Samnis Paelignusque et Marsi aemulatione, quod Campania praevenisset, ut in novo (erga Vespasianum) obsequio ad cuncta belli munia acres erant.

MARSIGNI. — *G.* 43. Retro Marsigni, Cotini, Osi, Buri terga Marcomanorum Quadorumque claudunt. E quibus Marsigni et Buri sermone cultuque Suebos referunt.

MARSVS VIBIVS, MARSVS, v. VIBIVS MARSVS.

MARTIALIS FLAMEN. — 3, 58. Servius Maluginensis flamen Dialis... dictitans... neque aliud ius suum, quam Martialium Quirinaliumque flaminum ; porro, si hi duxissent provincias, cur Dialibus id vetitum ?

MARTIALIS, v. CORNELIVS MARTIALIS.

[1] V. etiam MARTIS campus.

Digitized by Google

MARTINA. — 2, 74. (Sentius) infamem veneficiis... et Plancinae percaram nomine Martinam in urbem misit (post mortem Germanici). — 3, 7. Vulgatum erat missam, ut dixi, a Cn. Sentio famosam veneficiis Martinam subita morte Brundisii exstinctam...

MARTIS CAMPVS, MARTIVS CAMPVS. — 1, 8. (Tiberius) populum... edicto monuit, ne... Augustum in foro potius quam in campo Martis, sede destinata, cremari vellent. — 3, 4. Conlucentes per campum Martis faces (in exsequiis Germanici). — 13, 17. In campo tamen Martis sepultus est (Britannicus). — 13, 31. Nerone iterum L. Pisone consulibus pauca memoria digna evenere, nisi cui libeat laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri apud campum Martis (Nero) Caesar exstruxerat, volumina implere. — 15, 39. Solacium populo (igne) exturbato ac profugo campum Martis ac monumenta Agrippae... — I, 86. Paranti expeditionem Othoni campus Martius et via Flaminia iter belli (inundatione Tiberis erat) obstructum. — II, 95. (Vitellius) exstructis in campo Martio aris inferias Neroni (fecit). — III, 82. Concurrere et in campo Martio infestae acies (Flavianorum ac Vitellianorum).

MARTIVS (mensis). — 1, 77. In kalendas Martias. — I, 90. Pridie idus Martias...

MARVS. — 2, 63. Barbari utrumque (Maroboduum et Catualdam) comitati... Danuvium ultra inter flumina Marum et Cusum locantur.

* MASILINIVS, v. M. ASINIVS.

MASSA BAEBIVS, v. BAEBIVS MASSA.

MASSILIENSES, MASSILIENSIS CIVITAS, MASSILIA. — 4, 43. Tractatae Massiliensium preces probatumque P. Rutilii exemplum... Quo iure Vulcatius Moschus exul in Massilienses receptus bona sua rei publicae eorum ut patriae reliquerat. — 4, 44. (L. Antonium) admodum adulescentulum, sororis nepotem, seposuit Augustus in civitatem Massiliensem, ubi specie studiorum nomen exilii tegeretur. — 13, 47. (Cornelius Sulla) cedere patria et Massiliensium moenibus coerceri iubetur. — 14, 57. (Cornelius) Sulla sexto die pervectis Massiliam percussoribus ante metum et rumorem interficitur. — III, 43. Stoechadas Massiliensium insulas... — *A*. 4. (Agricola) parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit, locum Graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum ac bene compositum.

Digitized by Google

MATERNVS, v, CVRIATIVS MATERNVS.

*MATIDIVS PATRVINVS, v. MANLIVS PATRVITVS.

MATII. — 12, 60. C. Oppius et Cornelius Balbus primi Caesaris opibus... Matios[1] posthac et Vedios et cetera equitum Romanorum praevalida nomina referre nihil attinuerit[2].

MATTIACI. — IV, 37. Discesserant obsessores (Mogontiaci), mixtus ex Chattis, Vsipis, Mattiacis exercitus, satietate praedae nec incruenta re. — *G.* 29. Est in eodem obsequio et Mattiacorum gens; protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum... imperii reverentiam... Cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terrae suae solo et caelo acrius animantur.

MATTIACVS AGER. — 11, 20. Curtius Rufus... in agro Mattiaco recluserat specus quaerendis venis argenti.

MATTIVM. — 1, 56. Caesar (Germanicus) incenso Mattio, id genti (Chattorum) caput...

MATVRVS, v. MARIVS MATVRVS.

MAVRETANIAE[3]. — I, 11. Duae Mauretaniae... et quae aliae (provinciae) procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinae, ita in favorem aut odium (Galbae) contactu valentiorum agebantur. — II, 58. Isdem diebus accessisse partibus (Vitellii) utramque Mauretaniam, interfecto procuratore Albino, nuntii venere. Lucceius Albinus a Nerone Mauretaniae Caesariensi praepositus, addita per Galbam Tingitanae provinciae administratione, haud spernendis viribus agebat... — II, 59. Ipse Albinus, dum e Tingitana provincia Caesariensem Mauretaniam petit, in adpulsu litoris trucidatus.

MAVRI. — 2, 52. Valida (Musulamiorum) gens... cepit arma Maurosque accolas in bellum traxit... Modicam (Romanorum sociorumque) manum, si multitudinem Numidarum atque Maurorum spectares. — 4, 5. Mauros Iuba rex acceperat donum populi Romani. — 4, 23. Raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxiliis, qui, Ptolemaeo Iubae filio iuventa incurioso, libertos regios et servilia imperia bello mutaverant. — 4, 24. Praedatorias manus delecti Maurorum duxere (adversus Tacfarinatem).

[1] Intellegendus est C. Matius. — **M** : *mathios.*

[2] V. praeterea ad Q. TEDIVM.

[3] Vulg. ante Lipsium : *Mauritaniae.*

Digitized by Google

-- 14, 28. Vibius Secundus eques Romanus accusantibus Mauris repetundarum damnatur. — I, 78. (Otho) provinciae Baeticae Maurorum civitates dono dedit. — II, 58. (Lucceio Albino procuratori) decem novem cohortes, quinque alae, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia et raptus apta bello manus... Praemissi (a Cluvio Rufo) centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent. — IV, 50. Poenos auxiliares Maurosque in (L. Pisonis proconsulis) caedem delegerat (Valerius Festus legionis in Africa legatus).

MAVRICVS, v. IVNIVS MAVRICVS.

MAXIMVS SCAVRVS. — 15, 50. Adscitae sunt (in C. Pisonis coniurationem) super Subrium et Sulpicium... militares manus..., Maximus[1] Scaurus et Venetus Paulus centuriones (cohortium praetoriarum).

MAZIPPA. — 2, 52. Dux et (Mauris) Mazippa, divisusque exercitus, ut... Mazippa levi cum copia incendia et caedes... circumferret.

MEDEA. — 6, 34. Qua tempestate Iaso post avectam Medeam genitosque ex ea liberos inanem mox regiam Aeetae vacuosque Colchos repetivit.

MEDEA (Ovidii fabula). — *O.* 12. (Loquitur Maternus) « Nec ullus Asinii aut Messalae liber tam illustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes. »

MEDEA (Curiatii Materni fabula). — *O.* 3. « Adeo te tragoediae istae non satiant, inquit Aper, quo minus... omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas. »

MEDIOLANVM. — I, 70. Siliani (equites)... transiere in partes (Vitellii) et, ut donum aliquod, novo principi firmissima Transpadanae regionis municipia, Mediolanum ac Novariam et Eporediam et Vercellas adiunxere.

MEDIOMATRICI. — I, 63. Divoduri, Mediomatricorum id oppidum est... — IV, 70. Legiones in Mediomatricos, sociam civitatem, abscessere — IV, 71. (Petilins) Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breviore itinere legiones in hostem verterent... — IV, 72. Convertit inde animos accitorum e Mediomatricis legionum miserabilis adspectus.

MEDVS, MEDI. — 2, 4. Ariobarzanen, origine Medum... Arme-

[1] Spannheim : *Mamercus.*

Digitized by Google

niis praefecit (Gaius Caesar, Agrippae filius). — 2, 56. (Armenia) nostris provinciis late praetenta penitus ad Medos porrigitur. — 2, 60. Regem Rhamsen Libya, Aethiopia Medisque et Persis... potitum. — 6, 34. Pharasmanes (disserebat)... horridam suorum (Hiberorum) aciem, picta auro Medorum agmina, hinc viros, inde praedam... — 12, 14. Dein Gotarzes (Parthorum rex) morbo obiit, accitusque in regnum Vonones Medos tum praesidens. — 13, 41. Exploratores attulere (Corbuloni) longinquum regis (Tiridatis) iter, et Medi an Albani peterentur incertum. — 14, 26. Tiridaten per Medos extrema Armeniae intrantem. — 15, 2. Vologaeses... ita orditur : « Hunc ego (Tiridaten) eodem mecum patre genitum .. in possessionem Armeniae deduxi, qui tertius potentiae gradus habetur ; nam Medos Pacorus ante ceperat. — 15, 31. Digressus (a Corbulone Tiridates fratrem) Pacorum apud Medos... repperit. — V, 8. Dum Assyrios penes Medosque et Persas Oriens fuit...

MEFITIS[1]. — III, 33. (Capta a Flavianis Cremona), cum omnia sacra profanaque in igne considerent, solum Mefitis templum stetit ante moenia, loco seu numine defensum.

MEGALESES LVDI. — 3, 6. (Tiberius populum) monuit edicto (exsequiis Germanici peractis)..., repeterent sollemnia et, quia ludorum Megalesium[2] spectaculum suberat, etiam voluptates resumerent.

MEHERDATES[3]. — 11, 10. Nece Vardanis turbatae Parthorum res inter ambiguos, quis in regnum acciperetur...; quidam (inclinabant) ad Meherdaten prolem Phraatis, obsidio nobis datum... Potitus... regiam (Gotarzes) per saevitiam ac luxum adegit Parthos mittere ad principem Romanum occultas preces, quis permitti Meherdaten patrium ad fastigium orabant. — 12, 10. Legati Parthorum ad expetendum, ut rettuli, Meherdaten missi senatum ingrediuntur... — 12, 11. (Claudius) addidit praecepta ; etenim aderat Meherdates... — 12, 12. Cassius... monet Meherdaten barbarorum impetus acres... — 12, 13. (Adiabenorum) rex Izates societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta et

[1] Vulg. cum dett. : *Mephitis*.
[2] Lipsius : *Megalensia*. Sic vulg. ante Ernestium.
[3] Prosop., 331.

Digitized by Google

magis fida inclinabat. — 12, 14. Meherdates validis auxiliis nudatus, ceterorum proditione suspecta,..., rem in casum dare proelioque experiri statuit... Omni spe perdita Meherdates, promissa Parracis paterni clientis secutus. dolo eius vincitur traditurque victori (Gotarzi).

MELITENE. — 15, 26. (Corbulo)... apud Melitenen, qua tramittere Euphraten parabat.

MEMMIVS POLLIO, POLLIO[1]. — 12, 9. Designatum consulem Memmium Pollionem ingentibus promissis inducunt (Agrippina eiusque amici) sententiam expromere, qua oraretur Claudius despondere Octaviam Domitio... Pollio haud disparibus verbis ac nuper (cf. 12, 5-6) Vitellius censet...

MEMMIVS REGVLVS, REGVLVS[2] *(A)*. — 5, 11. Exitu anni diu aucta discordia consulum erupit. (Fulcinius) Trio... ut segnem Regulum ad opprimendos Seiani ministros oblique perstrinxerat. Ille, nisi lacesseretur, modestiae retinens, non modo rettudit collegam, sed ut noxium coniurationis ad disquisitionem trahebat. — 6, 4. Haterius Agrippa consules anni prioris invasit, cur, mutua accusatione intenta, nunc silerent... Regulus manere tempus ultionis seque coram principe exsecuturum... respondit. Vrgente Agrippa Sanquinius Maximus e consularibus oravit senatum, ne curas imperatoris... augerent... Sic Regulo salus et Trioni dilatio exitii quaesita. — 12, 22. Claudius... (memorat Lolliam Paulinam) Memmio quondam Regulo nuptam. — 14, 47. Eo anno mortem obiit Memmius Regulus, auctoritate, constantia, fama. . clarus, adeo ut Nero aeger valetudine... responderet habere subsidium rem publicam; rogantibus dehinc, in quo potissimum, addiderat in Memmio Regulo Vixit tamen post haec Regulus quiete defensus et quia nova generis claritudine neque invidiosis opibus erat.

MEMMIVS REGVLVS[3] *(B)*. — 15, 23. Memmio Regulo et Verginio Rufo consulibus.

* MEMNIVS, v. M'. ENNIVS.

* MEMNIVS RVFINVS, v. VIVENNIVS RVFINVS.

[1] Prosop., 98. — Nipperdey-Andresen : *Mammium*, coll. Gruter 172,6 (= *C. I. L.*, XI, 6236) :... *L. Mammio Pollione Q. Allio Maximo cos.* Item Klebs.

[2] P. Memmius Regulus. Prosop., 342.

[3] C. Memmius Regulus. Prosop., 341 : « Potest fuisse filius P. Memmii Reguli. »

Digitized by Google

MEMNON. — 2, 61. Germanicus aliis quoque miraculis intendit animum, quorum praecipua fuere Memnonis saxea effigies, ubi radiis solis icta est, vocalem sonum reddens...

MEMPHIS. — IV, 84. Alii... sedem, ex qua (Serapis Alexandriam) transierit, Memphim perhibent, inclutam olim et veteris Aegypti columen.

MENAPII. — IV, 28. (Iulius Civilis)... aliam manum Mosam amnem transire iubet, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quateret.

MENELAVS. — 2, 60. Condidere (oppidum Canopum) Spartani... qua tempestate Menelaus Graeciam repetens diversum ad mare terramque Libyam deiectus *est*.

MENENIVS AGRIPPA, MENENII. — *O.* 17. « Sed transeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium, ut puto, Agrippam, qui potest videri antiquus, nostrorum temporum disertis anteponere soletis, sed Ciceronem... » — 21. « Asinius quoque, quamquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse ».

* MENNIVS RVFINVS, v. VIVENNIVS RVFINVS.

* MEPHITIS, v. MEFITIS.

MERCVRIVS. — 13, 57. Bellum Hermunduris prosperum, Chattis exitiosius fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere, quo voto equi, viri, cuncta viva occidioni dantur. — *G.* 9 (Germani) deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent.

MESOPOTAMIA. — 6, 36. Nec ideo abscedebat (Artabanus), ni contractis legionibus (L.) Vitellius et subdito rumore, tamquam Mesopotamiam invasurus, metum Romani belli fecisset. — 6, 37. Campis, qui Euphrate et Tigre inclutis amnibus circumflui, Mesopotamiae nomen acceperunt. — 6, 44 Abdagaeses regrediendum in Mesopotamiam censebat. — 12, 13. (Meherdates eiusque comites) non comminus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam (petunt).

MESSALA, MESSALA CORVINVS, CORVINVS[1]. — 3, 34. Valerius Messalinus, cui parens Messala, ineratque imago paternae facundiae... — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « ...

[1] M. Valerius Messala Corvinus. Prosop., V, 90.

Digitized by Google

Messala Corvinus imperatorem suum Cassium praedicabat. Et uterque (Asinius Pollio et Messala) opibus atque honoribus perviguere ». — 6, 11. Augustus. . rerum potitus ob magnitudinem populi ac tarda legum auxilia sumpsit e consularibus, qui coerceret servitia et quod civium audacia turbidum, nisi vim metuat, primusque Messala Corvinus eam potestatem (praefecturam urbis) et paucos intra dies finem accepit, quasi nescius exercendi. — 11, 6. (Loquitur C. Silius) «... Meminissent Asinii, Messalae[1]... : ad summa provectos incorrupta vita et facundia... » — 11, 7. (Loquuntur Suillius, Cossutianus, alii) « . . Facile Asinium et Messalam, inter Antonium et Augustum bellorum praemiis refertos.., magnum animum induisse ». — 13, 34. Nerone tertium consule simul iniit consulatum Valerius Messala, cuius proavum, oratorem Corvinum, Divo Augusto, abavo Neronis, collegam in eodem magistratu fuisse pauci iam senum meminerant. — *O.* 12. (Loquitur Maternus) « Nec ullus Asinii aut Messallae liber tam illustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes ». — 17. (Loquitur Aper) « Nostrorum temporum disertis anteponere soletis... Ciceronem et Caesarem et Caelium et Calvum et Brutum et Asinium et Messallam... Proximo quidem congiario ipsi vidistis plerosque senes, qui se a Divo quoque Augusto... accepisse congiarium narrabant. Ex quo colligi potest et Corvinum ab illis et Asinium audiri potuisse ; nam Corvinus in medium usque Augusti principatum, Asinius[2] paene ad extremum duravit ». — 18. « Cicerone mitior Corvinus et dulcior et in verbis magis elaboratus ». — 20. « Quis nunc feret oratorem de infirmitate valetudinis suae praefantem, qualia sunt fere principia Corvini? » — 21. « Nolo Corvinum insequi, quia nec per ipsum stetit, quo minus laetitiam nitoremque nostrorum temporum exprimeret, et videmus in quantum iudicio eius vis aut animi aut ingenii suffecerit[3] ».

MESSALA VALERIVS, v. VALERIVS MESSALA.

MESSALLA, v. VIPSTANVS MESSALLA.

[1] Heinsius : *M. Messallae.*

[2] Pro *nam Corvinus... Asinius* scribendum censet Borghesi : *nam Asinius... Corvinus*, qua transpositione depravatam, ut videtur, temporum rationem hoc loco emendare adgressus est.

[3] V. etiam *O*, 27.

Digitized by Google

MESSALINA[1]. — 11, 2. Neque data (Valerio Asiatico) senatus copia ; intra cubiculum auditur, Messalina coram... Ingressusque defensionem, commoto maiorem in modum Claudio, Messalinae quoque lacrimas excivit. Quibus abluendis cubiculo egrediens monet (L.) Vitellium, ne elabi reum sineret...— 11, 12. Matri (L. Domitii) Agrippinae miseratio augebatur ob saevitiam Messalinae, quae semper infesta... novo et furori proximo amore distinebatur... — 11, 26. Iam Messalina facilitate adulteriorum in fastidium versa ad incognitas libidines profluebat... (Apud eam disserebat Silius) mansuram eamdem Messalinae potentiam, addita securitate, si praevenirent Claudium. — 11, 28. Igitur domus principis inhorruerat... Subibat sine dubio metus reputantes... multas... mortes iussu Messalinae patratas... — 11, 29. Ac primo Callistus... et... Narcissus (et)... Pallas agitavere, num Messalinam secretis minis depellerent amore Silii. — 11, 30. Calpurnia... genibus Caesaris provoluta nupsisse Messalinam Silio exclamat. — 11, 31. At Messalina, non alias solutior luxu, adulto autumno simulacrum vindemiae per domum celebrabat..., ipsa crine fluxo thyrsum quatiens... — 11, 32. Vndique nuntii incedunt, qui gnara Claudio cuncta et venire promptum ultioni adferrent. Igitur Messalina Lucullianos in hortos... (digreditur)... Messalina tamen, quamquam res adversae consilium eximerent, ire obviam et aspici a marito, quod saepe subsidium habuerat, haud segniter intendit, misitque, ut Britannicus et Octavia in complexum patris pergerent. — 11, 34. Et iam erat in aspectu Messalina clamitabatque audiret Octaviae et Britannici matrem. — 11, 35. Titium Proculum, custodem a Silio Messalinae datum..., tradi ad supplicium iubet (Claudius). — 11, 36. Solus Mnester cunctationem attulit ; dilaniata veste clamitans. ., reminisceretur (Claudius) vocis, qua se obnoxium iussis Messalinae dedisset... (Traulus Montanus) modesta iuventa, sed corpore insigni, accitus ultro noctemque intra unam a Messalina proturbatus erat, paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia. — 11, 37. Interim Messalina Lucullianis in hortis prolatare vitam... — 11, 38. Nuntiatum... Claudio epulanti perisse Messalinam, non distincto sua an aliena manu. — 12, 1. Caede Messalinae éonvulsa principis domus,

[1] Valeria Messalina. Prosop., V, 101.

Digitized by Google

orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio... — 12, 7. Versa ex (nuptiis Claudii et Agrippinae) civitas et cuncta feminae oboediebant, non per lasciviam, ut Messalina, rebus Romanis inludenti... — 12, 9. Sponsus iam (Octaviae) et gener (Claudii) Domitius aequari Britannico studiis matris, arte eorum, quis ob accusatam Messalinam ultio ex filio metuebatur. — 12, 42. Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni praetoriarum cohortium cura exsolverentur Lusius Geta et Rufrius Crispinus, quos Messalinae memores et liberis eius devinctos credebat. — 12, 65. (Loquitur Narcissus) «...Convictam Messalinam et Silium...» — 13, 11. Secutaque lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Messalinae ordine demotum reddidit senatui (Nero). — 13, 19. Iunia Silana, quam matrimonio C. Silii a Messalina depulsam supra rettuli. — 13, 32. Post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam. — 13, 43. (Cum P. Suillius accusationes a se susceptas iussu Claudii praetenderet), eam orationem (Nero) cohibuit...; tum iussa Messalinae praetendi[1]...

MESSALINVS[2]. — *A*. 45. Vna adhuc victoria Carus Metius censebatur, et intra Albanam arcem sententia Messalini[3] strepebat.

MESSALINVS COTTA, v. COTTA MESSALINVS.

MESSENII. — 4, 43. Auditae dehinc Lacedaemoniorum et Messeniorum legationes de iure templi Dianae Limnatidis... Contra Messenii... protulere... Ita secundum Messenios datum.

METELLI[4]. — *O*. 37. « Ex (veterum actorum epistularumque libris a Muciano editis) intellegi potest... Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones et ceteram procerum manum multum in (eloquentiae) studiis operae curaeque posuisse, nec quemquam illis (Cn. Pompeii et M. Crassi) temporibus...

L. METELLVS[5]. — 3, 71. Memorabaturque L. Metelli pontificis

[1] V. etiam 11, 1, 3, 27; 12, 64.

[2] L. Valerius Catullus Messalinus. Prosop., V, 41.

[3] Ritter praenomen Messalini propter concinnitatem restituendum censet : « Verbi causa *Marci* vel *Lucii*. » — Ritter[2] : « Excidit aut *A*. aut *M*. ».

[4] Intellegendi sunt Q. Caecilius Metellus Pius, cos a 674 = 80; Q. Caecilius Metellus Pius Scipio, cos. a. 702 = 52; Q. Caecilius Metellus Nepos, cos. a 697 = 57; Q. Caecilius Metellus Celer, cos. a. 694 = 60: Q. Caecilius Metellus Creticus, cos. a. 685 = 59. *Cf.* Orelli, *Onom. Tullianum*. His antiquiores quosdam adiungit Ruperti.

[5] L. Caecilius Metellus, cos. a. 503 = 251, pontifex maximus ab a: 511 = 243.

Digitized by Google

maximi exemplum, qui Aulum Postumium flaminem attinuisset...

(METIVS CARVS), CARVS METIVS[1]. — *A*. 45. Non vidit Agricola obsessam curiam... Vna adhuc victoria Carus Metius[2] censebatur.

METRODORVS. — *O*. 31. « Ad (sensus) permovendos... ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam exclamationes adsumere... alienum erit oratori.

MEVANIA. — III, 55 Flagitante exercitu, qui Mevaniam insederat, ...in castra venit (Vitellius). — III, 59. Terrorem Italiae possessa Mevania (a Vitellianis)... intulerat.

* MEVIVS PVDENS, v. MAEVIVS PVDENS.

MILESII — 3, 63. (Consules, cum de iure asyli in senatu ageretur, disseruerunt)... neque minus Milesios Dareo rege niti ; sed cultus numinum utrisque (Sardianis et Milesiis) Dianam aut Apollinem venerandi. - 4, 43. Messenii (cum Lacedaemoniis de iure templi Dianae Limnatidis in senatu ambigentes).. protulere... sic Milesios permisso publice arbitrio... decrevisse. — 4, 55. Ephesii Milesiique, hi Apollinis, illi Dianae caerimonia occupavisse civitates visi.

MILETVS. — 2, 54. (Clari) non femina..., ut apud Delphos, sed certis e familiis et ferme Mileto accitus sacerdos (Apollinis oracula edit).

MILICHVS. — 15, 54. (Scaevinus) pugionem... asperari saxo... iussit eamque curam liberto Milicho mandavit... Postremo vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parari iubet idque eumdem Milichum monet, sive gnarum coniurationis et illuc usque fidum, seu nescium... Cum secum servilis animus praemia perfidiae reputavit, ...cessit fas et salus patroni... — 15, 55. Igitur coepta luce Milichus in hortos Servilianos (ad Neronem) pergit..., urgens periculum, graves coniuratos.. docet... (Lababat) indicium, nisi Milichum uxor admonuisset Antonium Natalem multa cum Scaevino ac secreta conlocutum... — 15, 59. Fuere qui, prodita coniuratione, dum auditur Milichus,

[1] Prosor., 402. Klebs scribendum censet : *Mettius*, ex optimorum Plinii minoris codicum auctoritate.

[2] **A** : *charus mitius* (*Mettius* suprascr. 1 m) **B** : *clarus mitius*. Corr. Rhenanus.

Digitized by Google

dum dubitat Scaevinus, hortarentur Pisonem... — 15, 71. Milichus (Neronis) praemiis ditatus Conservatoris sibi nomen, Graeco eius rei vocabulo, adsumpsit.

MILO, T. MILO[1]. — *O.* 37. (Loquitur Maternus) « Non, opinor, ...Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias faciunt; Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt. » — 39. « Satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium concursu totius civitatis et accusatos et defensos... »

* MILVIVS PONS, v. MVLVIVS PONS.

MINERVA. — 13, 24. Vrbem princeps (Nero) lustravit ex responso haruspicum, quod Iovis ac Minervae aedes de caelo tactae erant. — 14, 12. (Post caedem Agrippinae) decernuntur supplicationes, ...utque... aureum Minervae simulacrum in curia et iuxta principis imago statuerentur. — IV, 53. Helvidius Priscus praetor,... Iovem, Iunonem, Minervam praesidesque imperii deos precatus, (cum lustraret aream Capitolii)...

* MINICIVS, v. MVNICIVS.

MINOS. — 3, 26. Maxime.., fama celebravit (leges) Cretensium, quas Minos... perscripsit.

MINTVRNAE. — III, 57. Apinius Tiro praetura functus ac tum forte Minturnis agens.

MINVCIVS IVSTVS[2]. — III, 7. Minucius[3] Iustus praefectus castrorum legionis septimae (Galbianae), quia adductius quam civili bello imperitabat, subtractus militum irae ad Vespasianum missus est.

MINVCIVS THERMVS, MINVCIVS[4] *(A)*. — 6, 7. Q. Servaeus posthac et Minucius Thermus inducti, .. Minucius equestri loco, modeste habita Seiani amicitia... Sed Minucius et Servaeus damnati indicibus accessere. .

MINVCIVS THERMVS, THERMVS *(B)*. — 16, 20. Minucium[5] Thermum praetura functum Tigellini simultatibus dedit (Nero),

[1] T. Annius Milo.

[2] Prosop., 436. Klebs scribendum censet *Minicius* ex auctoritate codicis optimi Plinii *Ep.*, 7, 11.

[3] **M** : *municius.*

[4] Prosop., 446. Fortasse pater eius qui sequitur. — **M** : *minutius.*.

[5] **M** : *municium.* Corr. Ryck.

Digitized by Google

quia libertus Thermi quaedam de Tigellino criminose detulerat, quae cruciatibus tormentorum ipse, patronus eius nece immerita luere.

MISENENSIS. — 15, 51. Epicharis.. in Campania agens primores classiariorum Misenensium labefacere et conscientia (C. Pisonis coniurationis) inligare conisa est. — II, 9. Datae (Calpurnio Asprenati e classe Misenensi duae triremes ad prosequendum (falsum Neronem). — II, 100. Lucilius Bassus post praefecturam alae Ravennati simul ac Misenensi classibus a Vitellio praepositus... — III, 56. Audita defectione Misenensis classis (Vitellius Mevania) Romam revertit. — III, 57. Classem Misenensem ...Claudius Faventinus centurio. . ad defectionem traxit, fictis Vespasiani epistulis pretium proditionis ostentans. Praeerat classi Claudius Apollinaris... Vitellius Claudium Iulianum, is nuper classem Misenensem molli imperio rexerat, permulcendis militum animis delegit. — III, 60. (Antonius Primus apud milites contionatur) « Iam Misenensem classem et pulcherrimam Campaniae oram descivisse (ad partes suas) ».

MISENVM. — 4, 5. Italiam utroque mari duae classes, Misenum apud et Ravennam... praesidebant. — 6, 50. (Tiberius) mutatis saepius locis tandem apud promunturium Miseni consedit in villa, cui L. Lucullus quondam dominus. — 14, 3. Anicetus libertus classi apud Misenum praefectus. — 14, 4... Baulos. Id villae nomen est, quae promunturium Misenum inter et Baianum lacum flexo mari adluitur. — 14, 9. (Mortuo demum Nerone Agrippina) domesticorum cura levem tumulum accepit viam Miseni propter et villam Caesaris dictatoris... — 14, 62. Anicetus classi apud Misenum, ut memoravi, praefectus. — 15, 46. Gubernatores, quamvis saeviente pelago, a Formiis movere et, gravi Africo, dum promunturium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti... — 15, 51. Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu laetabatur.

MITHRIDATES[1] (*A*). — 2, 55. Cn. Piso... oblique Germanicum perstringens, quod (Atheniensium civitatem)... comitate nimia coluisset : hos enim esse Mithridatis adversus Sullam,.. socios... — 3, 62. Magnetes L. Scipionis et L. Sullae constitutis niteban-

[1] Mithridates Eupator.

Digitized by Google

tur, quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis fidem atque virtutem Magnetum decoravere... — 3, 73. Ne Spartaco quidem..., quamquam Sertorii atque Mithridatis ingentibus bellis labaret res publica, datum, ut pacto in fidem acciperetur. — 4, 14. (Cives Romani) iussu regis Mithridatis apud cunctas Asiae insulas et urbes (trucidabantur). — 4, 36. (Cyziceni) amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant, circumsessi nec minus sua constantia quam praesidio Luculli pnlso rege.

MITHRIDATES [1] *(B)* — 6, 32. Tiberius... reciperandae... Armeniae Hiberum Mithridaten deligit conciliatque fratri Pharasmani, qui gentile imperium obtinebat. — 6, 33. At ex regulis prior Mithridates Pharasmanem perpulit dolo et vi conatus suos iuvare. — 11, 8. Sub idem tempus Mithridates, quem imperitasse Armeniis *iussuque Gaii* [2] Caesaris vinctum memoravi, monente Claudio in regnum remeavit, fisus Pharasmanis opibus. Is rex Hiberis idemque Mithridatis frater.. — 11, 9. Tunc distractis Orientis viribus... casus Mithridati datus est occupandi Armeniam... Cuncta in Mithridaten fluxere, quamquam atrociorem quam novo regno conduceret. — 12, 44. Armenios frater (Pharasmanis) Mithridates obtinebat opibns nostris... Pharasmanes (filio Radamisto regni sui cupido)... Armeniam ostentare, pulsis Parthis datam Mithridati a semet memorando... Radamistus... primores Armeniorum ad res novas inlicit, ignaro et ornante insuper Mithridate. — 12, 45. (Idem) inruptione subita territum exutumque campis Mithridaten compulit in castellum Gorneas. — 12, 46. Praefectus hortari Mithridaten ad sanciendum foedus... Cunctante ad ea Mithridate et suspectis praefecti consiliis... Qua necessitate Mithridates diem locumque foederi accepit castelloque egreditur. — 12, 47 (Quidam Radamisti iussu) decidisse simulans genua Mithridatis invadit ipsumque prosternit, simulque concursu plurium iniciuntur catenae... Filii quoque Mithridatis, quod caedibus parentum inlacrimaverant, trucidati sunt. — 12, 48. At (Vmmidius) Quadratus cognoscens proditum Mithridaten et regnum ab interfectoribus obtineri, vocat consilium. .

MITHRIDATES [3] *(C)* — 12, 15. At Mithridates Bosporanus

[1] Prosop., 457.
[2] Lacunam suppl. Vrlichs.
[3] Prosop., 455.

Digitized by Google

amissis opibus vagus, postquam Didium ducem Romanum... abisse cognoverat, relictos in novo regno Cotyn... et paucas cohortium cum Iulio Aquila .., spretis utrisque concire nationes... Nec fuit in arduo (Aquilae et Cotyi) societas (Eunonis) potentiam Romanam adversus rebellem Mithridaten ostentantibus. — 12, 16. Sic pulsus hostis ventumque Sozam, oppidum Dandaricae, quod desertum a Mithridate. . obtineri relicto ibi praesidio visum. — 12, 17. Zorsines, diu pensitato, Mithridatisne rebus extremis an patrio regno consuleret. . — 12, 18. Interea Mithridates nullo in armis subsidio consultat, cuius misericordiam experiretur. Frater Cotys, proditor olim, deinde hostis, metuebatur... Ad Eunonen convertit... « Mithridates, inquit, terra marique Romanis per tot annos quaesitus sponte adsum. Vtere, ut voles, prole magni Achaemenis... » — 12, 19. Eunones... litteras... ad Caesarem... mittit... « Pro Mithridate... non potentiam neque regnum precari, sed ne triumpharetur neve poenas capite expenderet » — 12. 20. Claudius... scripsit Eunoni meritum quidem novissima exempla Mithridaten... — 12, 21. Traditus posthac Mithridates vectusque Romam... ferocius quam pro fortuna disseruisse apud Caesarem ferebatur...

* MITYLENAE, MITYLENAEVS, MITYLENENSIS, v. MYTILENAE, etc.

MNESTER[1] *(A)*. — 11, 4. Causa necis (equitibus Romanis inlustribus, quibus Petra cognomentum) ex eo, quod domum suam Mnesteris et Poppaeae congressibus praebuissent. — 11. 36. Solus Mnester cunctationem attulit, dilaniata veste clamitans, aspiceret (Claudius) verberum notas, reminisceretur vocis, qua se obnoxium iussis Messalinae dedisset... Ne tot inlustribus viris interfectis histrioni consuleretur[2].

MNESTER *(B)*. — 1[illegible], 9. Accenso (Agrippinae) rogo libertus eius cognomento Mnester *se* ipse ferro transegit, incertum caritate in patronam an metu exitii.

MOENVS. — *G*. 28. Inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boii... tenuere.

[1] Prosop., 462. Fortasse Ti. Iulius Mnester.
[2] V. etiam 11, 28.

Digitized by Google

MOESI. — 15, 6. Quinta (legione) quae nuper e Moesis[1] (in Syriam) excita erat.

MOESIA. — 1, 80. Prorogatur Poppaeo Sabino provincia Moesia, additis Achaia ac Macedonia. — 2, 66. Latinius Pandusa pro praetore Moesiae... Defuncto Pandusa... (Tiberius) Pomponium Flaccum... Moesiae praefecit. - 4, 5. Ripam... Danuvii legionum duae in Pannonia, duae in Moesia attinebant, totidem apud Delmatiam locatis — 4, 47. (Poppaeus) Sabinus..., postquam Pomponius Labeo e Moesia cum legione (venit)..., ad hostem pergit. — 6, 29. Pomponius Labeo, quem praefuisse Moesiae rettuli... — I, 76. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones. — I, 79. Rhoxolani, Sarmatica gens..., magna spe Moesiam inruperant... M. Aponius Moesiam obtinens triumphali statua... (donatur). — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit... Contra ipsis omnia opulenta et fida, Pannoniam, Moesiam, Delmatiam, Orientem, cum integris exercitibus... — II, 46. Nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles, sed praemissi e Moesia eamdem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nuntiabant... — II, 74. (Vespasianus) tertiam legionem, quod e Syria in Moesiam transisset, suam numerabat. — II, 83. Mucianus... classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii, num omissa Moesia Dyrrachium pedite atque equite... (peteret) — II, 85. Adcelerata interim Vespasiani coepta Illyrici exercitus studio transgressi in partes. Tertia legio exemplum ceteris Moesiae legionibus praebuit, octava erat ac septima Claudiana... In eo motu Aponius Saturninus Moesiae rector pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tettium Iulianum septimae legionis legatum... Iulianus... per avia Moesiae ultra montem Haemum profugit. — III, 46. Mota et Dacorum gens numquam fida, tunc sine metu, abducto e Moesia exercitu... Fonteius Agrippa ex Asia... Moesiae praepositus est. — III, 53. Antonius (Primus) litteras ad Vespasianum composuit:... suis stimulis excitos Moesiae duces. .; neque officere gloriae eorum, qui Daciam interim composuerint; illis Moesiae pacem, sibi salutem securitatemque Italiae cordi fuisse.

[1] Ruperti : *Moesia*, Sed cf 14, 29 : Paulinus Suetonius obtinebat Britannos.

Digitized by Google

— III, 75. Sermonis nimius erat (Flavius Sabinus Vespasiani frater). Id unum septem annis quibus Moesiam... obtinuit, calumniatus est rumor. — V, 26. (Loquitur Iulius Civilis) « Arma in Germania movi, quae... Aponius in Moesia » ... — *A.* 41. Ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent : tot exercitus in Moesia[1] Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi...

MOESICVS, A, VM. — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit... paucis diebus quartam decimam legionem... cum Moesicis[2] copiis adfore. — II, 44. Praetorianus miles non virtute se, sed proditione victum fremebat. ., venire Moesicas legiones... — II, 85. Tres Moesicae legiones per epistulas adliciebant Pannonicum exercitum (ad partes Vespasiani). — II, 86. Iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere. — III, 2. Antonius Primus .. disseruit... « Quin potius eo ipso uterentur, quod Pannonicae legiones... properent, Moesici exercitus integras vires attulerint... Duae tunc Pannonicae ac Moesicae alae perrupere hostem ». — III, 5. Scriptum Aponio Saturnino cum exercitu Moesico celerare. — III, 9. Opprimi universis Vitellianorum viribus duae legiones, nondum coniuncto Moesico exercitu, potuere. — III, 11. Legiones. . Aponium Saturninum Moesici exercitus legatum... atrocius adgrediuntur... Moesicae legiones adiutam a se Pannonicorum ultionem (in Tampium Flavianum) referentes... — III, 18. Vipstanus Messalla tribunus cum Moesicis auxiliaribus adsequitur (Vitellianos). — III, 24. Antonius... ad Moesicos conversus principes auctoresque belli ciebat — IV, 54. Vulgato rumore a Sarmatis Dacisque Moesica ac Pannonica hiberna circumsederi.

MOGONTIACVM. — IV, 15. Batavorum cohortes missas in Germaniam, ut supra rettulimus, ac tum Mogontiaci agentes... — IV, 24. (Milites non) ambigue fremebant emissas a Mogontiaco Batavorum cohortes .. — IV, 25. Miles culpam cladis in Hordeonium vertebat : eius iussu derectam adversus Batavos aciem, tamquam a Mogontiaco[3] legiones sequerentur. — IV, 33. Aliis

[1] **AB** : *Misia*. Corr. Lipsius.

[2] **M** : *moesaicis;* alii : *Moesiacis*.

[3] **M** : *magontico (magontiaco* corr. 1 m.). — Haec Meiser ; sed Andresen, *In Tac. hist., stud.*, p. 9 : *magontiae*, corr. in *magontiaco*.

Digitized by Google

a Novaesio, aliis a Mogontiaco[1] universas (Romanorum) copias advenisse credentibus. — IV, 37. Primani quartanique et duoetvicensimani Voculam sequuntur;... ad liberandum Mogontiaci obsidium ducebantur. — IV, 59. (Iulius) Tutor..., quantum... militum apud superiorem Rheni ripam, in (Galliarum) verba adigit, occisis Mogontiaci tribunis..., qui detractaverant. — IV, 61. Cohortium, alarum, legionum hiberna subversa cremataque, iis tantum relictis, quae Mogontiaci ac Vindonissae sita erant. — IV, 62. Non tulit ala Picentina gaudium insultantis vulgi, spretisque (Claudii) Sancti promissis aut minis Mogontiacum abeunt. — IV, 70. Tutor Treveris comitantibus, vitato Mogontiaco, Bingium concessit. — IV, 71. Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Mogontiacum venit... Contracto, quod erat militum Mogontiaci quantumqae secum transvexerat...

MONA. — 14, 29. (Suetonius Paulinus Britanniae legatus) Monam insulam incolis validam et receptaculum perfugarum adgredi parat. — *A*. 14. Suetonius... Paulinus... Monam insulam ut vires rebellibus ministrantem adgressus terga occasioni patefecit. — 18. (Agricola) Monam insulam, *a* cuius possessione revocatum Paulinum rebellione totius Britanniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit.

MONAESES[2]. — 15, 2. Vologaeses... promptam equitum manum, quae regem ex more sectatur, Monaesi nobili viro tradidit..., mandavitque Tigranen Armenia exturbare. — 15, 4. Acto raptim agmine Monaeses[3], ut famam sui praeiret, non ideo nescium aut incautum Tigranen offendit. — 15, 5. (Vologaeses) Monaesen[4] omittere Tigranocerta iubet.

MONOBAZVS[5] — 15, 1. Egressus Armenia Tigranes Adiabenos... vastaverat. Idque primores gentium aegre tolerabant... Accendebat dolorem eorum Monobazus, quem penes Adiabenum regimen, quod praesidium aut unde peteret, rogitans. — 15, 14.

[1] **M** : *magontiaco.*

[2] Prosop., 489. — Ritter : « Monesis nomen apud Dionem, 62, 20 et 22, scribitur Μονήσης et sic apud Horatium, *Carm.*, 3, 6, 9 ». *Monaesi* habet **M** in 15, 2.

[3] **M** : *moneses.*

[4] **M** : *monesen.*

[5] Prosop., 491.

Digitized by Google

Monobazus Adiabenus in diem posterum testis iis, quae pepigissent (Caesennius Paetus et Vasaces Vologaesis legatus), adhibetur[1].

MONOECVS. — III, 42. Portum Herculis Monoeci.

MONTANVS, v. ALPINIVS MONTANVS, CVRTIVS MONTANVS.

MORINI. — IV, 28. (Iulius Civilis)... aliam manum Mosam amnem transire iubet, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quateret.

MOSA. — 2, 6. Mox id quoque vocabulum (Vahalem) mutat Mosa flumine (Rhenus) eiusque inmenso ore eumdem in Oceanum effunditur. — 11, 20. (Corbulo) inter Mosam Rhenumque trium et viginti milium spatio fossam perduxit, qua incerta Oceani vitarentur. — IV, 28. (Civilis) aliam manum Mosam amnem transire iubet, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quateret. — IV, 66. Quo minus (Civilis) ultra pergeret, Claudius Labeo... restitit, fretus loco, quia pontem Mosae fluminis anteceperat. — V, 23. Spatium velut aequoris..., quo Mosae fluminis os amnem Rhenum Oceano adfundit.

MOSCHI. — 13, 37. Tunc... primum inlecti *M*oschi[2], gens ante alias socia Romanis, avia Armeniae incursavit.

MOSCHVS. — I, 87. Curam navium (quas in Galliam Narbonensem cum expeditione militari Otho mittebat) *M*oschus[3] libertus retinebat ad observandam honestiorum fidem.

MOSELLA. — 13, 53. (L. Antistius) Vetus Mosellam atque *Ararim* facta inter utrumque fossa conectere parabat, ut copiae per mare, dein Rhodano et Arare subvectae, per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exim Oceanum decurrerent... — IV, 71. (Petilius) Cerialis... Rigodulum venit, quem locum magna Trevirorum manu Valentinus insederat, montibus aut Mosella amne saeptum — IV, 77. Dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri Tencterique, pars montibus, alii via, alii viam inter Mosellamque flumen tam improvisi adsiluere.. (Ceriali) universa clades in oculis fuit,... medius Mosellae pons, qui ulteriora coloniae (Treverorum) adnectit, ab hostibus insessus.

[1] V. etiam 15, 16.

[2] **M** : *insochi*. Corr. Ritter, coll. Strabone, Mela, Plinio, cum contra *Insochi* populus aliunde inauditus sit.

[3] *ab* : *oschus*; alii : *oscus*. Corr. Orelli.

Digitized by Google

MOSTENI. — 2, 47. Qui... Mosteni aut Macedones Hyrcani vocantur,... (eos) levari (in quinquennium tributo)... placuit.

MOYSES. — V, 3. Plurimi auctores consentiunt... ceteris (Iudaeorum ex Aegypto expulsis) per lacrimas torpentibus, Moysen unum exulum monuisse, ne quam deorum hominumve opem exspectarent..., sed sibimet duce caelesti crederent, primo cuius auxilio praesentes miserias pepulissent... Secutus (gregem asinorum agrestium) Moyses coniectura herbidi soli largas aquarum venas aperit. — V, 4. Moyses, quo sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus indidit.

MVCIANVS, v. LICINIVS MVCIANVS.

Q. MVCIVS[1]. — *O.* 30. « (Cicero in Bruto refert) se apud Q. Mucium ius civile didicisse. »

(MVLVIVS PONS), PONS MVLVIVS. — 13, 47. Pons Mulvius in eo tempore celebris nocturnis inlecebris erat, ventitabatque illuc Nero, quo solutius urbem extra lasciviret. Igitur regredienti per viam Flaminiam compositas insidias fatoque evitatas, quoniam diverso itinere Sallustianos in hortos remeaverit... — I, 87. Reliquos caesorum ad pontem Mulvium[2] et saevitia Galbae in custodia habitos... — II, 89. Ipse Vitellius a ponte Mulvio... sumpta praetexta et composito agmine incessit — III, 82. Temptavit tamen Antonius (Primus) vocatas ad contionem legiones mitigare, ut castris iuxta pontem Mulvium positis postera die urbem ingrederentur.

*MVMIVS, MVMMIVS LVPERCVS, v. MVNIVS LVPERCVS.

MVMMIVS, L. MVMMIVS[3]. — 4, 43. Messenii (cum Lacedaemoniis de iure templi Dianae Limnatidis in senatu ambigentes)... protulere... idem regis Antigoni, idem imperatoris Mummii iudicium. — 14, 21. « Nec quemquam Romae honesto loco ortum ad theatrales artes degeneravisse, ducentis iam annis a L. Mummii triumpho, qui primus id genus spectaculi (cf. 14, 20) in urbe praebuerit. »

(MVNATIA) PLANCINA, v. PLANCINA.

[1] Q. Mucius Scaevola pontifex.
[2] a: *miluiam; b: milinum.*
[3] L. Mummius Achaicus.

Digitized by Google

MVNATIVS GRATVS. — 15, 50. (Primi C. Pisonis socii) adgregavere... Munatium Gratum. ., equites Romanos.

MVNATIVS PLANCVS, PLANCVS[1]. — 1, 39. Munatium Plancum, consulatu functum, principem legationis auctorem senatus consulti incusant (seditiosi milites)... Ingerunt contumelias, caedem parant, Planco maxime, quem dignitas fuga impediverat... Ingressus castra Germanicus perduci ad se Plancum imperat..., ius legationis atque ipsius Planci gravem et immeritum casum... miseratur[2].

* MVNICIVS, v. MINVCIVS.

MVNIVS LVPERCVS, LVPERCVS[3]. — IV, 18. Flaccus Hordeonius... Munium Lupercum legatum, is duarum legionum hibernis praeerat, egredi adversus hostem iubet. Lupercus legionarios e praesentibus, Vbios e proximis... raptim transmisit. — IV, 22. Adversus has .. belli minas legati legionum Munius Lupercus et Numisius Rufus vallum murosque firmabant. — IV, 61. Munius Lupercus legatus legionis inter dona missus Velaedae... Sed Lupercus in itinere interfectus[4].

MVSAE. — *O.* 13. « Me vero dulces, ut Vergilius ait, Musae... in illa sacra illosque *ad* fontes ferant... »

MVSONIVS, MVSONIVS RVFVS[5]. — 14, 59. Sunt qui... ferant... doctores... sapientiae, Coeranum Graeci, Musonium Tusci generis, constantiam opperiendae mortis pro incerta et trepida vita suasisse (Rubellio Plauto). — 15, 71. (Occasione C. Pisonis coniurationis) *Musonium*[6] Rufum claritudo nominis expulit (in exilium); nam... studia iuvenum... Musonius praeceptis sapientiae fovebat. — III, 81. Miscuerat se legatis (a Vitellio ad Antonium Primum missis) Musonius Rufus equestris ordinis, studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus, coeptabatque permixtus manipulis, bona pacis ac belli discrimina disserens, armatos monere... Nec deerant qui propellerent proculcarentque, ni .. omisisset intempestivam sapientiam. — IV, 10. Tum

[1] Prosop., 535.
[2] V. etiam I. 42, 43.
[3] Vulg. ante Ryckium : *Mumius:* post Ryckium : *Mummius*. Cf. Walther.
[4] V. etiam V, 25.
[5] C. Musonius Rufus. Prosop., 549.
[6] Suppl. Freinsheim ; cf. Walther ad h. l.

Digitized by Google

invectus est Musonius Rufus in P. Celerem, a quo Baream Soranum falso testimonio circumventum arguebat... Proximus (senatus) dies causae destinatur ; nec tam Musonius aut Publius quam (Helvidius) Priscus et (Eprius) Marcellus ceterique, motis ad ultionem animis, exspectabantur. — IV, 40. Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum et P. Celerem placuit damnatusque Publius... Iustam vindictam explesse Musonius videbatur.

MVSVLAMII. — 2, 52. Postremo (Tacfarinas) non inconditae turbae, sed Musulamiorum dux haberi. — 4, 24. (Dolabella pro consule Africae) principes Musulamiorum defectionem coeptantes securi percutit.

MVTILIA PRISCA, PRISCA[1]. — 4, 12. (Seianus) inter (criminatores Agrippinae) delegerat Iulium Postumnm, per adulterium Mutiliae Priscae inter intimos aviae (Liviae) et consiliis suis peridoneum, quia Prisca in animum Augustae valida anum... insociabilem nurui efficiebat.

MVTINA. — I, 50. Nec iam recentia saevae pacis exempla, sed repetita bellorum civilium memoria... Pharsaliam, Philippos et Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladium nomina, loquebantur. — II, 52. Posito ubique bello magna pars senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinae relicta... — II, 54. Intendebat formidinem (eorumdem senatorum), quod publici consilii facie discessum Mutina desertaeque partes (Othonis) forent.

MVTINENSIS. — II, 52. Onerabat paventium (senatorum Romanorum) curas ordo Mutinensis arma et pecuniam offerendo, appellabatque patres conscriptos...

MYRINA. — 2, 47. Myrinam... levari (in quinquennium tributo)... placuit.

MYTILENAE[2]. — *O.* 15. « Sacerdos iste Nicetes et si quis alius Ephesum vel Mytilenas concentu scholasticorum et clamoribus quatit ».

MYTILENAEVS. — 6, 18. Theophanen Mytilenaeum[3].

[1] Prosop., 559.
[2] Vulg. : *Mitylenae*, *Mitylenaeus*, etc.
[3] **M** : *mitylenaeum* ; corr. : *mytylenaeum*.

Digitized by Google

MYTILENENSIS. — 14, 53. (Verba facit apud Neronem Seneca) « Abavus tuus Augustus M. Agrippae Mytilenense[1] secretum... permisit. »

NABALIA. — V, 26. Petito conloquio scinditur Nabaliae fluminis pons, in cuius abrupta progressi duces (Iulius Civilis et Petilius Cerialis).

NABATAEI. — 2, 57. In convivio, cum apud regem Nabataeorum coronae aureae magno pondere Caesari (Germanico) et Agrippinae, leves Pisoni et ceteris offerrentur...

(NAEVIVS SERTORIVS) MACRO, v. MACRO.

NAHANARVALI. — *G.* 43. Valentissimas (Lugiorum civitates) nominasse sufficiet ... Nahanarvalos[2]. Apud Nahanarvalos[3] antiquae religionis lucus ostenditur...

NAR. — 1, 79. Interamnates disseruere pessum ituros fecundissimos Italiae campos, si amnis Nar... in rivos diductus superstagnavisset. Nec Reatini silebant, Velinum lacum, qui in Narem effunditur, obstrui recusantes. — 3, 9. Piso... ab Narnia... Nare ac mox Tiberi devectus.

NARBONENSIS GALLIA, v. GALLIA NARBONENSIS.

NARBONENSIS PROVINCIA. — I, 76. Eadem formido provinciam Narbonensem ad Vitellium vertit. — II, 12. Adgrediendae... provinciae Narbonensi Suedium Clementem, Antonium Novellum, Aemilium Pacensem duces dederat (Otho). — II, 14. Imminere provinciae Narbonensi, in verba Vitellii adactae, classem Othonis trepidi nuntii Fabio Valenti attulere. — II, 32. Tum Suetonius Paulinus... disseruit..., provinciam Narbonensem incursu classis (Othonianae) et adverso proelio contremuisse... — III, 41. (Fabius Valens) cognito pugnae Cremonensis eventu... atrox consilium iniit, ut arreptis navibus in quamcumque partem Narbonensis provinciae egressus Gallias et exercitus et Germaniae gentes novumque bellum cieret[4].

NARCISSVS[5]. — 11, 29. Ac primo Callistus... et Appianae caedis

[1] **M** : *mytelensense.*

[2] **A** : *nahanarvalos* (suprascriptum est : *naharvalos*). **B** : *naharvalos;* **C** : *nahanarvalos.* Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[3] **A B C** : *naharvalos.*

[4] V. etiam Gallia Narbonensis.

[5] Ti. Claudius Narcissus. Prosop., 18.

Digitized by Google

molitor Narcissus flagrantissimaque eo in tempore gratia Pallas agitavere, num Messalinam secretis minis depellerent amore Silii... Dein metu... desistunt, Pallas .., Callistus... Perstitit Narcissus, solum id immutans, ne quo sermone praesciam criminis et accusatoris faceret. — 11, 30. Calpurnia. . genibus Caesaris provoluta nupsisse Messalinam Silio exclamat ; simul Cleopatram..., an comperisset interrogat ; atque illa adnuente cieri Narcissum postulat. Is veniam in praeteritum petens... — 11, 33 Narcissus... non aliam spem incolumitatis Caesaris adfirmat, quam si ius militum uno illo die in aliquem libertorum transferret, seque offert suscepturum. — 11, 34. Instabat quidem Narcissus aperire ambages (L. Vitellii) et veri copiam facere ; sed non ideo pervicit... Nec multo post urbem ingredienti (Claudio) offerebantur communes liberi, nisi Narcissus amoveri eos iussisset. — 11, 35. Apud (milites) praemonente Narcisso pauca verba fecit (Claudius) — 11, 37. Ni caedem (Messalinae) Narcissus properavisset, verterat pernicies in accusatorem ; nam Claudius... Prorumpit Narcissus denuntiatque centurionibus et tribuno, qui aderant, exsequi caedem ; ita imperatorem iubere. — 11, 38. Decreta Narcisso quaestoria insignia, levissimum fastidio eius, cum supra Pallantem et Callistum ageret. — 12, 1 (Cum uxor Claudio deligenda esset), Aelia Paetina... Narcisso fovebatur. — 12, 2. Narcissus vetus matrimonium, filiam communem..., nihil in penatibus (Claudii) novum disserebat, si sueta coniunx rediret. — 12, 57. Agrippina trepidatione principis usa... Narcissum incusat cupidinis ac praedarum. Nec ille reticet, impotentiam muliebrem nimiasque spes eius arguens. — 12, 65. Mors indicta (Domitiae Lepidae Neronis amitae), multum adversante Narcisso, qui Agrippinam magis magisque suspectans prompsisse inter proximos ferebatur certam sibi perniciem, seu Britannicus rerum seu Nero poteretur ; verum ita de se meritum Caesarem, ut vitam usui eius impenderet .. — 13, 1. Narcissus Claudii libertus, de cuius iurgiis adversus Agrippinam rettuli, aspera custodia et necessitate extrema ad mortem agitur, invito principe (Nerone), cuius abditis adhuc vitiis per avaritiam ac prodigentiam mire congruebat[1].

1 V. etiam 12, 9, 66.

Digitized by Google

* NARISTI, v. VARISTI.

NARNIA. — 3, 9. Piso... ab Narnia... Nare ac mox Tiberi devectus... — III, 58. Quae ubi Vitellio cognita, parte copiarum Narniae cum praefectis praetorii relicta L. Vitellium fratrem... ingruenti per Campaniam bello opposuit. — III, 60. (Antonius Primus apud milites contionatur) «... Nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio quam quod inter Tarracinam Narniamque iaceat. » — III, 63. Abrupta undique spe Vitellianus miles transiturus in partes, id quoque non sine decore, sed sub signis vexillisque in subiectos Narniae campos descendere... Pars Narniae, pars Interamnae subsistere iussi. — III, 67. (Vitellius) XV kalendas Ianuarias audita defectione legionis cohortiumque, quae se Narniae dediderant... — III, 78. Digressus Narnia Vespasiani exercitus festos Saturni dies Ocriculi... agitabat. — III, 79 Neque omnis eques (Petilii Cerialis) concors, adiunctis quibusdam, qui nuper apud Narniam dediti fortunam partium speculabantur.

NARYCII. — *F.* 8. (Qui autem (Locri) Lybiam delati sunt, Nasamones appellantur, ut Cornelius Tacitus refert, oriundi a Naryciis...)

NASAMONES. — *F.* 8. (Qui autem (Locri) Lybiam delati sunt, Nasamones appellantur, ut Cornelius Tacitus refert, oriundi a Naryciis...)

NATALIS, v. ANTONIVS NATALIS.

NAVA. — IV, 70. (Iulius) Tutor... vitato Mogontiaco Bingium concessit, fidens loco, quia pontem Navae fluminis abruperat.

NAVPORTVS. — 1, 20. Manipuli ante coeptam (Pannonicarum legionum) seditionem Nauportum missi..., postquam turbatum in castris accepere..., direptis proximis vicis ipsoque Nauporto, quod municipii instar erat...

NAXVS. — 16, 9. (L.) Silanus, tamquam Naxum deveheretur, Ostiam amotus...

NEAPOLIS, NEAPOLITANI. — 14, 10. (Post interfectam matrem Nero) Neapolim concessit... — 15, 33. Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scaenas frequentandi... Non tamen Romae incipere ausus Neapolim quasi Graecam urbem delegit... Ergo contractum oppidanorum vulgus..., quique Caesarem... sectantur, etiam militum manipuli theatrum Neapolitanorum complent. — 16, 10. (Pollitta) hortante patre (L. Antistio Vetere)

Digitized by Google

Neapolim pergit et, quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens...

NEMETES. — 12, 27. P. Pomponius legatus (superioris Germaniae) auxiliares Vangionas ac Nemetas (in Chattos immisit). — *G.* 28. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes.

NEPTVNVS. — 3, 63. Tenios eiusdem Apollinis carmen referre, quo sacrare Neptuni effigiem aedemque iussi sint.

NERO, TIBERIVS NERO. — 1, 10. Abducta (ab Augusto) Neroni uxor. — 5, 1. Primum (Liviae) matrimonium et liberi fuere cum Tiberio Nerone, qui bello Perusino profugus, pace inter Sex. Pompeium ac triumviros pacta in urbem rediit. — 6, 51. Pater (Tiberio Caesari) Nero et utrimque origo gentis Claudiae.

NERO, v. TIBERIVS CAESAR.

NERO [1] (*A*). — 2, 43. (Cretici) Silani filia Neroni vetustissimo liberorum (Germanici) pacta erat. — 3, 29. Per idem tempus (Tiberius) Neronem e liberis Germanici iam ingressum iuventam commendavit patribus, utque munere capessendi vigintiviratus solveretur et quinquennio maturius quam per leges quaesturam peteret..., postulavit... Additur pontificatus et, quo primum die forum ingressus est, congiarium plebi... Auctum dehinc gaudium nuptiis Neronis et Iuliae Drusi filiae. — 4, 4. Anni principio Drusus ex Germanici liberis togam virilem sumpsit, quaeque fratri eius Neroni decreverat senatus, repetita. — 4, 8. (Loquitur Tiberius in senatu) « ... Hi vobis, Nero et Druse, parentum loco... » — 4, 15. Egitque Nero grates ea causa patribus atque avo, laetas inter audientium adfectiones, qui recenti memoria Germanici illum adspici, illum audiri rebantur. Aderantque iuveni modestia ac forma principe viro digna... — 4, 17. Pontifices eorumque exemplo ceteri sacerdotes, cum pro incolumitate principis vota susciperent, Neronem quoque et Drusum isdem dis commendavere. — 4, 59. (Seianus) adsimulabat... iudicis partes adversum Germanici stirpem, subditis qui accusatorum nomina sustinerent maximeque insectarentur Neronem proximum successioni et, quamquam modesta iuventa, plerumque tamen quid in praesentiarum conduceret oblitum, dum a libertis et clientibus, apiscen-

[1] Nero Iulius Caesar. Prosop., I, 149.

Digitized by Google

dae potentiae properis, exstimulatur. — 4, 60. Haec atque talia audienti... interdum voces procedebant contumaces et inconsultae, quas adpositi custodes exceptas auctasque cum deferrent neque Neroni defendere daretur, diversae insuper sollicitudinum formae oriebantur... Ne nox quidem secura, cum uxor vigilias, somnos, suspiria matri Liviae atque illa Seiano patefaceret, qui fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes, spe obiecta principis loci, si priorem aetate... demovisset,.. Mater Agrippina promptior Neroni erat. — 4, 67. Seianus... turbabat (Tiberium) non iam occultis adversum Agrippinam et Neronem insidiis — 4, 70. Secutae (Tiberii)... litterae grates agentis (senatui ob damnatum Sabinum).... adiecto trepidam sibi vitam..., nullo nominatim compellato; neque tamen dubitabatur in Neronem et Agrippinam intendi. — 5, 3. (Defuncta Livia) missae... (a Tiberio patribus in Agrippinam ac Neronem litterae... — 5, 4. Populus effigies Agrippinae ac Neronis gerens circumsistit curiam faustisque in Caesarem ominibus falsas litteras. . clamitat. — 6, 27. Iulia Drusi filia, quondam Neronis uxor, denupsit in domum Rubellii Blandi [1].

NERO *(B)*, L. DOMITIVS, DOMITIVS, CAESAR, CLAVDIVS NERO [2]. — 1, 1. Tiberii Gaiique et Claudii ac Neronis res florentibus ipsis ob metum falsae. . — 4, 53. (Agrippina) Neronis principis mater vitam suam et casus suorum posteris memoravit. — 6, 22. A filio eiusdem Thrasulli praedictum Neronis imperium in tempore memorabitur. — 11, 11. Sedente Claudio circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiae inirent interque eos Britannicus imperatore genitus et L. Domitius adoptione mox in imperium et cognomentum Neronis adscitus, favor plebis acrior in Domitium loco praesagii acceptus est. — 12, 3. (Agrippina), ubi sui matrimonii certa fuit, struere maiora nuptiasque Domitii, quem ex Cn. Ahenobarbo genuerat, et Octaviae Caesaris filiae moliri. — 12, 8. Agrippina... veniam exilii pro Annaeo Seneca.. impetrat.. , ut... Domitii pueritia tali magistro adolesceret. — 12, 9. Memmium Pollionem... (Agrippina eiusque amici) indu-

[1] V. etiam, 1, 8, 33; 2, 41, 71, 72; 3, 2, 12, 17; 4, 3, 12, 40, 53, 59, 68; 5, 1; 6, 20, 24.

[2] L. Domitius Ahenobarbus, Nero Claudius Drusus Germanicus Caesar, Nero Claudius Caesar Augustus Germanicus Prosop., C, 690.

Digitized by Google

cunt expromere sententiam, qua oraretur Claudius despondere Octaviam Domitio, quod aetati utriusque non absurdum... Super priorem necessitudinem sponsus iam et gener Domitius aequari Britannico studiis matris, arte eorum, quis ob accusatam Messalinam ultio ex filio timebatur. — 12, 25. Adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur... His evictus (Claudius) triennio[1] maiorem natu Domitium filio anteponit. — 12, 26. Ceterum actae principi grates, quaesitiore in Domitium adulatione ; rogataque lex, qua in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret. — 12, 41. Virilis toga Neroni maturata, quo capessendae rei publicae habilis videretur. Et Caesar adulationibus senatus libens cessit, ut vicensimo aetatis anno consulatum Nero iniret atque interim designatus proconsulare imperium extra urbem haberet ac princeps iuventutis appellaretur... Ludicro circensium..., Britannicus in praetexta, Nero triumphali veste travecti sunt .. Obvii inter se Nero Britannicum nomine, ille Domitium salutavere. — 12, 58, Sedecim annos natus Nero Octaviam Caesaris filiam in matrimonium accepit... — 12, 64 Certamen acerrimum, amita potius an mater apud Neronem praevaleret ; nam Lepida blandimentis ac largitionibus iuvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina... — 12. 65. (Narcissus) prompsisse inter proximos ferebatur certam sibi perniciem, seu Britannicus rerum seu Nero poteretur..., pares iterum accusandi causas esse, si Nero imperitaret. — 12, 68. Iam (Claudius) exanimis vestibus et fomentis (obtegebatur), dum reliqua firmando Neronis imperio componuntur. — 12, 69. Foribus Palatii repente diductis, comitante Burro Nero egreditur ad cohortem, quae more militiae excubiis adest... Inlatusque castris Nero et congruentia tempori praefatus, promisso donativo ad exemplum paternae largitionis, imperator consalutatur. — 13, 1. Prima novo principatu mors Iunii Silani proconsulis Asiae ignaro Nerone per dolum Agrippinae paratur... Crebra vulgi fama anteponendum esse (Iunium Silanum) vixdum pueritiam egresso Neroni et imperium per scelus adepto. — 13, 2. Sed neque Neroni infra servos ingenium, et Pallas tristi adrogantia modum liberti egressus taedium sui moverat. — 13, 3. Adnotabant seniores... primum

[1] M : *biennio*. Cf. Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem alienae facundiae eguisse. Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit : caelare, pingere, cantus aut regimen equorum exercere ; et aliquando carminibus pangendis inesse sibi elementa doctrinae ostendebat. — 13, 5. Legatis Armeniorum causam gentis apud Neronem orantibus escendere suggestum imperatoris et praesidere simul parabat (Agrippina). — 13, 7. Nero et iuventutem proximas per provincias quaesitam supplendis Orientis legionibus admovere legionesque ipsas propius Armeniam collocari iubet... — 13, 9. Nero, quo componeret diversos, sic evulgari iussit, ob res a Quadrato et Corbulone prospere gestas laurum fascibus imperatoriis addi. — 13, 10. Eodem anno Caesar effigiem Cn. Domitio patri et consularia insignia Asconio Labeoni, quo tutore usus erat, petivit a senatu, sibique statuas argento vel auro solidas adversus offerentes prohibuit. Et quamquam censuissent patres, ut principium anni inciperet mense Decembri, quo ortus erat Nero, veterem religionem kalendarum Ianuariarum inchoando auno retinuit. — 13, 11. Claudio Nerone L. Antistio consulibus, cum in acta principum iurarent magistratus, in sua acta collegam Antistium iurare prohibuit. — 13, 12. Ceterum infracta paulatim potentia matris delapso Nerone in amorem libertae, cui vocabulum Acte fuit... (Claudius) Senecio liberto Caesaris[1] patre genitus.—13, 13. Quae mutatio (Agrippinae) neque Neronem fefellit. . Forte illis diebus Caesar, inspecto ornatu, quo principum coniuges ac parentes effulserant, deligit vestem et gemmas misitque donum matri nulla parsimonia, cum praecipua et cupita aliis prior deferret. — 13, 14. Nero infensus iis, quibus superbia muliebris (Agrippinae) innitebatur, demovet Pallantem cura rerum, quis a Claudio impositus velut arbitrium regni agebat. — 13, 15. Turbatus his (Agrippinae minis) Nero... volutare secum modo matris violentiam, modo ipsius (Britannici) indolem... Festis Saturno diebus inter alia aequalium ludicra regnum lusu sortientium evenerat ea sors Neroni... Nero intellecta invidia

[1] « Der Vater des Senecio war, wie das Alter und der Name des Sohns zeigt, vom Kaiser Claudius freigelassen. Da aber das Patronat auf dem Sohn des Freilassers übergeht, war er nach dem Tode des Claudius Freigelassener des Nero *(Caesaris)*. » (Nipperdey-Andresen).

Digitized by Google

odium intendit (in Britannicum)... Nero lenti sceleris impatiens minitari tribuno, iubere supplicium veneficae... Cubiculum Caesaris iuxta decoquitur virus cognitis antea venenis rapidum. — 13, 16. Diffugiunt imprudentes; at quibus altior intellectus, resistunt defixi et Neronem intuentes. Ille... solitum ita ait per comitialem morbum, quo prima ab infantia adflictaretur Britannicus... — 13, 17. Tradunt plerique eorum temporum scriptores, crebris ante exitium diebus illusum isse pueritiae Britannici Neronem... Festinationem exsequiarum (Britannici) edicto Caesar defendit... — 13, 18. (Agrippina) tribunos et centuriones comiter excipere..., quasi quaereret ducem et partes. Cognitum id Neroni excubiasque militares... degredi iubet, ac... separat domum matremque transfert in eam, quae Antoniae fuerat. — 13, 19. Rubellium Plautum per maternam originem pari ac Nero gradu a Divo Augusto... Domitiae Neronis amitae. — 13, 20. Provecta nox erat et Neroni per vinolentiam trahebatur, cum ingreditur Paris, solitus alioquin id temporis luxus principis intendere, ...expositoque indicii (in Agrippinam) ordine ita... exterret... Nero trepidus et interficiendae matris avidus non prius differri potuit, quam Burrus necem eius promitteret, si facinoris coargueretur. — 13. 21. (Loquitur Agrippina) « Nec si Iturius et Calvisius..., ideo aut mihi infamia parridicii aut Caesari conscientia subeunda est. Nam Domitiae inimicitiis gratias agerem, si benevolentia mecum in Neronem meum certaret ». — 13, 22. Cura ludorum, qui a Caesare parabantur, Arruntio Stellae (permittitur). — 13, 25. Nero itinera urbis et lupanaria et deverticula veste servili in dissimulationem sui compositus pererrabat... Deinde ubi Caesarem esse, qui grassaretur, pernotuit augebanturque iniuriae adversus viros feminasque insignes, et quidam permissa semel licentia sub nomine Neronis inulti propriis cum globis eadem exercebant, in modum captivitatis nox agebatur... Nero tamen metuentior in posterum milites sibi et plerosque gladiatores circumdedit...; si a laesis validius ageretur, arma inferebant. — 13, 27. Scripsit... Caesar senatui, privatim expenderent causam libertorum, quotiens a patronis arguerentur; in commune nihil derogarent... Nec multo post ereptus *Domitiae Neronis*[1] amitae libertus Paris... —

[1] *Domitiae Neronis* suppl. Nipperdey-Andresen coll. *Dig.*, XII, 4, 3, 5.

Digitized by Google

13, 29. Nero praetura perfunctos et experientia probatos delegit (qui aerario praeficerentur, cuius cura antea quaestoribus mandata erat). — 13, 31. Nerone iterum L. Pisone consulibus pauca memoria digna evenere, nisi cui libeat laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri apud campum Martis Caesar exstruxerat, volumina implere... Edixit Caesar, ne quis magistratus aut procurator in provincia... spectaculum gladiatorum aut ferarum aut quod aliud ludicrum ederet.— 13, 33. Idem annus plures reos habuit, quorum P. Celerem accusante Asia, quia absolvere nequibat Caesar, traxit... — 13, 34. Nerone tertium consule simul iniit consulatum Valerius Messala, cuius proavum, oratorem Corvinum, Divo Augusto, abavo Neronis, collegam in eo magistratu fuisse pauci iam senum meminerant. — 13, 37. Corbulo... suadet Tiridati precibus Caesarem adgredi: posse illi regnum (Armeniae) stabile et res incruentas contingere...— 13, 41. Ob haec (a Corbulone in Armenia praeclare gesta) consalutatus imperator Nero, et senatus consulto supplicationes habitae, statuaeque et arcus et continui consulatus principi... decernuntur. — 13, 43. (P. Suillius) principi (Claudio) paruisse defendebat, donec eam orationem Caesar cohibuit, compertum sibi referens ex commentariis patris sui nullam cuiusquam accusationem ab eo coactam...— 13, 45. Agentem (Poppaeam Sabinam) in matrimonio Rufrii Crispini... Otho pellexit iuventa ac luxu et quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur. — 13, 46. Saepe auditus est (Otho) consurgens e convivio Caesaris, sese ire ad illam (Poppaeam Sabinam)... Accepto aditu Poppaea primum per blandimenta et artes valescere, imparem cupidini se et forma Neronis captam simulans... At Neronem, paelice ancilla et adsuetudine Actes devinctum, nihil e contubernio servili nisi abiectum et sordidum traxisse.— 13, 47. Hactenus Nero flagitiis et sceleribus velamenta quaesivit. Suspectabat maxime Cornelium Sullam... Quem metum Graptus ex libertis Caesaris[1]... intendit. Pons Mulvius in eo tempore celebris nocturnis inlecebris erat, ventitabatque illuc Nero, quo solutius urbem extra lasciviret... — 13, 49. (Loquuntur Paeti Thraseae obtrectatores) « An solum emendatione dignum, ne...? Cetera per omnes imperii partes perinde egregia, quam si non Nero, sed Thrasea regimen eorum

[1] Cf. supra ad 13, 12.

Digitized by Google

teneret? » — 13, 50. Eodem anno crebris populi flagitationibus, immodestiam publicanorum arguentis, dubitavit Nero, an cuncta vectigalia omitti iuberet. — 13, 52. Reos ex provincia Africa, qui proconsulare imperium illic habuerant, Sulpicium Camerinum et Pompeium Silvanum absolvit Caesar. — 13, 54. Duvius Avitus... minitando vim Romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos aut novam sedem a Caesare impetrarent, perpulit Verritum et Malorigem preces suscipere. Profectique Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur... Nero civitate Romana ambos donavit, Frisios decedere agris iussit. — 14, 1. Diu meditatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia et flagrantior in dies amore Poppaeae, quae sibi matrimonium et discidium Octaviae incolumi Agrippina haud sperans... — 14, 2. Tradit Cluvius ardore retinendae Agrippinam potentiae eo usque provectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum et epulas incalesceret, offerret se saepius temulento comptam..., immissamque (a Seneca) Acten libertam, quae simul suo periculo et infamia Neronis anxia deferret pervulgatum esse incestum gloriante matre... Fabius Rusticus non Agrippinae, sed Neroni cupitum id memorat... — 14, 3. Igitur Nero vitare secretos (Agrippinae) congressus... Postremo... interficere constituit... Obtulit ingenium Anicetus libertus, classi apud Misenum praefectus et pueritiae Neronis educator. — 14, 4. Iam pluribus sermonibus, modo familiaritate iuvenili Nero et rursus adductus, quasi seria consociaret, tracto in longum convictu, prosequitur abeuntem (matrem)... — 14, 7. At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti adfertur evasisse (Agrippinam) ictu levi sauciam... An eo descensum credebant (Seneca et Burrus), *ut*, nisi praeveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset... Anicetus... nihil cunctatus poscit summam sceleris. Ad eam vocem Nero illo sibi die dari imperium auctoremque tanti muneris libertum profitetur... — 14, 9. Adspexeritne matrem exanimem Nero et formam corporis eius laudaverit, sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. Cremata est nocte eadem convivali lecto et exsequiis vilibus ; neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta aut clausa humus... Consulenti (Agrippinae) super Nerone responderunt Chaldaei fore ut imperaret matremque occideret. — 14. 10. Sed a Caesare perfecto demum scelere magnitudo eius intellecta est. — 14, 11. Ergo non

Digitized by Google

iam Nero, cuius immanitas omnium questus anteibat, sed Seneca adverso rumore erat, quod oratione tali confessionem scripsisset. — 14, 12. Quae (prodigia) adeo sine cura deum eveniebant, ut multos post annos Nero imperium et scelera continuaverit. — 14, 18. Nero probata (Acilii) Strabonis sententia, se nihilo minus subvenire sociis (Cyrenensibus) et usurpata concedere scripsit. — 14, 20. Nerone quartum Cornelio Cosso consulibus. — 14, 21. Eloquentiae primas nemo tulit, sed victorem esse Caesarem pronuntiatum. — 14, 22. Inter quae et sidus cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tamquam mutationem regis portendat. Igitur quasi iam depulso Nerone, quisnam deligeretur, anquirebant. Et omnium ore Rubellius Plautus celebratur... Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna... ictae dapes mensaque disiecta erat idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo... Ergo permotus his Nero componit ad Plautum litteras..., esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida iuventa frueretur... Isdem diebus nimia luxus cupido infamiam et periculum Neroni tulit, quia fontem aquae Marciae... nando incesserat; videbaturque potus sacros et caerimoniam loci corpore loto polluisse; secutaque anceps valetudo iram deum adfirmavit. — 14, 26. (Corbulo) possessionem Armeniae usurpabat, cum advenit Tigranes a Nerone ad capessendum imperium delectus. — 14, 27. In Italia vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone apiscuntur. — 14, 29. Veranius... magna, dum vixit, severitatis fama, supremis testamenti verbis ambitionis manifestus; quippe multa in Neronem adulatione. . — 14, 31. Rex Icenorum Prasutagus... Caesarem heredem duasque filias scripserat. — 14, 38. Auxitque copias Caesar, missis (in Britanniam) ex Germania duobus legionariorum milibus, octo auxiliarium cohortibus ac mille equitibus... — 14, 39. Ad spectandum Britanniae statum missus est e libertis Polyclitus, magna Neronis spe posse auctoritate eius non modo inter legatum procuratoremque concordiam gigni, sed et rebelles barbarorum animos pace componi. — 14, 40. (Asinium) Marcellum memoria maiorum et preces Caesaris poenae magis quam infamiae exemere. — 14, 44. Tum Caesar populum edicto increpuit atque omne iter, quo damnati ad poenam ducebantur,

Digitized by Google

militaribus praesidiis saepsit. — 14, 47. Memmius Regulus... clarus adeo, ut Nero aeger valetudine et adulantibus circum, qui finem imperio adesse dicebant, si quid fato pateretur, responderit habere subsidium rem publicam; rogantibus dehinc, in quo potissimum, addiderat in Memmio Regulo... Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone... — 14, 48. Paetus Thrasea, multo cum honore Caesaris et acerrime increpito Antistio,... disseruit. — 14, 49. At consules, perficere decretum senatus non ausi, de consensu scripsere Caesari. Ille, inter pudorem et iram cunctatus, postremo rescripsit... — 14, 50. Adiciebat Tullius Geminus accusator (Fabricii Veientonis) venditata ab eo munera principis... Quae causa Neroni fuit suscipiendi iudicii convictumque Veientonem Italia depulit et libros exuri iussit. — 14, 51. Concessit... vita Burrus, incertum valetudine an veneno... Plures iussu Neronis, quasi remedium adhiberetur, inlitum palatum eius noxio medicamine adseverabant... Caesar duos praetoriis cohortibus imposuerat, Faenium Rufum ex vulgi favore..., Ofonium Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus. Atque illi pro cognitis moribus fuere..., prospera populi et militum fama Rufus, quod apud Neronem adversum experiebatur. — 14, 52. Mors Burri infregit Senecae potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat... et Nero ad deteriores inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur... Obiciebant etiam... carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset... Certe finitam Neronis pueritiam et robur iuventae adesse; exueret magistrum... — 14, 53. At Seneca criminantium non ignarus... et familiaritatem eius magis aspernante Caesare, tempus sermoni orat et accepto ita incipit : « Quartus decimus annus est, Caesar, ex quo spei tuae admotus sum, octavus, ut imperium obtines .. — 14, 55. Ad quae Nero sic ferme respondit... — 14, 57. (Verba facit Tigellinus apud Neronem) « Non se, ut Burrum, diversas spes, sed solam incolumitatem Neronis spectare... » Relatum caput (Cornelii Sullae) inlusit Nero, tanquam praematura canitie deforme. — 14, 58. Libertus (Rubellii) Plauti... mandata L. Antistii soceri (ei) attulit... « Si sexaginta milites... propulisset, dum refertur nuntius Neroni, dum manus alia permeat, multa secutura... » — 14, 59. (Rubellium Plautum) centurio trucidavit coram Pelagone spadone, quem Nero centu-

Digitized by Google

rioni et manipulo, quasi satellitibus ministrum regium, praeposuerat. Caput interfecti relatum, cuius adspectu... « Cur, inquit Nero...? » — 14, 60. (Poppaea Sabina) diu paelex et adulteri Neronis, mox mariti potens .. Tamquam Nero paenitentia flagitii, coniugem revocarit Octaviam. — 14, 61. (Poppaea) semper odio, tum et metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret aut Nero inclinatione populi mutaretur... « At si desperent uxorem Neronis fore Octaviam, illi maritum daturos. » — 14, 62. Accitum (Anicetum) Caesar operae prioris admonet...; locum haud minoris gratiae instare, si coniugem infensam depelleret. — 14, 63. At Nero praefectum in spem sociandae classis corruptum et, incusatae paulo ante sterilitatis oblitus, abactos partus conscientia libidinum... edicto memorat insulaque Pandateria Octaviam claudit. — 14, 65. Romanus... incusaverat Senecam ut C. Pisonis socium... Vnde Pisoni timor et orta insidiarum in Neronem magna moles et improspera. — 15, 3. (Corbulo) scripserat... Caesari proprio duce opus esse, qui Armeniam defenderet; Syriam ingruente Vologaese acriore in discrimine esse. — 15, 8. (Caesennius Paetus) reduxit (ex Armenia) exercitum composuitque ad Caesarem litteras, quasi confecto bello... — 15, 14. Placuitque... decedere omnem militem (Romanum) finibus Armeniorum..., quibus perpetratis copia Vologaesi fieret mittendi ad Neronem legatos. — 15, 16. Adicit (Corbulo) iure iurando Paeti cautum apud signa... neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur litterae Neronis, an paci adnueret. — 15, 18. Dissimulandis rerum externarum curis Nero frumentum plebis vetustate corruptum in Tiberim iecit. — 15, 22. Gymnasium ictu fulminis conflagravit effigiesque in eo Neronis ad informe aes liquefacta. — 15, 23. Natam sibi ex Poppaea filiam Nero ultra mortale gaudium accepit .. Secutam dehinc vocem Caesaris ferunt, qua reconciliatum se Thraseae apud Senecam iactaverit, ac Senecam Caesari gratulatum. — 15, 25. Consuluit inter primores civitatis Nero bellum anceps (cum Parthis) an pax inhonesta placeret; nec dubitatum de bello... Regressum (ex Armenia Caesennium) Paetum, cum graviora metueret, facetiis insectari satis habuit Caesar. — 15, 29. (Tiridates pollicitus est se) iturum... Romam laturumque novum Caesari decus... Tum placuit Tiridaten ponere apud effigiem Caesaris insigne regium nec nisi manu

Digitized by Google

Neronis resumere... Medio tribunal sedem curulem et sedes effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates... sublatum capiti diadema imagini subiecit. — 15. 31. Obsidem interea filium tradit litterasque supplices ad Neronem. — 15, 32. Eodem anno Caesar nationes Alpium maritimarum in ius Latii transtulit. — 15, 33. Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scaenas frequentandi... Qui... Caesarem per honorem aut varios usus sectantur. — 15, 35. (Vatinii gladiatorium) munus frequentanti Neroni ne inter voluptates quidem a sceleribus cessabatur .. Secutaque Neronis oratio ex more, quamvis sontem (D. Iunium)... victurum tamen fuisse, si clementiam iudicis exspectasset. — 15, 39. Eo in tempore Nero Antii agens non ante in urbem regressus est, quam domui eius... ignis propinquaret — 15, 40. Videbaturque Nero condendae urbis novae et cognomento suo appellandae gloriam quaerere. — 15, 42. Nero usus est patriae ruinis exstruxitque domum... Nero..., ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno iuga conisus est, (ut navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina deprimeret). — 15, 43. Eas porticus Nero sua pecunia exstructurum... pollicitus est. — 15, 44. Non... decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos et quaesitissimis poenis adfecit, quos. . vulgus Christianos appellabat... Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat et circense ludicrum edebat, habitu aurigae permixtus plebi vel curriculo insistens. — 15, 45. Tradidere quidam venenum (Senecae) per libertum ipsius... paratum iussu Neronis... — 15, 46. Certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat, non exceptis maris casibus. — 15, 47. Sidus cometes sanguine inlustri semper Neroni expiatum. — 15, 48. Coepta simul et aucta coniuratione, in quam certatim nomina dederant senatores, eques, miles, feminae etiam, cum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem. — 15, 49. (Annaeum) Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero prohibueratque ostentare, vanus aemulatione... (Afranius) Quintianus... a Nerone probroso carmine diffamatus contumelias ultum ibat. — 15, 50. (Claudius) Senecio a praecipua familiaritate Neronis... Cepisse impetum Subrius Flavus ferebatur in scaena canentem Neronem adgrediendi aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus. — 15, 51. Erat navarchus

Digitized by Google

in (Misenensi) classe Volusius Proculus, occidendae matris Neroni inter ministros, non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. Is... dum merita erga Neronem sua et, quam in inritum cecidissent, aperit... Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu laetabatur... Proculi indicium inritum fuit, quamvis ea, quae audierat, ad Neronem detulisset... Sed (Epicharis) in custodia retenta est, suspectante Nerone haud falsa esse, etiam quae vera non probabantur. — 15, 52. Apud Baias in villa Pisonis, cuius amoenitate captus Caesar crebro ventitabat balneasque et epulas inibat omissis excubiis et fortunae suae mole... (Timebat C. Piso, ne interfecto principe imperium L. Silano darent), qui a coniuratione integri essent quique miserarentur Neronem tamquam per scelus interfectum... Expers coniurationis erat (Vestinus Atticus), quamvis super eo crimine Nero vetus adversum insontem odium expleverit. — 15, 53. Caesar rarus egressu domoque aut hortis clausus ad ludicra circi ventitabat promptioresque aditus erant laetitia spectaculi. — 15, 55. Milichus (index coniurationis)... deductus... ab ianitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem... — 15, 56. (Antonius) Natalis... de Pisone primum fatetur, deinde adicit Annaeum Senecam, sive..., sive ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecae omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. — 15, 57. Nero recordatus Volusii Proculi indicio Epicharin attineri..., tormentis dilacerari iubet. — 15, 58. Magis magisque pavido Nerone, quamquam multiplicatis excubiis semet saepsisset... Super Neronis ac Tigellini saevas percontationes Faenius quoque Rufus violenter (urgebat reos coniurationis). — 15, 59. Fuere qui... hortarentur Pisonem pergere in castra aut rostra escendere...; etiam fortes viros subitis terreri, nedum ille scaenicus... arma contra cieret... Domi secretus animum adversum suprema firmabat, donec manus militum adveniret, quos Nero tirones aut stipendiis recentes delegerat; nam vetus miles Timebatur... Testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit... — 15, 60. Proximam necem Plautii Laterani consulis designati Nero adiungit. — 15, 61. Tradit Fabius Rusticus... tribunum (missum a Nerone ad Senecam, ut ei mortem indiceret)... flexisse ad Faenium praefectum et expositis Caesaris iussis... — 15, 62. (Loquitur Seneca apud amicos) « Cui enim ignaram fuisse saevitiam Ne-

Digitized by Google

ronis? » — 15, 64. At Nero nullo in (Pompeiam) Paulinam proprio odio, ac ne glisceret invidia crudelitatis, *iubet* inhiberi mortem... Non defuere qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatae cum marito (Seneca) mortis petivisse... — 15, 65. Fama fuit Subrium Flavum cum centurionibus... destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur... « Non referre dedecori, si citharoedus demoveretur et tragoedus succederet ». Quia, ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat. — 15, 67. Subrius Flavus... interrogatus... a Nerone, quibus causis ad oblivionem sacramenti processisset... Nihil in illa coniuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi quae faceret, insolens erat... (Veianius Niger) cum vix duobus ictibus caput (Subrii Flavi) amputavisset, saevitiam apud Neronem iactavit. — 15, 68. Sulpicius Asper... percontanti Neroni, cur in caedem suam conspiravisset... Opperiebatur Nero, ut Vestinus quoque consul in crimen traheretur... Neroni odium adversus Vestinum ex intima sodalitate coeperat, dum hic ignaviam principis penitus cognitam despicit, ille ferociam amici metuit, saepe asperis facetiis inlusus... Accesserat repens causa, quod Vestinus Statiliam Messalinam matrimonio sibi iunxerat, haud nescius inter adulteros eius et Caesarem esse. — 15, 69. Pavorem (convivarum Vestini Attici), ex mensa exitium opperientium, et imaginatus et inridens Nero satis supplicii luisse ait pro epulis consularibus. — 15, 71. Pellitur et Rufrius Crispinus occasione coniurationis, sed Neroni invisus, quod Poppaeam quondam matrimonio tenuerat. — 15, 72. Quibus perpetratis Nero et contione militum habita... ; tum, quasi gesta bello expositurus, vocat senatum... — 15, 73. Sed Nero [vocato senatu], oratione inter patres habita, edictum apud populum et conlata in libros indicia confessionesque damnatorum adiunxit .. Coeptam adultamque et revictam coniurationem... fatentur, qui post interitum Neronis in urbem regressi sunt. — 15, 74. (Oppressa coniuratione decretum est, ut) mensis... Aprilis Neronis cognomentum acciperet... Reperio in commentariis senatus Cerialem Anicium consulem designatum pro sententia dixisse, ut templum Divo Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur. — 16, 1. Inlusit dehinc Neroni fortuna per vanitatem ipsius et promissa Caesellii Bassi... — 16, 2. Igitur

Digitized by Google

Nero, non auctoris, non ipsius negotii fide satis spectata..., auget ultro rumorem mittitque, qui velut paratam praedam adveherent. — 16, 4. Senatus, propinquo iam lustrali certamine, ut dedecus averteret, offert imperatori victoriam cantus... Sed Nero nihil ambitu nec potestate senatus opus esse dictitans..., primo carmen in scaena recitat ; mox flagitante vulgo... ingreditur theatrum, cunctis citharae legibus obtemperans... — 16, 7. Mortem Poppaeae... nova insuper invidia Nero complevit prohibendo C. Cassium officio exsequiarum, quod primum indicium mali. — 16, 8. (Rei quidam) appellato principe instantem damnationem frustrati, mox Neronem circa summa scelera distentum quasi minores evasere. — 16, 9. Consulto senatus Cassio et Silano exilia decernuntur, de Lepida Caesar statueret. — 16, 10. Claudio Demiano, quem ob flagitia vinctum a (L. Antistio) Vetere Asiae pro consule exsolvit Nero in praemium accusationis... (Pollitta) hortante patre (L. Vetere) Neapolim pergit, et quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens... — 16, 11. Nec defuere qui monerent (L. Veterem) magna ex parte heredem Caesarem nuncupare atque ita nepotibus de reliquo consulere .. Accusati post sepulturam (L. Vetus, Sextia, Pollitta) decretumque, ut more maiorum punirentur. At Nero intercessit, mortem sine arbitro permittens... — 16, 14. Antistius Sosianus, factitatis in Neronem carminibus probrosis exilio... multatus... Neque nescium habebat (P.) Anteium caritate Agrippinae invisum Neroni... Scribit ad principem... Anteium et (M.) Ostorium imminere rebus et sua Caesarisque fata scrutari. — 16, 15. Ostorius... metum Neroni fecerat, ne invaderet pavidum semper et reperta nuper coniuratione magis exterritum. — 16, 17. (Fabius Romanus Annaeum Melam Lucani patrem accusavit). Mixta inter patrem filiumque coniurationis scientia fingitur, adsimilatis Lucani litteris. Quas inspectas Nero ferri ad eum iussit, opibus eius inhians. — 16, 18. (T. Petronius) inter paucos familiarium Neroni adsumptus est, elegantiae arbiter. — 16, 19. Forte illis diebus Campaniam petiverat Caesar... Ne codicillis quidem, quod plerique pereuntium, Neronem... adulatus est (T. Petronius). Sed flagitia principis sub nominibus exoletorum feminarumque et novitatem cuiusque stupri perscripsit atque obsignata misit Neroni. — 16, 20. Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent,

Digitized by Google

offertur Silia, matrimonio senatoris haud ignota et ipsi ad omnem libidinem adscita... — 16, 21. Trucidatis tot insignibus viris ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit interfecto Thrasea Paeto et Barea Sorano, olim utrisque infensus... Die quoque, quo praetor Antistius ob probra in Neronem composita ad mortem damnabatur, mitiora censuit obtinuitque (Thrasea). — 16, 22. (Loquitur Cossutianus Capito) « Vt quondam C. Caesarem, inquit, et M. Catonem, ita nunc te, Nero, et Thraseam avida discordiarum civitas loquitur »... Extollit ira promptum Cossutiani animum Nero adicitque Marcellum Eprium... — 16, 23. Acratum Caesaris libertum. — 16, 24. Thrasea... codicillos ad Neronem composuit, requirens obiecta et expurgaturum adseverans... Eos codicillos Nero properanter accepit, spe exterritum Thraseam scripsisse... — 16, 25. Quibus intrari (a Thrasea reo) curiam placebat, (disserebant)... posse ipso miraculo etiam Neronem permoveri. — 16, 26. Contra qui opperiendum domi censebant... « Vt Neronem flagitiorum pudor caperet, inrita spe agitari. » — 16, 30. (Servilia Bareae Sorani filia magos) consultaverat... de incolumitate domus, et an placabilis Nero. — 16, 31. (Loquitur Servilia) « Nullos, inquit, impios deos..., nec aliud infelicibus precibus invocavi, quam ut hunc optimum patrem tu, Caesar, vos patres, servaretis incolumem ». — I, 4. Finis Neronis, ut laetus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum... conciverat... Plebs sordida et circo ac theatris sueta... aut qui adesis bonis per dedecus Neronis alebantur, maesti et rumorum avidi. — I, 5. Miles urbanus... ad destituendum Neronem arte magis et impulsu quam suo ingenio traductus... Aspernantes (milites) veterem disciplinam atque ita quattuordecim annis a Nerone adsuefactos, ut haud minus vitia principum amarent quam olim virtutes verebantur. — I, 6. Tardum Galbae iter et cruentum interfectis... Petronio Turpiliano consulari ; ... hic ut dux Neronis... (perierat)... Inducta legione Hispana, remanente ea, quam e classe Nero conscripserat, plena urbs exercitu insolito. Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum et bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis coeptis revocaverat. — I, 7. Ipsa aetas Galbae inrisui ac fastidio erat adsuetis iuventae Neronis et imperatores forma ac decore corpo-

Digitized by Google

ris, ut est mos vulgi, comparantibus. — I, 8. Germanici exercitus... tarde a Nerone desciverant. — I, 9. Quies et Illyrico, quamquam excitae a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent. — I, 10. Bellum Iudaicum Flavius Vespasianus, ducem eum Nero delegerat, tribus legionibus administrabat. — I, 13. Neque erat Galbae ignota... Credo et rei publicae curam subisse, frustra a Nerone translatae, si apud Othonem relinqueretur. Namque Otho... adulescentiam petulanter egerat, gratus Neroni aemulatione luxus... Otho... spem adoptionis statim conceptam acrius in dies rapiebat, faventibus plerisque militum, prona in eum aula Neronis, ut similem. — I, 16. (Verba facit apud Pisonem Licinianum Galba) « Sit ante oculos Nero, quem longa Caesarum serie tumentem non Vindex cum inermi provincia aut ego cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria cervicibus publicis depulerunt... Nero a pessimo quoque semper desiderabitur... » — I, 20. Bis et viciens miliens sestertium donationibus Nero effuderat... Ac tamen grande gaudium, quod tam pauperes forent, quibus donasset Nero, quam quibus abstulisset. — I, 21. Othonem... multa.. exstimulabant... Fingebat et metum, quo magis concupisceret : praegravem se Neroni fuisse, nec Lusitaniam rursus et alterius exsilii honorem exspectandum. — I, 22. Intimi libertorum servorumque... aulam Neronis et luxus, adulteria, matrimonia ceterasque regnorum libidines (Othoni) avido talium... (ostentabant)... Ptolemaeus (mathematicus), Othoni in Hispania comes..., superfuturum eum Neroni (promiserat). — I, 25. Erant (praetorianorum militum) quos memoria Neronis ac desiderium prioris licentiae accenderet. — I, 30. (Verba facit Piso Licinianus apud praetorianos milites) « Et Nero quoque vos destituit, non vos Neronem. » — I, 31. Germanica vexilla... a Nerone Alexandriam (praemissa). — I, 37. « Septem a Neronis fine menses sunt, et iam plus rapuit Icelus... » — I, 46. Omnia (post caedem Galbae) arbitrio militum acta... Vrbi Flavium Sabinum praefecere, iudicium Neronis secuti, sub quo eamdem curam obtinuerat. — I, 48. Fratres (Pisonis Liciniani) Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant. — I, 49. (Patrobius) libertus... Neronis punitus a Galba fuerat. — I, 51. Infensa (Galbae) Lugdunensis colonia et pertinaci pro Nerone fide. — I, 53. Nec deerant in (superioris Germaniae)

Digitized by Google

exercitu semina discordiae, quod et bello adversus Vindicem universus adfuerat, nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniae praeventus erat. — I, 65. Veterem inter Lugdunenses *et Viennenses* discordiam proximum bellum accenderat. Multae in vicem clades, crebrius infestiusque quam ut tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur. — I, 70. Siliani (equites ex Africa)... a Nerone, ut in Aegyptum praemitterentur, exciti et ob bellum Vindicis revocati... — I, 72. Ophonius Tigellinus... corrupto ad omne facinus Nerone, quaedam ignaro ausus, ac postremo eiusdem desertor ac proditor ; unde non alium pertinacius ad poenam flagitaverunt, diverso adfectu, quibus odium Neronis inerat et quibus desiderium. — I, 73. Calvia Crispinilla... magistra libidinum Neronis..., apud Galbam, Othonem, Vitellium inlaesa, mox potens pecunia et orbitate. — I, 76. Crescens Neronis libertus. — I, 77. Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere... Redditus Cadio Rufo, Pedio Blaeso, Saevino Pontio senatorius locus; repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant. — I, 78. Creditus est etiam de celebranda Neronis memoria agitavisse (Otho) spe vulgum alliciendi. Et fuere qui imagines Neronis proponerent: atque etiam Othoni quibusdam diebus populus et miles, tamquam nobilitatem ac decus adstruerent, Neroni Othoni adclamavit. — I, 89. Nero nuntiis magis et rumoribus quam armis depulsus... (Otho) aspernatus est omnem cunctationem ut Neroni quoque exitiosam. — II, 5. (Vespasianus et Mucianus) invidia discordes, exitu demum Neronis positis odiis in medium consuluere... — II, 8. Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritae, velut Nero adventaret, vario super exitu eius rumore eoque pluribus vivere eum fingentibus credentibusque... — II, 9. Nec defuere qui trierarchos nomine Neronis accirent. — II, 10. Annium Faustum equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitaverat. — II, 11. Addiderat gloriam Nero (quartadecimanis) eligendo ut potissimos, unde longa illis erga Neronem fides et erecta in Othonem studia. — II, 27. Cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quarta decima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu in civitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas rettulimus, superbe agebant..., coercitos a se quartadecimanos, ablatam Neroni

Digitized by Google

Italiam... — II, 54. Coenus libertus Neronis. — II, 58. Lucceius Albinus (procurator) a Nerone Mauretaniae Caesariensi praepositus. — II, 66. Remitti (quartadecimanos) in Britanniam, unde a Nerone acciti erant, placuit (Vitellio). — II, 71. Namque et Neronem ipsum Vitellius admiratione celebrabat, sectari cantantem solitus, non necessitate, qua honestissimus quisque, sed luxu et saginae mancipatus emptusque... Pedanius Costa (designatus consul) omittitur (a Vitellio), ingratus principi ut adversus Neronem ausus et Verginii exstimulator. — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Non adversus Divi Augusti acerrimam mentem nec adversus cautissimam Tiberii senectutem, ne contra Gaii quidem aut Claudii vel Neronis fundatam longo imperio domum exsurgimus... An excidit trucidatus Corbulo? splendidior origine quam nos sumus, fateor, sed et Nero nobilitate natalium Vitellium anteibat. — II, 86. (Antonius Primus septimae legioni Galbianae legatus a Galba praepositus) legibus nocens et tempore Neronis falsi damnatus inter alia belli mala senatorium ordinem reciperaverat. — II, 95. Laetum foedissimo cuique apud bonos invidiae fuit, quod exstructis in campo Martio aris inferias Neroni fecisset (Vitellius). — III, 6. Arrius Varus... secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus. — III, 62. (Fabius Valens) ludicro Iuvenalium sub Nerone velut ex necessitate, mox sponte mimos actitavit. — III, 68. Nox et ignotum rus fugam Neronis absconderant. — IV, 7. (Loquitur Helvidius Priscus) « ...Satis (Eprio) Marcello, quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit... » — IV, 8. (Respondet Eprius Marcellus) « ...Non magis sua oratione Thraseam quam iudicio senatus adflictum; saevitiam Neronis per eius modi imagines inlusisse, nec minus sibi anxiam talem amicitiam quam aliis exilium. » — IV, 13. Iniectae (a Fonteio Capitone Iulio) Civili catenae, missusque ad Neronem... (est)... — IV, 41. Sariolenum Voculam et Nonium Attianum et Cestium Severum... crebris apud Neronem delationibus famosos... Ad Paccium Africanum transgressi (senatores) eum quoque proturbant, tamquam Neroni Scribonios fratres concordia opibusque insignes ad exitium monstravisset. — IV, 42[1]. (Aquilio Regulo)... occurrit

[1] In eodem cap. Ioh. Muller coniecit : *sponte Caesaris* (= *Neronis*) *accusationem*

Digitized by Google

truci oratione Curtius Montanus... « Hoc certe, inquit, Nero non coegit nec dignitatem aut salutem illa saevitia redemisti... Te securum reliquerat..., nihil quod ex te concupisceret Nero, nihil quod timeret... Cum segnitiam Neronis incusares, quod per singulas domos seque et delatores fatigaret : posse universum senatum una voce subverti... An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderunt qui Tiberio, qui Gaio superstites fuerunt, cum interim intestabilior et saevior exortus est... Elanguimus, patres conscripti, nec iam ille senatus sumus, qui occiso Nerone delatores et ministros more maiorum puniendos flagitabat. » — IV, 43. A laude Cluvii Rufi orsus, qui perinde dives et eloquentia clarus nulli umquam sub Nerone periculum facessisset. — IV, 44. Mucianus, ne sperni senatus iudicium et cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur, Octavium Sagittam et Antistium Sosianum... egressos exilium in easdem insulas redegit. — V, 10. Vbi (Cestius Gallus Syriae legatus) fato aut taedio (belli Iudaici) occidit, missu Neronis Vespasianus... intra duas aestates cuncta camporum... victore exercitu tenebat. — *A.* 6. (Agricola) gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit... Electus a Galba ad dona templorum recognoscenda diligentissima conquisitione fecit, ne cuius alterius sacrilegium res publica quam Neronis sensisset. — 45. Nero tamen subtraxit oculos suos iussitque scelera, non spectavit; praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et aspici... — *O.* 11. (Loquitur Curiatius Maternus) « Recitatione tragoediarum... ingredi famam auspicatus sum, cum quidem in Nerone[1] improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregi. » — 17. « Bis quaternos denos Claudii et Neronis annos[2]. »

NERO FALSVS[3]. — I, 2. Mota prope etiam Parthorum arma falsi Neronis ludibrio.

NERO OTHO, v. OTHO (I, 78).

subisse (Aquilius Regulus) pro : *sponte e xcs...*, quod habet **M**. — Orelli-Meiser : *sponte senum consularium accusationem,..*

[1] **A C** : *in Nerone;* **B** : *in Neronem;* Osann : *in Neroniis;* Luc. Mueller : *imperante Nerone;* alii alia. Cf. Orelli-Andresen et Gudeman.

[2] V. etiam 12, 2, 42; 13, 4, 6, 8, 24, 26, 28, 51, 53; 14, 5, 6, 8, 13-17, 28, 45, 54, 56, 64; 15, 5, 7, 17, 24, 26, 27, 34, 36-38, 60, 66; 16, 3, 6, 13, 27, 28; I, 49; II, 62; A. 5.

[3] Omissus est in Prosop., Cf. II, 8, sq., de hoc et aliis falsis Neronibus.

Digitized by Google

NERONES. — 1, 28. « Percennius et Vibulenus (gregarii milites)... pro Neronibus et Drusis imperium populi Romani capessent ? » — 11, 35. (Narcissus) in vestibulo (domus Silii Claudio demonstrat) quidquid avitum Neronibus et Drusis in pretium probri cessisse.

NERONEVS MENSIS. — 16, 12. Menses, qui Aprilem eumdemque Neroneum sequebantur.

NERONIANVS, A, VM. — I, 23. (Otho) studia militum iam pridem... adfectaverat..., memoria Neroniani comitatus contubernales appellando. — I, 90. (Otho) reliquias Neronianarum sectionum nondum in fiscum conversas revocatis ab exilio concessit, iustissimum donum et in speciem magnificum, sed festinata iam pridem exactione usu sterile. — II, 71. Quanto... magis propinquabat (Vitellius Romae), tanto corruptius iter immixtis histrionibus et spadonum gregibus et cetero Neronianae aulae ingenio. — II, 72. Exstiterat quidam Scribonianum se Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Histria occultatum.

NERTHVS. — *G.* 40. (Plurimae Sueborum gentes) Nerthum [1], id est Terram matrem, colunt eamque intervenere rebus hominum, invehi populis arbitrantur.

NERVA CAESAR[2], COCCEIVS NERVA, DIVVS NERVA. — 15, 72. (Oppressa C. Pisonis coniuratione) Nero... vocat senatum et triumphale decus... Cocceio Nervae praetori designato, Tigellino praefecto praetorii tribuit, Tigellinum et Nervam ita extollens, ut super triumphales in foro imagines apud Palatium quoque effigies eorum sisteret. — I, 1. Quod si vita suppeditet, principatum Divi Nervae et imperium Traiani, uberiorem securioremque materiam, senectuti seposui, rara temporum felicitate, ubi sentire quae velis et quae sentias dicere licet. — *A.* 3. Quamquam primo statim beatissimi saeculi ortu Nerva Caesar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem...

NERVA TRAIANVS, v. TRAIANVS.

NERVII. — IV, 15. Viribus cohortium abductis Vitellius a proxi-

[1] **A** : *neithum;* **B** : *neithum* (sed *r* sup. *i* script.); **C** : *ne thum (u* sup. intervallum scriptum). Cf. Orelli-Schweizer-Sidler. — Vulg. cum Rhenano : *Herthum;* Ritter : *Ertham.*

[2] M. Cocceius Nerva, Imp. Nerva Caesar Augustus. Prosop., C, 974. [Nepos (M.) Cocceii Nervae.

Digitized by Google

mis Nerviorum Germanorumque pagis segnem numerum armis oneraverat. — IV, 33. Nerviorum cohortes, metu seu perfidia latera nostrorum nudavere. — IV, 56. Claudius Labeo... quosdam Nerviorum Baetasiorumque in arma (pro Romanis) traxit.— IV, 66. Quominus ultra pergeret (Civilis), Claudius Labeo Baetasiorum Tungrorumque et Nerviorum tumultuaria manu restitit ...Civilis Baetasios quoque ac Nervios in fidem acceptos copiis suis adiunxit... — IV, 79. (Quartam decimam) legionem... Fabius Priscus legatus in Nervios Tungrosque duxit, eaeque civitates in deditionem acceptae... Nerviorum multitudinem sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret,.. Canninefates fudere. — *G.* 28. Treveri et Nervii[1] circa adfectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tamquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia Gallorum separentur.

NERVLLINVS, v. M. SVILLIVS.

NESTOR. — *O.* 16. « Ego... cum audio antiquos. quosdam veteres et olim natos intellego, ac mihi versantur ante oculos Vlixes ac Nestor, quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit. »

NICEPHORIVM. — 6, 41. Tiridates volentibus Parthis Nicephorium et Anthemusiada ceterasque urbes, quae Macedonibus sitae Graeca vocabula usurpant,... recepit.

NICEPHORIVS. — 15, 4. Nicephorius amnis haud spernenda latitudine partem murorum (Tigranocertorum) ambit...

(NICETES SACERDOS), v. SACERDOS NICETES.

NICOPOLIS. — 2, 53. Germanicus (alterum consulatum) iniit apud urbem Achaiae Nicopolim. — 5, 10. (Poppaeus Sabinus) mari... (Ionio) Nicopolim Romanam coloniam ingressus.

NICOSTRATVS[2]. — *O.* 10. « Si... tibi Nicostrati robur ac vires dedissent, non paterer immanes illos et ad pugnam natos lacertos levitate iaculi aut [iactu] disci vanescere... »

NILVS. — 2, 60. Germanicus... Nilo subvehebatur. — 2, 61. Germanicus aliis quoque miraculis intendit animum, quorum praecipua fuere... lacus... effossa humo, superfluentis Nili receptacula.

[1] **A C** : *neruli;* **B** : *neruli* (sed *h* sup. *n.* script.) Corr. Rhenanus.
[2] Prosop., 68.

Digitized by Google

NINOS. — 12, 13. Capta (a Meherdate) in transitu urbs Ninos, vetustissima sedes Assyriae.

NISIBIS. — 15, 5. Casperius centurio in eam legationem delectus apud oppidum Nisibin, septem et triginta milibus passuum a Tigranocerta distantem, adiit regem (Vologaesen).

NOLA. — 1, 5. Neque satis compertum est (Tiberius) spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam an exanimem reppererit. — 1, 9. Plerisque... mirantibus... quod Nolae in domo et cubiculo, in quo pater eius Octavius, vitam finivisset (Augustus). — 4, 57. Inter quae... (Tiberius) Caesar in Campaniam (abscessit), specie dedicandi templa apud Capuam Iovi, apud Nolam Augusto.

CN. NONIVS. — 11, 22. Cn. Nonius[1] eques Romanus ferro accinctus reperitur in coetu salutantum principem[2].

L. (NONIVS) ASPRENAS, v. L. ASPRENAS.

NONIVS ATTIANVS. — IV, 41. Eaque velut censura in Sariolenum Voculam et Nonium Attianum et Cestium Severum (senatores) acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos.

* NONIVS PRISCVS, v. NOVIVS PRISCVS.

NONIVS RECEPTVS, NONIVS. — I, 56. Quattuor centuriones duoetvicensimae legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti vinctique. — I, 59. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium centuriones... occidi iussit (Vitellius), damnatos fidei crimine...

C. NORBANVS[3]. — III, 72. Isdem rursus vestigiis situm est (Capitolium), postquam... L. Scipione C. Norbano consulibus flagraverat.

C. NORBANVS[4]. — 1, 55. Druso Caesare C. Norbano consulibus.

L. NORBANVS[5]. — 2, 59. M. Silano L. Norbano consulibus.

NORICA PROVINCIA, NORICVM, NORICI. — 2, 63. (Marobo-

[1] Valg. ante Ernestium ex dett. : *Norius*.

[2] Sequentia verba: *Nam postquam tormentis dilaniabatur, de se noni... conscios...* Iac. Gronov coniectura supplevit quam plerique omnes probaverunt: *non infitiatus*. Lipsius in lacuna nomen viri illius repetitum periisse censebat.

[3] Cos. 671 = 83.

[4] C. Norbanus Flaccus, Prosop., 137 : « Frater, puto, L. Norbani Balbi. »

[5] L. Norbanus Balbus, Prosop., 134.

Digitized by Google

duus) trangressus Danuvium, qua Noricam provinciam praefluit... — I, 11. Duae Mauretaniae, Raetia, Noricum, Thracia et quae aliae procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinae, ita in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur — I, 70. (Caecina) paulum cunctatus est, num Raeticis iugis in Noricum flecteret adversus Petronium Vrbicum procuratorem... Sed... reputans plus gloriae retenta Italia et, ubicumque certatum foret, Noricos in certa victoriae praemia cessuros .. — III, 5. Sextilius Felix cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum inventute ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit, missus. — V, 25. Inter Batavos quoque sermones orti... « Respicerent Raetos Noricosque et ceterorum onera sociorum. Sibi non tributa, sed virtutem et viros indici. » — *G.* 5. (Germania) umidior qua Gallias, ventosior qua Noricum ac Pannoniam adspicit.

NOVAESIVM[1]. — IV, 26. Ingressis Novaesium sexta decima legio coniungitur. — IV, 33. Vasconum... cohortes... intentos (in oppugnationem castrorum Voculae) hostes a tergo invadunt, latioremque... terrorem faciunt, aliis a Novaesio, aliis a Mogontiaco universas copias advenisse credentibus. — IV, 35. Impedimenta legionum cum imbelli turba Novaesium missa, ut inde terrestri itinere frumentum adveherent .. Vbi rursum missos Novaesium frumentatores datasque in praesidium cohortes velut multa pace ingredi accepit (Civilis)... — IV, 36. Vocula Geldubam atque inde Novaesium concessit. Civilis capit Geldubam. Mox haud procul Novaesio equestri proelio prospere certavit. — IV, 57. Postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt (Dillius Vocula), verso itinere Novaesium concedit. — IV, 62. Legio sexta decima cum auxiliis simul deditis a Novaesio in coloniam Trevirorum transgredi iubetur. — IV, 70. Legiones a Novaesio Bonnaque in Treviros, ut supra memoravimus, traductae... — IV, 77. Palantes captarum apud Novaesium Bonnamque legionum manipulos... videt (Petilius Cerialis). — IV, 79. Classicus... adversus equites Novaesium a Ceriale praemissos secundum proelium fecit. — V, 22. (Petilius Cerialis) profectus Novaesium Bonnamque ad visenda castra, quae hiematuris legionibus erigebantur...[2].

[1] Vulg. : *Novesium*, quod tribus locis habet **M**.
[2] V. etiam IV, 58, 72.

Digitized by Google

NOVARIA. — I, 70. Siliani (equites)... transiere in partes (Vitellii) et, ut donum aliquod, novo principi firmissima Transpadanae regionis municipia, Mediolanum ac Novariam et Eporediam et Vercellas adiunxere.

NOVEMBER. — 6, 25. Vt quintum decimum kalendas Novembres... Iovi sacraretur. — III, 37. Pridie kalendas Novembres.

* CN. NOVIVS, v. CN. NONIVS.

NOVIVS PRISCVS, PRISCVS [1]. — 15, 71. Novio Prisco per amicitiam Senecae... (datum exilium)... Priscum Artoria Flaccilla coniunx comitata est.

NVCERIA. — 13, 31. Coloniae Capua atque Nuceria additis veteranis firmatae sunt.

NVCERINI. — 14, 17. Atrox caedes orta inter colonos Nucerinos Pompeianosque gladiatorio spectaculo..., validiore Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. Ergo deportati sunt in urbem multi e Nucerinis, trunco per vulnera corpore...

NVITONES. — *G.* 40. (Inter Sueborum gentes adnumerantur) Nuitones [2].

NVMA. — 3, 26. Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat; dein Numa religionibus et divino iure populum devinxit... — 15, 41. Numae... regia (incendio Neronis)... exusta.

NVMA MARCIVS. — 6, 11. Ferunt.., ab Tullo Hostilio Numam [3] Marcium (urbi impositum).

NVMANTINA [4]. — 4, 22. Numantina, prior uxor (Plautii Silvani), accusata iniecisse carminibus et veneficiis vaecordiam marito, insons iudicatur.

NVMANTINA (PAX). — 15, 13. (Milites Caesennii Paeti a Vologaese obsessi cogitabant, si vis ingrueret, provisa exempla) *pacis* Caudinae Numantinaeque [5].

NVMIDA, NVMIDAE. — 2, 52. (Tacfarinas) natione Numida... Furius Camillus... legionem et quod sub signis sociorum... ad hostem duxit, modicam manum, si multitudinem Numidarum

[1] Prosop., 147; cf. 159. — Vulg. ante Ernestium : *Nonius*.

[2] **A C** : *nuithones*; **B** : *nurtones* (*i* sup. *r* script.).

[3] **M** : *mumam*. Cf. Liv., 1, 20; Plut., *Num.*, 25.

[4] Fabia Numantina. Prosop., F, 69.

[5] **M** : *caudi nenũ antine*. — *Pacis* vel *cladis* supplendum est. — Orelli : *Caudii et Numantiae*

Digitized by Google

atque Maurorum spectares... Fusi Numidae. — 3, 21. Tacfarinas perculsis Numidis et obsidia aspernantibus spargit bellum... Apronius Caesianus... prosperam adversus Numidas pugnam facit pellitque in deserta. — 4, 23. Is demum annus populum Romanum longo adversum Numidam Tacfarinatem bello absolvit. — 4, 24. Numidae peditum aciem ferre nequeunt. — 4, 25. Nec multo post adfertur Numidas apud castellum..., cui nomen Auzea, positis mapalibus consedisse... Praepeditis Numidarum equis aut diversos pastus pererrantibus. — 16, 1. « Dido Phoenissam Tyro profugam condita Carthagine illas opes abdidisse, ne... reges Numidarum, et alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur. » — II, 40. Aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho... rem in discrimen mitti iubebat.

* NVMIDIVS QVADRATVS, v. VMMIDIVS QVADRATVS.

* NVMISII, v. NVMISIVS RVFVS.

NVMISIVS LVPVS. — I, 79. Postquam (Rhoxolanos in Moesia caesos esse) Romae compertum .., Fulvus Aurelius et Iulianus Tettius ac Numisius Lupus, legati legionum, consularibus ornamentis donantur. — III, 10. Adventu deinde duarum legionum, e quibus... octavam Numisius Lupus (ducebat), ...militari vallo Veronam circumdare placuit (Flavianis).

NVMISIVS RVFVS, NVMISIVS, NVMISII. — IV, 22. Adversus has... belli minas legati legionum Munius Lupercus et Numisius Rufus vallum murosque firmabant. — IV, 59. (Iulius) Classicus.. caedem (Voculae) maturavit, Herennium et Numisium legatos vinciri satis visum. — IV, 70. Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt, occisis Herennio ac Numisio legatis, quo minore spe veniae cresceret vinculum sceleris. — IV, 77. (Loquitur Petilius Cerialis) « Adnumerabor Numisiis et Herenniis, ut omnes legati vestri aut militum manibus aut hostium ceciderint[1]. »

* NVRTONES, v. NVITONES.

NYMPHIDIVS, NYMPHIDIVS SABINVS[2]. — 15, 72. (Oppressa C. Pisonis coniuratione) Nero... tribuit... consularia insignia

[1] V. etiam IV, 56, 58. 72; V. 25.
[2] C. Nymphidius Sabinus. Prosop., 200.

Digitized by Google

Nymphidio,...[1] Quia nunc primum oblatus est, pauca repetam ; nam et ipse pars Romanarum cladium erit. Igitur matre libertina ortus... ex C. Caesare se genitum ferebat, quoniam forte quadam habitu procerus et torvo vultu erat, sive C. Caesar... matri eius inlusit... [2]. — I, 5. Miles urbanus... pronus ad novas res scelere insuper Nymphidii Sabini praefecti imperium sibi molientis agitatur. Et Nymphidius quidem in ipso conatu oppressus. Sed, quamvis capite defectionis ablato, manebat plerisque militum conscientia. — I, 6. Tardum Galbae iter et cruentum, interfectis Cingonio Varrone consule designato.... Ille ut Nymphidii socius... (perierat). — I, 25. (Othonis ministri praetorianorum militum) animos diversis artibus stimulant, primores militum per beneficia Nymphidii ut suspectos... — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum attulit (Galba), nisi occisi... Nymphidii in castris... ? »

OBARITVS. — 14, 8. (Agrippina) respicit Anicetum trierarcho Herculeio et Obarito centurione classiario comitatum... Circumsistunt lectum percussores... Iam in mortem centurioni ferrum destringenti protendens uterum : « Ventrem feri », exclamavit multisque vulneribus confecta est.

OBVLTRONIVS SABINVS [3]. — 13, 28. Helvidius Priscus tribunus plebei adversus Obultronium Sabinum aerarii quaestorem contentiones proprias exercuit, tamquam ius hastae adversus inopes inclementer augeret. — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum attulit (Galba), nisi occisi Obultronii Sabini et Cornelii Marcelli in Hispania... ? »

OCCIA. — 2, 86. Rettulit (Tiberius) Caesar capiendam virginem in locum Occiae, quae septem et quinquaginta per annos summa sanctimonia Vestalibus sacris praesederat.

[1] Hic lacuna laborat codex. « In der Lücke ist vielleicht auch das Verbum zu *consularia insignia* ausgefallen..., ferner seine Ernennung zum *praefectus praetorio*. Das Folgende geht ebenfalls auf ihn. » (Nipperdey-Andresen.) — Ritter : *Nymphidio Sabino. De Nymphidio...*

[2] « Nach *illusit* muss eine Lücke angenommen werden, da das Berichtete zu wenig ist für die Ankündigung *quia nunc primum oblatus est, pauca repetam*. Es war hier noch über sein früheres Leben vor der Erhebung zum *praefectus praetorio* gesprochen. » (Nipperdey-Andresen.)

[3] Iac. Gronov. : *Autronius*. — Vulg. ante Lipsium : *Obultronius* (vel *Obultronus*) *Albinus*.

Digitized by Google

OCCIDENS. — 3, 34. (Loquitur Drusus in senatu) «... Quotiens Divum Augustum in Occidentem atque Orientem meavisse comite Livia ! » — 13, 53. (L. Antistius) Vetus Mosellam atque *Ararim* facta inter utrumque fossa conectere parabat, ut... sublatis... itineris difficultatibus navigabilia inter se Occidentis Septentrionisque litora fierent. — I, 2. Prosperae in Oriente, adversae in Occidente res. — I, 89. Tum legiones classesque... in aciem (deductae), Oriens Occidensque et quidquid utrimque virium est a tergo..., longo bello materia. — II, 6. (Bellum civile) Oriens tunc primum parabat ; namque olim validissima inter se civium arma in Italia Galliave viribus Occidentis coepta. — *G.* 45. Fecundiora igitur nemora lucosque sicut Orientis secretis, ubi tura balsamaque sudantur, ita Occidentis insnlis terrisque inesse credideriim... — *A.* 30. (Loquitur Calgacus) « Romani quos non Oriens, non Occidens satiaverit. »

OCEANVS. — 1, 9. (Qui vitam Augusti extollebant, adnotabant eo principe) mari Oceano aut amnibus longinquis saeptum imperium. — 1, 63. Pars equitum (Germanici) litore Oceani petere Rhenum iussa. — 1, 70. Sidere aequinoctii, quo maxime tumescit Oceanus. — 2, 6. Rhenus... donec Oceano misceatur.. (Mosae Vahalis) immenso ore eumdem in Oceanum effunditur. — 2, 8. (Germanicus) lacus... et Oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione pervehitur. — 2, 15. (Germani duces apud milites suos testantur) classem... et avia Oceani quaesita (a Germanico), ne... — 2, 23. Plures (legiones Germanicus) Caesar classi impositas per flumen Amisiam Oceano invexit... (Auster) rapuit disiecitque naves in aperta Oceani. — 2, 24. Quanto violentior cetero mari Oceanus.. — 4, 72. Castello, cui nomen Flevum ; et haud spernenda illic civium sociorumque manus litora Oceani praesidebat. — 11, 20. (Corbulo) inter Mosam Rhenumque ... fossam perduxit, qua incerta Oceani vitarentur. — 13, 53. (L. Antistius) Vetus Mosellam atque *Ararim* facta inter utrumque fossa conectere parabat. ut copiae per mare, dein Rhodano et Arare subvectae, per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exim Oceanum decurrerent... — 14, 32. Iam Oceanus cruento adspectu, dilabente aestu humanorum corporum effigies relictae, ut Britannis ad spem, ita veteranis ad metum trahebantur. — 14, 39. Nec defuit Polyclitus, quo minus ingenti agmine Italiae Galliaeque

Digitized by Google

gravis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris (in Britannia) terribilis incederet. — 15, 37. Celeberrimae luxu famaque epulae fuere, quas a Tigellino paratas... Volucres et feras diversis e terris et animalia maris Oceano abusque petiverat. — I, 9. In Britannico exercitu nihil irarum. Non sane aliae legiones per omnes civilium bellorum motus innocentius egerunt, seu quia procul et Oceano divisae, seu... — IV, 12. Batavi... insulam... occupavere, quam mare Oceanus a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. — IV, 15. Brinno... accitis Frisiis... duarum cohortium hiberna proxima accubantia Oceano inrumpit. — IV, 79 Batavos, qua Oceano ambiuntur. — V, 23. Spatium velut aequoris..., quo Mosae fluminis os amnem Rhenum Oceano adfundit. — *G.* 1. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur; cetera Oceanus ambit, latos sinus et insularum immensa spatia complectens... Rhenus... Oceano miscetur. — 2. Immensus ultra, utque sic dixerim, adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur... Manno tres filios adsignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones... vocentur. — 3. Vlixen quidam opinantur longo illo et fabuloso errore in hunc Oceanum delatum adisse Germaniae terras... — 17. Beluarum, quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignit. — 34. Frisii... usque ad Oceanum Rheno praetexuntur... Ipsum quin etiam Oceanum illa temptavimus... Nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem inquiri. — 37. Eumdem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri tenent. — 40. Est in Oceani insula castum nemus... — 43. Protinus deinde ab Oceano Rugii et Lemovii. — 44. Suionum hinc civitates ipso in Oceano... Subitos hostium incursus prohibet Oceanus... — *A.* 10. Naturam Oceani (Britannici) atque aestus neque quaerere huius operis est ac multi rettulere. — 12. Gignit et Oceanus (idem) margarita, sed subfusca ac liventia. — 15. Britanni agitare inter se mala servitutis... « Germanias excussisse iugum, et flumine, non Oceano defendi. » — 25. Cum ...saepe isdem castris pedes equesque et nauticus miles mixti... sua quisque facta... attollerent,... hinc terra et hostis, hinc victus Oceanus militari iactantia compararentur. — 40. Credidere plerique libertum... missum ad Agricolam codicillos... tulisse,

Digitized by Google

cum praecepto ut, si in Britannia foret, traderentur, eumque libertum in ipso freto Oceani obvium Agricolae...

OCRICVLVM. — III, 78. Digressus Narnia Vespasiani exercitus festos Saturni dies Ocriculi per otium agitabat.

OCTAVIA[1]. — 4, 44. (L. Domitius) delectus, cui minor Antonia, Octavia genita, in matrimonium daretur. — 4, 75. (Cn. Domitius) aviam Octaviam et per eam Augustum avunculum praeferebat[2].

OCTAVIA[3]. — 11, 32. Messalina tamen, quamquam res adversae consilium eximerent,... misit... ut Britannicus et Octavia in complexum patris pergerent. — 11, 34. Et iam erat in aspectu Messalina clamitabatque, audiret Octaviae et Britannici matrem. — 12, 2. Narcissus vetus matrimonium, filiam communem, nam Antonia ex (Aelia) Paetina erat, nihil in penatibus (Claudii) novum disserebat, si sueta coniunx rediret, haudquaquam novercalibus odiis visura Britannicum, Octaviam, proxima suis pignora. — 12, 3. Vbi sui matrimonii certa fuit (Agrippiua), struere maiora nuptiasque Domitii, quem ex Cn. Ahenobarbo genuerat, et Octaviae Caesaris filiae moliri; quod sine scelere perpetrari non poterat, quia L. Silano desponderat Octaviam Caesar... — 12, 9. (Memmius Pollio sententiam expromit), qua (oratur) Claudius despondere Octaviam Domitio, quod aetati utriusque non absurdum... erat... Despondeturque Octavia. — 12, 58. D. Iunio Q. Haterio consulibus sedecim annos natus Nero Octaviam Caesaris filiam in matrimonium accepit. — 12, 68. (Defuncto Claudio) Agrippina... tenere amplexu Britannicum .., ne cubiculo egrederetur; Antoniam quoque et Octaviam sorores eius attinuit. — 13, 12 Vxore ab Octavia, nobili quidem et probitatis spectatae, fato quodam, an quia praevalent inlicita, abhorrebat (Nero). — 13, 16. At Agrippinae is pavor... emicuit, ut perinde ignaram fuisse *atque* Octaviam sororem Britannici constiterit... Octavia quoque, quamvis rudibus annis, dolorem, caritatem, omnes adfectus abscondere didicerat. — 13, 18. At (Agrippinae) ira nulla munificentia leniri, sed amplecti Octaviam, crebra cum amicis secreta habere... — 13, 19. (Iunia Silana in Agrippinam)

[1] Prosop., 45. Augusti soror.
[2] V. etiam 1, 3; 4, 57.
[3] Claudia Octavia. Prosop., C, 871.

Digitized by Google

parat accusatores .., non vetera et saepius iam audita deferens, quod Britannici mortem lugeret aut Octaviae iniurias evulgaret. . — 14, 1. Nero... flagrantior in dies amore Poppaeae, quae sibi matrimonium et discidium Octaviae incolumi Agrippina haud sperans crebris criminationibus... incusaret principem. — 14, 59. (Post interfectos Cornelium Sullam et Rubellium Plautum Nero) posito metu nuptias Poppaeae... maturare parat Octaviamque coniugem amoliri, quamvis modeste ageret, nomine patris et studiis populi gravem... — 14, 60. Exturbat Octaviam, sterilem dictitans; exim Poppaeae coniungitur. Ea diu paelex et adulteri Neronis, mox mariti potens, quemdam ex ministris Octaviae impulit servilem ei amorem obicere... Actae ob id de ancillis quaestiones... Ex quibus una instanti Tigellino castiora esse muliebria Octaviae respondit quam os eius. Movetur tamen primo civilis discidii specie... Tamquam Nero paenitentia flagitii, coniugem revocarit Octaviam. — 14, 61. Exim laeti Capitolium scandunt .. Effigies Poppaeae proruunt, Octaviae imagines gestant umeris... (Queritur Poppaea apud Neronem) « vitam ipsam in extremum adductam a clientelis et servitiis Octaviae... Si desperent uxorem Neronis fore Octaviam, illi maritum daturos ». — 14, 62. (Anicetum hortatur Nero) «... nec manu aut telo opus: fateretur Octaviae adulterium. » — 14, 63. At Nero praefectum in spem sociandae classis corruptum et, incusatae paulo ante sterilitatis oblitus, abactos partus conscientia libidinum, eaque sibi comperta, edicto memorat insulaque Pandateria Octaviam claudit. . — I, 13. (Nero apud Othonem) Poppaeam Sabinam, principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur[1].

OCTAVII. — 4, 44. Ossa... (L. Antonii) tumulo Octaviorum inlata per decretum senatus.

OCTAVIVS[2]. — 1, 9. Plerisque... vana mirantibus,... quod Nolae in domo et cubiculo, in quo pater eius Octavius, vitam finivisset (Augustus).

OCTAVIVS FRONTO, FRONTO. — 2, 33. Proximo senatus die multa in luxum civitatis dicta a Q. Haterio consulari, Octavio

[1] V. etiam 11, 38; 12, 4, 5, 42; 13, 17; 14, 64; 15, 67.

[2] C. Octavius, praetor a. 693 = 61.

Digitized by Google

Frontone praetura functo... Excessit Fronto ac postulavit modum argento...

OCTAVIVS SAGITTA, OCTAVIVS, SAGITTA[1]. — 13, 44. Per idem tempus Octavius Sagitta plebei tribunus, Pontiae mulieris nuptae amore vaecors, ingentibus donis adulterium et mox, ut omitteret maritum, emercatur, suum matrimonium promittens ac nuptias eius pactus. Sed ubi mulier vacua fuit... Octavius contra modo conqneri, modo minitari... Noctem unam ad solacium poscit... Quasi incensus nihil metuentem ferro transverberat... Sententia patrum et lege de sicariis condemnatur. — IV, 44. Mucianus, ne... cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur, Octavium Sagittam[2] et Antistium Sosianum senatorii ordinis egressos exilium in easdem insulas redegit. Octavius Pontiam Postumiam stupro cognitam et nuptias suas abnuentem impotens amoris interfecerat... Nec ideo lenita erga Mucianum invidia; quippe Sosianus ac Sagitta viles, etiam si reverterentur...

OCTOBER. — 12, 69. Tertium ante idus Octobres.

ODRVSAE. — 3, 38. Coelaletae Odrusaeque et Dii, validae nationes (Thraeciae), arma cepere...

OEENSES, POPVLVS OEENSIS. — IV, 50. (Valerius Festus, qui legionem in Africa regebat,) Oeensium[3] Leptitanorumque discordias componit, quae raptu frugum et pecorum inter agrestes modicis principiis, iam per arma atque acies exercebantur. Nam populus Oeensis[4] multitudine inferior Garamantas exciverat.

*OFFENSES, v. OEENSES.

OFONIVS TIGELLINVS, TIGELLINVS[5]. — 14, 48. A Cossutiano

[1] Prosop., 39.

[2] M : *sabinū sagittā.* Corr. Rhenanus. — Ritter : « *Sabinum*... ex nomine *Sagittam* διττογραφίᾳ ortum esse cognoscitur, primum ex consuetudine Taciti, qua duobus nominibus contentus est » (cf. ad Caninivm Rebilvm)..., « tum quod tam *Sagitta* quam *Sabinus* cognomentum est, et nulla causa est in promptu, cur in homine infami duo cognomina ponantur; denique quia ille in *Annalibus*, 13, 44, ubi Tacitus rem nunc strictim significatam uberius persecutus est, luculente *Octavius Sagitta* appellatur. »

[3] M : *offensiū ;* alii : *ophensium.* Corr. Lipsius. Cf Silius, 3,256 : *Leptis Oeaque*. Cf. Forbiger, II, 837.

[4] M : *offensis ;* alii : *ophensis.* Corr. Lipsius.

[5] Vulgo *Sofonius.* Prosop., S. 540.

Digitized by Google

Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini[1] soceri sui receperat. — 14, 51. (Mortuo Burro) Caesar duos praetoriis cohortibus imposuerat, Faenium Rufum ex vulgi favore... Ofonium[2] Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus. Atque illi pro cognitis moribus fuere, validior Tigellinus in animo principis et intimis libidinibus adsumptus... — 14, 57. Validiorque in dies Tigellinus et malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus, si principem societate scelerum obstringeret, metus eius rimatur, compertoque (Rubellium) Plautum et (Cornelium) Sullam maxime timeri... — 14, 60. Actae ob id de ancillis quaestiones... Ex quibus una instanti Tigellino castiora esse muliebria Octaviae respondit quam os eius. — 15, 37. Celeberrimae luxu famaque epulae fuere, quas a Tigellino paratas ut exemplum referam... — 15, 40. Plusque infamiae id incendium habuit, quia praediis Tigellini Aemilianis proruperat. — 15, 50. Faenio Rufo praefecto (praetorii) .., quem vita famaque laudatum per saevitiam impudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat, fatigabatque criminationibus... — 15, 58. Super Neronis ac Tigellini saevas percontationes Faenius quoque Rufus violenter (urgebat C. Pisonis socios). — 15, 59. Fuere qui... hortarentur Pisonem...; nihil adversum haec Neroni provisum; etiam fortes viros subitis terreri, nedum ille scaenicus, Tigellino scilicet cum paelicibus suis comitante, arma contra cieret. — 15, 61. Vbi haec (Senecae responsa) a tribuno relata sunt (Neroni) Poppaea et Tigellino coram, quod erat saevienti principi intimum consiliorum. — 15, 72. (Oppressa coniuratione) Nero... vocat senatum et triumphale decus... Cocceio Nervae praetori designato, Tigellino praefecto praetorii tribuit, Tigellinum et Nervam ita extollens, ut super triumphales in foro imagines apud Palatium quoque effigies eorum sisteret. — 16, 14. Inter damnatos

[1] M: *tigellani*. — « *Tigellinus* nennt ihn die Hds. nur 15, 37 und hier *Tigellanus*, sonst *Tigillinus*, wie auch die Hdss. anderer lateinischer Schriftsteller; aber die Griechen haben Τιγελλῖνος und der Name ist offenbar von *Tigellius* abgeleitet. » Nipperdey-Andresen.' — « *Tigillinum* hominem vocant etiam Suetonius, *Galba*, 15; Martialis, 3, 20, 15; Schol. Iuven., 1, 155: *Tigellinum*, Iuvenalis. Dio, Plutarchus. » Orelli, ad 14, 51.'

[2] Lipsius ceterique falso: *Sofonium*. Cf. *Rer. de phil.*, XXI, p. 160 sqq., et Boissevain, *Cassii Dionis Cocceiani hist. rom. quae supersunt*, vol. II, Berlin, 1898, p. 644 sq.

Digitized by Google

magis quam inter reos (P.) Anteius et (M.) Ostorius habebantur, adeo ut testamentum Anteii nemo obsignaret, nisi Tigellinus auctor exstitisset, monito prius Anteio, ne supremas tabulas moraretur. — 16, 17. (Annaeus) Mela... exsolvit venas, scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat, quo cetera manerent. — 16, 18. (T. Petronius) inter paucos familiarium Neroni adsumptus, elegantiae arbiter.. Vnde invidia Tigellini quasi adversus aemulum et scientia voluptatum potiorem .. — 16, 19. Ne codicillis quidem, quod plerique pereuntium, Neronem aut Tigellinum aut quem alium potentium adulatus est (T. Petronius). — 16, 20. At Minucium Thermum praetura functum Tigellini simultatibus dedit (Nero), quia libertus Thermi quaedam de Tigellino criminose detulerat... — I, 24. Maevius Pudens e proximis Tigellini (corrumpendis praetorianis militibus Othoni minister). — I, 72. Par inde exsultatio... consecuta impetrato Tigellini exitio. Ophonius[1] Tigellinus obscuris parentibus, foeda pueritia, impudica senecta, praefecturam vigilum et praetorii et alia praemia virtutum... vitiis adeptus... Eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti Titi Vinii invidia..., donec Tigellinus accepto apud Sinuessanas aquas supremae necessitatis nuntio inter stupra concubinarum... sectis novacula faucibus. .[2]

OLENNIVS. — 4, 72. Olennius e primipilaribus regendis Frisiis impositus... Olennius infensos fuga praevenit, receptus castello, cui nomen Flevum.

T. OLLIVS, OLLIVS[3]. — 13, 45. Erat in civitate Sabina Poppaea, T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumpserat, inlustri memoria Poppaei Sabini...; nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Seiani pervertit.

ONOMASTVS[4]. — I, 25. Sed tum e libertis (Otho) Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum... et Veturium .. perductos... — I, 27. Nec multo post libertus Onomastus nuntiat exspectari (Othonem) ab architecto et redemptoribus,

[1] Sic codices. Falso Lipsius ceterique : *Sophonius*.
[2] V. etiam ad Aegialos.
[3] Prosop., 62.
[4] Prosop., 69.

Digitized by Google

quae significatio coeuntium iam militum et paratae coniurationis convenerat.

* ONOMADENSES, v. HOMONADENSES.

* OPHENSES, v. OEENSES.

OPHONIVS, v. OFONIVS.

OPITERGIVM. — III, 6. (Antonius) Primus ac (Arrius) Varus occupata Aquileia per proxima quaeque et Opitergii et Altini laetis animis accipiuntur.

OPPIAE[1] LEGES. — 3, 33. (Caecina Severus in senatu disserit mulieres) Oppiis quondam aliisque legibus (constrictas), nunc vinclis exsolutis domos, fora, iam et exercitus (regere). — 3, 34. (Respondet Caecinae Valerius Messalinus) placuisse quondam Oppias leges, sic temporibus rei publicae postulantibus...

C. OPPIVS. — 12, 60. C. Oppius et Cornelius Balbus primi (equitum Romanorum) Caesaris opibus potuere condiciones pacis et arbitria belli tractare.

M. OPSIVS, OPSIVS[2]. — 4, 68. (Titium Sabinum) Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opsius praetura functi adgrediuntur, cupidine consulatus, ad quem non nisi per Seianum aditus. — 4, 71. Avebat animus antire statimque memorare exitus, quos Latinius atque Opsius ceterique flagitii eius repertores habuere, non modo postquam C. Caesar rerum potitus est, sed incolumi Tiberio...[3].

ORCADES. — *A.* 10. Romana classis... incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, invenit domuitque.

* ORDOLVCES, v. ORDOVICES.

ORDOVICES. — 12, 33. (Caratacus Britannorum dux) transfert bellum in Ordovicas[4]. — *A.* 18. Ordovicum civitas haud multo ante adventum (Agricolae) alam in finibus suis agentem prope universam obtriverat... Quia in aequum degredi Ordovices non audebant, ipse ante agmen... erexit aciem. Caesaque prope universa gente...

[1] Intellegendus est C. Oppius, tribunus plebis, a. 539 = 215.

[2] Prosop., 81; cf. 82.

[3] V. etiam 4, 69.

[4] **M**: *ordolucas*. Corr. Rhenanus. Cf. Forbiger, III, 215. — Correxisse iam primam manum testatur Andresen, *De codicibus Med. Ann. Tac.*, p. 20.

Digitized by Google

ORFIDIVS BENIGNVS, ORFIDIVS[1]. — II, 43. Interfecto Orfidio Benigno legato (legionis primae Adiutricis pro Othone Bedriaci pugnantis). — II, 45. Requisitum Orfidii legati corpus honore solito crematur.

ORFITVS, v. CORNELIVS ORFITVS.

ORIENS. — 2, 1. Sisenna Statilio Tauro L. Libone consulibus mota Orientis regna provinciaeque Romanae. — 2, 5. Tiberio haud ingratum accidit turbari res Orientis. — 2, 42. Florente C. Caesare missoque ad res Orientis. — 2, 43. (Tiberius) apud patres disseruit (non) posse motum Orientem nisi Germanici sapientia componi. — 3, 12. (Tiberius apud senatum disseruit Cn.) Pisonem... adiutorem... Germanico datum a se auctore senatu rebus apud Orientem administrandis. — 3, 34. (Loquitur in senatu Drusus)... « Quotiens Divum Augustum in Occidentem atque Orientem meavisse comite Livia. » — 6, 32. Tiberius... cunctis, quae apud Orientem parabantur, L. Vitellium praefecit. — 6, 34. Parthus imperium Orientis, claritudinem Arsacidarum... disserebat. — 11, 9. Tunc distractis Orientis viribus et quonam inclinarent incertis, casus Mithridati datus est occupandi Armeniam. — 13, 7. Nero... iuventutem proximas per provincias quaesitam supplendis Orientis legionibus admovere... iubet. — 13, 8. Copiae Orientis ita dividuntur, ut pars (apud Vmmidium Quadratum Syriae legatum esset, pars apud Domitium Corbulonem). — 14, 57. Tigellinus .. comperto... Plautum et Sullam maxime timeri (a Nerone), Plautum in Asiam, Sullam in Galliam Narbonensem nuper amotos, nobilitatem eorum et propinquos huic Orientis, illi Germaniae exercitus commemorat. — 15, 36. Nec multo post, omissa in praesens Achaia..., (Nero) urbem revisit, provincias Orientis, maxime Aegyptum, secretis imaginationibus agitans. — I, 2. Prosperae in Oriente, adversae in Occidente res. — I, 10. Oriens adhuc immotus — I. 50. Erant qui Vespasianum et arma Orientis augurarentur. — I, 76. Aegyptus omnesque versae in Orientem provinciae nomine (Othonis) tenebantur. — I, 89. Tum legiones classesque... in aciem (deductae), Oriens Occidensque et quidquid utrimque virium est a tergo..., longo bello materia. — II, 6.

[1] C. Orfidius Benignus. Prosop., 88. — Vulg. : *Orphidius*.

Digitized by Google

Tarda mole civilis belli, quod longa concordia quietus Oriens tunc primum parabat. — II, 8. (Falsus Nero) Cythnum insulam detrusus... militum quosdam ex Oriente commeantium adscivit vel .. — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit... contra ipsis omnia opulenta et fida, Pannoniam, Moesiam, Delmatiam, Orientem cum integris exercitibus... — II, 73. Vix credibile memoratu est, quantum superbiae socordiaeque Vitellio adoleverit, postquam speculatores e Syria Iudaeaque adactum in verba eius Orientem nuntiavere. -- II, 98. Mare quoque etesiarum flatu in Orientem navigantibus secundum, inde adversum erat. — III, 1. Quibus... trahere bellum videbatur, (disserebant) .. insessis interim Alpibus venturum cum copiis Orientis Mucianum .. — III, 46. Fortuna populi Romani... Mucianum viresque Orientis illuc (in Moesiam, quam tunc Daci invadebant) tulit — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) « Servirent Syria Asiaque et suetus regibus Oriens... » — V, 5. Liberum patrem... domitorem Orientis. — V, 6. Terra finesque (Iudaeorum), qua ad Orientem vergunt, Arabia terminantur. — V, 8. Dum Assyrios penes Medosque et Persas Oriens fuit... — V, 13. Pluribus (Iudaeis) persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens profectique Iudaea rerum potirentur. — *G.* 37. Infra Ventidium deiectus Oriens. — 45. Fecundiora igitur nemora lucosque sicut Orientis secretis, ubi tura balsamaque sudantur, ita Occidentis insulis terrisque inesse crediderim... — *A.* 30. (Loquitur Calgacus) « (Romani) quos non Oriens, non Occidens satiaverit ».

ORNOSPADES. — 6, 37. Primus Ornospades... in castra (L. Vitellii Tiridatisque) venit, exul quondam et Tiberio, cum Delmaticum bellum conficerat, haud inglorius auxiliator eoque civitate Romana donatus, mox repetita amicitia regis (Parthorum).... praefectus campis, qui Euphrate et Tigre... circumflui...

ORODES[1]. — 6, 33. Quae postquam Artabano cognita, filium Oroden ultorem parat; dat Parthorum copias... — 6, 34. Interim Oroden sociorum inopem auctus auxilio Pharasmanes vocare ad pugnam... — 6, 35. Pharasmanes Orodesque, dum strenuis adsunt

[1] Prosop., 102.

Digitized by Google

aut dubitantibus subveniunt..., clamore, telis, equis concurrunt, instantius Pharasmanes ; nam vulnus per galeam adegit.

ORPHEVS.— *O.* 12. « Aureum saeculum... poetis et vatibus abundabat, qui bene facta canerent... Nec aliis aut gloria maior aut augustior honor, primum apud deos..., deinde apud illos dis genitos sacrosque reges, inter quos neminem causidicum, sed Orphea et Linum ac... ipsum Apollinem accepimus. »

* ORPHIDIVS, ORPHITVS, v. ORFIDIVS, ORFITVS.

ORTYGIA. — 3, 61. Ephesii... memorantes... esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam [1], ubi Latonam... edidisse (Dianam et Apollinem).

OSCVM LVDICRVM. — 4, 14. (Tiberius) Caesar de immodestia histrionum rettulit..., Oscum quondam ludicrum, levissimae apud vulgum oblectationis, eo flagitiorum et virium venisse, ut auctoritate patrum coercendum sit.

* OSCVS, v. MOSCHVS.

OSI. — *G.* 28. Vtrum Aravisci in Pannoniam ab Osis [2]... an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint..., incertum est. — 43. Retro Marsigni, Cotini, Osi, Buri terga Marcomanorum Quadorumque claudunt... Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos, et quod tributa patiuntur.

OSIRIS. — IV, 84. Deum ipsum (Serapin)... quidam Osirin, antiquissimum illis gentibus numen... (esse) coniectant.

OSTIA. — 2, 40. Iamque Ostiam invectum (falsum Agrippam Postumum) multitudo ingens (celebrabat). — 11, 26. Nec ultra exspectato, quam dum sacrificii gratia Claudius Ostiam proficisceretur... — 11, 29. Longa apud Ostiam Caesaris mora. — 11, 31. Ferunt Vettium Valentem lascivia in praealtam arborem conisum, interrogantibus quid aspiceret, respondisse tempestatem ab Ostia atrocem, sive coeperat ea species, seu forte lapsa vox in praesagium vertit. — 15, 39. (Post Romae incendium) subvecta..., utensilia ab Ostia et propinquis municipiis. — 16, 9. Silanus, tamquam Naxum deveheretur, Ostiam amotus... — II, 63. Plancius Varus praetura functus, ex intimis (Cornelii) Dolabellae amicis,

[1] **M** : *ortigiam*, Strabo, 14, 1, 20 : ἡ Ὀρτυγία, Paus., 7, 5, 10 : τὴν Ὀρτυγίαν.
[2] **A B C** : *a boiis* (**B** in marg. : *osis*).

Digitized by Google

...(ei) obiecit tamquam... Addidit temptatam cohortem, quae Ostiae ageret.

OSTIENSIS. — 11, 32. Messalina... Ostiensem viam intrat. — 15, 43. (Nero) ruderi accipiendo Ostienses paludes destinabat. — I, 80. Septimam decimam cohortem ex colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat.

OSTORIVS SABINVS, OSTORIVS. — 16, 23. Baream Soranum (accusandum) iam sibi Ostorius [1] Sabinus eques Romanus poposcerat, reum ex proconsulatu Asiae... — 16, 30. Atque interim Ostorius [2] Sabinus Sorani accusator ingreditur (senatum) orditurque... — 16, 33. Accusatoribus.... Ostorio duodeciens (sestertium) et quaestoria insignia tribuuntur [3].

M. OSTORIVS, OSTORIVS SCAPVLA, OSTORIVS [4]. — 12, 31. Qua pugna filius legati (Britanniae P. Ostorii) M. Ostorius servati civis decus meruit. — 14, 48. Antistius praetor... probrosa adversus principem carmina factitavit vulgavitque celebri convivio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur... Et cum Ostorius nihil audivisse pro testimonio dixisset, adversis testibus creditum. — 16, 14. Antistius Sosianus... repertis, quae de ortu vitaque Ostorii Scapulae composita erant (a Pammene), scribit ad principem... (P.) Anteium et Ostorium imminere rebus et sua Caesarisque fata scrutari... Ac vulgato eius indicio inter damnatos magis quam inter reos Anteius Ostoriusque habebantur. — 16, 15. Ostorius longinquis in agris apud finem Ligurum id temporis erat... Ostorius multa militari fama et civicam coronam apud Britanniam meritus, ingenti corpore armorumque scientia metum Neroni fecerat, ne invaderet pavidum... Igitur centurio, ubi effugia villae clausit, iussa imperatoris Ostorio aperit...

P. OSTORIVS, OSTORIVS, OSTORIVS SCAPVLA [5]. — 12, 31. At in Britannia P. Ostorium pro praetore turbidae res excepere. — 12, 35. Ostorius... ducit (in Caratacum) infensos... — 12, 38. Censentur Ostorio insignia triumphi, prosperis ad id rebus eius, mox ambiguis. — 12, 39. Tum Ostorius cohortes expeditas oppo-

[1] **M** : *torius*. Corr. Lipsius.
[2] **M** : *torius*. Corr. Lipsius.
[3] V. etiam 16, 31.
[4] Prosop., 111.
[5] Prosop., 112.

Digitized by Google

suit (Siluris)... Taedio curarum fessus Ostorius concessit vita, laetis hostibus, tamquam ducem haud spernendum... bellum absumpsisset. — *A.* 14. Consularium primus Aulus Plautius (Britanniae) praepositus ac subinde Ostorius Scapula, uterque bello egregius [1].

OTHO, M. OTHO, NERO OTHO [2]. — 13, 12. Delapso Nerone in amorem libertae, cui vocabulum Acte fuit, simul adsumptis in conscientiam *M.* [3] Othone et Claudio Senecione, adulescentulis decoris, quorum Otho familia consulari...— 13, 45, (Poppaeam Sabinam) agentem... in matrimonio Rufrii Crispini... Otho pellexit iuventa ac luxu et quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur. — 13, 46. Otho sive amore incautus laudare formam elegantiamque uxoris apud principem, sive ut accenderet ac, si eadem femina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adiceret... Si ultra unam alteramque noctem attineretur (Poppaea), nuptam esse se dictitans, nec posse matrimonium amittere, devinctam Othoni per genus vitae, quod nemo adaequaret... Deicitur familiaritate sueta, post congressu et comitatu Otho, et ad postremum, ne in urbe aemulatus ageret, provinciae Lusitaniae praeficitur, ubi usque ad civilia arma non ex priore infamia, sed integre sancteque egit, procax otii et potestatis temperantior. — 14, 1. (Loquitur Poppaea Sabina) « Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, redderetur ipsa Othonis coniugio... » — I, 1. Mihi Galba, Otho, Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti. — I, 13. (Amici Galbae) circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. Vinius pro M. Othone... Neque erat Galbae ignota Othonis ac Titi Vinii amicitia ; et rumoribus nihil silentio transmittentium, quia Vinio vidua filia, caelebs Otho, gener ac socer destinabantur. Credo et rei publicae curam subisse, frustra a Nerone translatae, si apud Othonem relinqueretur. Namque Otho pueritiam incuriose, adulescentiam petulanter egerat, gratus Neroni aemulatione luxus.

[1] V. etiam 12, 32.

[2] M. Salvius Otho, Imp. M. Otho Caesar Augustus. Prosop., S. 109.

[3] *M.* add. Ritter : « Praenomen Othonis haustum est a priore nomine *conscientiam* vel ibi a recentiore scriba in ἀρχετύπῳ neglectum... Certe nunc, ubi primum mentio Othonis facta est in Annalibus, alterum nomen abesse nequit. Perinde in Historiis, I, 13 : *Vinius pro Marco Othone...* »

Digitized by Google

Eoque Poppaeam Sabinam... ut apud conscium libidinum depo suerat... Mox suspectum in eadem Poppaea in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit. Otho comiter administrata provincia primus in partes (Galbae) transgressus... spem adoptionis statim conceptam acrius in dies rapiebat... — I, 21. Interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul exstimulabant... Fingebat et metum... Occidi Othonem posse. — I, 22. Non erat Othonis mollis et corpori similis animus... Vrgentibus etiam mathematicis, dum novos motus et clarum Othoni annum observatione siderum adfirmant... Multos secreta Poppaeae mathematicos... habuerant; e quibus Ptolemaeus Othoni in Hispania comes, cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu fides, coniectura iam et rumore senium Galbae et iuventam Othonis computantium persuaserat fore ut in imperium adscisceretur. Sed Otho tamquam peritia et monitu fatorum praedicta accipiebat. — I, 24. Maevius Pudens..., quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos (dividebat); quam velut publicam largitionem Otho secretioribus apud singulos praemiis intendebat, adeo animosus corruptor, ut... — I, 26, Adeoque parata... seditio ..., ut postero iduum die redeuntem a cena Othonem rapturi fuerint, ni... timuissent..., ne per tenebras..., ignorantibus plerisque, pro Othone destinaretur (quisquis oblatus esset). — I, 27. Sacrificanti... Galbae haruspex Vmbricius tristia exta et instantes insidias ac domesticum hostem praedicit, audiente Othone, nam proximus adstiterat, idque ut laetum... interpretante... Otho causam digressus requirentibus, cum emi sibi praedia... finxisset,... ad miliarium aureum... pergit. — I, 29. Ignarus interim Galba.... cum adfertur rumor rapi in castra incertum quem senatorem, mox Othonem esse, qui raperetur... — I, 30. (Loquitur Piso apud milites) « Nihil adrogabo mihi nobilitatis aut modestiae; neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est. » — I, 32. Vniversa iam plebs Palatium implebat..., dissono clamore caedem Othonis et coniuratorum exitium poscentium. — I, 33. Festinandum ceteris (Galbae amicis) videbatur : ... trepidaturum etiam Othonem... Vel si cadere necesse sit, occurrendum discrimini : id Othoni invidiosius et ipsis honestum. — I, 34. Vixdum egresso

Digitized by Google

Pisone occisum in castris Othonem vagus primum et incertus rumor... — I, 35. Obvius in Palatio Iulius Atticus speculator, cruentum gladium ostentans, occisum a se Othonem exclamavit. — I, 36. (Milites) in suggestu, in quo paulo ante aurea Galbae statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis (circumdant)... Nec deerat Otho protendens manus adorare vulgus, iacere oscula... — I, 39. Agitasse (Cornelius) Laco ignaro Galba de occidendo Tito Vinio dicitur, sive ut poena eius animos militum mulceret, seu conscium Othonis credebat... — I, 40. Othoni tamen armari plebem nuntiabatur; ire praecipites et occupare pericula iubet. — I, 41. Eo signo manifesta in Othonem omnium militum studia. — I, 42. De (Tito Vinio)... ambigitur, consumpseritne vocem eius instans metus, an proclamaverit non esse ab Othone mandatum ut occideretur. — I, 43. (Piso) latebra imminens exitium differebat, cum advenere missu Othonis nominatim in caedem eius ardentis... — I, 44. Nullam caedem Otho maiore laetitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur. — I, 45. Alium crederes senatum, alium populum :... increpare Galbam..., exosculari Othonis manum... Nec aspernabatur singulos Otho, avidum et minacem militum animum voce vultuque temperans... Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus; iubere iam poterat. — I, 46. (Milites) praetorii praefectos sibi ipsi legere, Plotium Firmum... incolumi adhuc Galba partes Othonis secutum ; adiungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis suspectus consilia eius fovisse... Otho, ne vulgi largitione centurionum animos averteteret, fiscum suum vacationes annuas exsoluturum promisit... Laco praefectus... ab evocato, quem ad caedem eius Otho praemiserat, confossus. — I, 47. Decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores... Otho cruento adhuc foro... in Capitolium atque inde in Palatium vectus concedi corpora sepulturae cremarique permisit. — I, 50. Trepidam urbem ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores paventem... Nunc pro Othone an pro Vitellio in templa ituros ? — I, 64. Nuntium de caede Galbae et imperio Othonis Fabius Valens in civitate Leucorum accepit... Gallis cunctatio exempta et in Othonem ac Vitellium odium par ; ex Vitellio et metus. — I, 70. Siliani (equites)... instinctu decurionum, qui,

Digitized by Google

Othonis ignari, Vitellio obstricti (erant)... transiere in partes... (Petronius Vrbicus Norici procurator) fidus Othoni putabatur... — I, 71. Otho interim contra spem omnium non deliciis neque desidia torpescere... Nec Otho quasi ignosceret (Mario Celso), sed... statim inter intimos amicos habuit et mox bello inter duces delegit, mansitque Celso velut fataliter etiam pro Othone fides integra et infelix. — I, 73. Calvia Crispinilla... consulari matrimonio subnixa et apud Galbam, Othonem, Vitellium inlaesa. — I, 74. Crebrae... ab Othone ad Vitellium epistulae offerebant pecuniam et gratiam et quemcumque quietis locum prodigae vitae legisset... Otho, revocatis quos Galba miserat legatis, rursus ad utrumque Germanicum exercitum... specie senatus misit... Praetoriani, quos per simulationem officii legatis Otho adiunxerat, remissi antequam legionibus miscerentur... Fabius Valens... (epistulis praetorianos) increpabat, quod tanto ante traditum Vitellio imperium ad Othonem vertissent. — I, 75. Insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi... Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis composuit... Et stetit domus utraque, sub Othone incertum an metu, Vitellius victor clementiae gloriam tulit. — I, 76. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones... Ne Aquitania quidem, quamquam ab Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit... Longinquae provinciae et quidquid armorum mari dirimitur penes Othonem manebat, non partium studio, sed... Iudaicum exercitum Vespasianus, Syriae legiones Mucianus sacramento Othonis adegere. — I, 77. Otho ut in multa pace munia imperii obibat... Consul cum Titiano fratre in kalendas Martias ipse... Otho pontificatus auguratusque honoratis iam senibus... addidit aut... nobiles adulescentulos avitis ac paternis sacerdotiis... recoluit. — I, 78. Othoni quibusdam diebus populus et miles... Neroni Othoni adclamavit. — I, 79. Laeto Othone (ob res in Rhoxolanos feliciter gestas) et gloriam in se trahente. — I, 80. Septimam decimam cohortem ex colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat... Fremit miles.... tamquam familiae senatorum ad perniciem Othonis armarentur. — I, 81. Erat Othoni celebre convivium primoribus feminis virisque. Qui trepidi... Othonis vultum intueri...; cum timeret Otho, timebatur. — I, 82. (Milites in Palatium irrumpunt) ostendi sibi

Digitized by Google

Othonem expostulantes..., donec Otho contra decus imperii toro insistens precibus et lacrimis aegre cohibuit... Tum Otho ingredi castra ausus. — I, 83. Otho... postremo ita disseruit (apud praetorianos). — I, 85. Et privato Othoni nuper atque eadem dicenti nota adulatio. — I, 86. Paranti expeditionem Othoni campus Martius et via Flaminia iter belli (inundatione Tiberis fuit) obstructum.— I, 87. Otho lustrata urbe et expensis belli consiliis... Narbonensem Galliam adgredi statuit... — I, 88. Multos e magistratibus, magnam consularium partem Otho non participes aut ministros bello, sed comitum specie secum expedire iubet. — I, 89 Fuere qui proficiscenti Othoni moras religionemque nondum conditorum ancilium adferrent...— I, 90. Vt in consiliis militiae Suetonio Paulino et Mario Celso, ita in rebus urbanis Galerii Trachali ingenio Othonem[1] uti credebatur... Profectus Otho quietem urbis curasque imperii Salvio Titiano fratri permisit. — II, 1. « Si pergeret in urbem (Titus), nullam officii gratiam in alterius (Galbae) honorem suscepti, ac se Vitellio sive Othoni obsidem fore. » — II, 6. Antequam Titus adventaret, sacramentum Othonis acceperat uterque (Syriae et Iudaeae) exercitus... Mox, ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire vulgatum est, ...fremere miles et vires suas circumspicere. — II, 7. (Cogitabant Vespasianus atque eius amici)... nec referre, Vitellium an Othonem superstitem fortuna faceret... — II, 11. Laeta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus... (Quartadecimanorum) erecta in Othonem studia... Ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora cum ceteris praetoriis cohortibus... — II, 13. Inritatus eo proelio Othonis miles... — II, 14. Imminere provinciae Narbonensi in verba Vitellii adactae classem Othonis trepidi nuntii Fabio Valenti attulere. — II, 16. Corsicam ac Sardiniam ceterasque proximi maris insulas fama victricis classis in partibus Othonis tenuit... (Pacarius Decimus Corsicae procurator) Othonis odio iuvare Vitellium Corsorum viribus statuit... (Pacarii eiusque comitum) capita ut hostium ipsi interfectores ad Othonem tulere; neque eos aut Otho praemio adfecit aut puniit Vitellius, in multa conluvie rerum maioribus

[1] Hoc verbum uncis incl. Acidalius.

Digitized by Google

flagitiis permixtos. — II, 17. Aperuerat iam Italiam bellum..., nullo apud quemquam Othonis favore, nec quia Vitellium mallent, sed longa pax ad omne servitium fregerat... — II, 18. (Spurinnae milites) prodi Othonem et accitum Caecinam clamitabant. — II, 21. Simul Othonem ac Vitellium celebrantes culpantesve (hinc defensores, inde oppugnatores Placentiae). — II, 23. Certatim... Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum aliosque quos Otho praefecerat, variis criminibus incessebant (milites). Acerrima seditionum ac discordiae incitamenta, interfectores Galbae... miscere cuncta, modo..., modo occultis ad Othonem litteris, qui humillimo cuique credulus, bonos metuens trepidabat... Igitur Titianum fratrem accitum bello praeposuit. — II, 25. Vulneratur rex Epiphanes, impigre pro Othone pugnam ciens. — II, 26. Vinctus (a Vitellianis) praefectus castrorum Iulius Gratus, tamquam fratri apud Othonem militanti proditionem ageret... — II, 28. Nuntio adlato pulsam Trevirorum alam Tungrosque a classe Othonis et Narbonensem Galliam circumiri... — II, 30. (Fabius Valens et Alienus Caecina) crebris epistulis sine respectu veniae probra Othoni obiectantes, cum duces partium Othonis quamvis uberrima çonviciorum in Vitellium materia abstinerent. — II, 31. Sane ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam meruere, minus Vitellii ignavae voluptates quam Othonis flagrantissimae libidines timebantur... Vitellius ventre et gula sibi inhonestus, Otho luxu, saevitia, audacia rei publicae exitiosior ducebatur. Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis..., Otho consultavit, trahi bellum an fortunam experiri placeret. — II, 33. Otho pronus ad decertandum; frater eius Titianus et praefectus praetorii Proculus, imperitia properantes, fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur... Remanentium fractus animus, quando suspecti duces et Otho, cui uni apud militem fides..., imperia ducum in incerto reliquerat. — II, 36. Nec multo post Vestricius Spurinna iussu Othonis, relicto Placentiae modico praesidio, cum cohortibus subvenit (gladiatoribus in Padi ripa agentibus). Dein Flavium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copiis misit, quibus (Marcius) Macer praefuerat. — II, 38. Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones, nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri

Digitized by Google

bellum fuerint. — II, 39. Profecto Brixellum Othone honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum... Ibi de proelio dubitatum, Othone per litteras flagitante ut maturarent. — II, 40. Aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho increpita ducum segnitia rem in discrimen mitti iubebat, aeger mora et spei impatiens. — II, 42. Repertis qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur. Is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an in ipsa Othonis parte seu dolo seu forte surrexerit, parum compertum. — II, 43. Forte inter Padum viamque patenti campo duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima, cui cognomen Rapaci..., e parte Othonis prima Adiutrix... Et ducibus Othonis iam pridem profugis Caecina ac Valens subsidiis suos firmabant. — II, 44. Praetorianus miles non virtute se, sed proditione victum fremebat..., superesse cum ipso Othone militum quod trans Padum fuerit .. — II, 46. Opperiebatur Otho nuntium pugnae nequaquam trepidus et consilii certus... Quas inter (militum) voces ut flexerat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus. Nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles, sed praemissi e Moesia eamdem obstinationem adventantis exercitus... nuntiabant. — II, 47. (Loquitur Otho) « Civile bellum a Vitellio coepit;... ne plus quam semel certemus, penes me exemplum erit; hinc Othonem posteritas aestimet. » — II, 48. (Otho) Salvium Cocceianum fratris filium (hortatus est),... neu patruum sibi Othonem fuisse aut oblivisceretur umquam aut nimium meminisset. — II, 49. Othoni sepulchrum instructum est modicum et mansurum. Hunc vitae finem habuit septimo et tricensimo aetatis anno. — II, 50. Die, quo Bedriaci certabatur, avem invisitata specie apud Regium Lepidum celebri luco consedisse incolae memorant, nec deinde... territam pulsamve, donec Otho se ipse interficeret; tum ablatam ex oculis; et tempora reputantibus initium finemque miraculi cum Othonis exitu competisse. — II, 52. Posito ubique bello magna pars senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinae relicta. Illuc adverso de proelio adlatum; sed milites ut falsum rumorem aspernantes, quod infensum Othoni senatum arbitrabantur, custodire sermones... — II, 53. Bononiae... interrogatus Othonis libertus (senatores de morte eius certiores fecit). — II, 54. Coenus libertus Neronis atroci mendacio

Digitized by Google

universos perculit... Causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quae neglegebantur, laetiore nuntio revalescerent... Mors Othonis, quo laudabilior, eo velocius audita. — II, 55. At Romae..., ut cessisse Othonem... certi auctores in theatrum adtulerunt, Vitellio plausere. — II, 57. Vitellius... prosperas apud Bedriacum res ac morte Othonis concidisse bellum accepit. — II, 58. Lucceius Albinus (utriusque Mauretaniae procurator)... caeso Galba in Othonem pronus... — II, 60. Salvius Titianus Othonis frater nullum discrimen adiit, pietate et ignavia excusatus (apud Vitellium). — II, 63. Vitellius... occidi Dolabellam iussit, quem in coloniam Aquinatem sepositum ab Othone rettulimus. Dolabella audita morte Othonis urbem introierat. — II, 65. Hilarius Caesaris Vitellii libertus detulerat (Cluvium Rufum), tamquam audito Vitellii et Othonis principatu propriam ipse potentiam et possessionem Hispaniarum temptasset. — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Ne Othonem quidem ducis arte aut exercitus vi, sed praepropera ipsius desperatione victum, iam desiderabilem et magnum principem fecit (Vitellius) ». — II, 85. Tertia legio exemplum (transgrediendi in partes Vespasiani) ceteris Moesiae legionibus praebuit; octava erat ac septima Claudiana, imbutae favore Othonis, quamvis proelio non interfuissent. Aquileiam progressae, proturbatis qui de Othone nuntiabant..., (in Vitellium) hostiliter egerant. — II, 86. (Antonius Primus) praepositus a Galba septimae legioni scriptitasse Othoni credebatur ducem se partibus offerens; a quo neglectus... Scriptae in Britanniam ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos epistulae, quod utraque legio pro Othone, adversa Vitellio fuerat. — II, 95. Misera civitas eodem anno Othonem, Vitellium passa. — II, 101. (Lucilio) Basso (transitionem ad Vespasianum) molienti minor difficultas erat (quam Alieno Caecinae), lubrica ad mutandam fidem classe ob memoriam recentis pro Othone militiae. — — III, 10. Ira militum in Tampium Flavianum incubuit; ...propinquum Vitellii, proditorem Othonis, interceptorem donativi clamitabant. — III, 32. Exercitus (Flavianus)... vetere odio ad excidium Cremonensium incubuit. Iuvisse partes Vitellianas Othonis quoque bello credebantur. — III, 44. Cuncta ad victoris (Vespasiani) opes conversa, initio per Hispaniam a prima Adiutrice legione orto, quae memoria Othonis infensa Vitellio decimam quo-

Digitized by Google

que ac sextam traxit. — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) «...Esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. » — IV, 54. Incesseratque fama primores Galliarum ab Othone adversus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse, ne deessent libertati, si... — *O*, 17. « Illum Galbae et Othonis et Vitellii longum et unum annum.[1] »

OTHONIANI. — I, 34. Multi arbitrabantur compositum auctumque rumorem mixtis iam Othonianis, qui ad evocandum Galbam laeta falso vulgaverint. — I, 75. Insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi. Vtrisque frustra fuit... Othoniani novitate vultus, omnibus in vicem gnaris, prodebantur. — II, 12. Marius Maturus (maritimarum Alpium procurator)... arcere provinciae finibus Othonianos intendit. — II, 15. Ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum improvide secutos conversi equites circumvenerunt... Othoniani Albigaunum interioris Liguriae (municipium) revertere. — II, 20. Caecina..., temptata Othonianorum fide per conloquium et promissa... — II, 21. Othoniani sudes et immensas lapidum ac plumbi aerisque moles... obruendis... hostibus expediunt. — II, 22. Ingerunt desuper Othoniani pila librato magis et certo ictu adversus temere subeuntes cohortes Germanorum... — II, 23. Repressus vincentium impetus, ne... Suspectum id Othonianis fuit, omnia ducum facta prave aestimantibus — II, 26. Iulium Frontonem tribunum Othoniani... (vinxerant, tamquam proditionem ageret fratri suo Iulio Grato praefecto castrorum Caecinae). — II, 34. Otho niani in Padi ripa turrim struxerant saxaque et faces iaculabantur (adversus Vitellianos). — II, 35. Quae cuncta in oculis utriusque exercitus quanto laetiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani causam auctoremque cladis detestabantur. — II, 41. Dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere et..., a paucioribus Othonianis quominus in vallum impingerentur, Italicae legionis virtute deterriti sunt. . Apud Othonianos pavidi duces, miles ducibus infensus... — II, 42. Omisso pugnae ardore Othoniani ultro salutavere (Vitellianos), et hostili murmure excepti... Othoniani, quamquam dispersi, pauciores, fessi, proelium tamen acriter sumpsere. — II, 44.

[1] V. etiam I, 37, 38, 72, 84; II, 12, 32, 37.

Digitized by Google

Media acie perrupta fugere passim Othoniani Bedriacum petentes. — II, 60. Tum interfecti centuriones promptissimi Othonianorum, unde praecipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus... (Suetonius Paulinus et Licinius Proculus apud Vitellium) proditionem ultro imputabant, spatium longi ante proelium itineris, fatigationem Othonianorum... fraudi suae adsignantes[1].

OTHONIANVS, A. VM. — II, 24. (Ad Castores Caecina insidias componit)... Proditum id Othonianis ducibus. — II, 26. Tum Othonianus pedes erupit, protrita hostium acie. — II, 33. (Salvius Titianus et Licinius Proculus Othonem) perpulere, ut Brixellum concederet... Is primus dies Othonianas partes adflixit. — II, 37. Invenio apud quosdam auctores... dubitasse exercitus, num... vel ipsi in medium consultarent, vel senatui permitterent legere imperatorem, atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse. — II, 45. Postera die haud ambigua Othoniani exercitus voluntate et, qui ferociores fuerant, ad paenitentiam inclinantibus, missa legatio (ad Vitellianos duces). — II, 54. Senatorum (qui Bononiae agebant) periculum auctum, credentibus Othonianis militibus vera esse, quae adferebantur (caesos victores Vitellianos, versam partium fortunam). — II, 62. Rata fuere eorum, qui acie Othoniana ceciderant, testamenta. — II, 71. Dissimulatus (a Vitellio) Marcii Macri (consulatus) tamquam Othonianarum partium ducis. — II, 86. (Antonius Primus) praepositus a Galba septimae legioni (Galbianae) scriptitasse Othoni credebatur, ducem se partibus offerens ; a quo neglectus in nullo Othoniani belli usu fuit. — III, 13. « Abesse unicum Othoniani exercitus robur, primanos quartadecimanosque, quos tamen isdem illis campis fuderint. » — III, 26. Othoniano bello Germanicus miles moenibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumiecerat. — IV, 1. Vbique lamenta... et fortuna captae urbis, adeo ut Othoniani Vitellianique militis invidiosa antea petulantia desideraretur. — A. 7. Classis Othoniana licenter vaga, dum Intimilios, Liguriae pars est, hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit praediaque ipsa... diripuit.

OVIDIVS[2]. — O. 12. (Loquitur Maternus) « Nec ullus Asinii

[1] V. etiam I, 25-28, 31-33, 36-47, 49, 70, 71, 74, 80-85, 87-89; II, 11, 13, 14, 17-19, 25, 28, 32, 35, 38-40, 43, 46-49, 51, 52, 66, 68, 75-77; III, 1, 2, 9, 24, 32; IV, 17.

[2] P. Ovidius Naso. Prosop., 119.

Digitized by Google

aut Messallae liber tam illustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes. »

OXIONES. — *G.* 46. Cetera iam fabulosa : Hellusios et Oxionas[1] ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum gerere.

OZOLAE. — *F.* 8. (Hi vero (Locri), qui iuxta Delphos colunt, Ozolae nuncupantur..., qui autem Lybiam delati sunt, Nasamones appellantur, ut Cornelius Tacitus refert).

(PACARIVS DECIMVS), DECIMVS PACARIVS, PACARIVS. — II, 16. Corsicam prope adflixit Decimi Pacarii procuratoris temeritas, tanta mole belli nihil in summam profutura, ipsi exitiosa. Namque Othonis odio iuvare Vitellium... statuit... Sed ubi dilectum agere Pacarius[2] et inconditos homines fatigare militiae muneribus occepit,... aversi repente animi, nec tamen aperta vi... Digressis qui Pacarium[3] frequentabant, nudus et auxilii inops balineis interficitur ; trucidati et comites. Capita ut hostium ipsi interfectores ad Othonem tulere...

PACCIVS AFRICANVS, AFRICANVS. — IV, 41. Ad Paccium[4] Africanum trangressi (senatores) eum quoque proturbant, tamquam Neroni Scribonios fratres... ad exitium monstravisset. Africanus neque fateri audebat neque abnuere poterat...

PACCIVS ORFITVS, PACCIVS[5]. — 13, 36. (Corbulo) curam praesidiorum Paccio[6] Orfito primi pili honore perfuncto mandat. Is quamquam incautos barbaros... scripserat, tenere se munimentis... iubetur. Sed rupto imperio... congressus cum hoste funditur... Quod graviter Corbulo accepit increpitumque Paccium[7] et praefectos militesque tendere extra vallum iussit; inque ea contumelia detenti nec nisi precibus universi exercitus exsoluti sunt. — 15, 12. (Corbulo) primum e perculsis (Caesennii Paeti militibus) Paccium primi pili centurionem obvium habuit, dein

[1] **A B** : *oxionas* (suprascr. : *etionas*); **C** : *exionas*. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[2] **M** : *picarius*.

[3] **M** : *picariū*.

[4] Vulg. cum dett. : *Pactium*.

[5] Prosop., 11. Paccium Orfitum (13, 36) eumdem esse atque Paccium (15, 12) probabile est, non certum.

[6] **M** : *pactio*. Corr. Io. Fr. Gronovius : « Paccii et Pacciae satis frequentes in vetustis lapidibus ». — « *Pactius* insolitum Romanis nomen. Muretus mutat : *P. Attio Orphito* » (Acidalius).

[7] **M** : *pacium*. Corr. Io. Fr. Gronovius.

Digitized by Google

plerosque militum; quos... redire ad signa et clementiam Paeti experiri monebat...

PACENSIS, v. AEMILIVS PACENSIS.

M. PACONIVS[1]. — 3, 67. Auxere numerum accusatorum (C. Silani) Gellius Publicola et M. Paconius, ille quae stor Silani, hic legatus[2].

PACONIVS AGRIPPINVS, AGRIPPINVS, PACONIVS[3]. — 16, 28. (Eprius Marcellus in Pactum Thraseam eiusque amicos verba facit) « ... Nimium mites ad eam diem patres, qui Thraseam desciscentem..., simul Paconium[4] Agrippinum, paterni in principes odii heredem,... eludere impune sinerent ». — 16, 29. Erant (in senatu) qui Helvidium quoque miserarentur...; quid Agrippino obiectum nisi tristem patris fortunam? Quando et ille perinde innocens Tiberii saevitia concidisset. — 16, 33. Helvidius et Paconius Italia depelluntur.

PACORVS[5]. — V, 9. Rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus interfectusque a P. Ventidio et Parthi trans Euphraten redacti. — *G*, 37. Quid enim aliud nobis quam caedem Crassi, amisso et ipse Pacoro, infra Ventidium deiectus Oriens obiecerit?

PACORVS[6]. — 15. 2. Vologaeses... ita orditur: « Hunc ego (Tiridaten) eodem mecum patre genitum... in possessionem Armeniae deduxi, qui tertius potentiae gradus habetur, nam Medos Pacorus ante ceperat... » — 15, 14. Ad ea Vologaeses... opperiendos sibi fratres Pacorum ac Tiridaten rescripsit; illum locum tempusque consilio destinatum, quid de Armenia cernerent. — 15, 31. Digressus (a Corbulone) Pacorum (fratrem Tiridates) apud Medos... repperit. — I, 40. Igitur milites Romani, quasi Vologaesum aut Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri[7]...

PACVVIVS[8]. — *O*, 20. (Loquitur Aper) « Exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Vergilii et Lucani sacrario prolatus. »

[1] Prosop., 15. Pater eius qui sequitur.
[2] V. etiam 16, 28, 29.
[3] Q. Paconius Agrippinus. Prosop., 16.
[4] **M** : *ragonium*. Corr. Rhenanus.
[5] Non rex, sed regis Parthorum Orodis filius
[6] Prosop., 19.
[7] V. etiam 12, 44; 15, 30.
[8] M. Pacuvius.

Digitized by Google

— 21. « Asinius... Pacuvium... et Accium non solum tragoediis, sed etiam orationibus suis expressit, adeo durus et siccus est. »

PACVVIVS[1]. — 2, 79. Domitius..., cum hiberna sextae legionis peteret..., a Pacuvio[2] legato praevenitur,

PADVS.—I, 70, Alam Silianam circa Padum agentem.—II, 11. His copiis rector additus (ab Othone) Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus. — II, 17. Florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium armis Vitellii... tenebatur... Inritabat quin etiam Batavos Transrhenanosque Padus ipse, quem repente contra Placentiam transgressi... — II, 19. Postquam non iam in conspectu Padus et nox adpetebat, vallari castra placuit (Othonianis)... — II, 20. Caecina Padum transgressus... consilia curasque in oppugnationem Placentiae... vertit. — II, 22. Caecina pudore coeptae temere oppugnationis... traiecto rursus Pado Cremonam petere intendit. — II, 23. A Marcio Macro haud procul Cremona prospere pugnatum (in Vitellianos). Namque,.. Marcius transvectos navibus gladiatores in adversam Padi ripam repente effudit. — II, 32. Tum Suetonius Paulinus... disseruit..., obiacere (Vitellianis) flumen Padum, tutas viris murisque urbes... — II, 34. Caecina ac Valens... inchoato ponte transitum Padi simulantes adversus oppositam gladiatorum manum... — II, 39. Plerique (Othonianorum) copias trans Padum agentes acciri postulabant. — II, 40. (Othoniani) confluentes Padi et Aduae fluminum, sedecim inde milium spatio distantes, petebant. — II, 43. Forte inter Padum viamque patenti campo duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima (Rapax)..., e parte Othonis prima Adiutrix... — II, 44, Praetorianus miles non virtute se, sed proditione victum fremebat;.., superesse cum ipso Othone, militum quod trans Padum fuerit. — III, 34. Condita erat (Cremona)..., ingruente in Italiam Annibale, propugnaculum adversus Gallos trans Padum agentes et si qua alia vis per Alpes rueret. — III, 50. Propinqua hieme et umentibus Pado campis. — III, 52. Placuit (ducibus Flavianis)... Padum... et mare commeatibus compleri.

[1] Prosop., 33.
[2] Ritter[2] : « Fortasse a *P. Pacuvio.* »

Digitized by Google

PAELIGNVS [1]. — III, 59. Erectus Samnis Paelignusque et Marsi aemulatione, quod Campania praevenisset, ut in novo obsequio (erga Vespasianum) ad cuncta belli munia acres erant.

PAETINA, v. AELIA PAETINA.

PAETVS. — 13, 23. Eius accusationis auctor exstitit Paetus quidam, exercendis apud aerarium sectionibus famosus et tum vanitatis manifestus..., exiliumque accusatori inrogatum et tabulae exustae sunt, quibus oblitterata aerarii nomina retrahebat.

PAETVS, v. CAESENNIVS PAETVS.

PAETVS THRASEA, PAETVS, v. THRASEA PAETVS.

PAGYDA [2]. — 3, 20. (Tacfarinas) haud procul Pagyda flumine cohortem Romanam circumsedit.

PALAMEDES. — 11, 14. Quidam... temporibus Troianis Palamedem Argivum memorant sedecim litterarum formas... repperisse.

PALATINVS. — 12, 24. Sulcus designandi oppidi coeptus (a Romulo), ut...; inde certis spatiis interiectis lapides per ima montis Palatini [3]... — 15, 38. Initium (incendii Neronis) in ea parte circi ortum, quae Palatino Caelioque montibus contigua est.

PALATIVM. — 1, 13. Constat Haterium, cum deprecandi causa Palatium introisset... — 2, 34. Tiberius... processit Palatio, procul sequi iussis militibus. — 2, 37. Cum in Palatio senatus haberetur, modo Hortensii inter oratores sitam imaginem, modo Augusti intuens (Hortalus)... — 2, 40. Vinctum clauso ore in Palatium traxere (milites falsum Agrippam Postumum)... Nec Tiberius poenam eius palam ausus in secreta Palatii parte interfici iussit. — 6, 23. (Drusus Germanici filius) in Palatium attinebatur (iussu Tiberii). — 12, 69. Foribus Palatii repente diductis, comitante Burro Nero egreditur ad cohortem... — 13, 5. Patres... in Palatium ob id vocabantur, ut adstaret additis a tergo foribus velo discreta (Agrippina). — 14, 61. Itur etiam in principis laudes... Iamque et Palatium multitudine et clamoribus complebant. — 15, 39. Nero... non ante in urbem regressus est, quam domui

[1] Vulg.: *Pelignus*.
[2] Vulg.: *Pagida*.
[3] M: *palatii*.

Digitized by Google

eius, qua Palatium et Maecenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret. Neque tamen sisti potuit, quin et Palatium et domus et cuncta circum haurirentur. — 15, 72. Nero... (Ofonium) Tigellinum et (Cocceium) Nervam ita extollens, ut super triumphales in foro imagines apud Palatium quoque effigies eorum sisteret. — I, 17. Circumsteterat interim Palatium publica exspectatio. — I, 29. Placuit pertemptari animum cohortis, quae in Palatio stationem agebat. — I, 32. Vniversa iam plebs Palatium implebat. — I, 35. Equitum plerique ac senatorum... refractis Palatii foribus ruere intus... Obvius in Palatio (Galbae) Iulius Atticus .. — I, 39. Alii in Palatium redire (Galbam), alii Capitolium petere (censebant). — I, 47. Otho cruento adhuc foro... in Capitolium atque inde in Palatium vectus... — I, 72. Eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti Titi Vinii invidia, concurrere ex tota urbe in Palatium ac fora... — I, 80. Rapta arma, nudati gladii; insidentes equis urbem ac Palatium petunt (praetoriani). — I, 82. Militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus. — III, 67. (Vitellius) pullo amictu Palatio degreditur... — III, 68... Domumque fratris petiturus discessit. Maior hic clamor obsistentium penatibus privatis, in Palatium vocantium. Interclusum aliud iter, idque solum, quo in sacram viam pergeret, patebat. Tum consilii inops in Palatium redit.— III, 70. « Contra Vitellium in Palatium, in ipsam imperii arcem regressum ». — III, 74. Stantem pro gradibus Palatii Vitellium et preces parantem pervicere (plebs et milites)... — III, 84. Vitellius capta urbe per aversam Palatii partem Aventinum in domum uxoris sellula defertur... In Palatium regreditur vastum desertumque... — *A*. 40. Agricola (redux e Britannia)... noctu in urbem, noctu in Palatium, ita ut praeceptum erat, venit.

PALLAS[1]. — 11, 29. Ac primo Callistus... et... Narcissus flagrantissimaque eo in tempore gratia Pallas agitavere, num Messalinam secretis minis depellerent amore Silii... Dein metu... desistunt, Pallas per ignaviam, Callistus... — 11, 38. Decreta Narcisso quaestoria insignia, levissimum fastidio eius, cum supra Pallantem et Callistum ageret. — 12, 1. Orto apud libertos certamine (cum uxor Claudio deligenda esset)... Pallas (Agrippinae fautor aderat).

[1] (Antonius ?) Pallas. Prosop., 49.

Digitized by Google

— 12, 2. At Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem secum traheret... — 12, 25. Adoptio in (L.) Domitium auctoritate Pallantis festinatur, qui obstrictus Agrippinae ut conciliator nuptiarum et mox stupro eius inligatus, stimulabat Claudium... — 12, 53. Pallanti, quem repertorem eius relationis ediderat Caesar, praetoria insignia et centiens quinquagiens sestertium censuit consul designatus Barea Soranus: Additum a Scipione Cornelio grates publice agendas, quod regibus Arcadiae ortus veterrimam nobilitatem usui publico postponeret... Adseveravit Claudius contentum honore Pallantem intra priorem paupertatem subsistere, et fixum est *aere* publico senatus consultum, quo libertinus sestertii ter miliens possessor antiquae parsimoniae laudibus cumulabatur. — 12, 65. (Loquitur Narcissus) « ...Quamquam ne impudicitiam quidem nunc abesse (a domo Claudii), Pallante adultero (Agrippinae)... » — 13, 2. Certamen utrique (Burro et Senecae) unum erat contra ferociam Agrippinae, quae... habebat in partibus Pallantem, quo auctore Claudius nuptiis incestis et adoptione exitiosa semet perverterat. Sed neque Neroni infra servos ingenium, et Pallas tristi adrogantia modum liberti egressus taedium sui moverat. — 13, 14. Nero infensus iis, quibus superbia muliebris (Agrippinae) innitebatur, demovet Pallantem cura rerum, quis a Claudio impositus velut arbitrium regni agebat; ferebaturque, degrediente eo magna prosequentium multitudine, non absurde dixisse ire Pallantem, ut eiuraret. Sane pepigerat Pallas, ne cuius facti in praeteritum interrogaretur paresque rationes cum re publica haberet. — 13, 23. Deferuntur dehinc consensisse Pallas ac Burrus, ut Cornelius Sulla... ad imperium vocaretur... Nec tam grata Pallantis innocentia quam gravis superbia fuit. Quippe nominatis libertis eius, quos conscios haberet, respondit nihil umquam se domi nisi nutu aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret. — 14, 2. (Agrippina dominationis) cupidine usque ad libita Pallantis provoluta. — 14, 65. Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse creditus est (Nero)..., Pallantem, quod immensam pecuniam longa senecta detineret [1].

[1] V. etiam 12, 54.

Digitized by Google

(P. PALPELLIVS) CLODIVS QVIRINALIS, v. CLODIVS QVIRINALIS.

PALPELLIVS HISTER[1]. — 12, 29. Claudius... scripsit... Palpellio[2] Histro, qui Pannoniam praesidebat, legionem ipsaque e provincia lecta auxilia pro ripa componere...

PAMMENES[3]. — 16, 14. Antistius Sosianus... exilio, ut dixi, multatus... Pammenem, eiusdem loci exulem et Chaldaeorum arte famosum eoque multorum amicitiis innexum, similitudine fortunae sibi conciliat. Ventitare ad eum nuntios et consultationes non frustra ratus, simul annuam pecuniam a P. Anteio ministrari cognoscit... Igitur interceptis Anteii litteris, furatus etiam libellos, quibus dies genitalis eius et eventura secretis Pammenis occultabantur..., scribit ad principem...

PAMPHYLIA. — 2, 79. Oram Lyciae ac Pamphyliae praelegentes. — II, 9. Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat.

PANDA. — 12, 16. In Siracos pergunt (Aquila ac Cotys) et transgressi amnem Pandam...

PANDATERIA. — 1, 53. Iulia... ob impudicitiam olim a patre Augusto Pandateria insula... clausa... — 14, 63. Nero... insula... Pandateria[4] Octaviam claudit.

PANNONIA. — 1, 47. Validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam. — 3, 9. Piso... adsequitur legionem, quae e Pannonia in urbem, dein praesidio Africae ducebatur. — 4, 5. Ripam... Danuvii legionum duae in Pannonia, duae in Moesia attinebant, totidem apud Delmatiam locatis. — 12, 29. Claudius... scripsit... Palpellio Histro, qui Pannoniam praesidebat, legionem ipsaque e provincia lecta auxilia pro ripa componere. — 12, 30. Secuti mox (Vannium) clientes et acceptis agris in Pannonia locati sunt. — 15, 25. Quinta decima legio ducente Mario Celso e Pannonia adiecta est (exercitui Corbulonis bello adversus Parthos praepositi). — I, 76. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones. — II. 11.

[1] Sex. Palpellius Hister. Prosop., 53.

[2] M : *p. atellio.* Corr. Lipsius. Cf. Ritter ad h. l.

[3] Prosop., 55. — Vulg. ante Lipsium : *Parmenes.*

[4] Eam scripturam exhibere M, non *pandecteriam*, quod priores sibi legisse visi erant, testatur Andresen. *De codicibus Med. Ann. Tac.*, p. 19.

Digitized by Google

Laeta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus.— II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit... contra ipsis omnia opulenta et fida, Pannoniam, Moesiam, Delmatiam, Orientem, cum integris exercitibus... — II, 86. At in Pannonia tertia decima legio ac septima Galbiana... haud cunctanter Vespasiano accessere... Quamquam consularibus legatis nihil turbantibus. Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes. Sed procurator aderat Cornelius Fuscus... — III, 1. (Duces Flaviani) agitavere placeretne obstrui Pannoniae Alpes... — III, 4. (Tampium) Flavianum omissa Pannonia ingressum Italiam et discrimini exemptum rerum novarum cupido legati nomen resumere et misceri civilibus armis impulerat. — V, 26. (Loquitur Iulius Civilis) « Arma in Germania movi, quae... (Tampius) Flavianus in Pannonia. » — *G.* 28. Vtrum Aravisci in Pannoniam ab Osis... an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint... incertum est. — *A.* 41. Ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent : tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi...

PANNONICI. — III, 11. Moesiae legiones adiutam a se Pannonicorum ultionem (in Tampium Flavianum) referentes, et Pannonici, velut absolverentur aliorum seditione, iterare culpam gaudebant.

PANNONICVS, A. — 1, 16. Hic rerum urbanarum status erat, cum Pannonicas legiones seditio incessit. — 1, 31. Non unus haec, ut Pannonicas inter legiones Percennius, ...sed multa seditionis ora vocesque. — 1, 52. (Tiberius) cuncta..., quae Germanicus indulserat, servavit etiam apud Pannonicos exercitus. — I, 26. Ne per tenebras, ut quisque Pannonici vel Germanici exercitus militibus oblatus esset, ...pro Othone destinaretur. — I, 67. Helvetii, interceptis epistulis, quae nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur... — II, 85. Ita tres Moesiae legiones per epistulas adliciebant Pannonicum exercitum (in partes Vespasiani) aut abnuenti vim parabant. — II, 86. Iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere. — II, 98. Pannonicae Alpes praesidiis (Flavianorum) insessae... — III, 2. Antonius Primus... disseruit... Quin potius eo ipso uterentur (Flaviani), quod Pannonicae legiones deceptae magis

Digitized by Google

quam victae resurgere iu ultionem properent, Moesici exercitus integras vires attulerint... Duae tunc Pannonicae ac Moesicae alae perrupere hostem...—III, 24. Antonius... cur victa resumpsissent arma, Pannonicas legiones interrogabat : illos esse campos, in quibus abolere labem prioris ignominiae... possent. — III, 53. Antonius (Primus). ...litteras ad Vespasianum composuit : ...se Pannonicas legiones in arma egisse... — IV, 54. Vulgato rumore a Sarmatis Dacisque Moesica ac Pannonica hiberna circumsederi. — *G*, 43. Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos.

PANNONII. — 15, 10. (Caesennius Paetus) alares... Pannonios robur equitatus, in parte campi locat. — II, 14. (Militibus a Fabio Valente in Othonianos missis) adiuncta Ligurum cohors... et quingenti Pannonii nondum sub signis. — II, 17, Capta (a Vitellianis) Pannoniorum cohors apud Cremonam. — III, 12. Lucilius Bassus classis Ravennatis praefectus ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatae Pannoniique erant, quae provinciae Vespasiano tenebantur, partibus eius adgregaverat. — *G*. 1. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus... separatur.

PANSA [1] — 1, 10. Caesis Hirtio et Pansa, sive hostis illos, seu Pansam venenum vulneri adfusum.,. abstulerat. — *O*, 17. « Hirtio... et Pansa consulibus... occisus est (Cicero), quo anno Divus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit.

* PANTELVS, v. P. ANTEIVS.

PANTVLEIVS [2] — 2, 48. (Tiberius) Caesar,.. Pantuleii [3] divitis equitis Romani hereditatem... tradidit M. Servilio.

PAPHIA VENVS. — 3, 62. Cyprii tribus de delubris (disseruerunt in senatu), quorum vetustissimum Paphiae Veneri auctor Aerias (posuisset). — II, 2. (Titum) cupido incessit adeundi visendique templum Paphiae Veneris, inclutum per indigenas advenasque.

[1] C. Vibius Pansa.

[2] Prosop., 70.

[3] Vulgo *Patulei*. — « Diese seltene Name findet sich noch bei Varro, *r. r.*, III, 5..., u. Grvt., 126; *C. I. L.*, XII, 4027; III, 6121. » (Nipperdey-Andresen.) — « Praenomen excidisse videtur. » (Orelli.) — Alia eiusdem nominis exempla exhibet Prosop., 71 et 72, ex titulis, *C. I. L.*, X, 6265; XIV, 246. — Ritter[2] : *P. Pantulei* vel *T. Pantulei*.

Digitized by Google

PAPIA POPPAEA[1] LEX. — 3, 25. Relatum dein de moderanda Papia Poppaea, quam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis caelibum poenis et augendo aerario sanxerat. — 3, 28. Acriora ex eo vincla, inditi custodes et lege Papia Poppaea praemiis inducti, ut, si e privilegiis parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret.

SEX. PAPINIVS[2]. — 6, 40. Q. Plautius Sex. Papinius consules sequuntur.

SEX. PAPINIVS[3]. — 6, 49. Sex. Papinius consulari familia repentinum et informem exitum delegit, iacto in praeceps corpore. Causa ad matrem referebatur, quae... perpulisset iuvenem ad ea, quorum effugium non nisi morte inveniret.

PAPIRIVS. — IV, 49. Claudius Sagitta... prospera navigatione praevenit Papirium centurionem a Muciano missum adseveravitque mandata interficiendi Pisonis (proconsule Africae) centurioni data... Centurio a Muciano missus ut portum Carthaginis attigit...

PAPIRIVS CARBO, CARBO[4]. — G. 37. Sexcentesimum et quadragesimum annum urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Caecilio Metello et Papirio Carbone consulibus... Germani Carbone et Cassio et Scauro Aurelio et Servilio Caepione, Cn. quoque Manlio fusis vel captis...

C. (PAPIRIVS) CARBO, v. C. CARBO.

PAPIVS MVTILVS[5]. — 2, 32. Dona (deis ob mortem Libonis Drusi)... L. Piso et Gallus Asinius et Papius Mutilus et L. Apronius decrevere.

PARIS[6]. — 13, 19. (Atimetus) Paridem histrionem, libertum et ipsum Domitiae, impulit ire propere crimenque atrociter deferre (in Agrippinam). — 13, 20. Provecta nox erat et Neroni per vinolentiam trahebatur, cum ingreditur Paris, solitus alioquin id temporis luxus principis intendere, sed tunc compositus ad

[1] Intellegendi sunt M. Papius Mutilus et Q. Poppaeus Secundus, coss. suffecti a. 9.

[2] Sex. Papinius Allenius. Prosor., 76.

[3] Prosor., 74. Filius, ut videtur, eius qui praecedit.

[4] Cn. Papirius Carbo, cos. a. 641 = 113.

[5] M. Papius Mutilus. Prosor., 92.

[6] L. Domitius Paris. Prosor., D. 135.

Digitized by Google

maestitiam, expositoque indicii ordine ita... exterret... — 13, 21. (Loquitur Agrippina) « ... (Domitia) per concubinum Atimetum et histrionem Paridem quasi scaenae fabulas componit. » — 13, 22. De Atimeto supplicium sumptum, validiore apud libidines principis Paride, quam ut poena adficeretur. — 13, 27. Nec multo post ereptus *Domitiae Neronis*[1] amitae libertus Paris, quasi iure civili, non sine infamia principis, cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat.

* PARMENES, v. PAMMENES.

PARRACES. — 12, 14. Omni spe perdita Meherdates, promissa Parracis[2] paterni clientis secutus, dolo eius vincitur traditurque victori (Gotarzi).

PARTHI, PARTHVS (sing. coll.), PARTHVS (sing.). — 2, 1. Mota Orientis regna provinciaeque Romanae, initio apud Parthos orto. — 2, 2. Post finem Phraatis... venere in urbem legati a primoribus Parthis, qui Vononem... accirent... Mox subiit pudor degeneravisse Parthos... (Inter se rogant) ubi illam gloriam..., si mancipium Caesaris... Parthis imperitet... Prompti aditus (regis Vononis), obvia comitas, ignotae Parthis virtutes, nova vitia. — 2, 3. Armenia... vacua tunc interque Parthorum et Romanas opes infida... — 2, 4. Si nostra vi defenderetur (Vonones), bellum adversus Parthos sumendum erat. — 2, 56. (Armenii) maximis... imperiis interiecti et saepius discordes sunt, adversus Romanos odio et in Parthum invidia. — 2, 58. Inter quae ab rege Parthorum Artabano legati venere (ad Germanicum)... Ad ea Germanicus de societate Romanorum Parthorumque magnifice... respondit. — 2, 60. Haud minus magnifica, quam nunc vi Parthorum aut potentia Romana iubentur. — 3, 62. Aphrodisienses... et Stratonicenses... recens Divi Augusti decretum adtulere, laudati quod Parthorum inruptionem nihil mutata in populum Romanum constantia pertulissent. — 6, 14. Rubrio Fabato, tamquam desperatis rebus Romanis Parthorum ad misericordiam fugeret, custodes additi. — 6, 31. C. Cestio M. Servilio consulibus nobiles Parthi in urbem venere, ignaro rege Artabano... Parthis mittendi secretos nuntios validissimus auctor fuit Sinnaces... et proximus

[1] Suppl. Nipperdey-Andresen.
[2] Vulgo *Parrhacis*.

Digitized by Google

huic Abdus... — 6, 32. Phraates..., dum omisso cultu Romano, cui per tot annos insueverat, instituta Parthorum sumit, patriis moribus impar morbo absumptus est. — 6, 33. Quae postquam Artabano cognita, filium Oroden ultorem parat ; dat Parthorum copias... (Sarmatae) qui Parthis adventabant, facile arcebantur... — 6, 34. Interim Oroden... Pharasmanes vocare ad pugnam..., donec Parthi contumeliarum insolentes... poscerent proelium... Derecta utrimque acie Parthus imperium Orientis, claritudinem Arsacidarum... disserebat. — 6, 35. Variae hinc bellantium species, cum Parthus sequi vel fugere pari arte suetus... Fama... occisi (Orodis) falso credita exterruit Parthos victoriamque concessere. — 6, 36. (Sperabat Artabanus) posse Parthos absentium aequos, praesentibus mobiles, ad paenitentiam mutari. — 6, 41. At Tiridates volentibus Parthis... oppida recepit. — 6, 42. Quotiens concordes agunt (Seleucenses), spernitur Parthus. — 11, 8. (Pharasmanes) rex Hiberis idemque Mithridatis frater nuntiabat (ei) discordare Parthos... — 11, 9. Vardani deditur Seleucia septimo post defectionem anno, non sine dedecore Parthorum, quos una civitas tamdiu eluserat. — 11, 10. Ibi modus rebus secundis positus (Vardani) ; nam Parthi quamquam victores longinquam militiam aspernabantur... Nece Vardanis turbatae Parthorum res inter ambiguos, quis in regnum acciperetur... Dein praevaluit Gotarzes potitusque regiam per saevitiam ac luxum adegit Parthos mittere ad principem Romanum occultas preces... — 12, 10 Per idem tempus legati Parthorum ad expetendum, ut rettuli, Meherdaten missi senatum ingrediuntur... — 12, 11. Incipit orationem Caesar de fastigio Romano Parthorumque obsequiis. — 12, 12. Postquam inlustres Parthi rexque Arabum .. advenerat, (C. Cassius Syriae legatus) monet Meherdaten... — 12, 14. (Vonones) brevi et inglorio imperio perfunctus est, resque Parthorum in filium eius Vologaesen translatae. — 12, 44. Eodem anno bellum inter Armenios Hiberosque exortum Parthis quoque ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa fuit. Genti Parthorum Vologaeses imperitabat... Pharasmanes (Radamisto filio regni cupido)... Armeniam ostentare, pulsis Parthis datam Mithridati a semet memorando. — 12, 49. Helvidius Priscus... redire in Suriam iubetur, ne initium belli adversus Parthos exsisteret. — 12, 50. Incessu Parthorum sine acie pulsi Hiberi. —

Digitized by Google

13, 6. Fine anni turbidis rumoribus prorupisse rursum Parthos et rapi Armeniam adlatum est, pulso Radamisto... — 13, 7. Nero... duos... veteres reges Agrippam et Antiochum expedire copias, quis Parthorum fines ultro intrarent, (iubet)... Abscessere Armenia Parthi, tamquam differrent bellum. — 13, 34. Mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter resumitur... Armenii ambigua fide utraque arma invitabant, situ terrarum, similitudine morum Parthis propiores conubiisque permixti... — 13, 37. Tiridates... mittebat... (ad Corbulonem) oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent, cur... nuper... redintegrata... amicitia..., vetere Armeniae possessione depelleretur. — 14, 25. Quae facilius proveniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur, miserantque Hyrcani ad principem Romanum (legatos)... Eos regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium custodiis circumvenirentur, dato praesidio ad litora maris Rubri deduxit, unde vitatis Parthorum finibus patrias in sedes remeavere. — 14, 26. Plerique (Armeniorum) superbiam Parthorum perosi datum a Romanis regem (Tigranen) malebant... — 15, 1. Rex Parthorum Vologaeses... (Primores gentium praecipueque Monobazus rex Adiabenorum querebantur) iam de Armenia concessum (Tigrani), proxima trahi et, nisi defendant Parthi, levius servitium apud Romanos deditis quam captis esse. — 15, 4. Partho ad exsequendas obsidiones nulla comminus audacia. — 15, 7. Legati Vologaesis, quos ad principem missos memoravi, revertere inriti bellumque propalam sumptum a Parthis... — 15, 9. Parthi omisso paratu invadendae Syriae spem omnem in Armeniam (verterunt). — 15, 10. Retineri castra et eludi Parthus tractu belli poterat, si Paeto aut in suis aut in alienis consiliis constantia fuisset. — 15, 13. Eoque intentius Vologaeses premere obsessos..., propius incedens quam mos Parthis, si ea temeritate hostem in proelium eliceret. At illi..., vis *si* ingrueret, provisis exemplis *pacis* Caudinae Numantinaeque, *neque* eamdem vim Samnitibus, Italico populo, ac Parthis [1], Romani imperii aemulis...—15, 14. Vasaces

[1] **M** : *aut poeuis*. Corr. Halmius.— Io. Fr. Gronov.: *aut Hispanis, quam Parthis*; Nipperdey : *ut Parthis*. — Totus locus corruptus est. Quae et pro codicis lectione et contra eamdem dici possunt, v. apud Orellivm.

Digitized by Google

(Vologaesis legatus) imaginem retinendi largiendive (Armeniam) penes nos, vim penes Parthos memorat (apud Caesennium Paetum)... Placuitque liberari obsidio legiones (Paeti) et decedere omnem militem finibus Armeniorum castellaque et commeatus Parthis tradi... — 15, 15. Interim flumini Arsaniae. . (Paetus) pontem imposuit, specie sibi illud iter expedientis, sed Parthi quasi documentum victoriae iusserant. — 15, 16. Ceterum obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem inicerent, contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum et pabulo attrito relicturos oppugnationem... — 15, 17. Conquerente (Corbulone apud Caesennium Paetum) .. potuisse bellum fuga Parthorum finiri... Quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Suriam repetiturum... — 15, 18. At Romae tropaea de Parthis arcusque medio Capitolini montis sistebantur, decreta ab senatu integro adhuc bello... — 15, 24. Inter quae veris principio legati Parthorum mandata regis Vologaesis... (Romam) attulere : « ...Se priora... super obtinenda Armenia nunc omittere, quoniam di... possessionem Parthis non sine ignominia Romana tradidissent... » — 15, 27. (Corbulonis ad Vologaesen mandata) « ...Multa Romanis secunda, quaedam Parthis evenisse, documento adversus superbiam... Vologaesen melius societate Romana quam damnis mutuis genti Parthorum consulturum ». — 15, 28. (Tiridates)... adiungit iturum... Romam laturumque novum Caesari decus, non adversis Parthorum rebus supplicem Arsaciden. — I, 2. Mota prope etiam Parthorum arma falsi Neronis ludibrio. — II, 6. Nulla seditio legionum (Orientis), tantum adversus Parthos minae, vario eventu. — II, 82. Missi (a Vespasiano) ad Parthum Armeniumque legati, provisumque, ne, versis ad civile bellum legionibus, terga nudarentur. — III, 24. Antonius (Primus)... plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens, ut sub M. Antonio Parthos... pepulissent. — IV, 51. (Apud Vespasianum) aderant legati regis Vologaesi quadraginta *milia* Parthorum equitum offerentes. — V, 8. Postquam Macedones praepolluere, rex Antiochus demere (Iudaeis) superstitionem... adnisus.... Parthorun bello prohibitus est... Tum Iudaei, Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis... — V, 9. Postquam in dicionem M. Antonii provinciae cesserant, rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus interfectusque a P. Ven-

Digitized by Google

tidio, et Parthi trans Euphraten redacti. — *G.* 17. Locupletissimi (Germanorum) veste distinguuntur, non fluitante sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente. — 37. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae Galliaeve, ne Parthi quidem saepius admonuere (Romanos quam Germani)... Quid enim aliud nobis quam caedem Crassi, amisso et ipse Pacoro, infra Ventidium deiectus Oriens obiecerit?.

PARTHVS (adiect). — 2, 57. « Principis Romani, non Parthi regis filio eas epulas dari. » — 11, 9. Parthi imperatores (Gotarzes et Vardanes), cum pugnam pararent, foedus repente iaciunt, cognitis popularium insidiis. — 15, 7. Pila militum (Romanorum) arsere, magis insigni prodigio, quia Parthus hostis missilibus telis decertat.

PARTHICVS, VM. — 6, 34. Pharasmanes integros (Hiberos) a Parthico dominatu (disserebat). — 6, 41. Tiridates... Halum... et Artemitam Parthica oppida recepit.

PASSIENVS[1]. — 6, 20. (De Gaio Caesare) mox scitum Passieni oratoris dictum percrebruit, neque meliorem umquam servum neque deteriorem dominum fuisse.

PATAVIVM. — 16, 21. (Paetus) Thrasea Patavi, unde ortus erat, ludis... a Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat. — II, 100. (Caecina) Ravennam devertit, praetexto classem adloquendi. Mox Patavi[2] secretum componendae proditionis quaesitum. — III, 6. Inde (Antonius Primus et Arrius Varus) Patavium et Ateste partibus (Flavianis) adiunxere. — III, 7. Legiones septima Galbiana, tertia decima Gemina.. Patavium alacres veniunt. — III, 11. (Aponius Saturninus legatus Moesiae) omissis lictoribus Patavium concessit.

PATROBIVS, PATROBII[3]. — I, 49. Ante Patrobii tumulum. Libertus is Neronis punitus a Galba fuerat. — II, 95. Nondum quartus a victoria mensis, et libertus Vitellii Asiaticus Polyclitos, Patrobios et cetera odiorum nomina aequabat.

*PATVLEIVS, v. PANTVLEIVS.

[1] C. Passienus Crispus. Prosop., 109.
[2] M : *patui.*
[3] Prosop., 119.

Digitized by Google

PAVLLVS AEMILIVS. — I, 70. Idem diebus M. Lepidus ab senatu [illegible] Aemilia monumenta, propria pecunia [illegible].

PAVLLVS. v. POMPEIA PAVLLINA.

PAVLLINVS POMPEIVS PAVLLINVS. v. POMPEIVS PAVLLINVS.

PAVLLINVS SVETONIVS. v. SVETONIVS PAVLLINVS.

PAVLLINVS VALERIVS PAVLLINVS.

L. PAVLLVS[1]. — II, 38. Vocati... patres multa et magnifica super [illegible] Carthaginem disserere, neque minus id clarum quam quod [illegible] P. Scipio, Persen L. Paulus... populo Romano [illegible].

PAVLVS FABIVS. v. FABIVS PAVLVS.

PAXAEA. — 6, 29. Proculeius Labeo... per abruptas venas sanguinem effudit, semulatque est coniunx Paxaea.

PEDANIVS COSTA[2]. — II, 71. Pedanius Costa (designatus a Galba consul, commutatur a Vitellio), ingratus principi ut adversus Neronem ausus et Verginii exstimulator; sed alias protulit causas.

PEDANIVS SECVNDVS[4]. — 14, 42. Haud multo post praefectum urbis Pedanium Secundum servus ipsius interfecit, seu negata libertate, cui pretium pepigerat, sive amore exoleti incensus et dominum aemulum non tolerans — 14, 43. (Loquitur in senatu C. Cassius) « ... Decernite hercule impunitatem : at quem dignitas sua defendet, cum praefecto urbis non profuerit? Quem numerus servorum tuebitur, cum Pedanium Secundum quadringenti non protexerint?... »[5].

Q. PEDIVS[6]. — O, 17. « Quo anno Divus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit »[7].

PEDIVS BLAESVS[8]. — 14, 18. Motus senatu et Pedius Blaesus,

[1] L. Aemilius Paulus, cos. 704 = 50. Cf. Nipperdey-Andresen.
[2] L. Aemilius Paulus Macedonicus.
[3] Prosop., 141.
[4] L. Pedanius Secundus. Prosop., 146.
[5] V. etiam 14, 44.
[6] Cos. suff. 711 = 43.
[7] V. praeterea ad Q. PEDIVM.
[8] Prosop., 151.

Digitized by Google

accusantibus Cyrenensibus violatum ab eo thesaurum Aesculapii dilectumque militarem pretio et ambitione corruptum. — I, 77. Redditus (ab Othone) Cadio Rufo, Pedio Blaeso, Saevino Pontio, senatorius locus. Repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant. Placuit ignoscentibus verso nomine, quod avaritia fuerat, videri maiestatem.

PEDO[1]. — 1, 60. Equitem (Germanici) Pedo praefectus finibus Frisiorum ducit.

PELAGO[2]. — 14, 59. (Rubellium Plautum) centurio trucidavit coram Pelagone spadone, quem Nero centurioni et manipulo, quasi satellitibus ministrum regium, praeposuerat.

*PELIGNVS, v, PAELIGNVS.

PELOPONNESVS. — 4, 43. Messenii veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere.

PELOPS. — 4, 55. Sardiani (memorabant)... auctam... adhuc Lydorum opulentiam missis in Graeciam populis, cui mox a Pelope nomen.

PENATES. — 15, 41. Delubrum Vestae cum Penatibus populi Romani (exustum incendio Neronis).

PERCENNIVS. — 1, 16. Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax lingua... — 1, 28. « Percennione et Vibuleno sacramentum dicturi sumus? Percennius et Vibulenus stipendia militibus, agros emeritis largientur? » — 1, 29. (Drusus) vocatos Vibulenum et Percennium interfici iubet. — 1, 31. Non unus haec, ut Pannonicas inter legiones Percennius,... sed multa seditionis ora vocesque...[3].

PERGAMVM, PERGAMENI, CIVITAS PERGAMENA. — 3, 63. Consules..., apud Pergamum Aesculapii compertum asylum rettulerunt. — 4, 37. (Loquitur Tiberius) «... Cum Divus Augustus sibi atque urbi Romae templum apud Pergamum sisti non prohibuisset... » — 4, 55. Pergamenos, eo ipso nitebantur, aede Augusto ibi sita satis adeptos creditum. — 16, 23. (Barea Soranus pro consule Asiae) vim... civitatis Pergamenae, prohibentis Acratum Caesaris libertum statuas et picturas avehere, inultam omiserat.

[1] Albinovanus Pedo (?). Cf. Nipperdey-Andresen.
[2] Prosop., 165.
[3] V. etiam 1, 17.

Digitized by Google

PERINTHVS. — 2, 54. Perinthum... ac Byzantium, Thraecias urbes, (Germanicus navigando praeterit).

PERIPATETICI.— *O*, 31. Ad (sensus) permovendos mutuabimur a Peripateticis aptos et in omnem disputationem paratos iam locos...»

PERPENNA[1]. — 3, 62. (Ab Hierocaesariensibus) memorabantur Perpennae, Isaurici multaque alia imperatorum nomina, qui .. templo (Dianae Persicae)... sanctitatem tribuerant.

PERSAE. — 2, 60. Regem Rhamsen Libya, Aethiopia Medisque et Persis... potitum. — 3, 61. Ephesii... memorantes... neque Persarum dicione deminutum ius (asyli arae in luco Ortygia sitae)... — 6, 31. (Artabanus) veteres Persarum ac Macedonum terminos, seque invasurum possessa Cyro et post Alexandro... iaciebat. — 12, 13. Castellum[2] insigne fama, quod postremo inter Darium atque Alexandrum proelio Persarum illic opes conciderant. — V, 8. Dum Assyrios penes Medosque et Persas Oriens fuit... — *O*, 40. « Ne Macedonum quidem ac Persarum aut ullius gentis, quae certo imperio contenta fuerit, eloquentiam novimus. »

PERSEVS. — 4, 55. Vndecim urbes certabant, (cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae templum Tiberii statueretur)... Neque multum distantia inter se memorabant de vetustate generis, studio in populum Romanum per bella Persi[3] et Aristonici aliorumque regum. — 12, 38. Vocati posthac patres multa et magnifica super captivitate Carataci disseruere, neque minus id clarum, quam quod Syphacem P. Scipio, Persen L. Paulus... populo Romano ostendere.— 12, 62. Byzantii (apud senatum disseruere)... missas (a se)... copias in Antiochum, Persen, Aristonicum...

PERSICA DIANA. — 3, 62. Hierocaesarienses exposuere Persicam apud se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum.

PERVSIA. — I, 50. Repetita bellorum civilium memoria... Pharsaliam, Philippos et Perusiam ac Mutinam... loquebantur.

PERVSINVM BELLVM. — 5, 1. Primum (Liviae) matrimonium ...cum Tiberio Nerone, qui bello Perusino[4] profugus pace inter Sex. Pompeium ac triumviros pacta in urbem rediit.

[1] M. Perpenna (vel Perperna). Cf. Orelli in app. crit. — Vulg. a Lipsio: *Perpernae*.

[2] Cod. Agricolae : *Arbela castellum;* Heraeus : *castellum Gaugamela;* Ersch et Gruber : *Arbelon*. Cf. Ritter et Nipperdey-Andresen.

[3] « Die Form *Persi* statt *Persei* auch Sall. *Hist.*, I, 7, Kritz ». (Nipperdey-Andresen.)

[4] **M** : *perusinio*.

Digitized by Google

PETILIVS CERIALIS, CERIALIS, PETILIVS [1]. — 14, 32. Victor Britannus Petilio [2] Ceriali, legato legionis nonae in subsidium (Camuloduni coloniae) adventanti obvius fudit legionem et quod peditum interfecit, Cerialis cum equitibus evasit in castra et munimentis defensus est. — 14, 33. Suetonius..., circumspecta infrequentia militis, satisque magnis documentis temeritatem Petilii coercitam... — III, 59. Obvium illic Petilium Cerialem habuere (Flaviani), agresti cultu et notitia locorum custodias Vitellii elapsum. Propinqua adfinitas Ceriali cum Vespasiano, nec ipse inglorius militiae, eoque inter duces adsumptus est. — III, 78. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus praemissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum Salaria via urbem introiret, satis maturaverat. — III, 79. Petilio Ceriali equestre proelium adversum fuerat ; namque incautum et tamquam ad victos ruentem Vitelliani... excepere... — III, 80. Vocato senatu deliguntur legati ad exercitus... Qui Petilio Ceriali occurrerant, extremum discrimen adiere, aspernante milite condiciones pacis. — IV, 68. Romae cuncta (de Gallorum Germanorumque defectione) in deterius audita Mucianum angebant, ne quamquam egregii duces, iam enim Gallum Annium et Petilium Cerialem delegerat, summam belli parum tolerarent. — IV, 71. Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Mogontiacum venit,... pugnae avidus et contemnendis quam cavendis hostibus melior... Eo rapidius Cerialis... Rigodulum venit. — IV, 72. Cerialis postero die coloniam Trevirorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis... Cerialis metu infamiae... pressit iras... Donec Cerialis mulceret animos, fato acta dictitans, quae militum ducumque discordia vel fraude hostium evenissent. — IV, 75. Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas, quarum haec sententia fuit : «... Si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus civitatium suarum contentos... » Ad ea Cerialis Civili et Classico nihil..., ipsas..., epistulas ad Domitianum misit... Plerique culpabant Cerialem passum iungi, quos discretos intercipere licuisset. — IV, 76. Tutor cunctatione crescere rem Romanam adfirmabat ... Quod si statim congrediantur, nullas esse Ceriali nisi e reli-

[1] Q. Petilius Cerialis Caesius Rufus. PROSOP., 191.
[2] M : *petio*. Corr. Lipsius.

Digitized by Google

quiis Germanici exercitus legiones... — IV, 77. Tam improvisi adsiluere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis, neque enim noctem in castris egerat, pugnari simul vincique suos audierit... Cerialis turbidis rebus intrepidus et fugientes manu retrahens... felici temeritate... — IV, 78. Cerialis, ut incuria prope rem adflixit, ita constantia restituit. — IV, 79. Cerialis propero agmine subvenit (Agrippinensibus)... Classicus... adversus equites Novaesium a Ceriale praemissos secundum proelium fecit. — IV, 86. Ita Lugudunum ventum. Vnde creditur Domitianus occultis ad Cerialem nuntiis fidem eius temptavisse, an praesenti sibi exercitum imperiumque traditurus foret... Cerialis salubri temperamento elusit, ut vana pueriliter cupientem. — V, 14. At Civilis post malam in Treveris pugnam... apud Vetera castra consedit... Secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis... — V, 15. Eius proelii eventus utrumque ducem diversis animi motibus ad maturandum summae rei discrimen erexit. Civilis instare fortunae, Cerialis[1] abolere ignominiam... — V, 16. Postera luce Cerialis[2] equite et auxiliariis cohortibus frontem explet... Cerialis[3] veterem Romani nominis gloriam, antiquas recentesque victorias (apud suos memorabat)... — V, 18. Inter quae perfuga Batavus adiit Cerialem... — V, 19. Quarta decima legio in superiorem provinciam Gallo Annio missa. Cerialis exercitum decima ex Hispania legio supplevit. — V, 20. (Civilis, Classicus, Tutor) Cerialem neque satis cautum et pluribus nuntiis huc illuc cursantem posse medio intercipi (sperabant). — V. 21. Vbi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna... Cerialis parum temporis ad exsequenda imperia dabat, subitus consiliis, sed eventu clarus... — V, 22. Cerialis alibi noctem egerat, ut plerique credidere, ob stuprum Claudiae Sacratae mulieris Vbiae. — V, 23. Cerialis miraculo magis quam metu derexit classem... Cerialis insulam Batavorum hostiliter populatus agros villasque Civilis intactas nota arte ducum sinebat. — V, 24. Cerialis per occultos nuntios Batavis pacem, Civili veniam ostentans... — *A*. 8. Brevi deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit.

[1] **M** : *cerealis.*
[2] **M** : *cerealis.*
[3] **M** : *cerealis.*

Digitized by Google

Habuerunt virtutes spatium exemplorum. Sed primo Cerialis labores modo et discrimina, mox et gloriam communicabat (Agricolae). — 17. Vbi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit, magni duces... Et terrorem statim intulit Petilius Cerialis [1], Brigantium civitatem... adgressus... Et Cerialis [2] quidem alterius successoris curam famamque obruisset, sustinuit molem Iulius Frontinus... [3].

PETILIVS RVFVS [4]. — 4, 68. (Titium Sabinum) Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius[5] Rufus, M. Opsius praetura functi adgrediuntur, cupidine consulatus, ad quem non nisi per Seianum aditus [6].

* PETITIVS RVFVS, v. PETILIVS RVFVS.

* PETIVS CERIALIS, v. PETILIVS CERIALIS.

PETRA. — 11, 4. Pergit... Suillius addere reos equites Romanos inlustres, quibus Petra cognomentum. At causa necis ex eo, quod domum suam Mnesteris et Poppaeae congressibus praebuissent. Verum nocturnae quietis species alteri obiecta... Illud haud ambigitur, qualicumque insomnio ipsi fratrique perniciem allatam.

PETRIANA ALA. — I, 70. Praemissis (ab Alieno Caecina in Italiam). ...cohortibus... cum ala Petriana [7], — IV, 49. Claudius Sagitta, praefectus alae Petrianae [8], prospera navigatione (in Africam) praevenit Papirium centurionem a Muciano missum.

* PETRINA, v. PETRIANA.

PETRONIA [9]. — II, 64. Vitellius metu et odio, quod Petroniam uxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepisset, vocatum per epistulas... interfici iussit.

[1] **A** : *Caerealis;* **B** : *cerealis.* Corr. Lipsius.

[2] **A** : *Caerealis;* **B** : *cerealis.*

[3] V. etiam III, 86; IV, 1, 70, 73, 74, 85; V, 26.

[4] Prosop., 192. Pater, ut videtur, Petilii Cerialis.

[5] **M** : *petitius.* Corr. Lipsius. — « Die Hds. *Petitius*, was kein rüm. Name ist (Mvr. 1724,7 ist korrupt). Es bleibt also die Wahl zwischen *Peticius* und *Petilius.* Letzteres ist vorzuziehn, weil von dieser Gens feststeht, dass es von ihr eine senatorische Familie mit dem Beinamen *Rufus* gab. » (Nipperdey-Andresen.) Novimus enim *Q. Petilium Rufum* cos. II a. 83 p. Ch. *(C. I. Gr.*, 3173*).*

[6] V. etiam 4, 69, 71.

[7] *ab : alpe triaria.* Corr. Boecking. — « Nominata videtur ab *equitibus Romanis illustribus, quibus Petra cognomentum,* Ann. 11,4. » (Orelli-Meiser.) — Savilius : *Petrina.*

[8] **M** : *petrinae.* Corr. Boecking.

[9] Prosop., 241. Filia eius qui sequitur.

Digitized by Google

P. PETRONIVS[1]. — 3, 49. Id (carmen) Clutorius in domo P. Petronii, socru eius Vitellia coram (legerat). — 6, 45. Idem annus gravi igne urbem adfecit... Aestimando cuiusque detrimento quattuor progeneri Caesaris... delecti additusque nominatione consulum P. Petronius.

T. PETRONIVS, PETRONIVS[2]. — 16, 17. Paucos... intra dies eodem agmine Annaeus Mela, Cerialis Anicius, Rufrius Crispinus, T. Petronius[3] cecidere. — 16, 18. De Petronio[4] pauca supra repetenda sunt... Proconsul tamen Bithyniae et mox consul vigentem se ac parem negotiis ostendit... Inter paucos familiarium Neroni adsumptus est, elegantiae arbiter, dum nihil amoenum et molle adfluentia putat, nisi quod ei Petronius adprobavisset. Vnde invidia Tigellini... Ergo crudelitatem principis, cui ceterae libidines cedebant, adgreditur, amicitiam Scaevini Petronio obiectans... — 16, 19. Forte illis diebus Campaniam petiverat Caesar et Cumas usque progressus Petronius illic attinebatur; nec tulit ultra timoris aut spei moras; neque tamen praeceps vitam expulit... Flagitia principis sub nominibus exoletorum feminarumque... perscripsit atque obsignata misit Neroni... — 16, 20. Ambigenti Neroni quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia, matrimonio senatoris haud ignota et ipsi ad omnem libidinem adscita ac Petronio perquam familiaris.

C. PETRONIVS PONTIVS NIGRINVS, v. C. PONTIVS.

PETRONIVS PRISCVS. — 15, 71. Cluvidieno Quieto ..., Petronio Prisco..., velut in agmen et numerum, Aegaei maris insulae permittuntur.

PETRONIVS TVRPILIANVS, TVRPILIANVS[5]. — 14, 29. Caesen-

[1] Prosop., 198.

[2] T. (aut C.) Petronius. Prosop., 201.

[3] **M** : *ac Petronius*. Corr. Nipperdey. — Rhenanus : *ac C Petronius* ; Wesenberg : *C. Petronius;* Haase : *T. Petronius*. — « Der Vorname fehlt in der Hds.; dagegen hat sie c. 18 *de C. Petronio*. Da Petronius wenigstens von derselben Bedeutung wie die übrigen hier genannten war, kann ihn Tac. nicht mit einem Namen genannt haben, während c. 18 nach schon geschehener Erwähnung zwei Namen auffallen. Nun steht sein Vorname fest durch die Uebereinstimmung zweier Schriftsteller, Plin., *H. N.* XXXVII, 2,20... und Plut., *de discr. am. et adul.*, p. 60 E... Darnach ist hier *t* wegen der Aehnlichkeit des vorhergehenden Buchstaben ausgefallen, c. 18 *c* aus einer Wiederholung des *e* entstanden » (Nipperdey-Andresen).

[4] **M** : *G. Petronio*. Corr. Nipperdey.

[5] P. Petronius Turpilianus. Prosop., 233. Filius fortasse P. Petronii.

Digitized by Google

nio Paeto et Petronio Turpiliano consulibus. — 14, 39, Suetonius (Britanniae legatus)..., tamquam durante bello tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam consulatu abierat, iubetur. Is non inritato hoste neque lacessitus honestum pacis nomen segni otio imposuit. — 15, 72. (Oppressa C Pisonis coniuratione) Nero... vocat senatum et triumphale decus Petronio Turpiliano consulari... tribuit. — I, 6. Tardum Galbae iter et cruentum interfectis Cingonio Varrone consule designato et Petronio Turpiliano consulari, ille ut Nymphidii socius, hic ut dux Neronis, inauditi atque indefensi tamquam innocentes perierant. — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum attulit (Galba), nisi occisi... Turpiliani in urbe... ? » — *A*. 16. Missus... (in Britanniam) Petronius Turpilianus tamquam exorabilior (quam Suetonius Paulinus) et delictis hostium novus eoque paenitentiae mitior, compositis prioribus nihil ultra ausus Trebellio Maximo provinciam tradidit.

PETRONIVS VRBICVS[1]. — I, 70. (Alienus Caecina) paulum cunctatus est, num Raeticis iugis in Noricum flecteret adversum Petronium Vrbicum[2] procuratorem, qui, concitis auxiliis et interruptis fluminum pontibus, fidus Othoni putabatur.

PEVCINI. — *G*. 46. Peucinorum Venetorumque et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam, dubito, quamquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede ac domiciliis, ut Germani, agunt... Veneti multum ex moribus traxerunt; nam quidquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant.

PHARASMANES[3]. — 6, 32. Tiberius... reciperandae... Armeniae Hiberum Mithridaten deligit conciliatque fratri Pharasmani, qui gentile imperium obtinebat. — 6, 33. At ex regulis prior Mithridates Pharasmanem perpulit dolo et vi conatus suos iuvare... Contra Pharasmanes adiungere Albanos, accire Sarmatas... — 6, 34. Interim Oroden sociorum inopem auctus auxilio Pharasmanes vocare ad pugnam. . (Parthis) sola in equite vis; Pharasmanes et pedite valebat... Pharasmanes (disserebat Hiberos)

[1] Prosop., 240.

[2] *ab* : *urbi*. Corr. Freinsheim. Cf. *Ann*., 11,35. — *C. I. L*., III, 11.551 (titulus Noricus):... *us Vrbicus*.

[3] Prosop., 249.

Digitized by Google

PERINTHVS. — 2, 54. Perinthum... ac Byzantium, Thraecias urbes, (Germanicus navigando praeterit).

PERIPATETICI.— *O*, 31. Ad (sensus) permovendos mutuabimur a Peripateticis aptos et in omnem disputationem paratos iam locos...»

PERPENNA[1]. — 3, 62. (Ab Hierocaesariensibus) memorabantur Perpennae, Isaurici multaque alia imperatorum nomina, qui .. templo (Dianae Persicae)... sanctitatem tribuerant.

PERSAE. — 2, 60. Regem Rhamsen Libya, Aethiopia Medisque et Persis... potitum. — 3, 61. Ephesii... memorantes... neque Persarum dicione deminutum ius (asyli arae in luco Ortygia sitae)... — 6, 31. (Artabanus) veteres Persarum ac Macedonum terminos, seque invasurum possessa Cyro et post Alexandro... iaciebat. — 12, 13. Castellum[2] insigne fama, quod postremo inter Darium atque Alexandrum proelio Persarum illic opes conciderant. — V, 8. Dum Assyrios penes Medosque et Persas Oriens fuit... — *O*, 40. « Ne Macedonum quidem ac Persarum aut ullius gentis, quae certo imperio contenta fuerit, eloquentiam novimus. »

PERSEVS. — 4, 55. Vndecim urbes certabant, (cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae templum Tiberii statueretur)... Neque multum distantia inter se memorabant de vetustate generis, studio in populum Romanum per bella Persi[3] et Aristonici aliorumque regum. — 12, 38. Vocati posthac patres multa et magnifica super captivitate Carataci disseruere, neque minus id clarum, quam quod Syphacem P. Scipio, Persen L. Paulus... populo Romano ostendere.— 12, 62. Byzantii (apud senatum disseruere)... missas (a se)... copias in Antiochum, Persen, Aristonicum...

PERSICA DIANA. — 3, 62. Hierocaesarienses exposuere Persicam apud se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum.

PERVSIA. — I, 50. Repetita bellorum civilium memoria... Pharsaliam, Philippos et Perusiam ac Mutinam... loquebantur.

PERVSINVM BELLVM. — 5, 1. Primum (Liviae) matrimonium ...cum Tiberio Nerone, qui bello Perusino[4] profugus pace inter Sex. Pompeium ac triumviros pacta in urbem rediit.

[1] M. Perpenna (vel Perperna). Cf. Orelli in app. crit. — Vulg. a Lipsio: *Perpernae*.

[2] Cod. Agricolae : *Arbela castellum;* Heraeus : *castellum Gaugamela;* Ersch et Gruber : *Arbelon*. Cf. Ritter et Nipperdey-Andresen.

[3] « Die Form *Persi* statt *Persei* auch Sall. *Hist.*, I, 7, Kritz ». (Nipperdey-Andresen.)

[4] **M** : *perusinio*.

Digitized by Google

PETILIVS CERIALIS, CERIALIS, PETILIVS [1]. — 14, 32. Victor Britannus Petilio [2] Ceriali, legato legionis nonae in subsidium (Camuloduni coloniae) adventanti obvius fudit legionem et quod peditum interfecit, Cerialis cum equitibus evasit in castra et munimentis defensus est. — 14, 33. Suetonius..., circumspecta infrequentia militis, satisque magnis documentis temeritatem Petilii coercitam... — III, 59. Obvium illic Petilium Cerialem habuere (Flaviani), agresti cultu et notitia locorum custodias Vitellii elapsum. Propinqua adfinitas Ceriali cum Vespasiano, nec ipse inglorius militiae, eoque inter duces adsumptus est. — III, 78. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus praemissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum Salaria via urbem introiret, satis maturaverat. — III, 79. Petilio Ceriali equestre proelium adversum fuerat ; namque incautum et tamquam ad victos ruentem Vitelliani... excepere... — III, 80. Vocato senatu deliguntur legati ad exercitus... Qui Petilio Ceriali occurrerant, extremum discrimen adiere, aspernante milite condiciones pacis. — IV, 68. Romae cuncta (de Gallorum Germanorumque defectione) in deterius audita Mucianum angebant, ne quamquam egregii duces, iam enim Gallum Annium et Petilium Cerialem delegerat, summam belli parum tolerarent. — IV, 71. Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Mogontiacum venit,... pugnae avidus et contemnendis quam cavendis hostibus melior... Eo rapidius Cerialis... Rigodulum venit. — IV, 72. Cerialis postero die coloniam Trevirorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis... Cerialis metu infamiae... pressit iras... Donec Cerialis mulceret animos, fato acta dictitans, quae militum ducumque discordia vel fraude hostium evenissent. — IV, 75. Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas, quarum haec sententia fuit : «... Si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus civitatium suarum contentos... » Ad ea Cerialis Civili et Classico nihil..., ipsas..., epistulas ad Domitianum misit... Plerique culpabant Cerialem passum iungi, quos discretos intercipere licuisset. — IV, 76. Tutor cunctatione crescere rem Romanam adfirmabat ... Quod si statim congrediantur, nullas esse Ceriali nisi e reli-

[1] Q. Petilius Cerialis Caesius Rufus. Prosop., 191.
[2] M : *petio*. Corr. Lipsius.

Digitized by Google

quiis Germanici exercitus legiones... — IV, 77. Tam improvisi adsiluere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis, neque enim noctem in castris egerat, pugnari simul vincique suos audierit... Cerialis turbidis rebus intrepidus et fugientes manu retrahens... felici temeritate... — IV, 78. Cerialis, ut incuria prope rem adflixit, ita constantia restituit. — IV, 79. Cerialis propero agmine subvenit (Agrippinensibus)... Classicus... adversus equites Novaesium a Ceriale praemissos secundum proelium fecit. — IV, 86. Ita Lugudunum ventum. Vnde creditur Domitianus occultis ad Cerialem nuntiis fidem eius temptavisse, an praesenti sibi exercitum imperiumque traditurus foret... Cerialis salubri temperamento elusit, ut vana pueriliter cupientem. — V, 14. At Civilis post malam in Treveris pugnam... apud Vetera castra consedit... Secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis... — V, 15. Eius proelii eventus utrumque ducem diversis animi motibus ad maturandum summae rei discrimen erexit. Civilis instare fortunae, Cerialis[1] abolere ignominiam... — V, 16. Postera luce Cerialis[2] equite et auxiliariis cohortibus frontem explet... Cerialis[3] veterem Romani nominis gloriam, antiquas recentesque victorias (apud suos memorabat)... — V, 18. Inter quae perfuga Batavus adiit Cerialem... — V, 19. Quarta decima legio in superiorem provinciam Gallo Annio missa. Cerialis exercitum decima ex Hispania legio supplevit. — V, 20. (Civilis, Classicus, Tutor) Cerialem neque satis cautum et pluribus nuntiis huc illuc cursantem posse medio intercipi (sperabant). — V. 21. Vbi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna... Cerialis parum temporis ad exsequenda imperia dabat, subitus consiliis, sed eventu clarus... — V, 22. Cerialis alibi noctem egerat, ut plerique credidere, ob stuprum Claudiae Sacratae mulieris Vbiae. — V, 23. Cerialis miraculo magis quam metu derexit classem... Cerialis insulam Batavorum hostiliter populatus agros villasque Civilis intactas nota arte ducum sinebat — V, 24. Cerialis per occultos nuntios Batavis pacem, Civili veniam ostentans... — *A*. 8. Brevi deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit.

[1] **M** : *cerealis*.
[2] **M** : *cerealis*.
[3] **M** : *cerealis*.

Digitized by Google

Habuerunt virtutes spatium exemplorum. Sed primo Cerialis labores modo et discrimina, mox et gloriam communicabat (Agricolae). — 17. Vbi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit, magni duces... Et terrorem statim intulit Petilius Cerialis [1], Brigantium civitatem... adgressus... Et Cerialis [2] quidem alterius successoris curam famamque obruisset, sustinuit molem Iulius Frontinus... [3].

PETILIVS RVFVS [4]. — 4, 68. (Titium Sabinum) Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius[5] Rufus, M. Opsius praetura functi adgrediuntur, cupidine consulatus, ad quem non nisi per Seianum aditus [6].

* PETITIVS RVFVS, v. PETILIVS RVFVS.

* PETIVS CERIALIS, v. PETILIVS CERIALIS.

PETRA. — 11, 4. Pergit... Suillius addere reos equites Romanos inlustres, quibus Petra cognomentum. At causa necis ex eo, quod domum suam Mnesteris et Poppaeae congressibus praebuissent. Verum nocturnae quietis species alteri obiecta... Illud haud ambigitur, qualicumque insomnio ipsi fratrique perniciem allatam.

PETRIANA ALA. — I, 70. Praemissis (ab Alieno Caecina in Italiam). ...cohortibus... cum ala Petriana [7], — IV, 49. Claudius Sagitta, praefectus alae Petrianae [8], prospera navigatione (in Africam) praevenit Papirium centurionem a Muciano missum.

* PETRINA, v. PETRIANA.

PETRONIA [9]. — II, 64. Vitellius metu et odio, quod Petroniam uxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepisset, vocatum per epistulas... interfici iussit.

[1] **A** : *Caerealis;* **B** : *cerealis.* Corr. Lipsius.

[2] **A** : *Caerealis;* **B** : *cerealis.*

[3] V. etiam III, 86; IV, 1, 70, 73, 74, 85; V, 26.

[4] Prosop., 192. Pater, ut videtur, Petilii Cerialis.

[5] **M** : *petitius.* Corr. Lipsius. — « Die Hds. *Petitius*, was kein rüm. Name ist (Myr. 1724,7 ist korrupt). Es bleibt also die Wahl zwischen *Peticius* und *Petilius.* Letzteres ist vorzuziehn, weil von dieser Gens feststeht, dass es von ihr eine senatorische Familie mit dem Beinamen *Rufus* gab. » (Nipperdey-Andresen.) Novimus enim *Q. Petilium Rufum* cos. II a. 83 p. Ch. *(C. I. Gr.*, 3173).

[6] V. etiam 4, 69, 71.

[7] *ab : alpe triaria.* Corr. Boecking. — « Nominata videtur ab *equitibus Romanis illustribus, quibus Petra cognomentum,* Ann. 11,4. » (Orelli-Meiser.) — Savilius : *Petrina.*

[8] **M** : *petrinae.* Corr. Boecking.

[9] Prosop., 241. Filia eius qui sequitur.

Digitized by Google

P. PETRONIVS[1]. — 3, 49. Id (carmen) Clutorius in domo P. Petronii, socru eius Vitellia coram (legerat). — 6, 45. Idem annus gravi igne urbem adfecit... Aestimando cuiusque detrimento quattuor progeneri Caesaris... delecti additusque nominatione consulum P. Petronius.

T. PETRONIVS, PETRONIVS[2]. — 16, 17. Paucos... intra dies eodem agmine Annaeus Mela, Cerialis Anicius, Rufrius Crispinus, T. Petronius[3] cecidere. — 16, 18. De Petronio[4] pauca supra repetenda sunt... Proconsul tamen Bithyniae et mox consul vigentem se ac parem negotiis ostendit... Inter paucos familiarium Neroni adsumptus est, elegantiae arbiter, dum nihil amoenum et molle adfluentia putat, nisi quod ei Petronius adprobavisset. Vnde invidia Tigellini... Ergo crudelitatem principis, cui ceterae libidines cedebant, adgreditur, amicitiam Scaevini Petronio obiectans... — 16, 19. Forte illis diebus Campaniam petiverat Caesar et Cumas usque progressus Petronius illic attinebatur; nec tulit ultra timoris aut spei moras; neque tamen praeceps vitam expulit... Flagitia principis sub nominibus exoletorum feminarumque... perscripsit atque obsignata misit Neroni... — 16, 20. Ambigenti Neroni quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia, matrimonio senatoris haud ignota et ipsi ad omnem libidinem adscita ac Petronio perquam familiaris.

C. PETRONIVS PONTIVS NIGRINVS, v. C. PONTIVS.

PETRONIVS PRISCVS. — 15, 71. Cluvidieno Quieto .., Petronio Prisco..., velut in agmen et numerum, Aegaei maris insulae permittuntur.

PETRONIVS TVRPILIANVS, TVRPILIANVS[5]. — 14, 29. Caesen-

[1] Prosop., 198.

[2] T. (aut C.) Petronius. Prosop., 201.

[3] **M** : ac *Petronius*. Corr. Nipperdey. — Rhenanus : *ac C Petronius;* Wesenberg : *C. Petronius;* Haase : *T. Petronius*. — « Der Vorname fehlt in der Hds.; dagegen hat sie c. 18 *de C. Petronio*. Da Petronius wenigstens von derselben Bedeutung wie die übrigen hier genannten war, kann ihn Tac. nicht mit einem Namen genannt haben, während c. 18 nach schon geschehener Erwähnung zwei Namen auffallen. Nun steht sein Vorname fest durch die Uebereinstimmung zweier Schriftsteller, Plin., *H. N.* XXXVII, 2,20... und Plut., *de discr. am. et adul.*, p. 60 E... Darnach ist hier *t* wegen der Aehnlichkeit des vorhergehenden Buchstaben ausgefallen, c. 18 *c* aus einer Wiederholung des *e* entstanden » (Nipperdey-Andresen).

[4] **M** : *G. Petronio*. Corr. Nipperdey.

[5] P. Petronius Turpilianus. Prosop., 233. Filius fortasse P. Petronii.

Digitized by Google

nio Paeto et Petronio Turpiliano consulibus. — 14, 39, Suetonius (Britanniae legatus)..., tamquam durante bello tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam consulatu abierat, iubetur. Is non inritato hoste neque lacessitus honestum pacis nomen segni otio imposuit. — 15, 72. (Oppressa C Pisonis coniuratione) Nero... vocat senatum et triumphale decus Petronio Turpiliano consulari... tribuit. — I, 6. Tardum Galbae iter et cruentum interfectis Cingonio Varrone consule designato et Petronio Turpiliano consulari, ille ut Nymphidii socius, hic ut dux Neronis, inauditi atque indefensi tamquam innocentes perierant. — I, 37. (Loquitur Otho) « Quam gloriam ad principatum attulit (Galba), nisi occisi... Turpiliani in urbe... ? » — *A*. 16. Missus... (in Britanniam) Petronius Turpilianus tamquam exorabilior (quam Suetonius Paulinus) et delictis hostium novus eoque paenitentiae mitior, compositis prioribus nihil ultra ausus Trebellio Maximo provinciam tradidit.

PETRONIVS VRBICVS[1]. — I, 70. (Alienus Caecina) paulum cunctatus est, num Raeticis iugis in Noricum flecteret adversum Petronium Vrbicum[2] procuratorem, qui, concitis auxiliis et interruptis fluminum pontibus, fidus Othoni putabatur.

PEVCINI. — *G*. 46. Peucinorum Venetorumque et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam, dubito, quamquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede ac domiciliis, ut Germani, agunt... Veneti multum ex moribus traxerunt; nam quidquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant.

PHARASMANES[3]. — 6, 32. Tiberius... reciperandae... Armeniae Hiberum Mithridaten deligit conciliatque fratri Pharasmani, qui gentile imperium obtinebat. — 6, 33. At ex regulis prior Mithridates Pharasmanem perpulit dolo et vi conatus suos iuvare... Contra Pharasmanes adiungere Albanos, accire Sarmatas... — 6, 34. Interim Oroden sociorum inopem auctus auxilio Pharasmanes vocare ad pugnam. . (Parthis) sola in equite vis; Pharasmanes et pedite valebat... Pharasmanes (disserebat Hiberos)

[1] Prosop., 240.

[2] *ab* : *urbi*. Corr. Freinsheim. Cf. *Ann*., 11,35. — *C. I. L*., III, 11,551 (titulus Noricus):... *us Vrbicus*.

[3] Prosop., 249.

Digitized by Google

integros... a Parthico dominatu... — 6, 35. Pharasmanes Orodesque, dum strenuis adsunt aut dubitantibus subveniunt..., clamore, telis, equis concurrunt, instantius Pharasmanes, nam vulnus per galeam adegit. — 11, 8. Sub idem tempus Mithridates, quem imperitasse Armeniis... memoravi, monente Claudio in regnum remeavit, fisus Pharasmanis[1] opibus. Is rex Hiberis idemque Mithridatis frater nuntiabat discordare Parthos... — 12, 44. Hiberos Pharasmanes[2] vetusta possessione... obtinebat... Erat Pharasmani[3] filius nomine Radamistus... Pharasmanes iuvenem (regni sui cupidum)... aliam ad spem trahere et Armeniam ostentare. — 12, 45. Interim Pharasmanes[4] belli causas (adversus Mithridaten) confingit... (Casperius) abscedit, ut, nisi Pharasmanen bello absterruisset, ...praesidem Syriae doceret, quo in statu Armenia foret. — 12, 46. Praefectus hortari Mithridaten ad sanciendum foedus, coniunctionem fratrum ac priorem aetate Pharasmanen... referens... Casperius interim ad Pharasmanen pervadit, utque Hiberi obsidio decedant expostulat. — 12, 47. (Mithridati iussu Radamisti) iniciuntur catenae..., dum Pharasmanis[5] iussa exquirerentur. — 12, 48. Missi (ab Vmmidio Quadrato) ad Pharasmanen nuntii, ut abscederet a finibus Armeniis filiumque abstraheret. — 13, 37. Pharasmanes interfecto filio Radamisto quasi proditore, quo fidem in nos testaretur, vetus adversus Armenios odium promptius exercebat. — 14, 26. Quo facilius (Tigranes) novum regnum tueretur, pars Armeniae, ut cuique finitima, P*harasma*ni P*olemon*ique[6] et Aristobulo atque Antiocho parere iussae sunt[7].

PHARSALIA. — I, 50. Repetita bellorum civilium memoria..., Pharsaliam, Philippos et Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladium nomina, loquebantur. — II, 38. Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones...

PHARSALICA ACIES. — 4, 44. Avus (L. Domitii) Pharsalica acie pro optimatibus ceciderat.

[1] **M** : *farasmanis.*
[2] **M** : *farasmanes.*
[3] **M** : *farasmanis.* Corr. Puteolanus
[4] **M** : *farasmanes.*
[5] **M** : *farasmanis.*
[6] **M** : *pars nipulique.* Corr. Io. Fr. Gronovius
[7] V. etiam 12, 51.

Digitized by Google

PHILADELPHENI. — 2, 47. Philadelphenos... levari (in quinquennium tributo) ...placuit.

PHILIPPENSIS ACIES, PHILIPPENSES CAMPI. — 3, 76. Iunia sexagensimo quarto post Philippensem aciem anno supremum diem explevit. — 4, 35. (Loquitur Cremutius Cordus) « ...Num enim armatis Cassio et Bruto ac Philippenses campos obtinentibus belli civilis causa populum per contiones incendo? »

PHILIPPI. — I, 50. Repetita bellorum civilium memoria... Pharsaliam, Philippos et Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladium nomina, loquebantur. — II, 38. Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones...

PHILIPPOPOLIS. — 3, 38. Validae (Thraeciae) nationes arma cepere... Plurimi ac maxime compositi regem urbemque Philippopolim, a Macedone Philippo sitam, circumsidunt.

PHILIPPVS. — 2, 63. (Tiberius) apud senatum disseruit non Philippum Atheniensibus, non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse (quam Maroboduum). — 3, 38. Vrbem (Thraeciae) Philippopolim, a Macedone Philippo sitam. — 4, 43. (Templum) Dianae Limnatidis... Lacedaemonii firmabant... Macedonis Philippi, cum quo bellassent, armis (sibi) ademptum... Contra Messenii... protulere... neque Philippum potentia, sed ex vero statuisse. — *O.* 16. « Demosthenem et Hyperidem..., quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse. »

PHILIPPVS[1]. — 3, 72. Nec Augustus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum hostiles exuvias aut exundantes opes ornatum ad urbis et posterum gloriam conferre.

PHILO. — *O.* 30. « (Cicero in Bruto refert) se... apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoicum omnes philosophiae partes penitus hausisse, neque iis doctoribus contentum quorum ei copia in urbe contigerat... »

PHILOPATOR[2]. — 2, 42. Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum regibus defunctis turbabantur nationes.

PHOEBVS[3]. — 16, 5. Ferebantque Vespasianum, tamquam somno

[1] L. Marcius Philippus. Prosop., M, 173.
[2] Philopator II. Prosop., 182.
[3] (Ti. Claudius ?) Phoebus. Prosop., 293.

Digitized by Google

conniveret, a Phoebo liberto increpitum aegreque meliorum precibus obtectum (ab ira Neronis)...

PHOENICES. — 11, 14. Aegyptii... litterarum semet inventores perhibent, inde Phoenicas, quia mari praepollebant, intulisse Graeciae gloriamque adeptos, tamquam reppererint, quae acceperant. Quippe fama est Cadmum classe Phoenicum vectum rudibus adhuc Graecorum populis artis eius auctorem fuisse. — V, 6. Ab occasu Phoenices et mare (obiacent terrae Iudaeorum).

PHOENISSA. — 16, 1. Dido Phoenissam Tyro profugam.

PHRAATES[1]. — 2, 1. Vonones obses Augusto datus a Phraate[2]. Nam Phraates[3], quamquam depulisset exercitus ducesque Romanos, cuncta venerantium officia ad Augustum verterat. — 2, 2. Post finem Phraatis[4]... venere in urbem legati a primoribus Parthis qui Vononem vetustissimum liberorum eius accirent. — 6, 31. (Legati nobilium Parthorum) Phraaten regis Phraatis filium Roma poscebant. — 6, 37. (L.) Vitellius... monet Tiridaten primoresque (Parthorum), hunc Phraatis avi et altoris Caesaris... — 12, 10. Legati Parthorum ad expetendum... Meherdaten missi senatum ingrediuntur... : « Se... filium Vononis, nepotem Phraatis[5] accersere... »

PHRAATES[6]. — 6, 31. (Nobiles Parthi) Phraaten regis Phraatis filium Roma poscebant. — 6, 32. Cupitum id Tiberio : ornat Phraaten accingitque paternum ad fastigium... Phraates apud Syriam, dum omisso cultu Romano, cui per tot annos insueverat, instituta Parthorum sumit, patriis moribus impar morbo absumptus est[7].

PHRAATES. — 6, 42. Tiridates... consultans, quonam die sollemnia regni capesseret, litteras Phraatis et Hieronis, qui validissimas praefecturas obtinebant, accipit, brevem moram precantium... — 6, 43. Phraates et Hiero et si qui alii delectum capiendo diademati diem haud concelebraverant, pars metu, quidam invidia in Abdagaesen... ad Artabanum vertere.

1 Phraates IV. Prosop., 296. Mon. Anc. : *Phrates*.
2 **M** : *aprahate* (corr. : *aphrahate*).
3 **M** : *prahates* (corr. : *phrahates*).
4 **M** : *prahatis* (corr. : *phrahatis*).
5 **M** : *praatis*.
6 Prosop., 297.
7 V. etiam 12, 11.

Digitized by Google

PHRIXVS. — 6, 34. Hiberi Albanique... multa.., de nomine (Iasonis) et oraclum Phrixi celebrant, nec quisquam ariete sacrificaverit, credito vexisse Phrixum...

* PICARIVS, v. PACARIVS.

(PICENTINA ALA), ALA PICENTINA. — IV, 62. Non tulit ala Picentina gaudium insultantis vulgi (Germanorum) spretisque (Claudii) Sancti promissis aut minis Mogontiacum abeunt.

PICENVM, PICENVS AGER.—3, 9. Piso... relictis... apud Anconam navibus per Picenum ac mox Flaminiam viam... — III, 42. Occupantur (a Flavianis) plana Vmbriae et qua Picenus ager Hadria adluitur.

PINARIVS NATTA[1]. — 4, 34. (Cremutium Cordum) accusabant Satrius Secundus et Pinarius Natta, Seiani clientes.

PIRAEVS. — 5, 10. (Poppaeus Sabinus)... Piraeum Atticae orae, dein Corinthiense litus angustiasque Isthmi evadit[2].

PISANVS SINVS. — III, 42. Fabius Valens e sinu Pisano... portum Herculis Monoeci depellitur.

PISO[3]. — 2, 43. Cn. Pisonem .. insita ferocia a patre Pisone, qui civili bello resurgentes in Africa partes acerrimo ministerio adversus Caesarem iuvit, mox Brutum et Cassium secutus concesso reditu petitione honorum abstinuit, donec ultro ambiretur delatum ab Augusto consulatum accipere.

C. PISO, PISO[4]. — 14, 65. Romanus secretis criminationibus incusaverat Senecam ut C. Pisonis socium, sed validius a Seneca eodem crimine perculsus est. Vnde Pisoni timor et orta insidiarum in Neronem magna moles et improspera. — 15, 48. Coepta simul et aucta coniuratione, in quam certatim nomina dederant senatores, eques, miles, feminae etiam, cum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem. Is Calpurnio genere ortus... claro apud vulgum rumore erat per virtutem aut species virtutibus similes... Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies ; sed procul gravitas morum aut voluptatum parsimonia... — 15, 50. (Antonius) Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat. —

[1] Prosop., 309.

[2] Praeterea pro *Pomponium* (6, 8) Ritter coniecit *Pinarium*. Sed v. ad Pomponivm.

[3] Cn. Calpurnius Piso Frugi. Prosop., C. 248. Pater Cn. Pisonis Germanici inimici.

[4] C. Calpurnius Piso. Prosop., C. 227.

Digitized by Google

15, 52. Coniuratis... placitum maturare caedem (Neronis) apud Baias in villa Pisonis... Sed abnuit Piso invidiam praetendens, si sacra mensae diique hospitales caede qualiscumque principis cruentarentur... Plerique (Attici) Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne ad libertatem oreretur... — 15, 53. Ordinem insidiis composuerant, ut..., interim Piso apud aedem Cereris opperiretur, unde eum praefectus Faenius et ceteri... ferrent in castra, comitante Antonia, Claudii Caesaris filia..., quod C. Plinius memorat. Nobis... non occultare in animo fuit, quamvis absurdum videretur aut..., aut Pisonem notum amore uxoris alii matrimonio se obstrinxisse .. — 15, 55. (Lababat) indicium, nisi Milichum uxor admonuisset Antonium Natalem multa cum (Flavio) Scaevino ac secreta conlocutum et esse utrosque C. Pisonis intimos. — 15, 56, Prior... (Antonius) Natalis... de Pisone primum fatetur, deinde adicit Annaeum Senecam, sive internuntius inter eum Pisonemque fuit, sive... — 15, 59. Fuere qui prodita coniuratione... hortarentur Pisonem pergere in castra aut rostra escendere... Immotus his et paululum in publico versatus... obiit abruptis brachiorum venis... Nomen (uxori) Atria Galla, priori marito Domitius Silus; hic patientia, illa impudicitia Pisonis infamiam propagavere. — 15. 60. (Antonius) Natalis... prompsit missum se ad aegrotum Senecam, uti viseret conquerereturque, cur Pisonem aditu arceret..., et respondisse Senecam... salutem suam incolumitate Pisonis inniti. — 15, 61. Seneca missum ad se Natalem conquestumque nomine Pisonis... respondit. — 15, 65. Fama fuit Subrium Flavum cum centurionibus... destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur... « Non referre dedecori, si citharoedus demoveretur et tragoedus succederet. » Quia, ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat. — IV, 11. (Calpurnius Galerianus) fuit filius Gaii Pisonis, nihil ausus; sed nomen insigne et decora ipsi iuventa rumore vulgi celebrabantur... Iussu Muciani (ad mortem adigitur)[1].

CN. PISO, PISO [2]. — 1, 13. Pro Arruntio quidam Cn. Pisonem tradidere (dictum esse ab Augusto non indignum principe loco et,

[1] V. etiam 15, 49; 16, 15, 17.
[2] Prosop., C, 230.

Digitized by Google

si casus daretur, ausurum). — 1, 74. Manebant etiam tum vestigia morientis libertatis. Igitur Cn. Piso : « Quo », inquit, « loco censebis, Caesar? » — 1, 79. (De coercendo Tiberi) in sententiam *Cn.*[1] Pisonis (concessum est), qui nil mutandum censuerat. — 2, 35. Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn. Pisonis et Asinii Galli super eo negotio diversas sententias noscere. Piso, quamquam afuturum se dixerat Caesar, ob id magis agendas censebat .. Gallus, quia speciem libertatis Piso praeceperat, nihil satis... ex dignitate populi Romani nisi coram et sub oculis Caesaris... dicebat. — 2, 43. (Tiberius Syriae) praefecerat... Cn. Pisonem, ingenio violentum et obsequii ignarum, insita ferocia a patre Pisone, qui civili bello... — 2, 55. At Cn. Piso, quo properantius destinata inciperet, civitatem Atheniensium turbido incessu exterritam... increpat... Neque tamen mitigatus Piso et vix diei moram perpessus linquit Germanicum praevenitque. — 2, 57. Cunctaque socialia prospere composita non ideo laetum Germanicum habebant ob superbiam Pisonis, qui... Apud hiberna decumae legionis convenere, firmato vultu, Piso adversus metum, Germanicus ne minari crederetur... Postremo... sermo coeptus a Caesare, qualem ira et dissimulatio gignit; responsum a Pisone precibus contumacibus... Post quae rarus in tribunali Caesaris Piso, et, si quando adsideret, atrox ac dissentire manifestus... Cum... coronae aureae magno pondere Caesari et Agrippinae, leves Pisoni et ceteris offerrentur, (dixit Piso) principis Romani, non Parthi regis filio eas epulas dari... — 2, 58. Datum id non modo precibus Artabani, sed contumeliae Pisonis, cui gratissimus erat (Vonones) ob.,. — 2, 69. Hinc graves in Pisonem contumeliae, nec minus acerba quae ab illo in Caesarem (Germanicum) intentabantur. Dein Piso abire Suria statuit... Saevam vim morbi augebat persuasio veneni a Pisone accepti... Simul missi a Pisone incusabantur, ut valetudinis (Germanici) adversa rimantes. — 2, 70. Nec Piso moratus ultra naves solvit, moderabaturque cursui, quo propius regrederetur, si mors Germanici Suriam aperuisset. — 2, 71. « Scelere Pisonis et Plancinae interceptus ultimas preces pectoribus vestris relinquo » (Loquitur

[1] Praenomen add. Nipperdey. « Der Vorname fehlt in der Hds. Aber dieser Piso ist zu lange vorher (c. 74) und bei einer andern Sache erwähnt. *Cn.* fiel leicht nach *m* aus, weshalb auch nicht an *L. Piso*... zu denken ist » (Nipperdey-Andresen.)

Digitized by Google

Germanicus). — 2, 73. Corpus .. praetuleritne veneficii signa, parum constitit; nam ut quis misericordia in Germanicum et praesumpta suspicione aut favore in Pisonem pronior, diversi interpretabantur. — 2, 75. Pisonem interim apud Coum insulam nuntius adsequitur excessisse Germanicum. — 2, 77. Domitius Celer... disseruit Pisonem, non Sentium, Suriae praepositum. — 2, 78. Haud magna mole Piso, promptus ferocibus, in sententiam trahitur (Domitii Celeris). — 2, 79. Marsus... Vibius nuntiavit Pisoni Romam ad dicendam causam veniret... Sentius Pisoni per litteras aperit (sextam legionem frustra a Domitio temptatam). — 2, 80. Nec Piso, quamquam coepta secus cadebant, omisit tutissima e praesentibus, sed castellum Ciliciae munitum admodum... occupat... (Suos hortabatur) consisterent in acie, non pugnaturis militibus, ubi Pisonem ab ipsis parentem quondam appellatum... vidissent. — 2, 81. Interim Piso classem haud procul opperientem adpugnare frustra temptavit... Tandem victa pertinacia Piso oravit, ut traditis armis maneret in castello... — 2, 82. At Romae, postquam Germanici valetudo percrebruit..., erumpebant questus :... ideo Pisoni permissam provinciam. — 3, 7. Erectis omnium animis petendae e Pisone ultionis et crebro questu, quod vagus interim per amoena Asiae atque Achaiae... — 3, 8. At Piso, praemisso in urbem filio datisque mandatis, per quae principem molliret, ad Drusum pergit... Drusus Pisoni, si vera forent quae iacerentur, praecipuum in dolore suum locum respondit; sed malle falsa... esse. — 3, 9. Piso Delmatico mari tramisso... adsequitur legionem, quae e Pannonia in urbem... ducebatur. — 3, 12. Die senatus (Tiberius disseruit)... patris sui legatum atque amicum Pisonem fuisse adiutoremqae Germanico datum a se auctore senatu rebus apud Orientem administrandis... « Simulque illud reputate, turbide et seditiose tractaverit exercitus Piso... » — 3, 13. Servaeus et Veranius et Vitellius... obiecere odio Germanici et rerum novarum studio Pisonem vulgus militum... eo usque corrupisse, ut parens legionum a deterrimis appellaretur. — 3, 14. (Accusatores asseverabant) in convivio Germanici, cum super eum Piso discumberet, infectos manibus eius cibos... Quod haud minus Tiberius quam Piso abnuere[1]

[1] Quid abnuerint Tiberius et Piso non certo scimus, cum hoc loco sit lacuna in codice. Cf. Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

... Populi ante curiam voces audiebantur..., effigiesque Pisonis traxerant in Gemonias ac divellebant... — 3, 15. Donec mediae Pisoni spes, sociam se cuiuscumque fortunae... promittebat (Plancina). — 3, 16. Audire me memini ex senioribus visum saepius inter manus Pisonis libellum... Caesar... *M. Pisonem vocari iubet*[1] crebrisque interrogationibus exquirit, qualem Piso diem supremum noctemque exegisset... (Idem) recitat codicillos a Pisone in hunc ferme modum compositos... « Per collegium consulatus, quondam Divo Augusto, parenti tuo probatus et tibi amicus... ». — 3, 17. Biduum super hac imagine cognitionis absumptum, urgente Tiberio liberos Pisonis, matrem uti tuerentur... Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta consul .. nomen Pisonis eradendum fastis censuit, partem bonorum publicandam .. — 3, 18. Multa ex ea sententia mitigata sunt a principe, ne nomen Pisonis fastis eximeretur... — 3, 24. Inlustrium domuum adversa, etenim haud multum distanti tempore Calpurnii Pisonem, Aemilii Lepidam amiserant... — 6, 26. (Plancina) nupta olim Cn. Pisoni..., cum Piso caderet, precibus Augustae... defensa erat.

CN. PISO, v. L. CALPVRNIVS.

L. PISO, PISO *(A)*[2]. — 6, 10. L. Piso pontifex, rarum in tanta claritudine, fato obiit, nullius servilis sententiae sponte auctor... Patrem ei censorium fuisse memoravi. Aetas ad octogensimum annum processit. Decus triumphale in Thraecia meruerat. Sed praecipua ex eo gloria, quod praefectus urbi... — 6, 11. Piso quindecim per annos pariter (ac Statilius Taurus in praefectura urbis gerenda) probatus publico funere ex decreto senatus celebratus est.

L. PISO, PISO *(B)*[3]. — 4, 45. Facinus atrox in citeriore Hispania admissum a quodam agresti nationis Termestinae. Is praetorem provinciae L. Pisonem... ex improviso in itinere adortus uno vulnere in mortem adfecit... Piso Termestinorum dolo caesus habetur.

L. PISO *(C)*[4]. — 13, 28. Addidit L. Piso designatus consul, ne quid

[1] Supplevit Halm secutus Weissenbornium.

[2] L. Calpurnius Piso. Prosop., C, 249.

[3] L. (Calpurnius) Piso. Prosop., C, 236.

[4] L. Calpurnius Piso. Prosop., C, 238. Hunc eumdem esse atque eum qui sequitu contra De Vit et Nipperdeium confirmare studet Prosop.

Digitized by Google

intra domum pro potestate adverterent (plebei tribuni) neve multam ab iis dictam quaestores aerarii in publicas tabulas ante quattuor menses referrent — 13, 31. Nerone iterum L. Pisone consulibus. — 15, 18. Nero tres... consulares, L. Pisonem, Ducenium Geminum, Pompeium Paulinum vectigalibus publicis praeposuit.

L. PISO. PISO *(D)* [1]. — IV, 38. Civitas) falsos pavores induerat, descivisse Africam res novas moliente L. Pisone. Is *pro consule* provinciae nequaquam turbidus ingenio... — IV, 48. Sub idem tempus L. Piso pro consule (Africae) interficitur. — IV, 49. Legionem in Africa regebat Valerius Festus... Is... temptaveritne Pisonem ad res novas an temptanti restiterit, incertum, quoniam secreto eorum nemo adfuit et occiso Pisone plerique ad gratiam interfectoris inclinavere...Quidam e Vitellianis urbe profugiostentabant Pisoni nutantes Gallias, paratam Germaniam .. Inter quae Claudius Sagitta... adseveravit... mandata interficiendi Pisonis centurioni (Papirio a Muciano) data..., nihil ad ea moto Pisone. Centurio a Muciano missus... magna voce laeta Pisoni omnia tamquam principi continuare... Vulgus credulum ruere in forum (Carthaginis) praesentiam Pisonis exposcere... Piso indicio Sagittae vel insita modestia non in publicum egressus est... — IV, 50. (Valerius Festus equites in necem Pisonis mittit. Illi... domum proconsulis inrumpunt... et magna pars Pisonis ignari... obvium forte servum, quisnam et ubi esset Piso, interrogavere. Servus egregio mendacio se Pisonem esse respondit ac statim obtruncatur. Nec multo post Piso interficitur... (Valerius Festus) Caetronium Pisanum vinciri iussit proprias ob simultates, sed Pisonis satellitem vocabat...

L. PISO [2], v. CALPVRNIVS PISO.

M. PISO. PISO [3]. — 2, 76. Quid agendum consultanti (Cn. Pisoni) M. Piso filius properandum in urbem censebat. — 2, 78. Haud ignavo ad ministeria belli iuvene Pisone, quamquam suscipiendum bellum abnuisset. — 3, 16. Caesar... *M. Pisonem vocari iubet* [4] crebrisque interrogationibus exquirit, qualem (Cn.) Piso diem supremum noctemque exegisset... (Idem) recitat codicillos

[1] L. Calpurnius Piso. Prosop., C. 238. Vide quae adnotavi ad eum qui praecedit.
[2] Frater Cn. Pisonis. Prosop., C. 233.
[3] M. Calpurnius Piso. Pater huic Cn. Piso Germanici inimicus.
[4] Supplevit Halm Weissenbornium secutus.

Digitized by Google

a (Cn.) Pisone in hunc ferme modum compositos : « ... vosque oro liberis meis consulatis, ex quibus... M. Piso repetere Syriam dehortatus est... » — 3, 17. Aurelius Cotta consul... censuit..., M. Piso exuta dignitate et accepto quinquagiens sestertio in decem annos relegaretur. — 3. 18. (Tiberius) M. Pisonem ignominiae exemit concessitque ei paterna bona[1].

PISO LICINIANVS, PISO, CAESAR[2]. — I, 14. Galba... comitia imperii transigit... Pisonem Licinianum accersiri iubet, seu propria electione sive, ut quidam crediderunt, Lacone instante, cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia... Et prospera de Pisone fama consiliis eius fidem addiderat. Piso, M. Crasso et Scribonia genitus, nobilis utrimque, vultu habituque moris antiqui... — I, 15. Igitur Galba, adprehensa Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur... — I, 17. Pisonem ferunt statim intuentibus et mox coniectis in eum omnium oculis nullum turbati aut exsultantis animi motum prodidisse. Sermo erga patrem imperatoremque reverens, de se moderatus, nihil in vultu habituque mutatum... — I, 18. Apud frequentem militum contionem... (Galba) adoptari a se Pisonem... pronuntiat. — I, 19. Inde apud senatum... Pisonis comis oratio, et patrum favor aderat... Nec aliud sequenti quadriduo, quod medium inter adoptionem et caedem fuit, dictum a Pisone in publico factumve... Censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos. Agitatum secreto, num et Piso proficisceretur, maiore praetexto, illi auctoritatem senatus, hic dignationem Caesaris laturus... — I, 21, Othonem... multa simul exstimulabant..., in Galbam ira, in Pisonem invidia... Proinde agendum audendumque, dum Galbae auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset. — I, 29. Piso pro gradibus (Palatii vocatam cohortem, quae stationem agebat), in hunc modum adlocutus est : « Sextus dies agitur, commilitones, ex quo... Caesar adscitus sum... » — I, 30. « Galbam consensus generis humani, me Galba consentientibus vobis Caesarem dixit. » — I, 34. Praemissus tamen in castra Piso, ut iuvenis magno nomine, recenti favore et infensus Tito Vinio, seu quia erat, seu quia irati ita volebant... Vixdum egresso Pisone occisum in cas-

[1] V. etiam 2, 57; 3, 8, 15.

[2] L. Calpurnius Piso Frugi Licinianus, Ser. Sulpicius Galba Caesar. Prosop., C. 250. Filius M. (Licinii) Crassi (Frugi) *(A)*.

Digitized by Google

tris Othonem vagus primum et incertus rumor... — I, 39. Iam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis... egressum interim Galbam et foro adpropinquantem adsecutus erat. — I, 43. (Sempronius Densus) a Galba custodiae Pisonis[1] additus, stricto pugione occurrens armatis... quamquam vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in aedem Vestae pervasit... Protractus Piso in foribus templi trucidatur.— I, 44. Nullam caedem Otho maiore laetitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur : ... Pisonis ut inimici et aemuli caede laetari ius fasque credebat. — I, 47. Otho... concedi corpora sepulturae... permisit. Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus... composuere... — I, 48. Piso unum et tricensimum aetatis annum explebat, fama meliore quam fortuna... Ipse diu exul, quadriduo Caesar... Testamentum Titi Vinii. ...inritum, Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit. — III, 68. Piso et Galba tamqnam in acie cecidere. — IV, 40. Referente Caesare (Domitiano) de restituendis Galbae honoribus, censuit Curtius Montanus, ut Pisonis quoque memoria celebraretur. Patres utrumque iussere, de Pisone inritum fuit.— IV, 42. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus, ut post caedem Galbae datam interfectori Pisonis pecuniam a (b Aquilio) Regulo adpetitumque morsu Pisonis caput obiectaret[2].

L. PITVANIVS. — 2, 32. L. Pituanius (mathematicus) saxo deiectus est.

PIVS AVRELIVS, v. AVRELIVS PIVS.

PLACENTIA. — II, 17. Intercepti (a Vitellianis) centum equites ac mille classici inter Placentiam Ticinumque... (Batavi Transrhenanique Padum) repente contra Placentiam transgressi... — II, 18. (Vestricius Spurinna) Placentiam obtinebat... — II, 19. Relictis (in Padi ripa) exploratoribus ceteros Placentiam reduxit (Spurinna). — II, 20. Caecina Padum transgressus... consilia curasque in oppugnationem Placentiae magno terrore vertit... — II, 23. Spurinna... defensam Placentiam... Annium Gallum per litteras docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiae ducebat, diffisus paucitati cohortium... — II, 24. Angebant Cae-

[1] Sic vulg. cum Lipsio. — **M** : a *Galbae custodiae a Pisonis.* — Ritter[2] : *ac Galbae custodiae* [*et a Pisonis*].
[2] V. etiam I, 38; IV, 39.

Digitized by Google

cinam nequiquam omnia coepta... Pulsus Placentia... — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit... contra ipsis (Othonianis) omnia opulenta et fida..., obiacere flumen Padum, tutas viris murisque urbes, e quibus nullam hosti cessuram Placentiae defensione exploratum. — II, 36. Nec multo post Vestricius Spurinna iussu Othonis, relicto Placentiae modico praesidio, cum cohortibus subvenit (gladiatoribus in Padi ripa agentibus). — II, 49. Quidam militum iuxta rogum (Othonis) interfecere se... aemulatione decoris et caritate principis. Ac postea promiscue Bedriaci, Placentiae aliisque in castris celebratum id genus mortis [1].

PLACENTINVS AGER. — 15, 47. In agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure esset...

PLANASIA. — 1, 3. (Augustus) nepotem unicum Agrippam Postumum in insulam Planasiam (proiecit). — 1, 5. Rumor incesserat.., Augustum... Planasiam vectum ad visendum Agrippam. — 2, 39. Postumi Agrippae servus nomine Clemens, comperto fine Augusti, pergere in insulam Planasiam et fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos.. concepit...

PLANCINA [2]. — 2, 43. (Cn. Piso) praeter paternos spiritus uxoris quoque Plancinae nobilitate et opibus accendebatur... Plancinam haud dubie Augusta monuit aemulatione muliebri Agrippinam insectandi. — 2, 55. Nec Plancina se intra decora feminis tenebat...— 2, 57. Amici (Germanici) ...intendere vera, adgerere falsa, ipsumque (Pisonem) et Plancinam et filios variis modis criminari. — 2, 58. (Pisoni) gratissimus erat (Vonones) ob plurima officia et dona, quibus Plancinam devinxerat. — 2, 71. « Nunc scelere Pisonis et Plancinae interceptus ultimas preces pectoribus vestris relinquo » (Loquitur Germanicus). — 2, 74. (Sentius) infamem veneficiis (in Syria) et Plancinae percaram nomine Martinam in urbem misit. — 2, 75. (Nuntiata Germanici morte) neque ipse (Piso) gaudium temperans et magis insolescente Plancina, quae luctum amissae sororis tum primum laeto cultu mutavit. — 2, 80. Piso..., admixtis desertoribus... suisque et Plancinae servitiis, auxilia Cilicum... in numerum legionis composuerat. — 2, 82. At Romae, postquam Germanici valetudo per-

[1] V. etiam II, 21, 22.
[2] Munatia Plancina, Prosop., M., 539. Soror (L.) Munatii Planci.

Digitized by Google

crebruit..., erumpebant questus :... hoc egisse secretos Augustae cum Plancina sermones. — 3, 9. Piso ...auxit vulgi iras, quia navem tumulo Caesarum adpulerat dieque et ripa frequenti, magno clientium agmine ipse, feminarum comitatu Plancina et vultu alacres incessere. — 3, 13. (Accusatores) obiecere... immolationes nefandas ipsius (Cn. Pisonis) atque Plancinae (in Germanicum). — 3, 15. Eadem Plancinae invidia, maior gratia. — 3, 16. (In codicillis ad Tiberium datis Cn. Piso) de Plancina nihil addidit. — 3, 17. Tiberius (in senatu) ...pro Plancina cum pudore et flagitio disseruit, matris preces obtendens, in quam optimi cuiusque secreti questus magis ardescebant :... ab imperatore et Augusta defensam Plancinam... Aurelius Cotta consul... censuit..., concessa Plancinae incolumitate ob preces Augustae. — 3, 19. Multa ex (Aurelii Cottae) sententia (mitigavit Tiberius)..., tum pudore absolutae Plancinae placabilior. — 6, 26. Agrippinae pernicies, quod vix credibile, Plancinam traxit. Nupta olim Cn. Pisoni et palam laeta morte Germanici..., precibus Augustae nec minus inimicitiis Agrippinae defensa erat... Petita..., criminibus haud ignotis sua manu sera magis quam immerita supplicia persolvit[1].

PLANCIVS VARVS[2]. — II, 63. (Cornelius) Dolabella (in coloniam Aquinatem ab Othone sepositus) audita morte Othonis urbem introierat. Id ei Plancius Varus praetura functus, ex intimis Dolabellae amicis, apud Flavium Sabinum praefectum urbis obiecit, tamquam rupta custodia ducem se victis partibus ostentasset. Addidit temptatam cohortem, quae Ostiae ageret. Nec ullis tantorum criminum probationibus in paenitentiam versus seram veniam post scelus quaerebat.

*Q. PLANTIVS, v. Q. PLAVTIVS.

*PLATIVS, v. A. PLAVTIVS.

PLATO. — *O.* 31. « Ad (sensus) permovendos... dabunt..., Plato altitudinem... » — 32. « Demosthenem, quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriae proditum est. »

PLAVTII, v. PLAVTIVS LATERANVS (11, 30).

A. PLAVTIVS[3]. — 13, 32. Pomponia Graecina insignis femina,

[1] V. etiam 3, 33.
[2] M. Plancius Varus. Prosop., 334. Vulg. ante Iac. Gronovium : *Plantius.*
[3] Prosop., 344.

Digitized by Google

A.[1] Plautio[2], quem ovasse de Britannis rettuli, nupta ac superstitionis externae rea, mariti iudicio permissa. Isque prisco instituto propinquis coram de capite famaque coniugis cognovit et insontem pronuntiavit. — *A*. 14. Consularium primus Aulus Plautius[3] (Britanniae) praepositus ac subinde Ostorius Scapula, uterque bello egregius.

Q. PLAVTIVS[4]. — 6, 40. Quintus[5] Plautius Sex. Papinius consules sequuntur.

PLAVTIVS AELIANVS[6]. — IV, 53. Helvidius Priscus praetor, praeeunte Plautio[7] Aeliano[8] pontifice (lustravit aream restituendi Capitolii).

PLAVTIVS LATERANVS, LATERANVS, PLAVTII[9]. — 11, 30. (Narcissus inter Messalinae adulteros nominat) Vettios, Plautios. — 11, 36. Plautio[10] Laterano (Messalinae adultero) mors remittitur... ob patrui egregium meritum. — 13, 11. Secutaque lenitas in Plautium[11] Lateranum, quem ob adulterium Messalinae ordine demotum reddidit senatui (Nero)... — 15, 49. Lucanus Annaeus Plautiusque Lateranus vivida odia intulere (in C. Pisonis coniurationem)... Lateranum consulem designatum nulla iniuria, sed amor rei publicae sociavit. — 15, 53. Ordinem insidiis composuerant, ut Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus et genibus principis accidens prosterneret incautum premeretque, animi validus et corpore ingens... — 15, 60. Proximam necem Plautii Laterani consulis designati Nero adiungit... Manu Statii tribuni trucidatur, plenus constantis silentii nec tribuno obiciens eamdem conscientiam.

PLAVTIVS SILVANVS[12], SILVANVS. — 4, 22. Per idem tempus

[1] Praenomen add. Nipperdey. « *A* fehlt gegen die Gewohnheit des Tacitus in der Hds. wegen des vorhergehenden *a* » (Nipperdey-Andresen). Cf. Ritteri legem ad Caninivm Rebilvm.

[2] **M** : *platio*. Corr. Lipsius.

[3] **A B** : *Plantius*. Corr. Rhenauus.

[4] Prosop., 346.

[5] **M** : *quintius*. Corr. Rhenanus.

[6] T. Plautius Silvanus Aelianus. Prosop., 363.

[7] **M** : *plauto*. Corr. Vrsinus.

[8] Vulg. ante Lipsium : *Heliatio*.

[9] Prosop., 354.

[10] **M** : *plautio*. Corr. Io. Fr. Gronov.

[11] **M** : *platium*. Corr. Beroaldus.

[12] M. Plautius Silvanus. Prosop., 362.

Digitized by Google

Plautius Silvanus praetor incertis causis Aproniam coniugem in praeceps iecit; tractusque ad Caesarem ab L. Apronio socero turbata mente respondit, tamquam... uxor sponte mortem sumpsisset... Tiberius... refert ad senatum, datisque iudicibus Vrgulania Silvani avia pugionem nepoti misit... Reus frustra temptato ferro venas praebuit exsolvendas. Mox Numantina prior uxor eius accusata...

PLAVTVS, v. RVBELLIVS PLAVTVS.

* PLAVTVS AELIANVS, v. PLAVTIVS AELIANVS.

C. PLINIVS, PLINIVS[1]. — 1, 69. Tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum scriptor. — 13, 20. Plinius et Cluvius nihil dubitatum (a Nerone) de fide praefecti (Burri) referunt. — 15, 53. Quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quamvis absurdum videretur. — III, 28. Hormine id ingenium, ut (Vipstanus) Messalla tradit, an potior auctor sit C. Plinius[2], qui Antonium incusat, haud facile discreverim.

PLOTIVS FIRMVS[3]. — I, 46. Praetorii praefectos sibi ipsi legere (milites), Plotium Firmum e manipularibus quondam, tum vigilibus praepositum et incolumi adhuc Galba partes Othonis secutum; adiungitur Licinius Proculus .. — I, 82. Manipulatim adlocuti sunt (seditiosos praetorianos) Licinius Proculus et Plotius Firmus praefecti, ex suo quisque ingenio mitius aut horridius. — II, 46. (Othonem milites), bonum haberet animum, iubebant..., promptissimo Plotio Firmo. Is praetorii praefectus identidem orabat, ne fidissimum exercitum... desereret... — II, 49. Ad gemitum morientis (Othonis) ingressi liberti servique et Plotius Firmus praetorii praefectus[4]...

PLOTIVS GRIPHVS, GRIPHVS[5]. — III, 52. Plotium Griphum nuper a Vespasiano in senatorium ordinem adscitum ac legioni praepositum ceterosque sibi fidos... monuit (Mucianus). — IV, 39. Tettio Iuliano praetura... ablata, ut in Plotium Griphum transfer-

[1] C. Plinius Secundus. Prosop., 373.
[2] **M** : *G. plunius.*
[3] Prosop., 382.
[4] V. etiam I, 81.
[5] L. Plotius Griphus *(tituli :* Grypus). Prosop., 385.

Digitized by Google

retur. — IV, 40. Redditur Tettio Iuliano praetura .. Gripho honor mansit.

POENI, POENVS. — 2, 49. C. Duilius..., qui... triumphum... navalem de Poenis meruit. — 2, 59. P. Scipionis..., quamvis flagrante adhuc Poenorum bello... — 16, 1. Caesellii Bassi, qui origine Poenus[1]... — IV, 50. Poenos auxiliares Maurosque in (L. Pisonis proconsulis) caedem delegerat (Valerius Festus legionis in Africa legatus). — *G.* 37. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae Galliaeve, ne Parthi quidem saepius admonuere (Romanos quam Germani).

POENINI IVGI, POENINVM ITER, POENINAE ALPES. — 1, 61. Caecina propiore transitu Poeninis[2] iugis (in Italiam) degredi iussus. — I, 70. (Caecina) Poenino[3] itinere subsignanum militem et grave legionum agmen hibernis adhuc Alpibus transduxit. — I, 87. Quando Poeninae[4] Cottiaeque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur. — IV, 68. Legiones... Poeninis Cottianisque Alpibus, pars monte Graio traducuntur.

POENIVS POSTVMVS[5]. — 14, 37. Poenius Postumus, praefectus castrorum secundae legionis, cognitis quartadecumanorum vicensimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudaverat abnueratque contra ritum militiae iussa ducis (Suetonii Britanniae legati), se ipse gladio transegit.

POETOVIO. — III, 1. (Duces Flaviani) Poetovionem[6] in hiberna tertiae decimae legionis convenerant.

POLEMO[7]. — 2, 56. Zenonem, Polemonis regis Pontici filium. — III, 47. Subita per Pontum arma barbarum mancipium, regiae quondam classis praefectus, moverat. Is fuit Anicetus Polemonis libertus, praepotens olim et, postquam regnum in formam provinciae verterat, mutationis impatiens.

POLEMO[8]. — 14, 26. Quo facilius (Tigranes) novum regnum tue-

[1] **M** : *plenus.*
[2] **M** : *paennis.* Corr. Rhenanus.
[3] *ab* : *pennino.*
[4] *ab* : *penninae.* Corr. Puteolanus.
[5] Ritter[2] : « Suspicor *Faenius Postumus* ».
[6] Vulg. : *Petovionem.*
[7] Polemo I. Prosop., 405.
[8] Polemo II. Prosop, 406.

Digitized by Google

retur, pars Armeniae, ut cuique finitima, P*h*ara*sma*ni Po*lemoni*que[1] et Aristobulo atque Antiocho parere iussae sunt.

POLLIO ASINIVS, POLLIO, v. ASINIVS POLLIO.

POLLIO, v. CAELIVS POLLIO.

POLLIO IVLIVS, v. IVLIVS POLLIO.

POLLITTA, v. ANTISTIA.

POLLVX. — *G.* 43. Deos (Nahanarvalorum) interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant. Ea vis numini, nomen Alcis.

POLYCLITVS, POLYCLITI[2]. — 14, 39. Igitur ad spectandum Britanniae statum missus est e libertis Polyclitus, magna Neronis spe posse auctoritate eius non modo inter legatum (Suetonium) procuratoremque (Iulium Classicianum) concordiam gigni, sed et rebelles barbarorum animos pace componi. Nec defuit Polyclitus, quo minus ingenti agmine Italiae Galliaeque gravis..., militibus quoque nostris terribilis incederet. Sed hostibus inrisui fuit... — I, 37. (Loquitur Otho) « Septem a Neronis fine menses sunt, et iam plus rapuit Icelus, quam Polycliti et Vatinii et Aegiali... » — II, 95. Nondum quartus a victoria mensis, et libertus Vitellii Asiaticus Polyclitos, Patrobios et vetera odiorum nomina aequabat.

POMPEIA MACRINA.[3] — 6, 18. In Pompeiam Macrinam exilium statuitur, cuius maritum Argolicum, socerum Laconem, e primoribus Achaeorum (Tiberius) Caesar adflixerat...

POMPEIA PAVLINA, PAVLINA[4]. — 15, 60. (Gavius Silvanus Senecae) cum Pompeia Paulina uxore et amicis duobus epulanti mandata imperatoris edidit. — 15, 64. At Nero nullo in Paulinam proprio odio... *iubet* inhiberi mortem. Hortantibus militibus servi libertique obligant brachia..., incertum an ignarae... (Vitae) addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoria[5]...

[1] *Pharasmani Polemonique*, Io. Fr. Gronov; *pars nipulique*, **M.** — « Polemo notissimus rex Ponti, Iosepho Κιλικίας, *Ant.*, 20, 7; et apud Tacitum, *Hist.*, III, 47, commemoratur » (Io. Fr. Gronov). — « Dem Polemo... gab Caligula das Reich seiner Grossmutter mütterlicherseits, der Pythodoris, der Witwe des 2,56 erwähnten pontischen Königs Polemo. » (Nipperdey-Andresen.)

[2] Prosop., 430.

[3] Prosop., 506. Soror Pompeii Macri.

[4] Prosop., 508. Cf. 479. Filia vel potius soror Pompeii Paulini.

[5] V. etiam 15, 63.

Digitized by Google

POMPEIANI, POMPEII. — 14, 17. Levi initio atrox caedes orta inter colonos Nucerinos Pompeianosque gladiatorio spectaculo..., validiore Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur... Prohibiti publice in decem annos eius modi coetu Pompeiani collegiaque, quae contra leges instituerant, dissoluta. — 15, 22. Motu terrae celebre Campaniae oppidum Pompeii magna ex parte proruit.

POMPEIANVS, A, VM. — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, dicebant) simulatam (ab eo) Pompeianarum gratiam partium. — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « . .Titus Livius... Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, ut Pompeianum eum Augustus appellaret. » — 6, 45. (Tiberius) ne publice quidem nisi duo opera struxit, templum Augusto et scaenam Pompeiani theatri; eaque... haud dedicavit. — III, 51. Proelio, quo apud Ianiculum adversus Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum, dein cognito facinore se ipsum interfecit.

POMPEII (urbs), v. POMPEIANI.

POMPEII[1]. — 15, 14. Tum (Caesennius) Paetus Lucullos, Pompeios et, si qua Caesares obtinendae donandaeve Armeniae egerant,... memorat.

POMPEIOPOLIS. — 2, 58. Vonones Pompeiopolim, Ciliciae maritimam urbem, amotus est.

POMPEIVS[2]. — 6, 14. Fine anni Geminius, Celsus, Pompeius, equites Romani, cecidere coniurationis crimine (ob Seiani amicitiam).

POMPEIVS. — 15, 71. Exuti dehinc tribunatu...[3] Pompeius. Cornelius Martialis..., quasi principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur.

C. POMPEIVS[4]. — 12, 5. C. Pompeio Q. Veranio consulibus.

POMPEIVS, SEX. POMPEIVS[5]. — 1, 2. Pompeius apud

[1] Intellegendus est Cn. Pompeius Magnus.

[2] Prosop., 440.

[3] Lacunam indicavit Ritter : « Aut praenomen aut cognomen viri a librario omissum esse liquet. Nam unus primum h. l. commemoratus eo carere nequit, dum ex tot aliis neque dignitate Pompeium superantibus nemo tam parce designatur... *P. Pompeius* fuit aut aliud nomen excidit. »

[4] C. Pompeius Longus Gallus. Prosop., 470. Praenomen dubium est, cum traditum sit alicunde et *Cn.* et *A.* Cf. Nipperdey-Andressen.

[5] Cn. Pompeii Magni filius.

Digitized by Google

Siciliam oppressus. — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, dicebant) Pompeium imagine pacis... deceptos. — 5, 1. Pace inter Sex. Pompeium ac triumviros pacta.

SEX. POMPEIVS[1]. — 1, 7. Sex. Pompeius et Sex. Appuleius consules primi in verba Tiberii Caesaris iuravere. — 3, 11. Reo (Cn. Pisoni) L. Arruntium, P. Vinicium, Asinium Gallum, Aeserninum Marcellum, Sex. Pompeium patronos petenti iisque diversa excusantibus... — 3, 32. Quod initium Sex. Pompeius agitandi adversus Marcum Lepidum odii nanctus, ut socordem... incusavit.

POMPEIVS AELIANVS[2]. — 14, 41. Perculit is dies Pompeium quoque Aelianum, iuvenem quaestorium, tamquam flagitiorum (Valerii) Fabiani gnarum, eique Italia et Hispania, in qua ortus erat, interdictum est.

(POMPEIVS) COLLEGA, v. COLLEGA.

POMPEIVS LONGINVS, LONGINVS[3]. — I, 31. Pergunt etiam in castra praetorianorum tribuni Cetrius Severus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus, si incipiens adhuc... seditio melioribus consiliis flecteretur. Tribunorum,.. adorti milites... Longinum manibus coercent exarmantque, quia non ordine militiae, sed e Galbae amicis, fidus principi suo et desciscentibus suspectior erat.

POMPEIVS MACER[4] — 1, 72. Tiberius, consultante Pompeio Macro praetore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit[5].

POMPEIVS, CN. POMPEIVS, CN. MAGNVS. — 1, 1. Pompeii Crassique potentia cito in Caesarem (cessit). — 2, 27. Firmius Catus senator, ex intima Libonis amicitia, iuvenem... impulit, dum proavum Pompeium..., plenam imaginibus domum ostentat. — 3, 22. Lepida, cui super Aemiliorum decus L. Sulla et Cn. Pompeius proavi erant. — 3, 23. Lepida ludorum diebus... theatrum... ingressa, lamentatione flebili maiores suos ciens ipsumque Pompeium, cuius ea monimenta et adstantes imagines vise-

[1] Prosop., 450.
[2] Vulg. ante Pichenam et Lipsium : *Pompeianus Helianus.*
[3] Prosop., 468.
[4] Prosop., 471. Frater Pompeiae Macrinae.
[5] V. etiam 6, 18.

Digitized by Google

bantur.., — 3, 28. Cn. Pompeius, tertium consul corrigendis moribus delectus et gravior remediis, quam delicta erant, suarumque legum auctor idem ac subversor, quae armis tuebatur, armis amisit. — 3, 72. Pompeii theatrum igne fortuito haustum Caesar exstructurum pollicitus est, eo quod nemo e familia restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeii. Simul laudibus Seianum extulit, tamquam labore vigilantiaque eius tanta vis unum intra damnum stetisset. Et censuere patres effigiem Seiano, quae apud theatrum Pompeii locaretur. — 4, 7. (Queritur Drusus) « ...cerni effigiem (Seiani) in monimentis Cn. Pompeii ». — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « ... Titus Livius... Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, ut Pompeianum eum Augustus appellaret... » — 6, 18. Datum erat crimini, quod Theophanen Mytilenaeum proavum (Pompeiae Macrinae fratrisque eius) Cn. Magnus inter intimos habuisset. — 12, 62. Byzantii... (auxilia) memorabant, quae... Sullae aut Lucullo aut Pompeio obtulissent. — 13, 6. « Imperatori (Neroni) quantum ad robur deesse, cum octavo decimo aetatis anno Cn. Pompeius, nono decimo Caesar Octavianus civilia bella sustinuerint? » — 13, 34. Corbulo dignum magnitudine populi Romani rebatur parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. — 13, 54. Inter ea, quae barbaris ostentantur, intravere (Verritus et Malorix duces Frisiorum) Pompeii theatrum, quo magnitudinem populi viserent... Dum concessum caveae, discrimina ordinum, quis eques, ubi senatus, percontantur... — 14, 20. Erant qui Cn. quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem posuisset. — 15, 25. In tantum ferme modum aucta (Corbulonis) potestate, quem populus Romanus Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat. — I, 15. Galba, adprehensa Pisonis (Liciniani) manu, in hunc modum locutus fertur : « Si te privatus... adoptarem, et mihi egregium erat Cn. [1] Pompeii et M. Crassi subolem in penates meos adsciscere... » — I, 50. « Mansisse Gaio Iulio, mansisse Caesare Augusto victore imperium; mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque rem publicam ». — II, 6. Pompeio, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud prosperi exitus fuerant. — II, 38. Post (Marium et

[1] M : *nunc*. Corr. Freinsheim.

Digitized by Google

Sullam; Cn. Pompeius occultior, non melior. — III, 66. « Non a Caesare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumes relictos. » — V, 9. Romanorum primus Cn. Pompeius Iudaeos domuit templumque iure victoriae ingressus est. — V, 12. (Iudaeis) a Pompeio expugnatis metus atque usus pleraque monstravere. — *O*. 37. « Ex veterum epistularum et actorum libris a Muciano editis intellegi potest Cn. Pompeium et M. Crassum non viribus modo et armis, sed ingenio quoque et oratione valuisse. » — 38. « Primus haec tertio consulatu Cn. Pompeius adstrinxit imposuitque veluti frenos eloquentiae, ita tamen, ut... » — 40. Cum se plurimi disertorum ne a Publio quidem Scipione aut *L*. Sulla aut Cn. Pompeio abstinerent[1]...

POMPEIVS PAVLINVS, PAVLINVS POMPEIVS, PAVLINVS[2]. — 13, 53. Paulinus Pompeius et L. Vetus ea tempestate exercitui (Germanico) praeerant. Ne tamen segnem militem attinerent, ille inchoatum... a Druso aggerem coercendo Rheno absolvit. — 13, 54. Duvius Avitus, accepta a Paulino provincia (inferiore Germania)... — 15, 18. (Nero) tres... consulares L. Pisonem, Ducenium Geminum, Pompeium Paulinum vectigalibus publicis praeposuit.

POMPEIVS PROPINQVVS. — I, 12. Pompeii Propinqui procuratoris e Belgica litterae adferuntur (Galbae), superioris Germaniae legiones... imperatorem alium flagitare... — I, 58. Pompeius Propinquus procurator Belgicae statim interfectus (a Vitellio imperatore).

* POMPEIVS SABINVS, v. POPPAEVS SABINVS.

POMPEIVS SILVANVS, SILVANVS[3]. — 13, 52. Reos ex provincia Africa, qui proconsulare imperium illic habuerant, Sulpicium Camerinum et Pompeium[4] Silvanum absolvit Caesar... Silvanum magna vis accusatorum circumsteterat poscebatque

[1] V. etiam Pompeii.

[2] Prosop., 479.

[3] M. Pompeius Silvanus. Prosop., 495.

[4] M : *pomponium*. Corr. Nipperdey. « Statt *Pompeium* hat die Hds. *Pomponium*. Aber es kann nicht zweifelhaft sein dass dies *Pompeius Silvanus* ist, consul suffectus 45 n. Chr... Sein afrikanisches Prokonsulat ist bezeugt durch die Inschrift aus Zian in Tunis, *Eph. epigr.* VII, s. 2. » (Nipperdey-Andresen.) — Qui titulus nunc est in *C. I. L.*, VIII, suppl. 11.006. — Iam Lipsius coniecerat *Pompeius* aut *Poppaeus*.

Digitized by Google

tempus evocandorum testium; reus ilico defendi postulabat. Valuitque pecuniosa orbitate et senecta, quam ultra vitam eorum produxit, quorum ambitu evaserat. — II, 86. Iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere (in partes Vespasiani), quamquam consularibus legatis nihil turbantibus. Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes. — III, 50. Vndecima legio sese adiunxerat (Flavianis post pugnam Cremonensem);... ducebat Pompeius Silvanus consularis; vis consiliorum penes Annium Bassum legionis legatum. Is Silvanum socordem bello et dies rerum verbis terentem specie obsequii regebat. — IV, 47. Actum in senatu, ut sexcentiens sestertium a privatis mutuum acciperetur, praepositusque ei curae Pompeius Silvanus.

POMPEIVS VOPISCVS[1]. — I, 77. Otho... consul cum Titiano fratre in kalendas Martias. .; proximos menses Verginio (Rufo) destinat... Iungitur Verginio Pompeius Vopiscus praetexto veteris amicitiae; plerique Viennensium honori datum interpretabantur.

POMPEIVS VRBICVS. — 11, 35. Eadem constantia et illustres equites Romani..., Pompeium Vrbicum... tradi ad supplicium iubet (Claudius, ut conscios Messalinae et Silii).

POMPONIA GRAECINA, POMPONIA[2]. — 13,32. Pomponia Graecina insignis femina, *A*. Plautio, quem ovasse de Britannis rettuli, nupta ac superstitionis externae rea, mariti iudicio permissa. Isque prisco instituto propinquis coram de capite famaque coniugis cognovit et insontem pronuntiavit. Longa huic Pomponiae aetas et continua tristitia fuit. Nam post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam per quadraginta annos non cultu nisi lugubri, non animo nisi maesto egit. Idque illi imperitante Claudio impune, mox ad gloriam vertit.

POMPONIVS. — 6,8. (Verba facit apud senatum M. Terentius ob amicitiam Seiani reus) « Etiam Satrium atque Pomponium[3] vene-

[1] L. Pompeius Vopiscus. Prosop., 500.

[2] Prosop., 579.

[3] Ritter : *Pinarium*, coll. 4,34. « Der dort erwähnte *Pinarius Natta* ist vielleicht früher gestorben, Eine ähnliche Person muss *Pomponius* gewesen sein, nicht zu verwechseln mit den hochgestellten Männern, von denen zu 2, 32, 4,47, 5, 8. Tacitus wird schon in der Lücke nach 5,5 von ihm berichtet haben. » (Nipperdey-Andresen.)

Digitized by Google

rabamur, libertis quoque ac ianitoribus eius notescere pro magnifico accipiebatur ».

L. POMPONIVS. v. POMPONIVS FLACCVS.

P. POMPONIVS. v. POMPONIVS SECVNDVS.

Q. POMPONIVS[1]. — 6, 18. (Considius Proculus sororque eius Sancia damnantur) accusante Q. Pomponio. Is moribus inquies haec et huiusce modi a se factitari praetendebat, ut parta apud principem gratia periculis Pomponii Secundi fratris mederetur. — 13,43. (Testes) acerbitate accusationis (a P. Suillio susceptae) Q. Pomponium ad necessitatem belli civilis detrusum... obiectabant.

POMPONIVS ATTICVS[2]. — 2,43. Druso (Tiberii filio) proavus eques Romanus Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur.

POMPONIVS FLACCVS, L. POMPONIVS, FLACCVS, FLACCVS POMPONIVS[3]. — 2,32. Supplicationum dies Pomponii Flacci sententia constituti (ob mortem Libonis Drusi). — 2,41. C. Caelio L. Pomponio consulibus. — 2, 66. Defuncto (Latinio) Pandusa... (Tiberius) Pomponium Flaccum veterem stipendiis... Moesiae praefecit. — 2,67. Flaccus in Thraciam transgressus per ingentia promissa.. (Rhescuporim) perpulit, ut praesidia Romana intraret. — 6,27. Flacco Pomponio Syriae propraetore defuncto.

POMPONIVS LABEO, LABEO[4]. — 4,47. Postquam Pomponius Labeo e Moesia cum legione (venit)... — 6, 29. At Romae... Pomponius Labeo, quem praefuisse Moesiae rettuli, per abruptas venas sanguinem effudit... Sed Caesar missis ad senatum litteris disseruit morem fuisse maioribus, quotiens dirimerent amicitias, interdicere domo...; id se repetivisse in Labeone, atque illum, quia male administratae provinciae aliorumque criminum arguebatur, culpam invidia velavisse.

POMPONIVS SECVNDVS, POMPONIVS, P. POMPONIVS, SECVNDVS POMPONIVS[5]. — 5, 8. Relatum inde de P. Vitellio

[1] Q. Pomponius Secundus. Prosop., 564.
[2] T. Pomponius Atticus, *post adoptionem* Q. Caecilius Pomponianus Atticus
[3] Prosop., 538.
[4] Prosop., 543.
[5] Prosop., 563.

Digitized by Google

et Pomponio Secundo... Huic a Considio praetura functo obiectabatur Aelii Galli amicitia, qui punito Seiano in hortos Pomponii quasi fidissimum ad subsidium perfugisset. Neque aliud periclitantibus auxilii quam in fratrum constantia fuit, qui vades exstitere... Pomponius multa morum elegantia et ingenio inlustri, dum adversam fortunam aequus tolerat, Tiberio superstes fuit. — 6, 18. (Considius Proculus sororque eius Sancia damnantur) accusante Q. Pomponio. Is... haec et huiusce modi a se factitari praetendebat, ut parta apud principem gratia periculis Pomponii Secundi fratris mederetur. — 11, 13. Claudius... theatralem populi licentiam... increpuit, quod in Publium Pomponium consularem, is carmina scaenae dabat, inque feminas inlustres probra iecerat. — 12, 27. Dein P. Pomponius[1] legatus (superioris Germaniae) auxiliares (in Chattos immisit). — 12, 28. Pomponius cum legionibus (ad montem Taunum) opperiebatur, si Chatti... casum pugnae praeberent... Decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famae eius apud posteros, in quis carminum gloria praecellit. — « *O.* 13. Ne nostris quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio vel dignitate vitae vel perpetuitate famae cesserit. »

* POMPONIVS SILVANVS, v. POMPEIVS SILVANVS.

POMPTINAE PALVDES. — 15, 42. (Severus et Celer Neroni) ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant, squalenti litore... Neque enim aliud umidum gignendis aquis occurrit quam Pomptinae paludes.

PONTIA, PONTIA POSTVMIA. — 13, 44. Per idem tempus Octavius Sagitta plebei tribunus, Pontiae mulieris nuptae amore vaecors, ingentibus donis adulterium et mox, ut omitteret maritum, emercatur, suum matrimonium promittens ac nuptias eius pactus. Sed ubi mulier vacua fuit, nectere moras, adversam patris voluntatem causari repertaque spe ditioris coniugis promissa exuere... Noctem unam ad solacium poscit... Statuitur nox et Pontia consciae ancillae custodiam cubiculi mandat... Quasi incensus nihil metuentem ferro transverberat... — IV. 44. Octavius

[1] M : *l. pomponius.* Sed cf. 5, 8. — Ritter : *Pomponius* : « In homine iam saepius in his Annalibus nemorato unum nomen satis erat ». — Ritter[2] : *P. Pomponius.*

Digitized by Google

Pontiam Postumiam[1] stupro cognitam et nuptias suas abnuentem impotens amicus interfecerat.

PONTICVS, A. VM. — 2, 54. (Germanicus Propontidis angustias et os Pontium intrat. — 2, 56. Polemonis regis Pontici. — 13, 39. Rex Tiridates ..., sive ut commeatus nostros Pontico mari et Trapezunte oppido adventantes interciperet, propere discedit. — 15, 6. Pontica et Galatarum Cappadocumque auxilia (Caesennio Paeto) obaedire iussa sunt. — III, 47. Trapezuntem vetusta fama civitatem a Graecis in extremo Ponticae orae conditam... — G, I. Danuvius... montis Abnobae iugo effusus plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpat.

* PONTILIVS FREGELLANVS, v. PONTIVS FREGELLANVS.

C. PONTIVS[2]. — 6, 45. Supremi Tiberio consules Cn. Acerronius, C. Pontius.

PONTIVS FREGELLANVS[3]. — 6, 48. Stuprorum (Albucillae) ministri..., Pontius Fregellanus amitteret ordinem senatorium..., (decernitur).

PONTIVS PILATVS[4]. — 15, 44. Vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante per procuratorem Iudaeae) Pontium Pilatum supplicio adfectus erat.

(PONTIVS SAEVINVS), v. SAEVINVS PONTIVS.

PONTVS. — 12, 21. Traditus posthac Mithridates (Bosporanus) vectusque Romam per Iunium Cilonem, procuratorem Ponti... — 15, 10. (Caesennius) Paetus imminentium nescius quintam legionem procul in Ponto habebat. — 15, 26. [Corbulo exercitui suo] addidit... legionem quintam, quae per Pontum agens expers cladis (Paeti) fuerat. — II, 6. Septem legiones (Syriae et Iudaeae partibus Vespasiani) statim...; inde continua Aegyptus...; hinc Cappadocia Pontusque et quidquid castrorum Armeniis praetenditur. — II, 8. Servus e Ponto sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia (se Neronem esse fingebat). — II, 81. Quidquid provinciarum adluitur mari Asia atque Achaia tenus, quantumque introrsus in Pontum et Armenios patescit, iuravere (in verba Vespasiani). — II, 83. Mucianus... classem e Ponto Byzantium

[1] M : *positum Inam (postum* corr. 1 m). — Macke, II, 12 : *Postuminam.*
[2] C. Petronius Pontius Nigrinus. Prosop., 218.
[3] Prosop., 594 : « Fortasse scribendum *Pontilius.* Cf. supra n. 589 ».
[4] Prosop., 607.

Digitized by Google

adigi iusserat... — III, 47. Subita per Pontum arma barbarum mancipium, regiae quondam classis praefectus, moverat. Is fuit Anicetus Polemonis libertus, praepotens olim et, postquam regnum in formam provinciae verterat, mutationis impatiens. Igitur Vitellii nomine adscitis gentibus, quae Pontum adcolunt... — IV, 83. Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit, ...oblatum per quietem... iuvenem, qui moneret, ut fidissimis amicorum in Pontum missis effigiem suam acciret... (Sacerdotibus Aegyptiorum) Ponti et externorum parum gnaris, Timotheum Atheniensem... interrogat. Timotheus quaesitis, qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen...

PONTVS (EVXINVS). — 12, 63. Byzantium... fecundo mari, quia vis piscium immensa, Pontum[1] erumpens et obliquis subter undam saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu hos ad portus defertur.

POPPAEA, SABINA POPPAEA[2] *(A)*. — 11, 2. (Suillius) adulterium Poppaeae (Valerio Asiatico obiectabat)... (Messalina) ad perniciem Poppaeae festinat, subditis qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent, adeo ignaro (Claudio) Caesare, ut... maritum eius Scipionem percontaretur, cur sine uxore discubuisset... — 11, 4. Pergit... Suillius addere reos equites Romanos inlustres, quibus Petra cognomentum. At causa necis ex eo, quod domum suam Mnesteris et Poppaeae congressibus praebuissent... Rogatus sententiam et Scipio : « Cum idem, inquit, de admissis Poppaeae sentiam, quod omnes, putate me idem dicere, quod omnes. » — 13, 43. (Testes P. Suillio)... Iuliam Drusi filiam Sabinamque Poppaeam ad mortem actas et Valerium Asiaticum (circumventum) ...obiectabant[3].

(POPPAEA SABINA), SABINA POPPAEA, POPPAEA *(B)*, AVGVSTA[4]. — 13, 45. Erat in civitate Sabina Poppaea, T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumpserat, inlustri memoria Poppaei Sabini... Huic mulieri cuncta alia fuere praeter honestum animum. Quippe mater eius, aetatis suae feminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter et formam dederat; opes claritudini generis sufficiebant... Agentem eam in matrimonio Rufrii Crispini

[1] M : *in metapontum*. Corr. Ruperti. — Lipsius : *innumera Pontum*.
[2] Prosop., 629. Filia Poppaei Sabini.
[3] V. etiam 11, 1 ; 13, 45.
[4] Prosop., 630. Filia eius quae praecedit.

Digitized by Google

equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit...; nec mora quin adulterio matrimonium iungeretur. — 13, 46. Otho... laudare formam elegantiamque uxoris apud principem... Non longa commutatio interponitur: sed accepto aditu Poppaea primum per blandimenta et artes valescere.... mox acri iam principis amore ad superbiam vertens... — 14. 1. Nero... flagrantior in dies amore Poppaeae, quae sibi matrimonium et discidium Octaviae insolumi Agrippina haud sperans ..— 14. 59. (Post interfectos Cornelium Sullam et Rubellium Plautum) posito metu nuptias Poppaeae ob eius modi terrores dilatas maturare parat (Nero) Octaviamque coniugem amoliri... — 14, 60. Exturbat Octaviam, sterilem dictitans; exim Poppaeae coniungitur; ea diu paelex et adulteri Neronis, mox mariti potens, quemdam ex ministris Octaviae impulit servilem ei amorem obicere. — 14, 61. Exim laeti Capitolium scandunt.. Effigies Poppaeae proruunt, Octaviae imagines gestant umeris... Mutataque quae per seditionem verterant et Poppaeae honos repositus est. Quae semper odio, tum et metu atrox... — 14. 63. (Octaviae) primus nuptiarum dies loco funeris fuit... Tum ancilla Acte domina validior et Poppaea non nisi in perniciem uxoris nupta... — 14, 64. Additurque atrocior saevitia, quod caput (Octaviae) amputatum latumque in urbem Poppaea vidit. — 14, 65. Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse creditus est: Doryphorum quasi adversatum nuptiis Poppaeae... — 15, 23, Natam sibi ex Poppaea filiam Nero ultra mortale gaudium accepit appellavitque Augustam, dato et Poppaeae eodem cognomento... Iam senatus uterum Poppaeae commendaverat dis votaque publice susceperat... — 15, 61, Vbi haec (Senecae responsa) a tribuno relata sunt (Neroni) Poppaea et Tigellino coram, quod erat saevienti principi intimum consiliorum... — 15, 71. Pellitur et Rufrius Crispinus occasione coniurationis, sed Neroni invisus, quod Poppaeam quondam matrimonio tenuerat. — 16, 6. Post finem ludicri Poppaea mortem obiit, fortuita mariti iracundia, a quo gravida ictu calcis adflicta est. Neque enim venenum crediderim, quamvis quidam scriptores tradant... Corpus non igni abolitum... Ductae tamen publicae exsequiae laudavitque ipse apud rostra formam eius et quod divinae infantis parens fuisset... — 16, 7. Mortem Poppaeae, ut palam tristem, ita recordantibus laetam ob impudicitiam eius

Digitized by Google

saevitiamque, nova insuper invidia Nero complevit prohibendo C. Cassium officio exsequiarum.., — 16, 21. Cum deum honores Poppaeae decernuntur, sponte absens, funeri non interfuerat (Paetus Thrasea), — 16, 22. (Loquitur Cossutianus Capito in Thraseam) « ... Eiusdem animi est Poppaeam divam non credere, cuius in acta Divi Augusti et Divi Iulii non iurare. — » I, 13. (Nero apud Othonem) Poppaeam Sabinam, principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur. Mox suspectum in eadem Poppaea in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit. — I, 22. Multos secreta Poppaeae mathematicos, pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant; e quibus Ptolemaeus Othoni in Hispania comes... — I, 78. (Otho) ne tum quidem immemor amorum statuas Poppaeae per senatus consultum reposuit [1].

POPPAEVS SABINVS, SABINVS[2]. — 1, 80. Prorogatur Poppaeo Sabino provincia Moesia, additis Achaia ac Macedonia. — 4, 46. Decreta triumphi insignia Poppaeo Sabino contusis Thraecum gentibus... — 4, 47. At Sabinus, donec exercitus in unum conduceret, datis mitibus responsis..., ad hostem pergit. — 4, 49. Postera die Sabinus exercitum aequo loco ostendit, si barbari successu noctis alacres proelium auderent. — 4, 50. Cum Sabinus circumire, hortari, ne... casum insidiantibus aperirent. — 5, 10. Auditum id Poppaeo [3] Sabino. Is Macedoniae tum intentus Achaiam quoque curabat. Igitur... — 6, 39, Fine anni Poppaeus Sabinus concessit vita, modicus originis, principum amicitia consulatum ac triumphale decus adeptus, maximisque provinciis per quattuor et viginti annos impositus, nullam ob eximiam artem, sed quod par negotiis neque supra erat. — 13, 45. Erat in civitate Sabina Poppaea, T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumpserat, inlustri memoria Poppaei Sabini, consulari et triumphali decore praefulgentis.

PORCII. — 11, 24. « Porcios Tusculo... accitos ».

PORCIVS CATO[4]. — 4, 68. (Titium Sabinum) Latinius Latiaris,

[1] V. etiam 14, 62.
[2] C. Poppaeus Sabinus. Prosop., 627.
[3] M : *pompeio*. Corr. Rhenanus.
[4] M. Porcius Cato. Prosop., 635.

Digitized by Google

Porcius[1] Cato, Petilius Rufus, M. Opsius praetura functi adgrediuntur, cupidine consulatus, ad quem non nisi per Seianum aditus[2].

C. (PORCIVS) CATO, v. C. CATO.

M. PORCIVS, CATO CENSORIVS, CATO. — 3, 66. Mamercus antiqua exempla iaciens..., Servium Galbam a Catone Censorio... (accusatum). Videlicet... Cato... talia (ulciscebatur). — 4, 56. Zmyrnaei (memorabant) .. se... primos templum urbis Romae statuisse, M. Porcio consule... — *O*, 18. (Loquitur Aper) « Sic Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior... Num dubitamus inventos qui pro Catone Appium Caecum (magis) mirarentur ».

M. (PORCIVS) CATO (VTICENSIS), v. M. CATO, CATONES.

PORCIVS SEPTIMINVS. — III, 5. Posita (a ducibus Flavianis) in latus auxilia, infesta Raetia, cui Porcius Septiminus procurator erat, incorruptae erga Vitellium fidei.

PORSENNA. — III, 72. Id facinus (Capitolii incendium) post conditam urbem luctuosissimum foedissimumque rei publicae populi Romani accidit..., sedem Iovis Optimi Maximi..., quam non Porsenna dedita urbe neque Galli capta temerare potuissent, furore principum exscindi.

(POSTVMIA VIA), VIA POSTVMIA[3]. — III, 21. (Antonius Primus) sistere tertiam decimam legionem in ipso viae Postumiae aggere iubet...

A. POSTVMIVS[4] *(A)*. — 2, 49. (Tiberius aedem)... dedicavit Libero Liberaeque et Cereri iuxta circum maximum, quam A. Postumius dictator voverat.

A. POSTVMIVS[5] *(B)*. — 3, 71. Memorabatur... L. Metelli pontificis maximi exemplum, qui Aulum Postumium flaminem attinuisset...

POSTVMVS AGRIPPA, v. AGRIPPA POSTVMVS.

PRAENESTE. — 15, 46. Gladiatores apud oppidum Praeneste temptata eruptione praesidio militis, qui custos adest, coerciti sunt, iam Spartacum et vetera mala rumoribus ferente populo.

[1] **M** : *portius*.
[2] V. etiam 4, 69, 71.
[3] Ab A. Postumio cos. a. 512 = 242 munita.
[4] A. Postumius Albus Regillensis. Dictator 255 = 499, cos. 258 = 496.
[5] A. Postumius Albinus, cos. 512 = 242, flamen Martialis.

Digitized by Google

PRASVTAGVS. — 14, 31. Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus, Caesarem heredem duasque filias scripserat, tali obsequio ratus regnumque et domum suam procul iniuria fore...

PRIMVS ANTONIVS, PRIMVS, v. ANTONIVS PRIMVS.

PRISCVS[1]. — *A*, 44. Agricola... excessit... Collega Priscoque consulibus.

PRISCVS HELVIDIVS, PRISCVS, v. HELVIDIVS PRISCVS.

PRISCVS, v. IVLIVS PRISCVS.

C. PROCVLEIVS[2]. — 4, 40. (Loquitur Tiberius) « ...At enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatus est. Mirum hercule, si, cum in omnes curas distraheretur immensumque attolli provideret, quem coniunctione tali super alios extulisset, C. Proculeium et quosdam in sermonibus habuit insigni tranquillitate vitae, nullis rei publicae negotiis permixtos. »

PROCVLVS, v. LICINIVS PROCVLVS.

PROPERTIVS CELER. — 1, 75. Propertio Celeri praetorio veniam ordinis ob paupertatem petenti deciens sestertium largitus est (Tiberius), satis comperto paternas ei angustias esse.

PROPONTIS. — 2, 54. (Germanicus) Propontidis angustias et os Ponticum intrat.

PROSERPINA. — 15, 44. (Post Romae incendium ex libris Sibyllae) supplicatum Vulcano et Cereri Proserpinaeque. — IV, 83. Timotheus quaesitis, qui in Pontum, meassent, cognoscit urbem illic Sinopen nec procul templum vetere inter accolas fama Iovis Ditis; namque et muliebrem effigiem adsistere, quam plerique Proserpinam vocent.

PSEVDOPHILIPPVS[3]. — 12, 62. Byzantii... orsi a foedere, quod nobiscum icerant, qua tempestate bellavimus adversum regem Macedonum, cui ut degeneri Pseudophilippo vocabulum impositum...

PTOLEMAEVS[4]. — IV, 83. Origo dei (Serapidis) nondum nostris auctoribus celebrata; Aegyptiorum antistites sic memorant : Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit,

[1] Prosop., 707 et 709, Omissum est Taciti testimonium.
[2] Prosop., 736.
[3] Andriscus mentitus se esse Persei filium.
[4] Ptolemaeus Lagi filius Soter.

Digitized by Google

Alexandriae recens conditae moenia templaque et religiones adderet... Ptolemaeus omine et miraculo excitus sacerdotibus Aegyptiorum... nocturnos visus aperit... Sed Ptolemaeus[1], ut sunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum adpetens... — IV, 84. Atque interim triennio exacto Ptolemaeus[2] non studium, non preces omittere... Advocata contione (rex Sinopensium Scydrothemis) iussa numinis, suos Ptolemaeique[3] visus... exponit.

PTOLEMAEVS[4]. — 6, 28. Sunt qui adseverent .. priores... alites (phoenices) primum..., post..., dein Ptolemaeo, qui ex Macedonibus tertius regnavit..., advolavisse... Sed antiquitas quidem obscura : inter Ptolemaeum ac Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt. — IV, 84. Nec sum ignarus esse quosdam, qui Seleucia urbe Syriae accitum (deum Serapin memorent) regnante Ptolemaeo[5], quem tertia aetas tulit. Alii auctorem eumdem Ptolemaeum[6], sedem, ex qua transierit, Memphim perhibent.

PTOLEMAEVS[7]. — 2, 67. Maiores M. Lepidum Ptolemaei liberis tutorem in Aegyptum miserant.

PTOLEMAEVS[8]. — 4, 23. Raptabat Africam Tacfarinas auctus Maurorum auxiliis, qui, Ptolemaeo Iubae filio iuventa incurioso, libertos regios et servilia imperia bello mutaverant. — 4, 24. (Dolabella pro consule Africae) excito cum popularibus rege Ptolemaeo, quattuor agmina parat... — 4, 26. Cognitis... Ptolemaei[9] per id bellum studiis, ...missus.. e senatoribus, qui scipionem eburnum, togam pictam, antiqua patrum munera, daret, regemque et socium atque amicum appellaret.

PTOLEMAEVS[10]. — I, 21. Multos secreta Poppaeae mathematicos... habuerant ; e quibus Ptolemaeus[11] Othoni in Hispania comes,

[1] **M** : *ptolomeus.*
[2] **M** : *ptoloms.*
[3] **M** : *ptolomei.*
[4] Ptolemaeus Evergetes (non Philadelphus, cf. Nipperdey-Andresen).
[5] **M** : *ptolomeo.*
[6] **M** : *ptolomeū.*
[7] Ptolemaeus Epiphanes.
[8] Prosop., 764.
[9] **M** : *ptolomei.*
[10] Prosop., 766.
[11] **M** : *ptoloms.*

Digitized by Google

cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu fides, coniectura iam et rumore senium Galbae et iuventam Othonis computantium persuaserat fore ut in imperium adsciscetur. — I, 23. Nec deerat Ptolemaeus[1], iam et sceleris instinctor...

(PTOLEMAEVS) APION, v. APION.

L. et M. PVBLICII[2]. — 2, 49. (Tiberius) dedicavit... aedem Florae ab Lucio et Marco Publiciis aedilibus constitutam.

PVBLILIVS SABINVS, SABINVS. — II,92. (Vitellius) praeposuerat praetorianis Publilium[3] Sabinum a praefectura cohortis, Iulium Priscum tum centurionem. Priscus Valentis, Sabinus Caecinae gratia pollebant. — III,36. Vitellius... Publilium[4] Sabinum praetorii praefectum ob amicitiam Caecinae vinciri iubet, substituto in locum eius Alfeno Varo.

PVNICA. — 4,33. Antiquis scriptoribus rarus obtrectator, neque refert cuiusquam Punicas Romanasne acies laetius extuleris. — 4,56. Zmyrnaei (memorabant)... se... primos templum urbis Romae statuisse, M. Porcio consule,... stante adhuc Punica urbe...

PVTEOLANI. — 13.48. Isdem consulibus auditae Puteolanorum legationes, quas diversas ordo, plebs ad senatum miserant... C. Cassius adhibendo remedio delectus. Quia severitatem eius non tolerabant, precante ipso ad Scribonios fratres ea cura transfertur... Paucorum supplicio rediit oppidanis concordia. — III, 57. Praecipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contra Capua Vitellio fida, municipalem aemulationem bellis civilibus miscebant.

PVTEOLI. — 14,27. In Italia vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognonentum a Nerone apiscuntur. — 15,51. Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu laetabatur.

PYRAMVS. — 2,68. Vonones... pernicitate equi ad amnem Pyramum contendit, cuius pontes accolae ruperant audita regis fuga.

PYRENAEVS. — I,23. (Praetoriani milites) Campaniae lacus et Achaiae urbes classibus adire soliti Pyrenaeum et Alpes et immensa viarum spatia aegre sub armis (enitebantur).

[1] M : *ptolomꝰ*.
[2] L. et M. Publicii Malleoli aediles a. 513 = 241.
[3] M. : *publium*. Corr. Halm.
[4] M : *plubiliū*. Corr. Halm.

Digitized by Google

PYRRHVS. — 2,63. (Tiberius) apud senatum disseruit non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse (quam Maroboduum). — 2,88. Qua gloria aequabat se Tiberius priscis imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum[1] regem vetuerant prodiderantque.

PYTHAGORAS[2] — 15.37. (Nero)... paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege, nomen Pythagorae fuit, in modum sollemnium coniugiorum (denupsit).

PYTHIVS, PYTHICVS. — 12,63. Pythium Apollinem. — IV.83. Ptolemaeus... praecepit... navigaturis, ut Pythicum Apollinem adeant.

QVADI. — 2.63. Rege Vannio gentis Quadorum. — *G.* 42. Iuxta Hermunduros Varisti ac deinde Marcomani et Quadi agunt. Praecipua Marcomanorum gloria viresque... Nec Varisti Quadive degenerant... Marcomanis Quadisque usque ad nostram memoriam reges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobodui et Tudri genus... — 43. Retro Marsigni, Cotini, Osi, Buri terga Marcomanorum Quadorumque claudunt... Partem tributorum Sarmatae, partem Quadi (Cotinis et Osis) ut alienigenis imponunt.

QVADRATVS, v. VMMIDIVS QVADRATVS.

QVERQVETVLANVS MONS. — 4,65. Haud fuerit absurdum tradere montem (Caelium) antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quod talis silvae frequens fecundusque erat.

QVINCTII. — 3,76. Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt (Iuniae funeri), Manlii Quinctiique[3] aliaque eiusdem nobilitatis nomina.

* QVINCTILIANVS, QVINCTILIVS, etc., v. QVINTILIANVS, QVINTILIVS, etc.

QVINQVATRVS. — 14,4. (Nero) Quinquatruum[4] festos dies apud Baias frequentabat. Illuc matrem elicit... — 14,12. (Post caedem Agrippinae) decernuntur supplicationes..., utque Quinquatrus[5], quibus apertae insidiae essent, ludis annuis celebrarentur.

QVINTIANVS, v. AFRANIVS QVINTIANVS.

[1] **M** : *pyrrum.*
[2] Prosor., 826.
[3] Vulg. : *Quintii.*
[4] **M** : *quinquatrium,*
[5] **M** : *quiuquatruus.*

Digitized by Google

QVINTILIANVS[1]. — 6, 12. Relatum inde ad patres a Quintiliano[2] tribuno plebei de libro Sibullae, quem Caninius Gallus... recipi inter ceteros eiusdem vatis et ea de re senatus consultum postulaverat.

QVINTILIVS VARVS, VARVS, VARVS QVINTILIVS[3] *(A)*. — 1, 3. Bellum (extremis Augusti temporibus) nullum nisi adversus Germanos supererat, abolendae magis infamiae ob amissum cum Quintilio Varo exercitum, quam... — 1, 43. « Legissetis ducem, qui meam quidem mortem impunitam sineret, Vari tamen et trium legionum ulcisceretur » (Loquitur Germanicus). — 1, 55. Segestes parari rebellionem saepe alias et supremo convivio, post quod in arma itum, aperuit suasitque Varo, ut se et Arminium et ceteros proceres vinciret... Sed Varus fato et vi Arminii cecidit. — 1, 58. « Arminium apud Varum, qui tum exercitui praesidebat, reum feci. » (Loquitur Segestes). — 1, 60. L. Stertinius... inter... caedem et praedam (Bructerorum) repperit undevicensimae legionis aquilam cum Varo amissam... Teutoburgiensi saltu, in quo reliquiae Vari legionumque insepultae dicebantur. — 1, 61. Prima Vari castra lato ambitu et dimensis principiis trium legionum manus ostentabant... Et cladis eius superstites... referebant... primum ubi vulnus Varo adactum. — 1, 65. (Caecinam) terruit dira quies : nam Quintilium Varum ...cernere et audire visus est velut vocantem... Arminius... inrumpere Germanos iubet, clamitans : « En Varus eodemque iterum fato vinctae legiones. » — 1, 71. Data utrique venia, facile Segimero, cunctantius filio, quia Quintilii Vari corpus inlusisse dicebatur. — 2, 41. Fine anni arcus... ob recepta signa cum Varo amissa (dicatur). — 2, 45. (Arminius) Maroboduum... appellans... satellitem Caesaris, haud minus infensis animis exturbandum, quam Varum Quintilium interfecerint. — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) « Nuper certe caeso Quintilio Varo pulsam e Germania servitutem, nec Vitellium principem, sed Caesarem Augustum bello provocatum » — V, 9. Post mortem Herodis (Iudaeorum regis)... Simo quidam regium nomen invaserat. Is a Quintilio Varo obtinente Syriam punitus.

[1] Prosop., 17.
[2] Ritter[2] : *Quintilio Varo.* — Lipsius : *Quinctiliano.*
[3] P. Quintilius Varus. Prosop., 27. — Lipsius malebat *Quinctilius.*

Digitized by Google

— *G.* 37. (Germani) Varum tresque cum eo legiones etiam Caesari (Augusto) abstulerunt [1].

(QVINTILIVS VARVS), VARVS QVINTILIVS, VARVS [2] *(B)*.— 4, 66. Corripuerat... Varum Quintilium divitem et Caesari propinquum Domitius Afer, Claudiae Pulchrae matris eius condemnator... P. Dolabellam socium delationis exstitisse miraculo erat, quia claris maioribus et Varo conexus suam ipse nobilitatem, suum sanguinem perditum ibat. [3]

* QVINTII, v. QVINCTII.

P. QVINTIVS [4]. — *O.* 37. (Loquitur Maternus) « Non, opinor, ...Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias faciumt; Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt. »

QVINTIVS ATTICVS, ATTICVS. [5] —III, 73. Flavium Sabinum... et Quintium [6] Atticum consulem, umbra honoris et suamet vanitate monstratum, quod edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium iecerat (capto Capitolio comprehendunt Vitelliani). — III, 74. Sabinus et Atticus onerati catenis et ad Vitellium ducti nequaquam infesto sermone vultuque excipiuntur. — III, 75. Vitellius consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus ac velut vicem reddens, quod interrogantibus, quis Capitolium incendisset, se reum Atticus obtulerat, eaque confessione, sive aptum tempori mendacium fuit, invidiam crimenque adgnovisse et a partibus Vitellii amolitus videbatur.

QVINTIVS CERTVS. —II, 16. (Pacarius Decimus Corsicae procurator consilio iuvandi Vitellii) contra dicere ausos. ., Quintium [7] Certum equitem Romanum interfici iubet.

* QVINTIVS PLAVTIVS, v. Q. PLAVTIVS.

QVIRINALIS FLAMEN. — 3, 58. Servius Maluginensis flamen Dialis... dictitans... neque aliud ius suum quam Martialium Quirinaliumque flaminum : porro, si hi duxissent provincias, cur Dialibus id vetitum?

[1] V. etiam 1, 59.; 2, 46.
[2] Prosor., 26. Filius eius qui praecedit.
[3] V. etiam ad QVINTILIANVM.
[4] Lipsius : *P. Quinctius.*
[5] C. Quintius Atticus. Prosor., 32. — Lipsius : *Quinctius.*
[6] Vulg. ante Lipsium : *Quintum.*
[7] Lipsius : *Quinctium*

Digitized by Google

P. QVIRINIVS, v. SVLPICIVS QVIRINIVS.

QVIRINVS. — 4, 38. Optimos... mortalium altissima cupere, sic Herculem et Liberum apud Graecos, Quirinum apud nos deum numero additos. » — IV, 58. « Te, Quirine, Romanae parens urbis, precor venerorque, ut... »

QVIRITES. — 1, 42. « Divus Iulius seditionem exercitus uno verbo compescuit, Quirites vocando, qui sacramentum eius detrectabant. »

RADAMISTVS[1]. — 12, 44. Erat Pharasmanis filius nomine Radamistus, decora proceritate, vi corporis insignis et patrias artes edoctus, claraque inter accolas fama. Is modicum Hiberiae regnum senecta patris detineri ferocius crebriusque iactabat, quam ut cupidinem occultaret... Radamistus, simulata adversus patrem discordia tamquam novercae odiis impar, pergit ad patruum, multaque ab eo comitate in speciem libernm cultus primores Armeniorum ad res novas inlicit, ignaro et ornante insuper Mithridate. — 12, 45. Radamistus frustra vel cum damno temptatis munitionibus (castelli Gornearum) obsidium incipit, et, cum vis neglegeretur, avaritiam praefecti (Caelii Pollionis) emercatur... Postremo, quia multitudinem hostium Pollio, iussa patris Radamistus obtendebant, pactus indutias abscedit (centurio Casperius). — 12, 46. Praefectus hortari Mithridaten ad sanciendum foedus,... quod filiam (Pharasmanis) in matrimonio haberet, quod ipse Radamisto socer esset.. (Pharasmanes) secretis nuntiis monet Radamistum oppugnationem quoquo modo celerare. — 12, 47. Ac primo Radamistus in amplexus (Mithridatis) effusus simulare obsequium, socerum ac parentem appellare, adicit iusiurandum non ferro, non veneno vim adlaturum... Et Radamistus, quasi iurisiurandi memor, non ferrum, non venenum in sororem et patruum expromit, sed proiectos in humum et veste multa gravique opertos necat. — 12, 48. (In consilio Vmmidii Quadrati legati Syriae) plures tuta disserunt :... poteretur Radamistus male partis, dum invisus, infamis... — 12, 49. Cappadociae procurator Iulius Paelignus... ad Radamistum venit, donisque eius evictus ultro regium insigne sumere cohortatur sumentique adest auctor et satelles. — 12, 50. Vacuamque rursus Armeniam Radamistus

[1] Prosop., 6. — Vulg. : *Rhadamistus.*

Digitized by Google

invasit, truculentior quam antea tamquam adversus defectores... — 12, 51. Nec aliud Radamisto subsidium fuit, quam pernicitas equorum, quis seque et coniugem abstulit. — 13, 6. Fine anni tertii his rumoribus prorupisse rursum Parthos et rapi Armeniam adiatum est, pulso Radamisto, qui saepe regni eius potitus, dein profugus, tum quoque bellum deseruerat. — 13, 37. Pharasmanes, interfecto filio Radamisto quasi proditore, quo fidem in nos testaretur...

RAETI. — 2, 17. Arminius incubuerat... sagittariis..., ni Raetorum Vindelicorumque et Gallicae cohortes signa obiecissent. — I, 68. Hinc Caecina cum valido exercitu, inde Raeticae alae cohortesque et ipsorum Raetorum iuventus, sueta armis et more militiae exercita... (Helvetii) consectantibus Germanis Raetisque... trucidati. — III, 5. Ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit. — III, 53. Antonius (Primus)... litteras ad Vespasianum composuit... « Sua constantia... intersaepta Germanorum Raetorumque auxilia... » — V, 25. Inter Batavos quoque sermones orti... « Respicerent Raetos Noricosque et ceterorum onera sociorum : sibi non tributa, sed virtutem et viros indici. » — *G.* 1. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus... separatur.

RAETIA. — 1, 44. Veterani... in Raetiam mittuntur, specie defendendae provinciae ob imminentes Suebos. — I, 11. Duae Mauretaniae, Raetia, Noricum, Thracia et quae aliae procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinae, ita in favorem aut odium... agebantur. — II, 98, Deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani per Raetiam et Gallias militum et centurionum quidam... — III, 5. Infesta (Flavianis) Raetia, cui Porcius Septiminus procurator erat... — III, 9. Interiectus exercitus (Flavianus) Raetiam Iuliasque Alpes,. . ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obsaepserat. — III, 15. Ingens Germanorum vis per Raetiam timebatur (a Flavianis). — IV, 70. Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Raetiam (in superiorem Germaniam inrupit). — *G.* 3. In confinio Germaniae Raetiaeque. — 41. (Hermunduris) solis Germanorum non in ripa (Danuvii) commercium, sed penitus atque in splendidissima Raetiae provinciae colonia.

RAETICA, VM. — I. 59. Nec in Raeticis copiis mora, quo minus statim adiungerentur (Vitellii partibus). — I. 67. Missi (a Cae-

Digitized by Google

cina) ad Raetica auxilia nuntii, ut versos in legionem Helvetios a tergo adgrederentur. — I, 68. Hinc Caecina cum valido exercitu, inde Raeticae alae cohortesque et ipsorum Raetorum iuventus... — I, 70. (Caecina) paulum cunctatus est, num Raeticis iugis in Noricum flecteret. — *G.* 1. Rhenus Raeticarum Alpium inaccesso ac praecipiti vertice ortus.

*RAGONIVS, v. PACONIVS.

RAPAX LEGIO, RAPACES. — II, 43. Duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria insignis, e parte Othonis prima Adiutrix... — II, 100. Caecina... partem equitum ad occupandam Cremonam praemisit, mox vexilla...., dein..., postremo agmine unaetvicensima Rapax et prima Italica (legiones) incessere cum vexillariis... — III, 14. Legionibus primae Italicae et unietvicensimae Rapaci..., quas Caecina ad obtinendam Cremonam cum parte equitum praemiserat. — III, 18. Ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa Rapacis atque Italicae... — III, 22. Rapaces atque Italici omnibus se manipulis miscuerant. — III, 25. Iulius Mansuetus ex Hispania, Rapaci legioni additus...

RAVENNA. — 1, 58. Educatus Ravennae puer (Arminii filius). — 2, 63. Et Maroboduus quidem Ravennae habitus. — 4, 5. Italiam utroque mari duae classes, Misenum apud et Ravennam... praesidebant. — 4, 29. Retractus Ravenna (Vibius Serenus filius). — 13, 20. Clodius Quirinalis... praefectus remigum, qui Ravennae (habebantur). — II, 100. (Caecina) Ravennam devertit praetexto classem adloquendi. — III, 40. Nec deerant qui (Fabium Valentem) monerent, ut. . per occultos tramites vitata Ravenna Hostiliam Cremonamve pergeret.

RAVENNAS. — II, 100. Lucilius Bassus post praefecturam alae Ravennati simul ac Misenensi classibus a Vitellio praepositus. — III, 6. Relictum (a ducibus Flavianis) Altini praesidium adversus classem Ravennatem, nondum defectione eius audita. — III, 12. Lucilius Bassus classis Ravennatis praefectus ambiguos militum animos... partibus (Vespasiani) adgregaverat. — III, 36. (Vitellium) in nemore Aricino desidem et marcentem proditio Lucilii Bassi ac defectio classis Ravennatis perculit. — III, 40. Fabius interim Valens proditam a Lucilio Basso Ravennatem classem pernicibus nuntiis accepit. — III, 50. Ad has copias e

Digitized by Google

classicis Ravennatibus, legionariam militiam poscentibus, optimus quisque adsciti : classem Dalmatae supplevere.

REATINI. — 1, 79. Nec Reatini silebant Velinum lacum, qua in Narem effunditur, obstrui recusantes.

REGINORVM OPPIDVM. — 1, 53. Iulia... a patre Augusto Pandateria insula, mox oppido Reginorum[1], qui Siculum fretum accolunt, clausa.

REGIVM LEPIDVM. — II, 50. Die quo Bedriaci certabatur, avem invisitata specie apud Regium Lepidum celebri luco consedisse incolae memorant...

REGVLVS, v. MEMMIVS REGVLVS.

REMI. — IV, 67. Resipiscere paulatim civitates fasque et foedera respicere, principibus Remis, qui per Gallias edixere, ut missis legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret. — IV, 68. Galliarum civitates in Remos convenere. — IV, 69. Iulius Auspex e primoribus Remorum vim Romanam pacisque bona dissertans...

REMMIVS[2]. — 2, 68. Remmius evocatus, priori custodiae regis (Vononis) adpositus, quasi per iram gladio eum transigit.

REMVS. — 13, 58. Ruminalem arborem..., quae... Remi Romulique infantiam texerat.

REVDIGNI. — *G.* 40. (Inter Sueborum gentes adnumerantur) Reudigni[3].

RHACOTIS. — IV, 84. Templum (Serapidi) pro magnitudine urbis (Alexandriae) exstructum loco, cui nomen Rhacotis.

* RHADAMISTVS, v. RADAMISTVS.

RHAMSES. — 2, 60. Manebant structis molibus litterae Aegyptiae.... (quae memorabant Thebano) cum exercitu regem Rhamsen, Libya, Aethiopia, Medisque et Persis et Bactriano ac Scytha potitum, quasque terras Suri Armeniique et contigui Cappadoces colunt, inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuisse.

* RHEGINI, v. REGINORVM OPPIDVM.

RHENVS. — 1, 3. (Augustus) Germanicum... octo apud Rhenum legionibus imposuit. — I, 31. Duo apud ripam Rheni exercitus erant.

[1] Beroaldus : *Rheginorum*. Sed. cf. Orelli.

[2] Prosop., 34.

[3] **A** : *veusdigni*; **B** : *veusdigni* (sed. *r* sup. *v* scriptum est): **C** : *reusdigi*. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

Digitized by Google

— 1. 32. (Seditiosi milites centuriones suos) ante vallum aut in amnem Rhenum proiciunt. — 1, 45. (Germanicus) Caesar arma, classem, socios, demittere Rheno parat. — 1, 56. Germanicus... tumultuarias catervas Germanorum cis Rhenum colentium Caecinae tradit... Caesar... aperta populatus vertit ad Rhenum. — 1, 59. (Testatur Arminius) Germanos numquam satis excusaturos, quod inter Albim et Rhenum... togam viderint. — 1, 63. Pars equitum (Germanici) litore Oceani petere Rhenum iussa. — 1, 67. (Caecina docet milites) illa eruptione ad Rhenum perveniri. — 1, 69. Ni Agrippina impositum Rheno pontem solvi prohibuisset... — 2, 6. Rhenus uno alveo continuus... apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur... — 2, 7. Cuncta inter castellum Alisonem ac Rhenum novis limitibus aggeribusque permunita (a Germanico). — 2, 14. (Apud milites disserit Germanicus) propiorem iam Albim quam Rhenum. — 2, 22. (Germanicus) congeriem armorum struxit superbo cum titulo, debellatis inter Rhenum Albimque nationibus... — 2, 83. Arcus (in honorem mortui Germanici) additi... apud ripam Rheni... — 4, 5. Praecipuum robur Rhenum iuxta, commune in Germanos Gallosque snbsidium, octo legiones erant. — 4, 73. Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniae pro praetore cognitum..., utrumque exercitum Rheno devectum Frisiis intulit. — 11, 18. Corbulo... triremes alveo Rheni, cetéras navium, ut quaeque habiles, per aestuaria et fossas adegit. — 11, 19. Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri praesidia cis Rhenum iuberet. — 11, 20. Vt... miles otium exueret, (Corbulo) inter Mosam Rhenumque trium et viginti milium spatio fossam perduxit, qua incerta Oceani vitarentur. — 12, 27. (Vbiorum) gentem Rhenum transgressam... Agrippa in fidem (acceperat). — 13, 53. Paulinus Pompeius... incohatum ante tres et sexaginta annos a Druso aggerem coercendo Rheno absolvit. — 13, 56. (Duvius) Avitus scripto ad Curtilium Manciam superioris exercitus legatum, ut Rhenum transgressus arma a tergo (Ampsivariis eorumque sociis) ostenderet. — I, 51, Pars Galliarum, quae Rhenum accolit. — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo, quoniam... deserere Rheni ripam inrupturis tam infestis nationibus non conducat... — IV, 12. Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Chattorum..., insulam...

Digitized by Google

occupavere, quam mare Oceanus a fronte. Rhenus amnis tergum ac latera circumluit... Erat et domi delectus eques, praecipuo nandi studio, arma equosque retinens integris turmis Rhenum perrumpere *solitus* — IV, 16. Derecta ex diverso acies haud procul a flumine Rheno .. — IV, 22. Civilis. . utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet. — IV, 26. Rhenus incognita illi caelo siccitate vix navium patiens... — IV, 55. (Iulius) Tutor... ripae Rheni a Vitellio praefectus. — IV, 59. Tutor Agrippinenses quantumque militum apud superiorem Rheni ripam in (Galliarum) verba adigit, occisis Mogontiaci tribunis... — IV, 64. Tencteri, Rheno discreta gens... — IV, 73. (Verba facit apud Treveros et Lingonas Petilius Cerialis « Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur. » — V, 14. Addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu revolutus amnis adiacentibus superfunderetur. — V, 17. (Hortatur Civilis milites) « Rhenum et Germaniae deos in adspectu... » — V, 18. E mole, quam eductam in Rhenum rettulimus, Bructerorum cuneus tranatavit... Pulsique Germani Rhenum fuga petebant. — V, 19. (Civilis) diruit molem a Druso Germanico factam Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disiectis quae morabantur, effudit... Transiere Rhenum Tutor quoque et Classicus... — V, 23. Civilem cupido incessit, navalem aciem ostentandi. . Spatium velut aequoris electum, quo Mosae fluminis os amnem Rhenum Oceano adfundit... Civilis nihil ultra ausus trans Rhenum concessit. — V, 24. (Cerialis Germanos monet) satis peccavisse, quod totiens Rhenum transcenderint... — *G.* 1. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus... separatur... Rhenus, Raeticarum Alpium inaccesso ac praecipiti vertice ortus, modico flexu in occidentem versus septentrionali Oceano miscetur. — 2, Qui primi Rhenum transgressi Gallos (expuleruut) ac nunc Tungri (vocantur)... — 3. Asciburgium..., quod in ripa Rheni situm hodieque incolitur... — 28. Inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii.., tenuere... Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt,.. Ne Vbii quidem... origine erubescunt, transgressi olim et experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati... — 29. Batavi non multum ex ripa, sed insulam Rheni

Digitized by Google

amnis colunt... Protulit... magnitudo populi Romani ultra Rhenum ultraque veteres terminos imperii reverentiam... Non numeraverim inter Germaniae populos, quamquam trans Rhenum Danuviumque consederint, eos qui decumates agros exercent. — 32. Proximi Chattis certum iam alveo Rhenum, quique terminus esse sufficiat, Vsipi ac Tencteri colunt. — 34. Frisii... usque ad Oceanum Rheno praetexuntur. — 41. Vt, quo modo paulo ante Rhenum, sic nunc Danuvium sequar[1].

RHESCVPORIS[2]. — 2, 64. Rhescuporim... Thraeciae regem astu adgreditur (Tiberius)... (Rhoemetalce) defuncto Augustus partem Thraecum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit. In ea divisione... quod incultum, ferox, adnexum hostibus, Rhescuporidi cessit... Mox Rhescuporis egredi fines, vertere in se Cotyi data et resistenti vim facere... — 2, 65. Rhescuporis ficta modestia postulat eumdem in locum coiretur (a se et Cotye)... Rhescuporis sanciendo, ut dictitabat, foederi convivium adicit... — 2, 66. Rhescuporis inter metum et iram cunctatus... occidi Cotyn iubet mortemque sponte sumptam ementitur... Defuncto Pandusa, quem sibi infensum Rhescuporis arguebat, Pomponium Flaccum..., arta cum rege amicitia..., Moesiae praefecit (Tiberius). — 2, 67. Rhescuporis Alexandriam devectus atque illic fugam temptans an ficto crimine interficitur. — 3, 38. Caesar Antistium Veterem, e primoribus Macedoniae, absolutum adulterii... ad dicendam maiestatis causam retraxit..., ut turbidum et Rhescuporidis consiliis permixtum, qua tempestate Cotye [fratre][3] interfecto bellum adversus nos volverat.

RHODANVS. — 13, 53. (L. Antistius) Vetus Mosellam atque *Ararim* facta inter utrumque fossa conectere parabat, ut copiae per mare, dein Rhodano[4] et Arare subvectae per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exim Oceanum decurrerent.

RHODII. — 12, 58. Reddita Rhodiis[5] libertas, adempta saepe aut firmata, prout bellis externis meruerant aut domi seditione deli-

[1] V. etiam V, 20-22.
[2] Rhescuporis II. — Velleius : *Rhascupolis;* Suet. : *Rhascypolis;* Dio Ῥασκύπορις. — Prosop., 42.
[3] *Fratre* spurium esse vidit Ernestius.
[4] M : *rodano*,
[5] M : *rodiis*.

Digitized by Google

querant. — *O.* 40. « Rhodii quidam, plurimi Athenienses oratores exstiterunt, apud quos omnia populus, omnia imperiti... poterant. »

RHODIVS (adiect.). — 4, 15. Lucilius Longus... unus. . e senatoribus Rhodii secessus comes (Tiberio).

RHODVS. — 1,4. (Tiberius) ne iis quidem annis, quibus Rhodi specie secessus exul egerit... — 1,53. Nec alia tam intima Tiberio causa, (quam Iuliae uxoris superbia et fastidium,) cur Rhodum abscederet. — 2, 42. Rex Archelaus... Cappadocia potiebatur, invisus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluisset... — 2, 55. Cn. Piso... adsequitur Germanicum apud insulam Rhodum. — 3, 48. (Sulpicius) Quirinius... datus... rector C. Caesari Armeniam obtinenti Tiberium quoque Rhodi agentem colueral. — 4, 57. (Tiberius) Rhodi secreto vitare coetus, recondere voluptates insuerat. — 6, 10. Vescularius Flaccus ac Iulius Marinus ad mortem aguntur (a Tiberio), e vetustissimis familiarium, Rhodum secuti... — 6, 20. Non omiserim praesagium Tiberii de Servio Galba... scientia Chaldaeorum artis, cuius apiscendae otium apud Rhodum, magistrum Thrasullum habuit... — 6, 51. (Tiberius) Rhodo regressus vacuos principis penates duodecim annis... obtinuit. — II. 2. Oram Achaiae et Asiae ac laeva maris praevectus, Rhodum et Cyprum insulas... petebat (Titus).

RHOEMETALCES[1]. — 2, 64. Omnem eam nationem (Thraeciam) Rhoemetalces tenuerat, quo defuncto Augustus partem Thraecum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit.

RHOEMETALCES[2]. — 2, 67. Thraecia in Rhoemetalcen (Rhescuporidis) filium, quem paternis consiliis adversatum constabat, inque liberos Cotyis dividitur. — 3, 38. Thraecia diviso imperio in Rhoemetalcen et liberos Cotyis, quis ob infantiam tutor erat Trebellenus Rufus, insolentia nostri discors agebat neque minus Rhoemetalcen quam Trebellenum incusans popularium iniurias inultas sinere. — 4, 5. Thraeciam Rhoemetalces ac liberi Cotyis... attinebant. — 4, 47. (Poppaeus) Sabinus..., postquam,.. rex Rhoemetalces cum auxiliis popularium, qui fidem non mutaverant, (venit)..., ad hostem pergit.

[1] Prosop., 50. Rhoemetalces I. — Vt Tacitus, nummi et Florus. — Velleius: *Rhomoetalces;* Dio : Ῥυμητάλκης..

[2] Rhoemetalces II. Prosop, 51.

Digitized by Google

RHOXOLANI. — I, 79. Rhoxolani[1], Sarmatica gens, priore hieme caesis duabus cohortibus, magna spe Moesiam inruperant...

RIGODVLVM. — IV, 71. Petilius Cerialis..., contracto quod erat militum Mogontiaci..., tertiis castris Rigodulum venit, quem locum... (Iulius) Valentinus insederat montibus aut Mosella amne saeptum.

ROMA. — 1, 1. Vrbem Romam a principio reges habuere. — 1, 7. At Romae ruere in servitium consules, patres, eques (mortuo Augusto et rerum potiente Tiberio). — 1, 10. Interfectos Romae Varrones, Egnatios, Iullos. — 1, 46. At Romae nondum cognito, qui fuisset exitus... — 1, 53. Quidam non Roma eos milites... missos tradidere. — 2, 1. (Parthi) petitum Roma acceptumque regem... aspernabantur. — 2, 40. (Servatum Agrippam Postumum) credebatur Romae. — 2, 51. Germanicus atque Drusus, nam etiam tum Romae erant,... — 2, 79. Marsus... Vibius nuntiavit Pisoni, Romam ad dicendam causam veniret. — 2, 82. At Romae, postquam Germanici valetudo percrebruit..., dolor, ira et erumpebant questus. — 2, 83. Arcus (in honorem mortui Germanici) additi Romae et apud ripam Rheni... — 3, 22. At Romae Lepida... defertur simulavisse partum... — 3, 44. At Romae... quattuor et sexaginta Galliarum civitates descivisse (creditum). — 4, 37. (Loquitur Tiberius) « ...Cum Divus Augustus sibi atque urbi Romae templum apud Pergamum sisti non prohibuisset ...» — 4, 41. Seianus... huc flexit, ut Tiberium ad vitam procul Roma... degendam impelleret. — 4, 52. At Romae commota principis domo... — 4, 55. Ilienses.. , cum parentem urbis Romae Troiam referrent... — 4, 56. Zmyrnaei (memorabant)... se... primos templum urbis Romae statuisse, M. Porcio consule. — 4, 58. Ferebant periti caelestium iis motibus siderum excessisse Roma Tiberium, ut reditus illi negaretur. — 4, 74. Romae sueti discursus et magnitudine urbis incertum, quod quisque ad negotium pergat. — 6, 2. At Romae principio anni... — 6, 11. Augustus bellis civilibus Cilnium Maecenatem... cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit. — 6, 15. (L.) Cassius (Tiberii progener) plebeii Romae generis.. — 6, 29. At Romae caede continua... —

[1] M : *rhosolanis* (poster. *s* del 2 m.). Corr. Beroaldus. Cf. Forbiger, III, 768; Ritter, ad h. l.

Digitized by Google

4, 32. Nodes Parti. Phraaten regis Phraatis filium Roma poscebant. — 4, 37. Interim Romae futuris etiam post Tiberium saecula semina augebantur. — 11, 11. Isdem consulibus ludi saeculares octingentesimo post Romam conditam... spectati sunt, — 11, 16. Eodem anno Caerusciorum gens regem Roma petivit... Caesar... Italicum, ut ratur.... illum primum Romae ortum non civem, sed civem, ire externum ad imperium — 11, 22. Interea Romae.... Cn. Nonius eques Romanus ferro accinctus reperitur in coeta salutantum principem... Gliscentibus negotiis duo (quaestores) additi, qui Romae curarent. — 12, 14. Cognitum est barbaros malle Roma petere reges quam habere. — 12, 21. Traditus posthac Mithridates vectusque Romam .. — 12, 36. Ne Romae quidem ignobile Carataci nomen erat. — 13, 42. (Loquitur P.) Suillius... Senecam increpans : « ... Romae testamenta et orbos velut indagine eius capi. » — 13, 51. Edixit (Nero) ut .. Romae praetor, per provincias qui pro praetore aut consule essent, iura adversus publicanos extra ordinem redderent... — 13, 54. (Verritus et Malorix duces Frisiorum) profecti. . Romam. — 14, 20. Quinquennale ludicrum Romae institutum est ad morem Graeci certaminis. — 14, 21. « Nec quemquam Romae honesto loco ortum ad theatrales artes degeneravisse, ducentis iam annis a L. Mummii triumpho... » — 14, 40. Eodem anno Romae insignia scelera.. admissa sunt. — 15, 18. At Romae tropaea de Parthis arcusque medio Capitolini montis sistebantur. — 15, 28. (Tiridates pollicitus est se) iturum... Romam .. — 15, 31. (Vologaeses) a Corbulone petierat, ...(ut Tiridati) tantus.., Romae, quantus consulibus, honor esset. — 15, 33. Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scaenas frequentandi... Non tamen Romae incipere ausus... — 15, 38. Artis itineribus hucque et illuc flexis atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. — 15, 40. In regiones quattuordecim Roma dividitur. — 16, 1. (Caesellius Bassus)... origine Poenus..., vectus... Romam... — I, 4. Evulgato imperii arcano, posse principem alibi quam Romae fieri. — I, 8. Et hic quidem Romae, tamquam in tanta multitudine, habitus animorum fuit. — I, 79. Postquam id Romae compertum... — II, 9. Caput (falsi Neronis)... in Asiam atque inde Romam pervectum est. — II, 55. At Romae nihil trepidationis (audita Othonis morte). — III, 56. (Vitellius Mevania) Romam

Digitized by Google

revertit. — III, 60. (Verba facit apud milites Antonius Primus) « ... Ne concupiscerent Romam capere potius quam servare... » — III, 77. Si recens victoria miles... Romam contendisset .. — IV, 3. At Romae senatus... decernit. — V, 11. Ipsi Tito Roma et opes voluptatesque ante oculos.

* ROMANIVS HISPO, v. ROMANVS HISPO.

ROMANVS, A, VM. — 1) Popvlvs romanvs. — 1, 1. Veteris populi Romani prospera vel adversa claris scriptoribus memorata sunt. — 1, 28. « Percennius et Vibulenus (seditiosi milites)... pro Neronibus et Drusis imperium populi Romani capessent? » — 1, 33. Drusi (Augusti privigni) magna apud populum Romanum memoria. — 1, 39 Ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset,... legatus populi Romani Romanis in castris sanguine suo altaria deum commaculavisset — 1, 58. « Non hic mihi primus erga populum Romanum fidei et constantiae dies. » — 1, 72. Si quis... maiestatem populi Romani minuisset... — 2, 35. Gallus (Asinius)... nihil satis inlustre aut ex dignitate populi Romani nisi coram et sub oculis Caesaris... dicebat. — 2, 41. Tiberim iuxta, in hortis, quos Caesar dictator populo Romano legaverat... Suberat formido reputantibus... breves et infaustos populi Romani amores. — 2, 63. (Tiberius) apud senatum disseruit non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse (quam Maroboduum). — 2, 71. « Ostendite populo Romano Divi Augusti neptem. » — 2, 82. (Drusum eiusque filium Germanicum) populum Romanum aequo iure complecti reddita libertate (agitavisse). — 2, 88. Responsum... non fraude neque occultis, sed palam et armatum populum Romanum hostes suos ulcisci... Arminius... liberator haud dubie Germaniae et qui non primordia populi Romani .., sed florentissimum imperium lacessierit. — 3, 6. (Tiberius populum) monuit edicto... quotiens populus Romanus clades exercituum, interitum ducum, funditus amissas nobiles familias constanter tulerit. — 3, 54. (Loquitur Tiberius) « At hercule nemo refert, quod Italia externae opis indiget, quod vita populi Romani per incerta maris et tempestatum cotidie volvitur,.. » — 3, 60. Multae (Graecarum urbium, quae sibi ius asyli vindicabant,) vetustis superstitionibus aut meritis in populum Romanum fidebant. — 3, 62. Aphrodisienses... et Stratonicenses... laudati (a Divo Augusto), quod Parthorum inruptionem nihil mutata in po-

Digitized by Google

pulum Romanum constantia pertulissent. — 3, 73. Non alias magis sua populique Romani contumelia indoluisse (Tiberium) Caesarem ferunt... Ne Spartaco quidem..., quamquam... labaret res publica, datum ut pacto in fidem acciperetur; nedum pulcherrimo populi Romani fastigio latro Tacfarinas pace... redimeretur. — 4, 5. Mauros Iuba rex acceperat donum populi Romani. — 4, 23. Is demum annus populum Romanum longo adversum Numidam Tacfarinatem bello absolvit. — 4, 26. Garamantum legati..., quos... gens... ad satisfaciendum populo Romano miserat. — 4, 32. Nemo annales nostros cum scriptura eorum contenderit, qui veteres populi Romani res composuere. — 4, 55. Vndecim urbes..., neque multum distantia inter se memorabant de... studio in populum Romanum per bella Persi et Aristonici aliorumque regum. — 4, 56. At Zmyrnaei repetita vetustate... transcendere ad ea, quis maxime fidebant, in populum Romanum officiis..., seque primos templum urbis Romae statuisse, M. Porcio consule, magnis quidem iam populi Romani rebus.,. — 4, 59. (Nero Germanici filius) a libertis et clientibus, apiscendae potentiae properis, exstimulatur..., velle id populum Romanum... — 11, 1. (Valerium) Asiaticum.,. non extimuisse contione in populi Romani fateri. . — 11, 25. Soli Gallorum (Aedui) fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant. — 12, 7. Conglobatur promiscua multitudo populumque Romanum eadem orare clamitat.— 12, 19. « Populi Romani imperatoribus, magnarum nationum regibus primam ex similitudine fortunae amicitiam... » — 12, 38. Syphacem P. Scipio, Persen L. Paulus... populo Romano ostendere. — 12, 43. Africam... et Aegyptum exercemus, navibusque et casibus vita populi Romani permissa est. — 12, 45. Obtestante Casperio, ne socius rex, ne Armenia donum populi Romani scelere et pecunia verterentur. — 12, 61. Neque dubium habetur multa (Coorum) in populum Romanum merita sociasque victorias potuisse tradi. — 13, 9. (Domitius Corbulo et Vmmidius Quadratus regem Vologaesen monebant)... solitam prioribus reverentiam in populum Romanum continuaret. — 13, 31. Cum ex dignitate populi Romani repertum sit res inlustres annalibus... mandare. — 13, 34. Corbulo dignum magnitudine populi Romani rebatur parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. — 13, 50. « Plerasque vectigalium societates a consulibus et tribunis plebei constitutas,

Digitized by Google

acri etiam tum populi Romani libertate. » — 14, 14. Mox ultro vocari populus Romanus laudibusque extollere (Neronem in valle Vaticana equos regentem). — 14, 18. Agrorum, quos regi Apioni quondam avitos et populo Romano cum regno relictos... — 14, 61. (Queritur Poppaea apud Neronem) « ... Malle populum Romanum tibicinis Aegyptii subolem imperatorio fastigio induci ? » — 15, 25. In tantum ferme modum aucta (Corbulonis) potestate, quem populus Romanus Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat. — 15, 36. (Loquitur Nero) « Vt in privatis necessitudinibus proxima pignora praevalerent, ita *apud se* populum Romanum vim plurimam habere. . » — 15, 41. Delubrum Vestae cum Penatibus populi Romani... — 15, 45. Auro, quod triumphis, quod votis omnis populi Romani aetas prospere aut in metu sacraverat — 16, 22. « Diurna populi Romani per provincias, per exercitus curatius leguntur... » — I, 1. Dum res populi Romani memorabantur. — I, 3. Nec enim umquam atrocioribus populi Romani cladibus... adprobatum est... — I, 12. « Superioris Germaniae legiones... imperatorem alium flagitare et senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere. » — I, 16. (Loquitur Galba) « Nunc eo necessitatis iampridem ventum est, ut nec mea senectus conferre plus populo Romano posset quam bonum successorem... » — I, 25. Suscepere duo manipulares imperium populi Romani transferendum... — I, 37. « Donec dubitabitur, imperatorem populi Romani in castris an hostem habeatis. » — I, 38. « Idem senatus, idem populi Romani animus est. » — I, 55. (Superioris Germaniae legiones)... senatus populique Romani oblitterata iam nomina sacramento advocabant. — I, 56. Aquilifer... Vitellio nuntiat, quartam et duoetvicensimam legiones... in senatus ac populi Romani verba iurasse... — I, 57. Superior exercitus, speciosis senatus populique Romani nominibus relictis,... Vitellio accessit. — I, 73. Calvia Crispinilla. . famem populo Romano haud obscure molita... — I, 89. Ex quo Divus Augustus res Caesarum composuit, procul et in unius sollicitudinem aut decus populus Romanus bellaverat. — III, 46. Adfuit, ut saepe alias, fortuna populi Romani. — III, 60. (Verba facit apud milites Antonius Primus) « Maiora illis praemia et multo maximum decus, si incolumitatem senatui populoque Romano sine sanguine quaesissent. » — III, 72. Id facinus (Capitolii

Digitized by Google

incendium) post conditam urbem luctuosissimum foedissimumque rei publicae populi Romani accidit... Tarquinius Priscus... iecerat... fundamenta spe magis futurae magnitudinis, quam quo modicae adhuc populi Romani res sufficerent... Horatius Pulvillus iterum consul dedicavit ea magnificentia, quam immensae postea populi Romani opes ornarent potius quam augerent. — III, 84. « Vrbem senatui ac populo Romano, templa dis reddita... » — IV, 13. (Iulius) Civilis..., ne ut hosti obviam iretur, si a populo Romano palam descivisset, Vespasiani amicitiam... praetendit. — IV, 37. Treveri... egregia erga populum Romanum merita mox rebelles (foedaverunt). — IV, 54. Civilis omissa dissimulatione in populum Romanum ruere .. Incesseratque fama primores Galliarum... pepigisse, ne deessent libertati, si populum Romanum continua civilium bellorum series et interna mala fregissent. — IV, 55. (Iulius) Classicus... e maioribus suis hostes populi Romani quam socios iactabat... Certatim proclamant furere discordiis populum Romanum... — IV, 58. (Verba facit apud milites Dillius Vocula) « Bellum cum populo Romano vestris se manibus gesturum Classicus sperat. » — IV, 68. (Iulius Valentinus) contumelias... et invidiam in populum Romanum effudit. — IV, 73. « Populus Romanus [1] virtutem armis adfirmavit. » — IV, 76. Civilis (censebat) opperiendas Transrhenanorum gentes, quarum terrore fractae populi Romani vires obtererentur. — V, 24. Cerialis... Velaedam propinquosque monebat fortunam belli... opportuno erga populum Romanum merito mutare. — V, 25. « Sin populum Romanum armis vocent, quotam partem generis humani Batavos esse ». — *G*, 29. Protulit... magnitudo populi Romani ultra Rhenum... imperii reverentiam. — 37. Germani... quinque simul consulares exercitus populo Romano [2]... abstulerunt. — *A*, 2. Illo igne vocem populi Romani et libertatem senatus et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur. — 14. Vetere ac iam pridem recepta populi Romani consuetudine, ut haberet instrumenta servitutis et reges. — *O*. 13. « Malo... Vergilii secessum, in quo tamen neque apud Divum Augustum gratia caruit neque apud populum Romanum notitia. » — 39. « Cum

M : *populi romani*. Corr. Nipperdey.
C : *populi romani*; **B** : *pr.* (corr. in *populo romani*).

Digitized by Google

in plerisque iudiciis crederet populus Romanus sua interesse, quid iudicaretur. »

2) Romani (universi). — 1, 58. (Loquitur Segestes) « Romanis Germanisque idem conducere... probabam. »— 1, 60. Inguiomerus ... vetere apud Romanos auctoritate. — 2, 25. Invictos et nullis casibus superabiles Romanos praedicabant (Germani). — 2, 44. Discessu Romanorum... arma in se verterant (Germani). — 2, 45. (Arminius hortabatur populares) meminissent modo tot proeliorum, quorum eventu et ad postremum eiectis Romanis... — 2, 46. Maroboduus,.. testabatur... (non) paenitere, quod ipsorum (Germanorum) in manu sit integrum adversum Romanos bellum an pacem incruentam malint... Responsum est (a Tiberio legatis Marobodui) non iure eum adversus Cheruscos arma Romana invocare, qui pugnantes in eumdem hostem Romanos nulla ope iuvisset. — 2, 56. (Armenii) maximis. . imperiis interiecti et saepius discordes sunt, adversus Romanos odio et in Parthum invidia. — 2, 58. Ad ea Germanicus de societate Romanorum Parthorumque magnifice... respondit. — 2, 84. (Natis Druso filio duobus geminis filiis Tiberius non temperavit) quin iactaret apud patres nulli ante Romanorum eiusdem fastigii viro geminam stirpem editam. — 2, 88. Arminius abscedentibus Romanis et pulso Maroboduo regnum adfectans... Graecorum annalibus ignotus... Romanis haud perinde celebris. — 3, 41. Spectatus et Sacrovir ...pugnam pro Romanis ciens. — 3, 45. (Florus et Sacrovir) memorare veteres Gallorum glorias quaeque Romanis adversa intulissent. — 4, 34. Cremutius Cordus postulatur..., quod... C. Cassium Romanorum ultimum dixisset. — 6, 31. (Artabanus rex Parthorum) metu Germanici fidus Romanis. — 11, 17. (Rex Cheruscorum Italicus testabatur)... nec patrem rubori, quod fidem adversus Romanos volentibus Germanis sumptam numquam omisisset. — 12, 18. « Mithridates, inquit, terra marique Romanis per tot annos quaesitus sponte adsum. » — 12, 44. Eodem anno bellum inter Armenios Hiberosque exortum Parthis quoque ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa fuit. — 12, 45. Pharasmanes belli causas confingit, proelianti sibi adversus regem Albanorum et Romanos auxilio vocanti fratrem (Mithridaten) adversatum. — 12, 58. Nero ... causa Iliensium suscepta Romanum Troia demissum... exsecutus. — 13, 34.

Digitized by Google

Mollibus adhuc initiis... inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur. — 13, 37. Moschi, gens ante alias socia Romanis. — 13,56. (Respondit Duvius) Avitus patienda meliorum imperia ; id dis, quos implorarent, placitum, ut arbitrium penes Romanos maneret ..— 14, 26. Plerique (Armeniorum) superbiam Parthorum perosi datum a Romanis regem malebant. — 14, 35. (Verba facit Boudicca apud Britannos) « Eo provectas Romanorum cupidines, ut non corpora, ne senectam quidem aut virginitatem impollutam relinquant. » — 15, 1. « Levius servitium apud Romanos deditis quam captis esse. » — 15, 2. Vologaeses... ita orditur : «... Videbar... familiae nostrae penates rite composuisse. Prohibent Romani et pacem... abrumpunt. — 15, 13. « Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum iuvarent. » — 15, 27. (Mandata Corbulonis ad Vologaesen) «... Multa Romanis secunda, quaedam Parthis evenisse. » — III. 5. Sido atque Italicus reges Sueborum, quis vetus obsequium erga Romanos. — III, 45. Tum petita a Romanis praesidia. — IV, 14. « Ne Romanis quidem ingratum id bellum. » — IV, 17. « Si quid militaris disciplinae in castris Romanorum viguerit. » — IV, 20. Batavi... praemisere, qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret, nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens bellassent... — IV, 61. Civilis... post coepta adversus Romanos arma... — IV, 62. Cuncti, qui paulo ante Romanorum nomen horrebant. — IV, 64. (Verba faciunt Tencteri apud Agrippinenses) « Ad hunc diem flumina ac terras et caelum quodam modo ipsum clauserant Romani. Instituta cultumque patrium resumite, abruptis voluptatibus, qnibus Romani plus adversus subiectos quam armis valent. — IV, 65. « Congregantibus se cum maxime Romanorum exercitibus. » — IV, 74. « Pulsis, quod di prohibeant, Romanis, quid aliud quam bella omnium inter se gentium exsistent ? » — IV, 76. (Iulius) Tutor... adfirmabat... pecuniam... ac dona, quis solis corrumpantur (Germani), maiora apud Romanos... — IV, 79. Nerviorum multitudinem sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret. — V, 8. Tum Iudaei, Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis, et Romani procul erant, sibi ipsi reges imposuere, — V, 9: Romanorum primus Cn. Pompeius Iudaeos domuit. — V, 21. (Iulius) Briganticus..., quem fidum Romanis et Civili avunculo infensum diximus. —

Digitized by Google

V, 25. « Si dominorum electio sit (Batavis), honestius principes Romanorum. quam Germanorum feminas tolerari.» – *F.* 6. (Quantae... (fuerint) Romanorum clades,... evolverem, nisi Cornelius Tacitus, qui hanc historiam diligentissime contexuit...) — *G.* 41. Hermundurorum civitas fida Romanis. — *A*, 13. Primus omnium Romanorum Divus Iulius cum exercitu Britanniam ingressus... — 30. « Romani... raptores orbis..., quos non Oriens, non Occidens satiaverit. » — 32. « An eamdem Romanis in bello virtutem, quam in pace lasciviam adesse creditis ? »

3) Romanvs (quidam) (subst. et adiect.). — 1, 50. At Romanus (Caecina Germanici legatus) agmine propero silvam Caesiam... scindit... consultatque... — 2, 28. Flaccum Vescularium equitem Romanum. — 2, 43. Eques Romanus Pomponius Atticus. — 2, 48. Pantuleii, divitis equitis Romani. — 2, 57. « Principis Romani, non Parthi regis filio. » — 2, 85. (Senatus decreto) cautum... ne quaestum corpore faceret, cui avus aut pater aut maritus eques Romanus fuisset. — 3, 49. Clutorium Priscum equitem Romanum. — 3, 70. L. Ennium equitem Romanum .— 4, 1. (Seianus) genitus... patre Seio Strabone equite Romano. — 4, 31. C. Cominium equitem Romanum. — 4, 40. « Falleris enim, Seiane, si... putas... Liviam... ea mente acturam, ut cum equite Romano senescat... At enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatus est... — 4, 47. Quos dux Romanus acie suggressus haud aegre pepulit... subsidio Sugambrae cohortis, quam Romanus promptam ad pericula... instruxerat. — 4, 58. Eques Romanus... ex inlustribus Curtius Atticus. — 4, 68. Inlustri equite Romano Titio Sabino. — 4, 73. Neque dux Romanus ultum iit. — 6, 8. Eques Romanus M. Terentius. — 6, 18. Pater (Pompeiae Macrinae)... inlustris eques Romanus. — 6, 27. Rubellii Blandi...avum Tiburtem, equitem Romanum. — 6, 40. Vibulenus Agrippa eques Romanus. — 6, 44. Aucti copiis socialibus et quas dux Romanus misisset. — 11, 5. Samius, insignis eques Romanus. — 11, 10. Gotarzes... adegit Parthos mittere ad principem Romanum occultas preces... — 11, 22. Cn. Nonius eques Romanus. — 11, 36. Trauli... Montani equitis Romani. — 12, 7. Alledius Severus eques Romanus. — 12, 14. (Meherdaten Gotarzes) non propinquum neque Arsacis de gente, sed alienigenam et Romanum... increpans... — 12, 15. Didium ducem Romanum... Iulio

Digitized by Google

Aquila equite Romano. — 12, 13. Ea munimenta dux Romanus... perrumpere adgreditur. — 12, 35. Obstupefecit ea alacritas ducem Romanum. — 12, 39. (Siluras) accendebat vulgata imperatoris Romani vox. — 13, 1. P. Celer eques Romanus. — 13, 38. Sine congressu (cum Tiridate) dux Romanus (Corbulo) abscedere militem sua quemque in castra iubet. — 13, 45. Rufrii Crispini equitis Romani. — 14, 23. Dux Romanus diversis artibus (usus est). — 14, 25. Miserantque Hyrcani ad principem Romanum societatem oratum. — 14, 28. Vibius Secundus eques Romanus. — 15, 1. Primores gentium aegre tolerabant, eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur, sed temeritate obsidis... — 15, 5. (Vologaeses Corbuloni respondit) missurum (se) ad imperatorem Romanum legatos... — 15, 16. Adicit (Corbulo) iureiurando Paeti cautum... neminem Romanum Armeniam ingressurum... — 15, 28. Tiberius Alexander inlustris eques Romanus... Romanus (Corbulo) laudat iuvenem (Tiridaten)... — 15, 66. Cervario Proculo equite Romano. — 16, 8. Calpurnius Fabatus eques Romanus. — 16, 12. P. Gallus eques Romanus. — 16, 17. (Annaeus) Mela... petitione honorum abstinuerat per ambitionem praeposteram, ut eques Romanus consularibus potentia aequaretur... — 16, 23. Ostorius Sabinus eques Romanus. — II, 16. Quintium Certum equitem Romanum. — III, 68. Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoveret illa facies, Romanum principem et generis humani paulo ante dominum relicta fortunae suae sede... exire de imperio. — IV, 58. « (Donativum nuper) ab imperatore certe Romano accepistis. » — IV, 71. Nec deterruere ea munimenta Romanum ducem. — A. 4. (Agricola) prima in iuventa studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori (hausit). — 15. « Britannorum etiam deos misereri, qui Romanum ducem absentem... detinerent. »

4) Romani (quidam) (subst. et adiect.) — 1, 8. Cohortibus civium Romanorum. — 1, 56. (Chatti) Romanos... pontem coeptantes arcebant. — 1, 64. Cuncta pariter Romanis (militibus) adversa. — 1, 65. Apud Romanos invalidi ignes, interruptae voces... — 1, 73. Faianio et Rubrio, modicis equitibus Romanis. — 1, 77. (Decrevit senatus), ne egredientes in publicum (histriones) equites Romani cingerent. — 2, 1. Phraates, quam-

Digitized by Google

quam depulisset exercitus ducesque Romanos... — 2,9. Flumen Visurgis Romanos Cheruscosque interfluebat. — 2,14. (Contionatur Germanicus) «...Non campos modo militi Romano ad proelium bonos...» — 2,15. (Germani duces apud suos testantur) hos esse Romanos Variani exercitus fugacissimos... — 2,16. Soli Cherusci iuga insedere, ut proeliantibus Romanis desuper incurrerent. — 2,18. Repertis inter spolia (Germanorum) catenis, quas in Romanos, ut non dubio eventu, portaverant. — 2,20. Hostem a tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebant. — 2,45. (Arminius) spolia adhuc et tela Romanis derepta in manibus multorum ostentabat. — 2,59. Augustus..., vetitis nisi permissu ingredi senatoribus aut equitibus Romanis inlustribus, seposuit Aegyptum. — 3,6. (Tiberius populum) monuit edicto multos inlustrium Romanorum ob rem publicam obisse .. — 3, 20. Decrius... increpat (commilitones), quod inconditis aut desertoribus miles Romanus terga daret. — 3, 21. Dum ea ratio barbaro (Tacfarinati) fuit, inritum fessumque Romanum inpune ludificabatur. — 3, 37. Considius Aequus et Caelius Cursor equites Romani. — 3,41. Florus... pellicere alam equitum, quae conscripta e Treviris..., ut caesis negotiatoribus Romanis bellum inciperet. — 3, 43. Augebantur (Sacroviri) copiae... certamine ducum Romanorum. — 3, 71. Donum... pro valetudine (Liviae) Augustae equites Romani voverant equestri Fortunae. — 3, 74. Quoquo inclinarent (Tacfarinatis copiae), pars aliqua militis Romani... erat. — 4, 6. Frumenta et pecuniae vectigales, cetera publicorum fructuum societatibus equitum Romanorum agitabantur. — 4, 14. (Coi) cives Romanos templo Aesculapii induxerant, cum iussu regis Mithridatis apud cunctas Asiae insulas et urbes trucidarentur. — 4, 25. Ab Romanis confertus pedes, dispositae turmaè, cuncta proelio provisa .. (Tacfarinas), effusjs undique Romanis, ruendo in tela captivitatem... effugit. — 4, 36. Obiecta publice Cyzicenis incuria caerimoniarum Divi Augusti, additis violentiae criminibus adversum cives Romanos... — 4, 39. (Loquitur Seianus) « Quoniam audiverit (ipse) Augustum in conlocanda filia non nihil etiam de equitibus Romanis consultavisse...» — 4, 51. Vt quaedam munimenta Romani quasi perrupta omiserint. — 4, 73. Compertum a transfugis (Frisiis) nongentos Romanorum... pugna in posterum extracta confectos. — 6, 14.

Digitized by Google

Geminius, Celsus, Pompeius, equites Romani. — 11, 4. Equites Romanos inlustres, quibus Petra cognomentum. — 11, 9. Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad exscindenda castellorum ardua. — 11, 15. « Primores Etruriae sponte aut patrum Romanorum impulsu retinuisse scientiam (haruspicum). » — 11, 20. (Corbulo) nihil aliud prolocutus quam: « Beatos quondam duces Romanos ». — 11, 35. Eadem constantia (qua Silius) et inlustres equites Romani... — 12, 15. Pepigere equestribus proeliis Eunones certaret, obsidia urbium Romani capesserent. — 12, 18. Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa eius magni penderentur. — 12, 23. Nec tamen duces Romani, quamquam magnis nationibus subactis, usurpaverant (ius augendi pomoerii) nisi L. Sulla et Divus Augustus. — 12,28. (Chatti) metu, ne hinc Romanus, inde Cherusci... circumgrederentur... — 12, 60. Divus Augustus apud equites, qui Aegypto praesiderent, lege agi decretaque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani[1] constituissent... Matios posthac et Vedios et cetera equitum Romanorum praevalida nomina... — 13, 41. Oppidani portis sponte patefactis se suaque Romanis permisere. — 13, 43. (Testes P. Suillio) equitum Romanorum agmina damnata... obiectabant. — 14, 14. Notos quoque equites Romanos operas arenae promittere subegit (Nero) donis ingentibus. — 14, 15. (Nero) instituit ludos Iuvenalium vocabulo... Tuncque primum conscripti sunt equites Romani cognomento Augustianorum... — 14, 20. « Vt proceres Romani specie orationum et carminum scaena polluantur. » — 14, 40. Vinicio Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. — 14, 57. (Rubellium) Plautum... veterum Romanorum imitamenta praeferre. — 15, 25. Interrogatus centurio.... quo in statu Armenia esset, omnes inde Romanos excessisse respondit. — 15, 32. (Nero) equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum. — 15, 50. Claudium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcatium Araricum, Iulium Augurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Marcium Festum, equites Romanos. — 15, 57. Cum ingenui et viri et equites Romani senatoresque intacti tormentis carissima suorum quisque pignorum proderent. — 16,17.

[1] Nipperdey-Andresen : *magistratus populi Romani.*

Digitized by Google

Mela et Crispinus equites Romani dignitate senatoria. — 16, 27. (Nero) patres arguebat, quod publica munia desererent eorumque exemplo equites Romani ad segnitiam verterentur. — I, 11. Aegyptum... iam inde a Divo Augusto equites Romani obtinent loco regum. — I, 20. Exactioni (Neronis liberalitatum) triginta equites Romani praepositi. — I, 40. Milites Romani, quasi... non imperatorem suum .. trucidare pergerent. — I, 58. Vitellius ministeria principatus per libertos agi solita in equites Romanos disponit. — I, 79. Apud Romanos omnia proelio apta, Sarmatae dispersi aut cupidine praedae graves onere... Romanus miles facilis lorica et missili pilo aut lanceis adsultans, ubi res posceret... — II, 62. Cautum severe (a Vitellio), ne equites Romani ludo et arena polluerentur. — III, 58. Equites Romani obtulere (Vitellio) operam pecuniasque. — IV, 15. (Canninefates et Frisii)... lixas negotiatoresque Romanos invadunt. — IV, 17. Manentibus (apud Iulium Civilem Gallis) honorata militia, digredientibus spolia Romanorum offerebantur... « Prima acie fusum victumque Romanum ». — IV, 18. Batavorum ala... iam pridem corrupta fidem simulabat, ut proditis in ipsa acie Romanis maiore pretio fugeret. — IV, 22. (Vallum) duabus legionibus situm vix quinque milia armatorum Romanorum tuebantur. — IV, 29. Romani conspicuam barbarorum aciem... ad ictum destinabant... Apud Germanos inconsulta ira, Romanus miles periculorum gnarus... — IV, 33. Is error *Romanis*[1] addit animos. — IV, 34. Temptaverat... Civilis obsessorum animos, tamquam perditae apud Romanos res et suis victoria provenisset... Varia apud Romanos fortuna et seditiosissimus quisque ignavus... — IV, 58. « Militibus Romanis aut innocentiam detis aut maturam et sine noxa paenitentiam. » — IV, 64. « Romanos omnes in finibus vestris trucidetis. » — IV, 73. « Terram vestram ceterorumque Gallorum ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, sed maioribus vestris invocantibus. » — V, 9. Claudius... Iudaeam provinciam equitibus Romanis[2] aut libertis permisit. — V, 11. Romani ad oppugnandum (Hierosolyma) versi. — V, 12. In duas factiones civitas discessit,

[1] **M** non habet *Romanis*, quod verbum est in dett.
[2] **M** : *R.*

Digitized by Google

donec propinquantibus Romanis bellum externum concordiam pareret. — V, 14. Miles Romanus armis gravis et nandi pavidus. — V, 15. Germani prosperis feroces, Romanos pudor excitaverat. — V, 17. (Contionatur Civilis) « Quocumque oculos Romanus intenderet, captivitatem clademque... obversari. » — V, 22. Romani vulneribus exciti quaerunt arma... — *A.* 26. Romanis rediit animus ac securi pro salute de gloria certabant. — 30. « Priores pugnae, quibus adversus Romanos varia fortuna certatum est... » — 32. « Omnia victoriae incitamenta pro nobis sunt ; nullae Romanos coniuges accendunt... »

5) Romanvs (cum nomine rei). — 1,62. Romanus[1] qui aderat exercitus. — 2,1. Phraates, quamquam depulisset exercitus ducesque Romanos... — 2, 52. Divisusque exercitus, ut Tacfarinas lectos viros et Romanum in modum armatos castris attineret... — 6, 32. Phraates..., dum omisso cultu Romano, cui per tot annos insueverat, instituta Parthorum sumit... — 6,37. Cum (L. Vitellius) more Romano suovetaurilia daret... — 15, 6. « Cur enim exercitum Romanum a Tigranocertis deductum ? » — 15. 29. Insita adhuc oculis exercituum Romanorum caedes aut obsidio. — 16,6. Corpus (Poppaeae Neronis uxoris) non igni abolitum, ut Romanus mos. — IV, 57. Vt, flagitium incognitum, Romanus exercitus[2] in externa verba iurarent. — IV, 75. Romanus exercitus castra fossa valloque circumdedit. — V, 19. Gnarus deesse naves efficiendo ponti neque exercitum Romanum aliter transmissurum. — *A*, 35. Ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellandi.

6) Res romana, res romanae. — 1, 31. « Sua in manu sitam rem Romanam ». — 2, 49. C. Duilius..., qui primus rem Romanam prospere mari gessit. — 4, 1. (Seianus) Tiberium variis artibus dexinvit..., non tam sollertia,... quam deum ira in rem Romanam. — 4, 24. Tacfarinas, disperso rumore rem Romanam aliis quoque ab nationibus lacerari. — 4, 33. Converso statu neque alia re Romana, quam si unus imperitet. — 4, 57. Dubitaverat Augustus Germanicum... rei Romanae imponere.

[1] **M** : *romanis.* — Andresen, *De codicibus Med. Ann. Tac.*, p. 4, dubitat utrum *Romanus* an *omnis* corrigendum sit.

[2] **M** : *roman;* — Halm : *flagitium incognitum Romani exercitus.* — Heraeus : *f. i. Romano exercitui.*

Digitized by Google

— 6, 14. Rubrio Fabato, tamquam desperatis rebus Romanis Parthorum ad misericordiam fugeret... — 6, 51. (Tiberius) rei Romanae arbitrium tribus ferme et viginti (annis) obtinuit. — 12, 7. Cuncta feminae (Agrippinae) oboediebant, non per lasciviam, ut Messalina, rebus Romanis inludenti... — 12, 11. « Rem Romanam huc satietate gloriae provectam, ut externis quoque gentibus quietem velit. » — 13, 49. « De bello aut pace, de vectigalibus et legibus, quibusque aliis res Romana (continetur). » — 14, 19. Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris. — 16, 16. Ira illa numinum in res Romanas fuit. — I, 11. Hic fuit rerum Romanarum[1] status, cum... — II, 6. Vt Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire vulgatum est. — II, 69. Maiorum, apud quos virtute quam pecunia res Romana melius stetit. — III, 46. Turbata per eosdem dies Germania et... prope adflicta Romana res. — IV, 14. (Civilis apud Batavos disserit) numquam magis adflictam rem Romanam. — IV, 21. « Perfuga Batavus arbitrium rerum Romanarum[2] ne ageret. » — IV, 25. Adfluentibus auxiliis Gallorum, qui primo rem Romanam enixe iuvabant. — IV, 57. Obtestante Vocula non adeo turbatam civilibus armis rem Romanam... — IV, 76. Tutor cunctatione crescere rem Romanam adfirmabat.

7) ROMANA MAGNITVDO, POTENTIA, VIS, COPIA, DICIO, AVCTORITAS, ROMANAE OPES. — 2, 3. Armenia... vacua tunc interque Parthorum et Romanas opes infida. — 2, 10. Diversi ordiuntur, hic magnitudinem Romanam... — 2, 60. Haud minus magnifica quam nunc vi Parthorum aut potentia Romana iubentur. — 3, 60. Regum etiam, qui ante vim Romanam valuerant. — 4, 4. Mihi... exsequendum reor, quae tunc Romana copia in armis, qui socii reges... — 4, 50. E ducibus (Thraecum) Dinis... longo usu vim atque clementiam Romanam edoctus. — 11, 16. « Adimi veterem Germaniae libertatem et Romanas opes insurgere. » — 12, 15. Nec fuit in arduo societas potentiam Romanam adversus rebellem Mithridaten ostentantibus. — 13, 54. Duvius Avitus... minitando vim Romanam... perpulit (Frisiorum duces) preces suscipere. — 15, 1. Rex Parthorum Vologaeses...

[1] M : *romanorum.*
[2] M : *romanorũ.*

Digitized by Google

spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens magnitudine rursum Romana... diversas ad curas trahebatur. — 15, 13. « Armeniis semper Romanae dicionis. » — IV, 21. Civilis... consilii ambiguus et vim Romanam reputans. — IV, 69. Iulius Auspex .. vim Romanam... dissertans. — G. 42. Vis et potentia regibus (Marcomanorum Quadorumque) ex auctoritate Romana.

8) Romana civitas. — 3, 40. Romana civitas olim data (Iulio Floro Trevero et Iulio Sacroviro Aeduo), cum id rarum nec nisi virtuti pretium esset. — 6, 37. Ornospades (Parthus)... civitate Romana donatus. — 11, 23. Primores... Galliae, quae Comata appellatur, foedera et civitatem Romanam pridem adsecuti, ius adipiscendorum in urbe honorum (expetebant). — 11, 24. (Loquitur Claudius) « Maiores mei, quorum antiquissimus Clausus origine Sabina simul in civitatem Romanam et in familias patriciorum adscitus est... » — 13, 54. Nero civitate Romana (Verritum et Malorigem duces Frisiorum) donavit. — I, 8. Galliae... obligatae (Galbae) recenti dono Romanae civitatis. — I, 78. (Otho) Lingonibus universis civitatem Romanam... dedit. — III, 47. Cohors, (regis Ponti) auxilium olim, mox (regno in formam provinciae redacto) donati civitate Romana.

9) Romana (feminino genere, cum aliis nominibus). — 1, 36. Augebat metum gnarus Romanae seditionis... hostis. — 1, 57. Adductus tamen in spem clementiae Romanae. — 1, 60. Cum quadraginta cohortibus Romanis. — 2, 1. Mota Orientis regna provinciaeque Romanae. — 2, 2. (Subiit pudor Parthos) iam inter provincias Romanas solium Arsacidarum haberi darique. — 2, 17. Exclamat (Germanicus), irent, sequerentur Romanas aves, propria legionum numina. — 2, 26. (Tiberius monet Germanicum) posse et Cheruscos..., quoniam Romanae ultioni consultum esset, internis discordiis relinqui. — 2, 63. (Maroboduus) scripsit Tiberio... multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus Romanam amicitiam praetulisse. — 2, 80. Non ultra dubitatum, quam dum Romanae cohortes in aequum eniterentur. — 3, 20. Tacfarinas... cohortem Romanam circumsedit. — 4, 5. Etruria... Vmbriaque delectae (urbanae praetoriaeque cohortes) aut vetere Latio et coloniis antiquitus Romanis. — 4, 33. Antiquis scriptoribus rarus obtrectator, neque refert cuiusquam Punicas Romanasne acies laetius extuleris. — 4, 50. E ducibus (Tkraecum)

Digitized by Google

(Dinis.., longo usu vim atque clementiam Romanam edoctus. — 5, 10. Nicopolim Romanam coloniam. — 6, 41. (Parthi) come Tiridatis ingenium Romanas per artes sperabant. — 11, 12. (Messalina) in C. Silium iuventutis Romanae pulcherrimum... exarserat. — 11, 23. « Adhuc memorari exempla, quae priscis moribus ad virtutem et gloriam Romana indoles prodiderit... Si memoria eorum oreretur, qui Capitolio et arce Romana manibias deorum deripere conati sint. » — 13, 37. (Testabatur Tiridates) non defore Arsacidis virtutem fortunamque saepius iam clade Romana expertam — 13, 54. « Earum gentium legatis id honoris datum (ut Romae in sedibus senatorum ludos spectarent), quae virtute et amicitia Romana praecellerent. » — 15, 2. Vologaeses provinciis Romanis minitans. — 15, 5. Corbulo... misit ad Vologaesen, qui exspostularent vim provinciae inlatam..., cohortes Romanas circumsideri... — 15, 14. Vologaeses... rescripsit... adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul ut de legionibus Romanis statuerent. — 15, 20. « Adversus novam provincialium superbiam dignum fide constantiaque Romana capianus consilium. » — 15, 24. « Non sine ignominia Romana. » — 15, 27. « Vologaesen melius societate Romana quam damnis mutuis genti Parthorum consulturum. » — 15, 72. (Nymphidius) et ipse pars Romanarum cladium erit. — 16, 28. « Non illi consulta haec, non magistratus aut Romanam urbem videri. » — I, 65. (Loquuntur Lugdunenses) « Cuncta (apud Viennenses) externa et hostilia ; se coloniam Romanam. » — I, 84. (Verba facit apud praetorianos Otho) « Vlline Italiae alumni et Romana vere iuventus ad sanguinem et caedem depoposcerint (senatum) ? » — II. 23. Vicus (Bedriacum), duabus iam Romanis cladibus notus infaustusque. — II, 47. (Loquitur Otho) « An ego tantum Romanae pubis, tot egregios exercitus... rei publicae eripi patiar ? » — III, 27. Romanae utrimque artes (Flavianis vallum Vitellianorum obpugnantibus). — IV, 56. Claudius Labeo... pollicitus... potiorem civitatis (Batavorum) partem ad societatem Romanam retracturum... — IV, 58. « Etiam vetera exempla deficiunt, quotiens Romanae legiones perire praeoptaverint, ne loco pellerentur ?... Quis deinde sceleris exitus, cum Romanae legiones contra derexerint ?... Te, Quirine, Romanae parens urbis precor venerorque... » — IV, 70. Quidam principum (Treverorum)..., in civitates, quae

Digitized by Google

societatem Romanam non exuerant, perfugere. — IV, 71. « Velut confecto bello, quod Romanae manus excepissent. » — V, 18. Debellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset. — V, 21. Ne tum quidem Romana classis pugnae adfuit. — *F.* 2. (Nonnullis videbatur (templum Hierosolymorum)... non oportere deleri, (quod servatum) modestiae Romanae testimonium .. praeberet). — *G.* 28. Ne Vbii quidem, quamquam Romana colonia esse meruerint... — 30. Quodque rarissimum nec nisi Romanae disciplinae concessum, plus reponere in duce quam in exercitu. — 34. Frisii... ambiunt .. immensos insuper lacus et Romanis classibus navigatos. — 43. Deos (Nahanarvalorum) interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant. — *A.* 10. Britannia insularum, quas Romana notitia complectitur, maxima .. Hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta... — 21. Vt, qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. — 30. « Nullae ultra terrae ac ne mare quidem securum imminente nobis classe Romana. »

10) Imperivm romanvm, ivs romanvm. — 1, 42. « Imperium Romanum ceteri exercitus defendent. » — 1, 59. « Aliis gentibus ignorantia imperii Romani inexperta esse supplicia. » — 2, 42. Turbabantur nationes (Commagenorum et Cilicum) plerisque Romanum, aliis regium imperium cupientibus. — 2, 56. (Cappadocibus in formam provinciae redactis) quaedam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum imperium sperareturr. — 2, 61. Exim ventum Elephantinen ac Syenen, claustra olim Romani imperii, quod nunc Rubrum ad mare patescit. — 3, 71. Repertum est .. cunctas... caerimonias Italicis in oppidis templaque et numinum effigies iuris atque imperii Romani esse. — 15, 6. (Caesennius Paetus) dictitans se... (Armeniis) pro umbra regis Romanum ius victis impositurum. — 15, 13. « Parthis, Romani imperii aemulis. » — IV, 59. (Iulius Classicus) sumptis Romani imperii insignibus. — *G.* 29. Batavi..., Chattorum quondam populus..., in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent. — *A.* 33. « Auspiciis imperii Romani... »

11) Romanvm nomen. — 1, 43. « Neque enim di sinant, ut Belgarum... decus istud et claritudo sit, subvenisse Romano nomini. » — 2, 55. Cn. Piso... oblique Germanicum perstringens, quod contra decus Romani nominis... colluviem illam nationum

Digitized by Google

comitate nimia coluisset... — 4, 24. At Dolabella... terrore nominis Romani... primo sui incessu solvit obsidium... — III, 45. Britanni sustulere animos auctore Venutio, qui super insitam ferociam et Romani nominis odium... — IV, 18. Pulsum Batavorum insula Romanum nomen trepidi nuntii adferebant. — IV, 28. (Vbii) gens Germanicae originis... Romano nomine[1] Agrippinenses (vocabantur). — V, 16. Cerialis veterem Romani nominis gloriam... (memorabat). — *A*, 23. Si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur...

12) Arma romana. — 2, 46. Responsum est (a Tiberio legatis Marobodui) non iure eum adversus Cheruscos arma Romana invocare... — 6, 37. Vitellius ostentasse Romana arma satis ratus... — 12, 40. Venutius, e Brigantum civitate..., fidus... diu et Romanis armis defensus... — 15, 5. Vologaesi vetus et penitus infixum erat arma Romana vitandi. — II, 61. Mariccus quidam... provocare arma Romana simulatione numinum ausus est. — *G*. 33. Non armis telisque Romanis... ceciderunt. — *A*. 24. Si Romana ubique arma, et velut e conspectu libertas tolleretur.

13) Romana castra, praesidia. — 1, 39. Legatus populi Romani Romanis in castris sanguine suo altaria deum commaculavisset. — 2, 10. (Arminius) Romanis in castris ductor popularium (meruerat). — 2, 67. Flaccus... (Rhescuporim) perpulit, ut praesidia Romana intraret. — 4, 48. Hostes... duo agmina parant, quorum... alii castra Romana adpugnarent. — 15, 12. (Corbulo milites adhortatur) « Non vicos aut oppida Armeniorum, sed castra Romana duasque in iis legiones pretium laboris peti. » — IV, 32. Civilis... orsus a questu periculisque, quae per quinque et viginti annos in castris Romanis exhausisset.

14) Romanvm (cum aliis nominibus). — 1, 59. (Testatur Arminius) cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana. — 2, 17. Quidam (Arminium) adgnitum a Chaucis inter auxilia Romana agentibus emissumque tradiderunt. — 2, 19. (Germani) agmen Romanum repente incursant, turbant. — 3, 33. « Inesse mulierum comitatui, quae ....Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus convertant. » — 6, 36. Nec ideo abscedebat (Artabanus), ni ...Vitellius... metum Romani belli fecisset. —

[1] M : *romanorum nom̃ (nomine* dett.), — Vncis inclusit Gruter, — Corr. Lipsius.

Digitized by Google

12, 11. Incipit orationem (Claudius) Caesar de fastigio Romano Parthorumque obsequiis... — 12, 24. Sulcus designandi oppidi coeptus (a Romulo), ut...; inde certis spatiis interiectis lapides per ima montis Palatini..., mox..., inde forum Romanum. — 12, 37. Novum sane et moribus veterum insolitum feminam signis Romanis praesidere. — 13, 40. Tiridates... repente agmen Romanum circumfundit. — 14, 14. (Loquitur Nero) « Cantus Apollini sacros talique ornatu adstare, non modo Graecis in urbibus, sed Romana apud templa ». — 15, 15. (Armenii) munimenta ingressi sunt, antequam agmen Romanum excederet. — IV, 67. Iulius Sabinus proiectis foederis Romani monumentis Caesarem se salutari iubet. — IV, 77. (Loquitur Petilius Cerialis apud milites) « Vos Gallici foederis oblitos redisse in memoriam Romani sacramenti temere credidi. » — *G.* 33. Non armis telisque Romanis... ceciderunt. — *O.* 3. « Domitium et Catonem, id est nostras quoque historias et Romana nomina... »

ROMANVS[1]. — 14, 65. Romanus secretis criminationibus incusaverat Senecam ut C. Pisonis socium, sed validius a Seneca eodem crimine perculsus est.

ROMANVS HISPO, HISPO[2]. — 1, 74. Granium Marcellum... Caepio Crispinus maiestatis postulavit, subscribente Romano Hispone, qui formam vitae iniit, quam postea celebrem miseriae temporum et audaciae hominum fecerunt... Addidit Hispo...

ROMILIVS MARCELLVS, ROMILIVS[3]. — I, 56. Quattuor centuriones duoetvicensimae legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti vinctique. — I, 59. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium centuriones ...occidi iussit (Vitellius), damnatos fidei crimine...

ROMVLVS. — 3, 26. Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat, dein Numa... — 4, 9. Funus (Drusi Tiberii filii) imaginum pompa maxime inlustre fuit, cum origo Iuliae gentis Aeneas

[1] (Ti. Claudius?) Romanus. Prosop., 59.

[2] Prosop., 57 et 58. Klebs scribendum censet *Romanius*, quod exhibent plerique Senecae patris codices, cum quidam, ut Tacitus, habeant *Romanus*. — Nippenbey-Andresen : « Der Rhetor Seneca... nennt ihn *Romanius*, ein Wechsel der Endung, der sich bei den Namen auf *anus* und *enus*... öfter... findet. »

[3] Editores ante Bersaldum ex dett. : *Romulius*, *Romulus*.

Digitized by Google

omnesque Albanorum reges et conditor urbis Romulus... spectarentur. — 6, 11. Ferunt .. ab Romulo Dentrem Romulium (urbi impositum). — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Conditor nostri Romulus tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuerit. » — 11, 25. Paucis iam reliquis familiarum (patriciarum), quas Romulus maiorum et L. Brutus minorum gentium appellaverant. — 12, 24. Quod pomoerium Romulus posuerit, noscere haud absurdum reor... Forumque et Capitolium non a Romulo, sed a Tito Tatio additum urbi credidere. — 13, 58. Ruminalem arborem..., quae... Remi Romulique infantiam texerat. — 15, 41. Aedes... Statoris Iovis vota Romulo (incendio Neronis amissa est). — II, 95... Augustales... Quod sacerdotium, ut Romulus Tatio regi, ita Caesar Tiberius Iuliae genti sacravit.

ROSCIA[1] LEX. — 15, 32. (Nero) equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum; namque ad eam diem indiscreti inibant, quia lex Roscia nihil nisi de quattuordecim ordinibns sanxit.

ROSCIVS[2]. — *O.* 20. (Loquitur Aper) « Nec magis perfert (nunc vulgus adsistentium) in iudiciis tristem et impexam antiquitatem, quam si quis in scaena Roscii[3] aut Turpionis Ambivii exprimere gestus velit. »

ROSCIVS CAELIVS, CAELIVS[4]. — I, 60. Praeerat (Britanniae) Trebellius Maximus... contemptus exercitui invisusque. Accendebat odium eius Roscius Caelius legatus vicensimae legionis... Trebellius seditionem et confusum ordinem disciplinae Caelio, spoliatas et inopes legiones Caelius Trebellio obiectabat... Eoque discordiae ventum, ut auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus et adgregantibus se Caelio cohortibus alisque desertus Trebellius ad Vitellium profugerit... Rexere (provinciam) legati legionum, pares iure, Caelius audendo potentior[5].

ROSIVS REGVLVS. — III, 37. Nec defuit qui unum consulatus diem, is enim in locum Caecinae supererat, magno cum inrisu

[1] Intellegendus est L. Roscius Otho, tribunus plebis a. 687 = 67.
[2] Q. Roscius Gallus.
[3] Boetticher : *Q. Roscii*, propter concinnitatem.
[4] M. Roscius Caelius *vel* Coelius. Prosop. 67.
[5] V. etiam *A.* 7.

Digitized by Google

tribuentis accipientisque eblandiretur. Pridie kalendas Novembres Rosius[1] Regulus iniit eiuravitque.

RVBELLIVS BLANDVS[2]. — 3, 23. Tormentis servorum patefacta sunt flagitia (Lepidae) itumque in sententiam Rubellii Blandi, a quo aqua atque igni arcebatur. — 3, 51. Solus Lepido (ultimum supplicium Clutorio deprecanti) Rubellius[3] Blandus e consularibus adsensit. — 6, 27. Iulia Drusi filia, quondam Neronis uxor, denupsit in domum Rubellii Blandi, cuius avum Tiburtem equitem Romanum plerique meminerant. — 6, 45. Idem annus gravi igne urbem adfecit... Aestimando cuiusque detrimento quattuor progeneri Caesaris Cn. Domitius, Cassius Longinus, M. Vinicius, Rubellius Blandus delecti...

RVBELLIVS GEMINVS[4]. — 5, 1. Rubellio et Fufio consulibus, quorum utrique Geminus cognomentum erat.

RVBELLIVS PLAVTVS, PLAVTVS[5]. — 13, 19. (Iunia Silana) deferens... (Agrippinam) destinavisse... Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu a Divo Augusto, ad res novas extollere coniugioque eius et imperio rem publicam rursus invadere. — 13, 20. Paris... exposito .. indicii ordine ita audientem (Neronem) exterret, ut non tantum matrem Plautumque interficere... destinaret. — 13, 21. (Loquitur Agrippina) « Ac si Plautus aut quis alius rem publicam iudicaturus obtinuerit, desunt scilicet mihi accusatores... » — 13, 22. Plautus ad praesens silentio transmissus est. — 14, 22. Inter quae sidus cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tamquam mutationem regis portendat. Igitur quasi iam depulso Nerone, quisnam deligeretur, anquirebant. Et omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iulia familia. Ipse placita maiorum colebat, habitu severo, casta et secreta domo... Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna... ictae dapes mensaque disiecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo, hunc illum numine deum destinari credebant... Ergo per-

[1] Vulg. a Beroaldo ad Ernestium : *Rossius*. — Ryck : *Roscius*.
[2] C. Rubellius Blandus. Prosop., 82.
[3] **M** : *refellius*.
[4] L. Rubellius Geminus. Prosop., 84.
[5] Prosop., 85. Filius Rubellii Blandi.

Digitized by Google

motus his Nero componit ad Plautum litteras..., esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida iuventa frueretur. Ita illuc cum coniuge Antistia et paucis familiarium concessit. — 14, 57. Tigellinus... comperto... Plautum et Sullam maxime timeri (a Nerone), Plautum in Asiam, Sullam in Galliam Narbonensem nuper amotos, nobilitatem eorum et propinquos huic Orientis, illi Germaniae exercitus commemorat... Plautum magnis opibus ne fingere quidem cupidinem otii, sed veterum Romanorum imitamenta praeferre, adsumpta etiam Stoicorum adrogantia sectaque... — 14, 58. Plauto[1] parari necem non perinde occultum fuit, quia pluribus salus eius curabatur et spatium itineris... moverat famam; vulgoque fingebant .. Vana haec more famae... Ceterum libertus Plauti celeritate ventorum praevenit centurionem et mandata L. Antistii soceri adtulit : effugeret segnem mortem... — 14, 59. Sed Plautum ea non movere, sive nullam opem providebat inermis atque exul, seu taedio ambiguae spei, an amore coniugis et liberorum... (Nero) ad senatum litteras misit de caede Sullae Plautique haud confessus, verum utriusque turbidum ingenium esse et sibi incolumitatem rei publicae magna cura haberi. Decretae eo nomine supplicationes, utque Sulla et Plautus senatu moverentur... — 14, 60. Movetur... primo (a Nerone Octavia) civilis discidii specie domumque Burri, praedia Plauti, infausta dona, accipit. — 16, 10. L. (Antistius) Vetus socrusque eius Sextia et Pollitta filia necem subiere, invisi principi, tamquam vivendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum, generum L. Veteris... Aderat (L. Veteri) filia super ingruens periculum longo dolore atrox, ex quo percussores Plauti mariti sui viderat... — 16, 23. (Bareae Sorano) crimini dabatur amicitia Plauti et ambitio conciliandae provinciae (Asiae, quam pro consule obtinuerat) ad spes novas. — 16, 30. Atque interim Ostorius Sabinus, Sorani accusator, ingreditur orditurque de amicitia Rubellii Plauti. — 16, 32. Soranus proclamat non (filiam suam) in provinciam secum profectam, non Plauto[2] per aetatem nosci potuisse... — I, 14. Galba... Pisonem Licinianum arcessiri iubet, seu propria electione, sive, ut quidam

[1] M : *plautio.*
[2] M : *plautio.*

Digitized by Google

crediderunt. (Cornelio) Lacone instante, cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia.

RVBRIVS. — 1, 73. Haud pigebit referre in Faianio et Rubrio, modicis equitibus Romanis, praetemptata (maiestatis) crimina... Rubrio crimini dabatur violatum periurio numen Augusti.

RVBRIVS FABATVS. — 6, 14. Rubrio Fabato, tamquam desperatis rebus Romanis Parthorum ad misericordiam fugeret, custodes additi. Sane is repertus apud fretum Siciliae...

RVBRIVS GALLVS[1]. — II, 51. Earum quae Brixelli egerant cohortium (Othonianarum) preces Rubrius Gallus tulit (ad duces Vitellianos) et venia statim impetrata. — II, 99. Credidere plerique Flavii Sabini consiliis concussam Caecinae mentem, ministro sermonum Rubrio Gallo.

* RVBRIVS GALLVS, v. P. GALLVS.

RVBRVM MARE, MARE RVBRVM. — 2, 61. Exim ventum Elephantinen ac Syenen, claustra olim Romani imperii, quod nunc Rubrum ad mare patescit. — 14, 25. (Legatos Hyrcanorum) regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi (Parthorum) custodiis circumvenirentur, dato praesidio ad litora maris Rubri deduxit.

RVFINVS. — II, 94. Contionante Vitellio postulantur ad supplicium Asiaticus et Flavus et Rufinus duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent. Nec coercebat eius modi voces Vitellius.

* RVFIVS CRISPINVS, v. RVFRIVS CRISPINVS.

RVFRIVS CRISPINVS, CRISPINVS[2]. — 11, 1. Claudius... citis cum militibus tamquam opprimendo bello Crispinum praetorii praefectum misit, a quo repertus est apud Baias (Valerius Asiaticus)... — 11, 4. Sestertium quindeciens et insignia praeturae Crispino decreta. — 12, 42. Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni praetoriarum cohortium cura exsolverentur Lusius Geta et Ruf*r*ius[3] Crispinus, quos Messalinae memores et liberis eius devinctos credebat. — 13, 45. Agentem (Poppaeam Sabinam) in matrimonio Rufrii Crispi*ni*[4] equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit iuventa ac luxu... ; nec mora quin

[1] Prosop., 94.
[2] Prosop., 121.
[3] M : *rufius*. Corr. Halm. Cf. Orelli.
[4] M : *crispi*. Corr. Lipsius.

Digitized by Google

adulterio matrimonium iungeretur. — 15, 71. Pellitur et Rufrius Crispinus occasione coniurationis (C. Pisonis), sed Neroni invisus, quod Poppaeam quondam matrimonio tenuerat. — 16, 17. Eodem agmine Annaeus Mela..., Rufrius[1] Crispinus... cecidere; Mela et Crispinus equites Romani dignitate senatoria. Nam hic quondam praefectus praetorii et consularibus insignibus donatus ac nuper crimine coniurationis in Sardiniam exactus, accepto iussae mortis nuntio semet interfecit... Additur codicillis (Annaeus Mela) tamquam de iniquitate exitii querens ita scripsisse, se quidem mori nullis supplicii causis, Rufrium autem Crispinum et Anicium Cerialem vita frui infensos principi. Quae composita credebantur de Crispino, quia interfectus erat...

* RVFVS CRISPINVS, v. RVFRIVS CRISPINVS.

RVFVS FAENIVS, RVFVS, v. FAENIVS RVFVS.

RVFVS HELVIVS, v. HELVIVS RVFVS.

RVGII. — *G.* 44. Trans Lugios Gotones regnantur... Protinus deinde ab Oceano Rugii et Lemovii.

RVMINALIS ARBOR. — 13, 58. Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quae octingentos et triginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus et arescente trunco deminutam prodigii loco habitum est, donec in novos fetus revivisceret.

RVSTICVS ARVLENVS, RVSTICVS, v. ARVLENVS RVSTICVS.

P. RVTILIVS, RVTILIVS[2]. — 3. 66. Mamercus antiqua exempla iaciens... P. Rutilium a M. Scauro (accusatum). — 4, 43. Tractatae Massiliensium preces (de hereditate exulis Vulcatii Moschi) probatumque P. Rutilii exemplum; namque eum legibus pulsum civem sibi Zmyrnaei addiderant. — *A.* 1. Plerique suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum quam adrogantiam arbitrati sunt, nec id Rutilio et Scauro citra fidem aut obtrectationi fuit.

* RVTVPENSIS, v. TRVCCVLENSIS.

SABINA, v. POPPAEA SABINA.

SABINI. — 1, 54. Titus Tatius retinendis Sabinorum sacris sodales Titios instituerat.

[1] M : *rufus*. Corr. Halm.
[2] P. Rutilius Rufus, cos. a. 649 = 155.

Digitized by Google

SABINVS, v. FLAVIVS SABINVS, IVLIVS SABINVS, POPPAEVS SABINVS.

SABINVS CALVISIVS, v. CALVISIVS SABINVS.

* P. SABINVS, v. PVBLILIVS SABINVS.

SABINVS, A, VM. — 4, 9. Funus (Drusi Tiberii Caesaris filii) imaginum pompa maxime inlustre fuit, cum origo Iuliae gentis Aeneas..., post Sabina nobilitas, Attus Clausus ceteraeque Claudiorum effigies longo ordine spectarentur. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Maiores mei, quorum antiquissimus Clausus origine Sabina... » — III, 72. Voverat Tarquinius Priscus rex bello Sabino (templum Iovis Capitolini). — III, 78. Petilius... Cerialis cum mille equitibus praemissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum Salaria via urbem introiret...

SABRINA. — 12, 31. (P. Ostorius) cuncta... castris Avonam *inter* et Sabrinam fluvios cohibere parat.

SACERDOS NICETES[1]. — *O.* 15. « Video etiam Graiis accidisse, ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos *iste* Nicetes[2] et si quis alius Ephesum vel Mytilenas concentu scholasticorum et clamoribus quatit, quam (Domitius) Afer aut (Iulius) Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis. »

SACROVIR, v. IVLIVS SACROVIR.

SACROVIRIANVM BELLVM. — 4, 18. (C. Silius) Sacroviriani belli victor...

SAENIA LEX. — 11, 25. Exhaustis etiam (familiis), quas dictator Caesar lege Cassia et princeps Augustus lege Saenia[3] sublegere (in numerum patriciorum).

SAEVINVS PONTIVS. — I, 77. Redditus (ab Othone)... Saevino Pontio[4] senatorius locus; repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant.

[1] Prosop., N, 61.

[2] **A B C** : *enitet*. Corr. Lipsius. — « Fuit Smyrnaeus, rhetor et sophista satis clarus, sed genere dicendi inflato et dithyrambico a vetere eloquentia alienus. Reliquiae eius exstant apud Senecae controversias... Plin., *Ep.*, VI, 6.3 :... *quos tunc ego frequentabam, Quintilianum, Niceten Sacerdotem...* » (Orelli-Andresen). — « Sed vide ne Sacerdos diversus fuerit a Nicete et apud Plinium interpungendum inter Nicetem et Sacerdotem. » (Prosop.)

[3] **M** : *senia*. Corr. Lipsius. « Die *l. Saenia* ist benannt nach *L. Saenius*, consul suffectus in den 2 letzten Monaten des J. 30 v. Chr. : *C. I. L.*, IX, 422 ». (Nipperdey-Andresen).

[4] Sic dett. — Medicei scriptura incerta est. In margine habet *promptius* a vetere,

Digitized by Google

SALAMINIVS. — 3, 62. Cyprii (disseruerunt de delubro, quod) Iovi Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus (posuisset).

SALARIA VIA. — III, 78. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus praemissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum Salaria via urbem introiret, satis maturaverat... — III, 82. Tertium (Flavianorum) agmen per Salariam (viam) Collinae portae propinquabat.

SALEIVS BASSVS, SALEIVS, BASSVS[1]. — *O.* 5. (Loquitur Iulius Secundus) « Quis enim nescit neminem mihi coniunctiorem esse et usu amicitiae et adsiduitate contubernii quam Saleium[2] Bassum, cum optimum virum, tum absolutissimum poetam ?... » « Securus sit, inquit Aper, et Saleius[3] Bassus et quisquis alius studium poeticae et carminum gloriam fovet, cum causas agere non possit ». — 9. « Quis Saleium[4] nostrum, egregium poetam... deducit aut salutat aut prosequitur ?... Neque ut pro eo versus facias; hi enim Basso domi nascuntur, pulchri quidem et iucundi-... Laudavimus nuper ut miram et eximiam Vespasiani liberalitatem, quod quingenta sestertia Basso donasset » — 10. « Quotus quisque, cum ex Hispania vel Asia... in urbem venit, Saleium[5] Bassum requirit ? Atque adeo si quis requirit, ut semel vidit, transit et contentus est. . »

SALIARE CARMEN. — 2, 83. (Decretum est) ut nomen (Germanici Saliari carmine caneretur.

SALIENVS CLEMENS. — 15. 73. At in senatu... Iunium Gallionem, Senecae fratris morte pavidum..., increpuit Salienus Clemens, hostem et parricidam vocans, donec consensu patrum deterritus est, ne publicis malis abuti ad occasionem privati odii videretur...

quamquam non a prima manu. — *a : proprius ; b : promptio.* — Brotier : *Pomptino;* Haase : *Porcio;* Ritter : *Prisco.* — Prosop. : *Saevinius Proculus.* — Andresen, *In Tac. hist., studia*, p. 20, in Mediceo ex ipsius librarii correctione legisse sibi visus est *promquo*, quod forsitan corruptum sit ex *Propinquo.* — Pro *Saevino*, quod scriptum est in codice, legendum censet *Scaevino* O. Hirschfeld, *Wien. Stud.*, 1883, p. 119, cum nominis Saevini nullum exstet testimonium.

[1] Prosop., 50.

[2] **C** (item *b* in marg.) : *Saleium;* **A** : *Salerum*; **B** : *Galerium (S* supra *G* script.).

[3] **B** : *Salerius.*

[4] **A** : *Caeleium;* **B** : *Coeleium.*

[5] **B** : *Salerium;* **C** : *Saltim.*

Digitized by Google

SALLVSTIANI · HORTI. — 13, 47. Pons Mulvius in eo tempore celebris nocturnis inlecebris erat, ventitabatque illuc Nero... Igitur regredienti per viam Flaminiam compositas insidias fatoque evitatas, quoniam diverso itinere Sallustianos [2] in hortos remeaverit... — III, 82. Ii tantum conflictati sunt (Flavianorum), qui in partem sinistram urbis ad Sallustianos hortos per angusta et lubrica viarum flexerant.

C. SALLVSTIVS, SALLVSTIVS CRISPVS. — 3, 30. C. Sallustius, rerum Romanarum florentissimus auctor, sororis nepotem in nomen adscivit. — *F.* 6. (Cornelius Tacitus... de reticendo interfectorum numero et Sallustium Crispum et alios auctores quam plurimos sanxisse (dixit).

SALLVSTIVS CRISPVS, CRISPVS [3]. — 1. 6, Postquam Sallustius Crispus particeps secretorum, is ad tribunum (custodiae Postumi Agrippae adpositum) codicillos (quibus Tiberius caedem iuvenis iubebat) miserat, comperit (principem facti rationem a centurione necis patratore apud senatum expostulaturum), metuens ne reus subderetur... monuit Liviam ne arcana domus, ne consilia amicorum, ministeria militum vulgarentur, neve Tiberius vim principatus resolveret cuncta ad senatum vocando. — 2, 40. Dat negotium Sallustio Crispo (Tiberius falsum Agrippam Postumum comprehendendi). — 3, 30. Fine anni concessere vita insignes viri L. Volusius et Sallustius Crispus... Crispum equestri ortum loco C. Sallustius, rerum Romanarum florentissimus auctor sororis nepotem in nomen adscivit. Atque ille..., Maecenatem aemulatus, sine dignitate senatoria multos triumphalium consulariumque potentia anteiit, diversus a veterum instituto... et affluentia luxu propior. Suberat tamen vigor animi... Igitur... aetate provecta speciem magis in amicitia principis quam vim tenuit.

SALONINA [4]. — II, 20. Vxorem... (Alieni Caecinae) Saloninam (quod)... insigni equo ostroque veheretur... (Italica municipia et coloniae gravabantur.

SALVIVS COCCEIANVS [5]. — II, 48. (Otho) Salvium Cocceianum

[1] Intellegendus est C. Sallustius Crispus rerum scriptor.
[2] M : *salustianos*.
[3] C. Sallustius Crispus. Prosopo., 61.
[4] Prosopo., 77.
[5] L. Salvius Otho Cocceianus. Prosopo., 110. Filius Salvii Titiani.

Digitized by Google

fratris filium prima iuventa trepidum et maerentem ultro solatus est, (cum iam in eo esset, ut ipse mortem sibi conscisceret[1].)

SALVIVS OTHO IMPERATOR. v. OTHO.

SALVIVS OTHO, SALVIVS TITIANVS, TITIANVS[2]. — 12, 52. Fausto Sulla, Salvio Othone consulibus. — I, 75. Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis composuit, exitium ipsi filioque eius minitans, ni incolumes sibi mater ac liberi servarentur. — I, 77. Otho... consul cum Titiano fratre in kalendas Martias ipse. — I, 90, Profectus (in bellum) Otho quietem urbis curasque imperii Salvio Titiano fratri permisit. — II, 23. (Otho) Titianum fratrem accitum bello praeposuit. — II, 33. Otho pronus ad decertandum, frater eius Titianus et praefectus praetorii Proculus, imperitia properantes, fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur... — II, 39. Profecto Brixellum Othone, honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum. — II, 40. Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. — II, 44. Titianum et (Marium) Celsum nox iuvit, dispositis iam excubiis compressisque militibus, quos Annius Gallus... flexerat. — II, 60. Salvius Titianus Othonis frater nullum discrimen adiit (apud Vitellium), pietate et ignavia excusatus. — *A*, 6. Sors quaesturae provinciam Asiam, proconsulem Salvium Titianum dedit (Agricolae), quorum neutro corruptus est, quamquam... et proconsul in omnem aviditatem pronus quantalibet facilitate redempturus esset mutuam dissimulationem mali[3].

SALVS. — 12, 23. Salutis augurium quinque et septuaginta annis omissum repeti ac deinde continuari placitum. — 15, 53. (Flavius Scaevinus) pugionem templo Salutis[4] sive, ut alii tradidere, Fortunae Ferentino in oppido detraxerat (interficiendo Neroni). — 15, 74. (Oppressa C. Pisonis coniuratione decretnm est, ut) templum Saluti exstrueretur eo loci[5]..., ex quo Scaevinus ferrum prompserat.

[1] V. etiam I, 75.
[2] L. Salvius Otho Titianus. Prosop., III.
[3] V. etiam, I, 41, 43, 48,59.
[4] Post hoc verbum habet codex *in Etruria*, quod glossam esse vidit Ernesti. Cf. Nipperdey-Andresen et Orelli.
[5] Lacunam indicavit Nipperdey. Cf. Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

SAMARITAE. — 12, 54. Ventidio *Cumano* (procuratori)... pars provinciae (Iudaeae) habebatur, ita divisae ut huic Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent, discordes olim et tum contemptu regentium minus coercitis odiis...

* SAMBVLOS, v. SANBVLOS.

SAMII, SAMOS. — 4, 14. Samiis Iunonis... delubro vetustum asyli ius ut firmaretur petentibus. Samii decreto Amphictyonum nitebantur... — 6, 12. Post exustum sociali bello Capitolium quaesitis Samo, Ilio, Erythris... carminibus Sibullae.

SAMIVS. — 11, 5. Nec quicquam publicae mercis tam venale fuit quam advocatorum perfidia, adeo ut Samius[1] insignis eques Romanus, quadringentis nummorum milibus Suillio datis et cognita praevaricatione, ferro in domo eius incubuerit.

* SAMMIVS, v. SAMIVS.

SAMNITES, SAMNIS (sing. coll.). — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Capti a Gallis sumus. Sed et Tuscis obsides dedimus et Samnitium iugum subiimus. » — 15, 13. (Milites Caesennii Paeti a Vologaese obsessi cogitabant, si vis ingrueret, provisa exempla) *pacis* Caudinae Numantinaeque ; *neque* eamden vim Samnitibus, Italico populo, ac Parthis, Romani imperii aemulis. — III, 59. Erectus Samnis Paelignusque et Marsi aemulatione, quod Campania praevenisset, ut in novo obsequio (erga Vespasianum) ad cuncta belli munia acres erant. — *G.* 37. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae Galliaeve, ne Parthi quidem saepius admonuere (Romanos quam Germani).

SAMOTHRACES. — 2, 54. (Germanicum) in regressu sacra Samothracum visere nitentem obvii aquilones depulere.

SANBVLOS [2]. — 12, 13. Gotarzes apud montem, cui nomen Sanbulos, vota dis loci suscipiebat, praecipua religione Herculis...

SANCIA [3]. — 6, 18. Sorori (Considii Proculi) Sanciae aqua atque igni interdictum accusante Q. Pomponio.

* SANCTA, v. SANCIA.

* SANGVRIVS, v. SANQVINIVS.

SANQVINIVS. — 6, 7. Facta patribus potestate statuendi de Caeci-

[1] *Sammius* malebat Orelli, quae nominis scriptura frequentior est in titulis. Cf. Nipperdey-Andresen. — Ritter[2] : Fortasse *ut T. Samius*.

[2] Vulg. ex dett. : *Sambulos*.

[3] Prosop., 130. Hirschfeld : *Sancta*.

Digitized by Google

liano... placitum eamdem poenam inrogari, quam in Aruseium et Sanquinium [1], accusatores L. Arruntii.

SANQVINIVS MAXIMVS, SANQVINIVS [2]. — 6, 4. Vrgente (Haterio) Agrippa (Memmium Regulum et Fulcinium Trionem), Sanquinius Maximus e consularibus oravit senatum, ne curas imperatoris... augerent. — 11, 18. Chauci... morte Sanquinii ala cres, dum Corbulo adventat, inferiorem Germaniam incursavere.

SANTONI. — 6, 7. Iulius Africanus e Santonis Gallica civitate.

SARDIANI. — 2, 47. Asperrima in Sardianos lues (ex terrae motu) plurimum in eosdem misericordiae traxit, nam... — 3, 63. (Consules, cum de iure asyli ageretur in senatu,) rettulerunt... propiora (quam Zmyrnaeos et Tenios) Sardianos (memorare): Alexandri victoris id donum. — 4, 55. (Cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae statueretur templum Tiberii) Sardianos inter Zmyrnaeosque deliberatum. Sardiani decretum Etruriae recitavere ut consanguinei : nam Tyrrhenum Lydumque...

SARDINIA. — 2, 85. Actum et de sacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis factumque patrum consultum, ut quattuor milia libertini generis ea superstitione infecta, quis idonea aetas, in insulam Sardiniam veherentur, coercendis illic latrociniis et, si ob gravitatem caeli interisseut, vile damnum. — 13, 30. Damnatus isdem consulibus Vipsanius Laenas ob Sardiniam provinciam avare habitam. — 14, 62. (Anicetus) in Sardiniam pellitur, ubi non inops exilium toleravit et fato obiit. — 16, 9. Deportatus... in insulam Sardiniam Cassius... — 16, 17. Rufrius Crispinus... nuper crimine coniurationis in Sardiniam exactus. — II, 16. Corsicam ac Sardiniam ceterasque proximi maris insulas fama victricis classis in partibus Othonis tenuit.

SARIOLENVS VOCVLA, SARIOLENVS, VOCVLA. — IV, 41. Eaque velut censura in Sariolenum Voculam et Nonium Attianum et Cestium Severum acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos. Sariolenum et recens crimen urgebat, quod apud Vitellium molitus eadem foret. Nec destitit senatus manus intentare Voculae, donec curia excederet.

SARMATAE, SARMATA (sing. coll.). — 6, 33. Contra Pha-

[1] M : *sangunnium*, pr. m. — « Vielleicht muss es *Sangurium* heissen, welcher Name *C. I. L.*, I, 1419, steht. » (Nipperdey-Andresen.)

[2] Q. Sanquinius Maximus. Prosop , 136.

Digitized by Google

rasmanes adiungere Albanos, accire Sarmatas, quorum sceptuchi utrimque donis acceptis more gentico diversa induere. Sed Hiberi locorum potentes Caspia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt. — 6, 35. Apud Sarmatas non una vox ducis; se quisque stimulant, ne... Sarmatae omisso arcu, quo brevius valent, contis gladiisque (ruebant). — 12, 29. (Vannio) manus propria pedites, eqnes e Sarmatis Iazugibus erat. — I, 2. Coortae in nos Sarmatarum ac Sueborum gentes. — I, 79. Sarmatae, dispersi aut cupidine praedae graves onere sarcinarum et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate, velut vincti caedebantur. Namque mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos. Nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum; ubi per turmas advenere, vix ulla acies obstiterit... Romanus miles... levi gladio inermem Sarmatam, neque enim scuto defendi mos est, comminus fodiebat. — III, 5. Principes Sarmatarum Iazugum... in commilitium adsciti (a ducibus Flavianis). — III, 24. Antonius. (Primus)... plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens. ut... nuper Sarmatas pepulissent. — IV, 4. Muciano triumphalia de bello civium data (a senatu), sed in Sarmatas expeditio fingebatur. — IV, 54. Vulgato rumore a Sarmatis Dacisque Moesica ac Pannonica hiberna circumsederi. — *G.* 1. Germania omnis... a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur. — 17. Locupletissimi (Germanorum) veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta, et singulos artus exprimente. — 43. (Osis) partem tributorum Sarmatae, partem Quadi, ut alienigenis, imponunt. — 46. Peucinorum Venetorumque et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam, dubito... (Peucini) conubiis mixtis nonnihil in Sarmatarum habitum foedantur... Veneti... inter Germanos potius referuntur, quia et domos figunt et scuta gestant et pedum usu ac pernicitate gaudent; quae omnia diversa Sarmatis sunt in plaustro equoque viventibus.

SARMATICA. — I, 79. Rhoxolani, Sarmatica gens.

* SATRIA GALLA, v. ATRIA GALLA.

SATRIVS SECVNDVS, SATRIVS[1]. — 4, 34. (Cremutium Cordum) accusabant Satrius Secundus et Pinarius Natta, Seiani

[1] Prosop., 151.

Digitized by Google

clientes. — 6, 8. « Satrium atque Pomponium venerabamur; libertis quoque ac ianitoribus (Seiani) notescere pro magnifico accipiebatur » (Verba facit apud senatum M. Terentius ob amicitiam Seiani reus). — 6, 47. Multorum amoribus famosa Albucilla, cui matrimonium cum Satrio Secundo coniurationis indice fuerat, defertur impietatis in principem.

SATVRNINI [1]. — 3, 27. Hinc Gracchi et Saturnini turbatores plebis, nec minor largitor nomine senatus Drusus.

SATVRNINVS, v. M. APONIVS.

SATVRNVS. — 2, 41. Fine anni arcus propter aedem Saturni... dicantur. — 13, 15. Festis Saturno diebus inter alia aequalium ludicra regnum lusu sortientium evenerat ea sors Neroni. — I, 27, Ad miliarium aureum sub aedem Saturni. — III, 78. Vespasiani exercitus festos Saturni dies Ocriculi per otium agitabat. — V, 2. Iudaeos Creta insula profugos... memorant, qua tempestate Saturnus vi Iovis pulsus cesserit regnis. — V, 4. Septimo die otium (Iudaeis) placuisse ferunt, quia... Alii honorem eum Saturno haberi, seu principia religionis tradentibus Idaeis, quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus, seu quod de septem sideribus, quis mortales reguntur, altissimo orbe et praecipua potentia stella Saturni feratur...

SAVFEIVS TROGVS [2]. — 11, 35. Eadem constantia et illustres equites Romani... Saufeium Trogum [3] ex consciis (Messalinae et Silii) tradi ad supplicium iubet (Claudius).

* SAVFELIVS, SAVFELLVS, SAVFELVS, v. SAVFEIVS.

SAXA RVBRA. — III, 79. Antonius (Primus) per Flaminiam (viam) ad Saxa rubra... venit.

SCAEVINVS, v. FLAVIVS SCAEVINVS.

* SCAEVINVS, v. SAEVINVS.

SCANTIA. — 4, 16. Decretum Corneliae virgini, quae in locum Scantiae capiebatur...

[1] Intellegendus est L. Apuleius Saturninus, trib. pl. a. 651 = 103 et 654 = 100.

[2] Prosop., 176.

[3] **M** : *saufelum*. Corr. Lipsius. Vulg. : *Saufelum, Saufellum, Saufelium*. — « Bei Seneca, *Lud.*, 13, 4, wahrscheinlich verschrieben *M. Helvius Trogus*. » (Nipperdey-Andresen.) — Apud Senecam « noli coniungere Trogi nomen cum eo, quod praecedit, M. Helvii ». (Prosop.). — Macke, II, 15 : « Ob man aus dem Umstande, dass Saufeius Trogus... von Seneca... M. Helvius Trogus genannt wird, auf doppelten Gentilnamen schliessen darf, ist zweifelhaft. »

Digitized by Google

M. SCAVRVS, SCAVRVS[1]. — 3, 66. Mamercus antiqua exempla iaciens, ... P. Rutilium a M. Scauro (accusatum). Videlicet... ille Scaurus, quem proavum suum obprobrium maiorum Mamercus infami opera dehonestabat... — *A.* 1. Plerique suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum quam adrogantiam arbitrati sunt, nec id Rutilio et Scauro citra fidem aut obtrectationi fuit. — *O.* 39. « Satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium concursu totius civitatis et accusatos et defensos. »

MAMERCVS SCAVRVS, SCAVRVS, MAMERCVS, SCAVRVS MAMERCVS[2]. — 1, 13. Etiam Q. Haterius et Mamercus Scaurus suspicacem (Tiberii) animum perstrinxere..., Scaurus quia dixerat, spem esse... Scaurum, cui inplacabilius irascebatur, silentio tramisit. — 3, 23. Scauro[3], qui filiam ex (Lepida) genuerat. datum ne bona publicarentur. — 3, 31. Contra (Domitium Corbulonem) Mamercus Scaurus et L. Arruntius aliique Sullae propinqui nitebantur.., Satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullae et oratorum *ea* aetate uberrimus erat. — 3, 66. C. Silanum pro consule Asiae, repetundarum a sociis postulatum, Mamercus Scaurus e consularibus, Iunius Otho praetor, Bruttedius Niger aedilis simul corripiunt obiectantque violatum Augusti numen, spretam Tiberii maiestatem. Mamercus antiqua exempla iaciens..., P. Rutilium a M. Scauro (accusatum). Videlicet... ille Scaurus, quem proavum suum obprobrium maiorum Mamercus[4] infami opera dehonestabat (talia ulciscebatur). — 6, 9. Acervatim ex eo Annius Pollio, Appius Silanus Scauro Mamerco simul ac Sabino Calvisio maiestatis postulantur... clari genus atque idem summis honoribus... Caesar Pollionis ac Viniciani Scaurique causam, ut ipse cum senatu nosceret, distulit, datis quibusdam in Scaurum tristibus notis. — 6, 29. Mamercus dein Scaurus rursum postulatur, insignis nobilitate et orandis causis, vita probrosus; nihil hunc amicitia Seiani, sed labefecit... Macronis odium... Detulerat... argumentum tragoediae a Scauro scriptae, additis versibus, qui in Tiberium flecterentur... Scaurus.

[1] M. Aemilius Scaurus, cos. 639 = 115, censor, princeps senatus.
[2] Mamercus Aemilius Scaurus. Prosop., A, 280.
[3] Ritter[2] : *Mamerco Scauro.*
[4] Ritter[2] uncis inclusit *Mamercus.*

Digitized by Google

ut dignum veteribus Aemiliis, damnationem anteiit, hortante Sextia uxore... — 6, 30. Ac tamen accusatores, si facultas incideret, poenis adficiebantur, ut Servilius Corneliusque perdito Scauro famosi[1]...

SCAVRVS AVRELIVS, v. (AVRELIVS SCAVRVS).

SCIPIO[2]. — 4, 34. (Loquitur Cremutius Cordus) « ... Titus Livius... Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, nusquam latrones et parricidas,... saepius ut insignes viros nominat. »

SCIPIO. — II, 59. Scipio (cohortis praefectus ex amicis Lucceii Albini utriusque Mauretaniae procuratoris iussu Cluvii Rufi opprimitur).

L. SCIPIO[3]. — 3, 62. Magnetes L. Scipionis et L. Sullae constitutis nitebantur, quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis...

L. SCIPIO[4]. — III, 72. Isdem rursus vestigiis situm est (Capitolium), postquam... L. Scipione C. Norbano consulibus flagraverat.

P. SCIPIO[5]. — 2, 59. (Germanicus in Aegypto) pari cum Graecis amictu (incedere) P. Scipionis aemulatione, quem eadem factitavisse apud Siciliam, quamvis flagrante adhuc Poenorum bello, accepimus. — 12, 38. Vocati posthac patres multa et magnifica super captivitate Carataci disseruere, neque minus id clarum, quam quod Syphacem P. Scipio, Persen L. Paulus .. populo Romano ostendere. — *O.* 40. « Cum se plurimi disertorum ne a Publio quidem Scipione aut L. Sulla aut Cn. Pompeio abstinerent... »

P. SCIPIO[6]. — 13, 25. Q. Volusio P Scipione consulibus.

SCIPIO AFRICANVS, SCIPIO[7]. — 3, 66. Mamercus antiqua exempla iaciens, L. Cottam a Scipione Africano... (accusatum). Videlicet Scipio... talia (ulciscebatur)[8].

[1] V. etiam 3, 67.

[2] P. Cornelius Scipio Nasica, cos. a. 702 = 52. — Nominatur quoque Q. (Caecilius Metellus (Pius) Scipio. Cf. Orelli, *Onomast. Tull.*

[3] L. Cornelius Scipio Asiaticus, cos. a. 564 = 190.

[4] L. Cornelius Scipio Asiaticus, cos. a. 671 = 83.

[5] P. Cornelius Scipio Africanus maior.

[6] P. Cornelius (Lentulus?) Scipio. Prosop., C. 1144. — V. etiam Scipiones.

[7] P. Cornelius Scipio Aemilianus Africanus.

[8] V. etiam Scipiones.

Digitized by Google

SCIPIO CORNELIVS, SCIPIO, v. CORNELIVS SCIPIO.

SCIPIONES. — 2, 33. Gallus Asinius disseruit... aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones[1] pecuniam. — 6, 2. At Romae principio anni... atroces sententiae dicebantur. Scipiones[2] haec et Silani et Cassii isdem ferme aut paulum immutatis verbis adseveratione multa censebant.

* SCITHINVS, v. CYTHNVS.

SCRIBONIA[3]. — 2, 27. Firmius Catus senator, ex intima Libonis amicitia, iuvenem... impulit..., dum proavum Pompeium, amitam Scriboniam, quae quondam Augusti coniunx fuerat..., ostentat.

SCRIBONIA[4]. — I, 14. Piso (Licinianus) M. Crasso et Scribonia genitus, nobilis utrimque...

SCRIBONIANVS, v. CAMILLVS SCRIBONIANVS.

SCRIBONIANVS CAMERINVS[5]. — II, 72. Exstiterat quidam Scribonianum se Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Histria occultatum, quod illic clientelae et agri veterum Crassorum ac nominis favor manebat... Pertractus ad Vitellium interrogatusque, quisnam mortalium esset. Postquam nulla dictis fides et a domino noscebatur condicione fugitivus, nomine Geta, sumptum de eo supplicium in servilem modum.

SCRIBONIANVS, SCRIBONIANVS CRASSVS[6]. — I, 47. Otho... concedi corpora sepulturae... permisit. Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus... composuere. — IV, 39. Ferebatur Antonius (Primus) Scribonianum Crassum, egregiis moribus et fraterna imagine fulgentem, ad capessendam rem publicam hortatus, haud defutura consciorum manu, ni Scribonianus abnuisset, ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta[7].

SCRIBONII. — 2, 27. E familia Scriboniorum Libo Drusus defertur moliri res novas. — 2, 32. Cn. Lentulus, ne quis Scribonius cognomentum Drusi adsumeret (censuit).

[1] Intellegendus est P. Cornelius Scipio Africanus minor.

[2] Intellegendus est (P. Cornelius (Lentulus) Scipio.

[3] Prosop., 220.

[4] Prosop., 221.

[5] Prosop., 205 : « Filium eum fuisse crediderim M. Licinii Crassi Frugi, cos. a. 64... et Sulpiciae Praetextatae. Camerinus Sulpiciorum cognomen est. »

[6] (Licinius) Crassus Scribonianus. Prosop., L, 132.

[7] V. etiam I, 48.

Digitized by Google

SCRIBONII FRATRES[1]. — 13, 48. Auditae Puteolanorum legationes... C. Cassius adhibendo remedio delectus. Quia severitatem eius non tolerabant, precante ipso ad Scribonios fratres ea cura transfertur, data cohorte praetoria, cuius terrore et paucorum supplicio rediit oppidanis concordia. — IV, 41. Ad Paccium Africanum transgressi (patres) eum quoque proturbant, tamquam Neroni Scribonios[2] fratres concordia opibusque insignes ad exitium monstravisset.

C. (SCRIBONIVS) CVRIO, v. C. CVRIO.

L. (SCRIBONIVS) LIBO, v. L. LIBO.

(M. SCRIBONIVS) LIBO DRVSVS, v. LIBO DRVSVS.

SCYDROTHEMIS. — IV, 83. Legatos et dona Scydrothemidi[3] regi, is tunc Sinopensibus imperitabat, expediri iubet (Ptolemaeus). — IV, 84. Vt Sinopen venere, munera, preces, mandata regis sui Scydrothemidi adlegant, qui diversus animi .. Tum minax facies Scydrothemidi[4] offertur, ne destinata deo ultra moraretur...

SCYTHAE, SCYTHA (sing. coll.). — 2, 60. Regem Rhamsen Libya, Aethiopia Medisque et Persis et Bactriano ac Scytha potitum... — 2, 65. (Rhescuporis rex Thraeciae) bellum adversus Bastarnas Scythasque praetendens. — 2, 68. Vonones... effugere ad Armenios, inde Albanos Heniochosque et consanguineum sibi regem Scytharum conatus est. — 6, 41. Certantibus gaudio (Parthis) qui Artabanum Scythas inter eductum ob saevitiam exsecrati come Tiridatis ingenium Romanas per artes sperabant. — 6. 44. Nec ultra moratus (Artabanus), quam dum Scytharum auxilia conciret, pergit properus...

SCYTHIA. — 6, 36. (Artabanus Parthorum rex) in longinqua et contermina Scythiae fugam maturavit.

SCYTHICA. — *F.* 7. (Maximas illas Scythicas gentes formidatasque cunctis maioribus, Alexandro quoque illi magno, sicut Pompeius Corneliusque testati sunt, evitatas..., hoc est Alanos, Hunos et Gothos)...

* SEBONIANA, v. SEBOSIANA.

[1] Scribonii Rufus et Proculus. Prosop., 217 et 219.
[2] Vulg. ante Ryckium : *Scribonianos.*
[3] M : *scydrothe medi* (2 m : *scydrothe midi).*
[4] M : *scidrothemidi.*

Digitized by Google

SEBOSIANA ALA. — III, 6. Tres Vitellianas cohortes alamque, cui Sebosianae [1] nomen, ad Forum Alieni ... cousedisse.

SECVNDVS, v. IVLIVS SECVNDVS.

SECVNDVS CARRINAS, v. (CARRINAS SECVNDVS).

SECVNDVS POMPONIVS, v. POMPONIVS SECVNDVS.

SEDOCHEZI. — III, 48. (Virdius Geminus) adsequitur Anicetum in ostio fluminis Chobi, tutum sub Sedochezorum [2] regis auxilio...

SEGESTANI. — 4, 43. Segestani aedem Veneris montem apud Erycum, vetustate dilapsam, restaurari postulavere, nota memorantes de origine eius et laeta Tiberio...

SEGESTES [3]. — 1, 55. Spes incesserat dissidere hostem in Arminium ac Segestem. . Arminius turbator Germaniae, Segestes parari rebellionem... aperuit... Sed Varus fato et vi Arminii cecidit ; Segestes... discors manebat, auctis privatim odiis, quod Arminius filiam eius alii pactam rapuerat. — 1, 57. Neque multo post legati a Segeste venerunt auxilium orantes adversus vim popularium... Addiderat Segestes legatis filium, nomine Segimundum,.. Ereptus (obsidentibus) Segestes magna cum propinquorum et clientium manu. Inerant feminae nobiles, inter quas uxor Arminii eademque filia Segestis. — 1, 58. Simul Segestes ipse, ingens visu et memoria bonae societatis impavidus. — 1, 59. Fama dediti benigneque excepti Segestis vulgata... spe vel dolore accipitur... (Arminius) volitabat... per Cheruscos, arma in Segestem, arma in Caesarem poscens. « ...Coleret Segestes victam ripam... Si patriam, parentes, antiqua mallent quam dominos et colonias novas, Arminium potius, gloriae ac libertatis, quam Segestem flagitiosae servitutis ducem sequerentur », — 1, 71. Stertinius, ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Segestis praemissus .., in civitatem Vbiorum perduxerat [4].

SEGIMERVS [5]. — 1, 71. Stertinius, ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Segestis praemissus, ipsum et filium eius

[1] **M** : *sebonianae*. Corr. Nipperdey. — « Nomen duxisse videtur a Seboso quodam nobis ignoto, qui alam videtur constituisse. *Ala Gallorum Sebosiana* anno 103 in Britannia versabatur : *C. I. L.*, III, d. XXI. » Orelli-Meiser.)

[2] **M** : *subse do.hezorũ*. « Gentis Ponticae nusquam alibi memoratae. » (Orelli-Meiser.)

[3] Prosop., 236 : « Apud Strabonem altero loco traditur Αἰγέστης.

[4] V. etiam. I, 58.

[5] Prosop., 238 : « Αἰγιμηρ — traditur ap. Strabonem. »

Digitized by Google

in civitatem Vbiorum perduxerat. Data utrique venia, facile Segimero, cunctantius filio, quia...

SEGIMVNDVS[1]. — 1, 57. Addiderat Segestes legatis filium nomine Segimundum... Anno quo Germaniae descivere, sacerdos apud aram Vbiorum creatus ruperat vittas, profugus ad rebelles[2]...

SEIANVS, v. AELIVS SEIANVS.

SEIVS QVADRATVS. — 6, 7. Tracti... sunt in casum eumdem... Seius Quadratus; originem non repperi.

SEIVS STRABO, STRABO[3],— 1, 7. In verba Tiberii Caesaris iuravere... Seius Strabo et C. Turranius, ille praetoriarum cohortium praefectus, hic annonae. — 1, 24. Praetorii praefectus Aelius Seianus, collega Straboni patri suo datus. — 4, 1. (Seianus) genitus Vulsiniis patre Seio Strabone equite Romano[4].

SEIVS TVBERO, TVBERO[5]. — 2, 20. (Germanicus) Seio Tuberoni legato tradit equitem... — 4, 29. Tum accusator (Vibius Serenus filius) Cn. Lentulum et Seium Tuberonem nominat, magno pudore Caesaris, cum primores civitatis, intimi ipsius amici,... Tubero defecto corpore, tumultus hostilis et turbandae reipublicae accerserentur. Sed hi quidem statim exempti.

SELEVCENSES, RES SELEVCENSIS. — 6, 42. Plurimum adulationis (in Tiridaten) Seleucenses induere, civitas potens, saepta muris neque in barbarum corrupta, sed conditoris Seleuci retinens. Trecenti opibus aut sapientia delecti ut senatus, sua populo vis ... Tiridates rem Seleucensem populo permittit. — 11, 8. (Vardanes) Gotarzen proturbat; neque cunctatur, quin proximas praefecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem eius abnuentibus...

SELEVCIA[6]. — 6, 44. Iamque multa manu propinqua Seleuciae adventabat (Artabanus)... — 11, 8. Gotarzes ...bellum renovat, coactusque Vardanes omittere Seleuciam Bactrianos apud campos castra contulit. — 11, 9. Regressoque Vardani deditur Seleucia, septimo post defectionem anno.

[1] Prosop., 239 : « Σεμιγούντος codices Strabonis »,
[2] V. etiam I, 58, 59.
[3] L. Seius Strabo. Prosop., 246.
[4] V. etiam 6, 8.
[5] L. Seius Tubero. Prosop., 248,
[6] Seleucia ad Tigrim.

Digitized by Google

SELEVCIA [1]. — 2, 69. (Cn. Piso) Seleuciam degreditur. — IV, 84. Nec sum ignarus esse quosdam, qui Seleucia urbe Syriae accitum (Alexandriam deum Serapin memorent)...

SELEVCVS [2]. — 6, 42. Seleucenses, civitas potens..., neque in barbarum corrupta, sed conditoris Seleuci retinens.

SELEVCVS.—II, 78. (Amici Vespasianum) hortari, responsa vatum et siderum motus referre. Nec erat intactus tali superstitione, ut qui mox rerum dominus Seleucum quemdam mathematicum rectorem et praescium palam habuerit.

SEMNONES. — 2, 45. E regno... Marobodui Suebae gentes, Semnones ac Langobardi. — *G.* 39. Vetustissimos se nobilissimosque Sueborum Semnones memorant. . Adicit auctoritatem fortuna Semnonum : centum pagis habitant.

SEMPRONIAE ROGATIONES [3]. — 12, 60. Claudius (procuratoribus) omne ius tradidit, de quo totiens seditione aut armis certatum, cum Sempronii rogationibus equester ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursum...

SEMPRONIVM NOMEN. — 1, 53. (Sempronius Gracchus Iuliae adulter) constantia mortis haud indignus Sempronio nomine.

TI. SEMPRONIVS [4]. — III, 34. Condita erat (Cremona) *Ti.* [5] Sempronio et *P.* Cornelio consulibus, ingruente in Italiam Annibale.

SEMPRONIVS DENSVS [6]. — I, 43. Insignem illa die virum Sempronium Densum aetas nostra vidit. Centurio is praetoriae cohortis a Galba custodiae Pisonis additus, stricto pugione occurrens armatis... quamquam vulnerato Pisoni effugium dedit.

SEMPRONIVS GRACCHVS, GRACCHVS, SEMPRONIVS [7]. — 1, 53. Par causa saevitiae (Tiberio) in Sempronium Gracchum.

[1] Seleucia Pieria.

[2] Seleucus I Nicator.

[3] Intellegendae sunt rogationes C. Sempronii Gracchi tribuni plebis.

[4] Ti. Sempronius Longus, cos. a. 536 = 218.

[5] **M** : *T.* Corr. Lipsius. Cf. T. Liv., 21, 6, 3 : « Consules tunc Romae erant P. Cornelius Scipio et Ti. Sempronius Longus » ; 21, 25, 2 : « Quod nuper circa Padum Placentiam Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas aegre patiebantur. » — Ritter : *Sempronio et Cornelio* (*P* deest in **M**), coll. *Ag.*, 44 : *Collega Priscoque consulibus* ; *O.*, 17 : *Hirtio... et Pansa consulibus.*

[6] Prosop., 264.

[7] (Ti.) Sempronius Gracchus. Prosop., 265.

Digitized by Google

qui familia nobili, sollers ingenio et prave facundus, eamdem Iuliam in matrimonio Marci Agrippae temeraverat... Litterae..., quas Iulia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit, a Graccho compositae credebantur. Igitur amotus Cercinam, Afric maris insulam, quattuordecim annis exilium toleravit... Constantia mortis haud indignus Sempronio nomine... — 4, 13. (C. Gracchum) comitem exilii admodum infantem pater Sempronius in insulam Cercinam tulerat[1].

C. (SEMPRONIVS) GRACCHVS, v. C. GRACCHVS *(A* et *B)*.

SENECA, v. ANNAEVS SENECA.

SENECIO, v. CLAVDIVS SENECIO, HERENNIVS SENECIO.

*SENIA LEX, v. SAENIA LEX.

SENIENSIS COLONIA, SENIENSES. — IV, 45. Manlius Patruitus senator pulsatum se in colonia Seniensi coetu multitudinis et iussu magistratuum querebatur... Cognita causa in convictos vindicatum, additumque senatus consultum, quo Seniensium plebes modestiae admoneretur.

*SENIVS RVFVS, v. FAENIVS RVFVS.

SENONES. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « At cum Senonibus pugnavimus ». — 15, 41. Fuere qui adnotarent XIII kalendas Sextiles principium incendii (Neronis) ortum, quo et Senones captam urbem inflammaverint.

SENTIVS. — IV, 7. (Testatur Helvidius Priscus) fuisse Vespasiano amicitiam cum Thrasea, Sorano, Sentio[2]; quorum accusatores etiamsi puniri non oporteat...

CN. SENTIVS, SENTIVS[3]. — 2, 74. Inter Vibium Marsum et Cn. Sentium diu quaesitum (uter Suriae praeficeretur). Dein Marsus seniori et acrius tendenti Sentio concessit. — 2, 76. (Apud Cn. Pisonem disserebat M. Piso filius)... si regrederetur (pater in Suriam), obsistente Sentio civile bellum incipi. — 2, 77. Domitius Celer... disseruit... Pisonem, non Sentium Suriae praeposi-

[1] V. etiam 3, 24.

[2] Dett. : *Seneca*. — Ritter : « Non obscuri cuiusdam hominis, sed viri illustris et a Nerone caesi mentionem iniectam esse liquet. Sentii autem partes sub Nerone nullae. Malim igitur *Anteio*... » Intellegendus est P. Anteius.

[3] Cn. Sentius Saturninus. Prosop., 295.

Digitized by Google

tum. — 2. 79. Sentius Pisoni per litteras aperit (sextam legionem a Domitio frustra temptatam) monetque, ne castra corruptoribus, ne provinciam bello temptet... — 2, 80. Piso... testabatur (se) provincia... arceri, non a legionibus..., sed a Sentio privatum odium falsis criminibus tegente. — 2, 81. Tum Sentius occanere cornua tubasque et peti aggerem, erigi scalas iussit. — 3, 7. Vulgatum erat missam, ut dixi, a Cn. Sentio famosam veneficiis Martinam subita morte Brundisii exstinctam.

SEPTEMBER. — 2, 32. Iduum Septembrium dies. — I, 77. In Septembres (kalendas). — A. 44. Decimo kalendas Septembres.

SEPTENTRIO. — 13, 53. (L. Antistius) Vetus Mosellam atque *Ararim* facta inter utrumque fossa conectere parabat, ut... sublatis... itineris difficultatibus navigabilia inter se Occidentis Septentrionisque litora fierent.

SEPTIMIVS. — 1, 32. Septimius (centurio), cum perfugisset ad tribunal..., eo usque flagitatus est (a seditiosis Germanicarum legionum militibus), donec ad exitium dederetur.

SEQVANI. — 1, 34. Germanicus... Sequ*anos* proximas[1] et Belgarum civitates in verba (Tiberii) adigit. — 3, 45. Silius .. praemissa auxiliari manu vastat Sequanorum pagos, qui finium extremi et Aeduis contermini sociique in armis erant. — 3, 46. (Hortatur Silius milites) « Vna nuper cohors rebellem Turonum, una ala Trevirum, paucae huius ipsius exercitus turmae profligavere Sequanos... ». — I, 51. Sequanis Aeduisque ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infensi (Germanici exercitus) expugnationes urbium... hauserunt animo... — IV, 67. Iulius Sabinus.. popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam civitatem et nobis fidam, nec Sequani detractavere certamen. Fortuna melioribus adfuit; fusi Lingones .. Sequanorum prospera acie belli impetus stetit.

*SERACI, SERACENI, v. SIRACI.

SERAPIS. — IV, 81. E plebe Alexandrina quidam oculorum tabe notus genua (Vespasiani) advolvitur, remedium caecitatis exposcens gemitu, monitu Serapidis dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit. — IV, 84. Templum... exstructum (Alexan-

[1] **M** : *seque proximos*. In marg. : *sequanos*. — Corr. Nipperdey. — Beroaldus : *Sequanos proximos*; Haase : *seque et proximos*. — « Die ganze Begleitung des Germanicus kann nicht *proximi* genannt werden. » (Nipperdey-Andresen.)

Digitized by Google

driae) loco, cui nomen Rhacotis; fuerat illic sacellum Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum[1].

SERENVS, v. VIBIVS SERENVS.

(L. SERGIVS) CATILINA, v. CATILINA.

SERICA VESTIS. — 2, 33. Decretumque (a senatu)... ne vestis Serica[2] viros foedaret.

SERIPHVS.— 2,85. Vistilia praetoria familia genita licentiam stupri apud aediles vulgaverat....; in insulam Seriphon abdita est, — 4, 21. (Cassius Severus) per immodicas inimicitias, ut... Cretam amoveretur effecerat. Atque illic eadem actitando recentia veteraque odia advertit, bonisque exutus, interdicto igni atque aqua, saxo Seripho consenuit.

SERTORIVS [3]. — 3, 73. Ne Spartaco quidem,... quamquam Sertorii atque Mithridatis ingentibus bellis labaret respublica, datum, ut pacto in fidem acciperetur. — IV, 13. (Iulius) Civilis ultra quam barbaris solitum ingenio sollers et Sertorium se aut Annibalem ferens simili oris dehonestamento.

(SERTORIVS) MACRO, v. MACRO.

Q. SERVAEVS, SERVAEVS. — 2, 56. Commagenis Q. Servaeus praeponitur, tum primum ad ius praetoris translatis. — 3, 13. Servaeus et Veranius et Vitellius consimili studio... (Cn. Pisonem accusavere). -- 3, 19. Paucis post diebus Caesar auctor senatui fuit Vitellio atque Veranio et Servaeo sacerdotia tribuendi. — 6, 7. Q. Servaeus posthac et Minucius Thermus inducti, Servaeus praetura functus et quondam Germanici comes... Sed Minucius et Servaeus damnati indicibus accessere [4].

SERVII. — II, 48. « Post Iulios, Claudios, Servios[5], se (Othonem) primum in familiam novam imperium intulisse. »

SERVILIA. — 16, 30. (Obiectabat Ostorius Sabinus Bareae Sorani accusator), quod pecuniam magis dilargita esset (filia eius). Acciderat sane pietate Serviliae, id enim nomen puellae fuit, quae caritate erga parentem, simul imprudentia aetatis, non tamen aliud consultaverat quam de incolumitate domus.. , an cognitio

[1] V. etiam 4, 82, 83.
[2] M : *sirica*.
[3] Q. Sertorius.
[4] V. etiam 2, 74: 3, 10, 12, 17.
[5] Intellegendus est Servius (Sulpicius) Galba,

Digitized by Google

senatus nihil atrox adferret. Igitur accita est in senatum... filia intra vicensimum aetatis annum, nuper marito Annio Pollione in exilium pulso viduata desolataque... — 16, 33. (Paeto) Thraseae Soranoque et Serviliae datur mortis arbitrium [1].

SERVILIAE LEGES [2]. — 12, 60. Claudius (procuratoribus) omne ius tradidit, de quo totiens seditione aut armis certatum, cum.... aut rursum Serviliae leges senatui iudicia redderent.

SERVILIANI [3] HORTI. — 15, 55. Milichus in hortos Servilianos (ad Neronem) pergit. — III, 38. Gravi corporis morbo aeger Vitellius Servilianis hortis...

SERVILIVS [4]. — 6, 29. Ab Servilio et Cornelio accusatoribus adulterium Liviae, magorum sacra obiectabantur (Mamerco Scauro). — 6, 30. Ac tamen accusatores, si facultas incideret, poenis adficiebantur, ut Servilius Corneliusque perdito Scauro famosi, quia pecuniam a Vario Ligure omittendae delationis ceperant, in insulas interdicto igni atque aqua demoti sunt.

M. SERVILIVS [5]. — 2, 48. (Tiberius) Pantuleii divitis equitis Romani hereditatem... tradidit M. Servilio... — 3, 22. Deprecatus primo senatum (Tiberius), ne maiestatis crimina tractarentur (in Lepidam), mox M. Servilium e consularibus aliosque testes inlexit ad proferenda, quae velut reicere voluerat.

M. SERVILIVS, SERVILIVS, SERVILIVS NONIANVS [6]. — 6, 31. C. Cestio M. Servilio consulibus. — 14, 19. Sequuntur virorum inlustrium mortes, Domitii Afri et M. Servilii, qui summis honoribus et multa eloquentia viguerant, ille orando causas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris et elegantia vitae, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus. — *O.* 23. (Loquitur Aper) « Vobis utique versantur ante oculos illi,..., quibus eloquentia Aufidii Bassi aut Servilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet. »

SERVILIVS CAEPIO [7]. — *G.* 37. Germani Carbone et Cassio et

[1] V. etiam 16, 31, 32.

[2] Intellegendae sunt leges Q. Servilii Caepionis, cos. a. 648 = 106, et C. Servilii Glauciae, trib. pleb. a. inc. ante 654 = 100. Cf. Nipperdey-Andresen.

[3] « Fortasse nomen acceperant a M. Servilio » (Noniano) Brotier, ad 15, 55.

[4] Servilius (Tuscus?). Prosop., 408.

[5] Prosop., 419. Pater, ut videtur, Servilii Noniani.

[6] Prosop., 420.

[7] Q. Servilius Caepio, cos. a. 648 = 106.

Digitized by Google

Scauro Aurelio et Servilio Caepione, Cn. quoque Manlio fusis vel captis quinque simul consulares exercitus populo Romano... abstulerunt.

(P. SERVILIVS) ISAVRICVS, v. ISAVRICVS.

SERVIVS MALVGINENSIS, v. MALVGINENSIS.

SERVIVS TVLLIVS. — 3,26. Sed praecipuus Servius Tullius sanctor legum fuit, quis etiam reges obtemperarent. — 15, 41. (Templum) quod Servius Tullius Lunae... sacraverat, (incendio Neronis amissum est). — III, 72. Mox Servius Tullius sociorum studio, dein Tarquinius Superbus... hostium spoliis exstruxere (templum Iovis Capitolini)

SESOSIS. — 6, 28. Sunt qui adseverent... priores... alites (phoenices) Sesoside[1] primum, post Amaside dominantibus, dein..., advolavisse...

* SESOSTRIS, v. SESOSIS.

SEVERVS. — 15, 42. Nero.., exstruxit... domum (auream)... magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat, etiam quae natura denegavisset, per artem temptare et viribus principis inludere. Namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant...

SEVERVS, v. A. CAECINA SEVERVS.

SEXTIA. — 6. 29. (Mamercus) Scaurus.... damnationem anteiit, hortante Sextia uxore, quae incitamentum mortis et particeps fuit.

SEXTIA. — 16. 10. L. (Antistius) Vetus socrusque eius Sextia et Pollitta filia necem subiere, invisi principi, tamquam vivendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum, generum Lucii Veteris[2].

SEXTILIA, AVGVSTA[3]. — II, 64. Galeria imperatoris (A. Vitellii) uxor non immixta tristibus, et pari probitate mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris; dixisse quin etiam ad primas filii sui epistulas ferebatur non Germanicum a se, sed Vitellium genitum. Nec ullis postea fortunae illecebris aut ambitu civitatis in gaudium evicta domus suae tantum adversa sensit. — II, 89.

[1] M: *aliter esse soside*. Corr. Rhenanus et Iac. Gronov. — Vulg.: *sesostride*.
[2] V. etiam 16, 11.
[3] Prosop., 460.

Digitized by Google

Vitellius... Capitolium ingressus atque ibi matrem complexus Augustae nomine honoravit [1].

SEXTILIS (MENSIS), AVGVSTVS. — 15, 41. Quartum decimum kalendas Sextiles. — II, 91. XV kalendas Augustas.

SEXTILIVS FELIX, SEXTILIVS. — III, 5. Sextilius Felix cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum iuventute ad occupandam ripam Aeni fluminis... missus (a ducibus Flavianis). — IV, 70. Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Raetiam (in superiorem Germaniam inrupit) .. (Legionarii dediticii) primo cohortem praemissam a Sextilio Felice interficiunt... Tutor... pontem Navae fluminis abruperat; sed incursu cohortium, quas Sextilius ducebat et reperto vado proditus fususque.

SEXTIVS AFRICANVS, AFRICANVS [2]. — 13, 19. Sextium Africanum nobilem iuvenem a nuptiis (Iuniae) Silanae deterruerat Agrippina, impudicam et vergentem annis dictitans, non ut Africanum sibi seponeret, sed ne opibus et orbitate Silanae maritus poteretur. — 14, 46. Census per Gallias a Q. Volusio et Sextio Africano Trebellioque Maximo acti sunt, aemulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano; Trebellium, dum uterque dedignatur, supra tulere.

SEXTIVS PACONIANVS, PACONIANVS [3]. — 6, 3. Isdem litteris (Tiberius) Caesar Sextium Paconianum praetorium perculit, magno patrum gaudio, audacem, maleficum, omnium secreta rimantem delectumque ab Seiano, cuius ope dolus C. Caesari pararetur... Summum supplicium decernebatnr, ni professus indicium foret. — 6, 39. Nec dispares Trebelleni Rufi et Sextii Paconiani exitus; nam... Paconianus in carcere ob carmina illic in principem factitata strangulatus est.

SIBYLLINI LIBRI, LIBRI SIBYLLAE, CARMINA SIBYLLAE. — 1, 76. Censuit Asinius Gallus ut libri Sibyllini adirentur (de Tiberis exundatione). — 6, 12. Relatum inde ad patres a Quintiliano tribuno plebei de libro Sibullae, quem Caninius Gallus quindecimvirum recipi inter ceteros eiusdem vatis et ea de re senatus consultum postulaverat... Quod a maioribus quoque

[1] V. etiam I, 75; II, 48; III, 67.
[2] T. Sextius Africanus. Prosop., 464.
[3] (L.) Sextius Paconianus. Prosop., 475.

Digitized by Google

decretum erat post exustum sociali bello Capitolium, quaesitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias carminibus Sibullae, una seu plures fuere, datoque sacerdotibus negotio... vera discernere. — 15, 44. (Post Neronis incendium) petita dis piacula aditique Sibyllae libri, ex quibus supplicatum Vulcano et Cereri Proserpinaeque ac propitiata Iuno per matronas...

* SICAMBRI, v. SVGAMBRI.

SICILIA. — 1, 2. Pompeius apud Siciliam oppressus. — 2, 59. (Germanicus in Aegypto) incedere... pari cum Graecis amictu, P. Scipionis aemulatione, quem eadem factitavisse apud Siciliam, quamvis flagrante adhuc Poenorum bello, accepimus. — 4, 13. (C. Gracchus) per Africam ac Siciliam mutando sordidas merces sustentabatur. — 6, 12. Post exustum sociali bello Capitolium quaesitis... per Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias carminibus Sibullae. — 6, 14. (Rubrius Fabatus) repertus (est) apud fretum Siciliae... — 12, 23. Galliae Narbonensi... datum, ut senatoribus eius provinciae non exquisita principis sententia, iure quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret.

SICVLVM FRETVM. — 1, 53. Oppido Reginorum, qui Siculum fretum accolunt.

SIDO. — 12, 29. Vannius Suebis a Druso Caesare impositus pellitur regno... Auctores fuere... Vangio ac Sido sorore Vannii geniti. — 12, 30. Regnum Vangio ac Sido inter se partivere, egregia adversus nos fide... — III, 5. Trahuntur in partes (Flavianas) Sido atque Italicus reges Sueborum, quis vetus obsequium erga Romanos. . — III, 21. Sido atque Italicus Suebi cum delectis popularium primori in acie versabantur.

SILANA, v. IVNIA SILANA.

SILANI. — 6, 2. At Romae... atroces sententiae dicebantur... Scipiones haec et Silani [1] et Cassii isdem ferme aut paulum immutatis verbis adseveratione multa censebant. — 13, 14. Simul intendere manus (in Neronem Agrippina), aggerere probra, consecratum Claudium, infernos Silanorum [2] manes invocare et tot inrita facinora.

[1] Intellegendi sunt M. (Iunius) Silanus *(B)* et Ap. Iunius Silanus.
[2] Intellegendi sunt (M.) Iunius Silanus et L. (Iunius) Silanus *(A)*.

Digitized by Google

APPIVS SILANVS, v. AP. IVNIVS SILANVS.

C. SILANVS, SILANVS [1]. — 3, 66. C. Silanum pro consule Asiae, repetundarum a sociis postulatum, Mamercus Scaurus e consularibus, Iunius Otho praetor, Bruttedius Niger aedilis simul corripiunt obiectantque violatum Augusti numen, spretam Tiberii maiestatem... — 3. 67 Auxere numerum accusatorum Gellius Publicola et M. Paconius, ille quaestor Silani, hic legatus... Servos quoque Silani, ut tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio acceperat. — 3, 68. Tiberius, quae in Silanum parabat quo excusatius sub exemplo acciperentur, libellos Divi Augusti... recitari iubet... (L. Piso) aqua atque igni Silano interdicendum censuit ipsumque in insulam Gyarum relegandum. Eadem ceteri, nisi quod Cn. Lentulus separanda Silani materna bona, quippe Atia parente geniti, reddendaque filio dixit, adnuente Tiberio. — 3, 69. At Cornelius Dolabella... increpitis C. Silani moribus addidit, ne quis vita probrosus et opertus infamia provinciam sortiretur... Disseruit Caesar non quidem sibi ignara quae de Silano vulgabantur... Darent Iuniae familiae... ut Cythnum potius concederet ; id sororem quoque Silani Torquatam, priscae sanctimoniae virginem, expetere. — 4. 15. Quia priore anno in C. Silanum vindicatum erat, decrevere Asiae urbes templum Tiberio...

D. SILANVS, SILANVS [2]. — 3, 24 Inlustrium domuum adversa ...solacio adfecit D. Silanus Iuniae familiae redditus. . D. Silanus in nepti Augusti adulter, quamquam non ultra foret saevitum quam ut amicitia Caesaris prohiberetur, exilium sibi demonstrari intellexit... Tiberius grates agenti (M.) Silano... respondit... sibi tamen adversus eum integras parentis sui offensiones neque reditu Silani dissoluta, quae Augustus voluisset. Fuit posthac in urbe neque honores adeptus est.

D. IVNIVS TORQATVS SILANVS, v. D. IVNIVS.

L. SILANVS, SILANVS [3] *(A)*. — 12, 3. L. Silano desponderat Octaviam (Claudius) Caesar iuvenemque et alia clarum insigni triumphalium et gladiatorii muneris magnificentia protulerat ad

[1] C. Iunius Silanus, Prosop., I, 545.
[2] D. (Iunius) Silanus, frater M. (Iunii) Silani *(B)*.
[3] L. Iunius Silanus Torquatus, filius M. (Iunii) Silani *(B)* Prosop., I, 559.

Digitized by Google

studia vulgi. — 12, 4. Igitur (L.) Vitellius, nomine censoris serviles fallacias obtegens..., quo gratiam Agrippinae pararet..., ferre crimina in Silanum, cuius sane decora et procax soror, Iunia Calvina..., fratrumque non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit... At Silanus insidiarum nescius ac forte eo anno praetor repente per edictum Vitellii ordine senatori o movetur..., simul adfinitatem Claudius diremit, adactusque Silanus eiurare magistratum, et reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum conlatus est. — 12, 8. Die nuptiarum (Claudii et Agrippinae) Silanus mortem sibi conscivit. — 13, 1. Agrippina fratri (Iunii Silani) L. Silano necem molita, ultorem metuebat...

L. SILANVS, SILANVS[1] *(B)*. — 15, 52. (Angebatur C. Piso) timore occulto, ne L. Silanus eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus, imperium invaderet, prompte daturis, qui a coniuratione integri essent... — 16, 7. Neque in longum dilatum est (C. Cassio malum), sed Silanus additur, nullo crimine, nisi quod Cassius..., Silanus claritudine generis et modesta iuventa praecellebant... Obiectavitque Cassio (Nero), quod inter imagines maiorum etiam C. Cassii effigiem coluisset.. , ac, ne memoria tantum infensi nominis ad discordias uteretur, adsumpsisse L. Silanum, iuvenem genere nobilem, animo praeruptum, quem novis rebus ostentaret. — 16, 8. Ipsum dehinc Silanum increpuit isdem, quibus patruum eius Torquatum, tamquam disponeret iam imperii curas..., inania simul et falsa. Nam Silanus intentior metu et exitio patrui ad praecavendum exterritus erat. Inducti posthac vocabulo indicum, qui in Lepidam Cassii uxorem, Silani amitam, incestum cum fratris filio... confingerent. — 16, 9. Tunc consulto senatus Cassio et Silano exilia decernuntur... Silanus, tamquam Naxum deveheretur, Ostiam amotus, post municipio Apuliae, cui nomen Barium est, clauditur. Illic indignissimum casum sapienter tolerans a centurione ad caedem misso corripitur... At centurio quamvis inermem, praevalidum tamen et irae quam timori propiorem cernens premi a militibus iubet. Nec omisit Silanus obniti et intendere ictus..., donec a centurione vulneribus adversis tamquam in pugna caderet. — 16, 22. (Cossutianus Capito Paeto Thraseae)

[1] L. Iunius Silanus Torquatus, filius (M.) Iunii Silani. Prosop., I, 560.

Digitized by Google

obiectabat..., nuperrime..., cum ad coercendos Silanum et Veterem certatim concurreretur (a senatoribus), privatis potius clientium negotiis vacavisse.

M. SILANVS[1] *(A)*. — 2, 59. M. Silano, L. Norbano consulibus. — IV, 48. Gaius Caesar.., Marcum Silanum obtinentem Africam metuens ablatam proconsuli legionem misso in eam rem legato tradidit.

M. SILANVS, SILANVS[2] *(B)*.—3, 24. Nec nisi Tiberio imperitante deprecari senatum ac principem ausus est (D. Silanus) M. Silani fratris potentia, qui per insignem nobilitatem et eloquentiam praecellebat. Sed Tiberius grates agenti Silano patribus coram respondit se quoque laetari, quod frater eius e peregrinatione longinqua revertisset. — 3, 57. M. Silanus ex contumelia consulatus honorem principibus petivit dixitque pro sententia, ut publicis privatisve monumentis ad memoriam temporum non consulum nomina praescriberentur, sed eorum qui tribuniciam potestatem gererent. — 5, 10. (Poppaeus Sabinus) cognoscit (falsum Drusum) sollertius interrogatum, quisnam foret, dixisse M. Silano genitum... — 6, 20. Sub idem tempus C. Caesar... Claudiam, M. Silani filiam, coniugio accepit. — *A*. 4. Pater (Agricolae) Iulius Graecinus... iram Gaii Caesaris meritus; namque M. Silanum accusare iussus et, quia abnuerat, interfectus est.

(M.) IVNIVS SILANVS, v. IVNIVS SILANVS *(B)*.

SILIA. — 16, 20. Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia, matrimonio senatoris haud ignota et ipsi ad omnem libidinem adscita ac Petronio perquam familiaris. Agitur in exilium...

(SILIANA ALA), ALA SILIANA, SILIANI. — I, 70. Caecina... laetum ex Italia nuntium accipit, alam Silianam[3] circa Padum agentem sacramento Vitellii accessisse. Pro consule Vitellium Siliani[4] in Africa habuerant; mox a Nerone, ut in Aegyptum

[1] M. Iunius M. f. Silanus. Prosop., I, 552.

[2] M. Iunius C. f. Silanus. Prosop., I, 551.

[3] *ab : silanum (silanam, b²)*. Corr. Bipontini. « Quia infra, II, 17 Med... eamdem alam *Silianam* vocat, et quoniam veri similius visum est hanc alam a *C. Silio* superioris sub Tiberio Germaniae legato... et viro clarissimo nomen accepisse quam ab obscuro quodam praefecto, cui Sullae nomen fuerit, equidem cum Bipontinis et hoc loco *Silianam* dedi et paullo post *Siliani*. » (Ritter.)

[4] *ab : silani*.

Digitized by Google

praemitterentur, exciti et ob bellum Vindicis revocati. — II, 17. Aperuerat iam Italiam bellumque transmiserat, ut supra memoravimus, ala Siliana.

C. SILIVS, SILIVS [1] *(A)*. — 1, 31. Duo apud ripam Rheni exercitus erant; cui nomen superiori, sub C. Silio legato... Quibus Silius moderabatur, mente ambigna fortunam seditionis alienae speculabantur. — 1, 72. Decreta eo anno triumphalia insignia... C. Silio ob res cum Germanico gestas. — 2, 6. Silius et Anteius et Caecina fabricandae classi (a Germanico) praeponuntur. — 2, 7. Caesar (Germanicus)... Silium legatum... inruptionem in Chattos facere iubet... Neque Silio ob subitos imbres aliud actum, quam... — 2, 25. C. Silio... ire in Chattos imperat (Germanicus). — 3, 42. (Treveri rebellantes) petebant... saltus, quibus nomen Arduenna, cum legiones utroque ab exercitu (Germanico), quas Visellius et C. Silius adversis itineribus obiecerant, arcuerunt. — 3, 43. Augebantur (Sacroviri) copiae... certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur utroque bellum sibi poscente. Mox Varro invalidus senecta vigenti Silio concessit. — 3, 45. Silius, cum legionibus duabus incedens, praemissa auxiliari manu vastat Sequanorum pagos... Mox Augustodunum petit propero agmine... — 3, 46. Silius, etsi praesumpta spes hortandi causas exemerat, clamitabat... — 4, 18. C. Silium et Titium Sabinum adgreditur (Seianus). Amicitia Germanici perniciosa utrique, Silio et quod ingentis exercitus septem per annos moderator partisque apud Germaniam triumphalibus Sacroviriani belli victor... — 4, 19. Erat uxor Silio Sosia Galla, caritate Agrippinae invisa principi... Multa adseveratione, quasi aut legibus cum Silio ageretur aut Varro consul aut illud respublica esset, coguntur patres.. Nec dubie repetundarum criminibus haerebant, sed cuncta quaestione maiestatis exercita, et Silius imminentem damnationem voluntario fine praevertit. — 11, 35. (Narcissus) patefieri domum adulteri (Messalinae) atque illuc deduci imperatorem iubet. Ac primum in vestibulo effigiem patris Silii consulto senatus abolitam demonstrat [2]...

C. SILIVS, SILIVS [3] *(B)*. — 11, 5. Incipiente C. Silio consule desi-

[1] C. Silius A. Caecina Largus. Prosop., 507.
[2] V. etiam 3. 47.
[3] Prosop., 505.

Digitized by Google

gnato, cuius de potentia et exitio in tempore memorabo, consurgunt patres... — 11, 6. Discors Suillio Silius acriter incubuit, veterum oratorum exempla referens... — 11, 12. (Messalina) in C. Silium, iuventutis Romanae pulcherrimum ita exarserat, ut Iuniam Silanam, nobilem feminam, matrimonio eius exturbaret vacuoque adultero poteretur. Neque Silius flagitii aut periculi nescius erat... — 11, 26. Abrumpi dissimulationem etiam Silius, sive[1] fatali vaecordia an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus, urgebat... Segniter eae voces acceptae, non amore in maritum, sed ne Silius summa adeptus sperneret adulteram. — 11, 29. Ac primo Callistus... et... Narcissus... (et) Pallas agitavere, num Messalinam secretis minis depellerent amore Silii. — 11, 30. Calpurnia... genibus Caesaris provoluta nupsisse Messalinam Silio exclamat... « An discidium, inquit (Narcissus Claudio), tuum nosti? Nam matrimonium Silii vidit populus et senatus et miles... » — 11, 31. Satis constat eo pavore offusum Claudium, ut identidem interrogaret, an ipse imperii potens, an Silius privatus esset... Messalina... simulacrum vindemiae per domum celebrabat..., ipsa crine fluxo thyrsum quatiens, iuxtaque Silius hedera vinctus, gerere cothurnos, iacere caput... — 11, 32. Vndique nuntii incedunt, qui gnara Claudio cuncta et venire promptum ultioni adferrent. Igitur... Silius dissimulando metu ad munia fori (digreditur). — 11, 34. Et iam erat in aspectu Messalina clamitabatque . , cum obstrepere accusator, Silium et nuptias referens. — 11, 35. Admotusque Silius tribunali non defensionem, non moras temptavit, precatus ut mors adceleraretur... Titium Proculum, custodem a Silio Messalinae datum, ... tradi ad supplicium iubet (Claudius). — 11, 36. Solus Mnester cunctationem attulit, ... clamitans..., nec cuiquam ante pereundum fuisse, si Silius rerum poteretur. — 12, 65. (Loquitur Narcissus) « ... Convictam Messalinam et Silium... » — 13, 19. Iunia Silana, quam matrimonio C. Silii a Messalina depulsam supra rettuli[2].

* A. SILIVS AVIOLA, v. ACILIVS AVIOLA.

SILIVS ITALICVS[3]. — III, 65. De pace ponendisque per condi-

[1] Lacunam post hoc verbum indicat Nipperdey.
[2] V. etiam 4, 20; 11, 27, 28.
[3] T. Catius Silius Italicus. Prosop., C. 474.

Digitized by Google

cionem armis... in aede Apollinis, ut fama fuit, pepigere (Vitellius et Flavius Sabinus). Verba vocesque duos testes habebant, Cluvium Rufum et Silium Italicum.

SILIVS NERVA [1]. — 4, 68. Iunio Silano et Silio Nerva consulibus.

SILIVS NERVA [2]. — 15, 48. Ineunt deinde consulatum Silius Nerva et Atticus Vestinus.

SILVANVS, v. GAVIVS SILVANVS.

*G. SILVANVS, v. GAVIVS SILVANVS.

SILVRES. — 12, 32. Silurum [3] gens non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret castrisque legionum premenda foret. Id quo promptius veniret, colonia Camulodunum valida veteranorum manu deducitur in agros captivos... — 12, 33. Itum inde in Siluras, super propriam ferociam Carataci viribus confisos, quem... — 12, 38. Praefectum castrorum et legionarias cohortes exstruendis apud Siluras [4] praesidiis relictas circumfundunt. — 12, 39. Crebra hinc proelia..., praecipua Silurum pervicacia. Quos accendebat vulgata imperatoris Romani vox, ut quondam Sugambri excisi..., ita Silurum nomen penitus exstinguendum. — 12, 40. Adversa interim legionis pugna... Silures id quoque damnum intulerant lateque persultabant, donec adcursu Didii pellerentur. — 14, 29. Successor (A. Didii in Britannia) Veranius modicis excursibus Siluras [5] populatus... — A. 11. Silurum colorati vultus, torti plerumque crines et posita contra Hispania Hiberos veteres traiecisse... fidem faciunt. — 17. Iulius Frontinus... validam... et pugnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus.

SIMBRVINVS, VM. — 11, 13. (Claudius) fontes... aquarum Simbruinis [6] collibus deductos urbi intulit. — 14, 22. Discumbentis Neronis apud Simbruina stagna *in villa*, cui Sublaqueum nomen est, ictae dapes mensaque disiecta erat (fulmine).

[1] P. Silius Nerva. Prosop., 513.

[2] A. Licinius Silius Nerva vel A. Licinius Nerva Silianus, filius, ut videtur, eius qui supra est. Prosop., 511[a] et L, 154.

[3] M : *siluarum*. Corr. Rhenanus.

[4] M : *silulas*.

[5] M : *siluas*. Corr. Lipsius.

[6] M : *sub Inbruinis*. Corr. Rhenanus. — Iac. Gronov et Ernesti : *ab Simbruinis*.

Digitized by Google

SIMO [1]. — V, 9. Post mortem Herodis, nihil exspectato Caesare (Augusto), Simo [2] quidam regium nomen (apud Iudaeos) invaserat.

SIMO [3]. — V, 12. Tres duces (Iudaeis a Tito obsessis), totidem exercitus : extrema et latissima moenium Simo, mediam urbem Ioannes..., templum Eleazarus firmaverat. Multitudine et armis Ioannes ac Simo, Eleazarus loco pollebat...

SIMONIDES. — 11, 14. Quidam... temporibus Troianis Palamedem Argivum memorant sedecim litterarum formas, mox alios ac praecipuum Simoniden ceteras repperisse.

SINDES. — 11, 10. In (Erindis) transgressu multum certato pervicit Vardanes, prosperisque proeliis medias nationes subegit ad flumen Sinden [4], quod Dahas Ariosque disterminat.

SINGVLARIVM ALA. — IV, 70. Accessit ala Singularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa. Praeerat Iulius Briganticus...

SINNACES. — 6, 31. Parthis mittendi secretos nuntios validissimus auctor fuit Sinnaces, insigni familia ac perinde opibus. — 6, 32. Sinnacen dissimulatione ac donis, simul per negotia (moratus est Artabanus). — 6, 36. Sinnaces, quem antea infensum (Artabano) memoravi, patrem Abdagaesen aliosque occultos consilii... ad defectionem trahit. — 6, 37. Neque multo post Sinnaces auget (Tiridatis) copias.

SINOPE, SINOPENSES. — IV, 83. Timotheus, quaesitis qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen nec procul templum vetere inter accolas fama Iovis Ditis... Tum legatos et dona Scydrothemidi regi, is tunc Sinopensibus imperitabat, expediri iubet (Ptolemaeus). — IV, 84. Vt Sinopen venere, munera, preces, mandata regis sui Scydrothemidi adlegant...

SINVESSA. — 12, 66. (Narcissus) valetudine adversa corripitur refovendisque viribus mollitia caeli et salubritate aquarum Sinuessam pergit.

SINVESSANAE AQVAE. — I, 72. Tigellinus accepto apud Sinuessanas aquas supremae necessitatis nuntio.

SIPYLVS. — 2, 47. Magnetes a Sipylo.

[1] Prosop., 525.
[2] **M** : *simon*.
[3] Prosop., 526.
[4] Sic **M**. — Puteolanus : *Gynden* ; Rhenanus : *Ginden*.

Digitized by Google

*SIRACENI, v. SIRACI.

SIRACI. — 12, 15. Zorsines Siracorum[1] rex. — 12, 16. Exim in Siracos[2] pergunt (Aquila ac Cotys) et transgressi amnem Pandam circumveniunt urbem Vspen.

SIRPICVS. — 1, 23. Legiones octava et quinta decima ferrum parabant, dum centurionem cognomento Sirpicum illa morti deposcit, quintadecumani tuentur.

SISENNA[3]. — III, 51. Proelio, quo apud Ianiculum adversus Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum, dein cognito facinore se ipsum interfecit, ut Sisenna memorat. — *O.* 23. (Loquitur Aper) « Vobis utique versantur ante oculos illi,... quibus eloquentia Aufidii Bassi aut Servilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet. »

SISENNA. — II, 8. (Falsus Nero) vi tempestatum Cythnum insulam detrusus,... centurionem... Sisennam, dextras, concordiae insignia, Syriaci exercitus nomine ad praetorianos ferentem, variis artibus adgressus est, donec Sisenna clam relicta insula trepidus et vim metuens aufugeret.

SISENNA STATILIVS TAVRVS, v. STATILIVS SISENNA TAVRVS.

SITONES. — *G.* 45. Suionibus Sitonum gentes continuantur.

*SMYRNA, v. ZMYRNA.

*SOFONIVS TIGELLINVS, v. OFONIVS TIGELLINVS.

SOHAEMVS[4]. — 12, 23. Ituraei... et Iudaei, defunctis regibus Sohaemo[5] atque Agrippa, provinciae Suriae additi.

SOHAEMVS[6]. — 13, 7. Nero... regionem Sophenen Sohaemo cum insignibus regiis mandat. — II, 81. Accessere (partibus Vespasiani) cum regno Sohaemus haud spernendis viribus... — V, 1. Comitabantur (Titum perdomandae Iudaeae delectum)... Agrippa Sohaemusque reges[7]...

[1] M : *syracusorum*. Corr. Lipsius. Cf. Strabo, 11, 2, 1; idem, 11, 5, 8 : Σιρακηνοί; Ptol., 5, 9, 17 et 19 : Σιρακηνοί; *C. I. Gr.*, 2132, e : Σιρακοί. — Rhenanus : *Soracorum*. — Ernesti suspicatur : *Siracenorum* vel *Seracenorum*.

[2] M : *seracos*.

[3] L. Cornelius Sisenna, praetor a. 676 = 78.

[4] Prosop., 514. Vulg. : *Sohemus*. — Dio, 59, 12 : Σοαίμῳ.

[5] M : *Sohemo*.

[6] Prosop., 545. — Vulg. : *Sohemus*.

[7] V. etiam II, 76.

Digitized by Google

SOL. — 6, 28. Sacrum Soli id animal (avis phoenix)... consentiunt... (Tradunt phoenicem) subire patrium corpus inque Solis aram perferre atque adolere. — 15, 74. Dona et grates deis decernuntur, propriusque honos Soli, cui est vetus aedes apud circum, in quo facinus parabatur, qui occulta coniurationis (C. Pisonis) numine retexisset.

SOLO. — 3, 26. Maxime... fama celebravit (leges) Cretensium, quas Minos, Spartanorum, quas Lycurgus, ac mox Atheniensibus quaesitiores iam et plures Solo perscripsit.

SOLYMI. — V, 2. Clara alii Iudaeorum initia (tradunt), Solymos carminibus Homeri celebratam gentem conditae urbi Hierosolyma nomen e suo fecisse.

SOPHENE. — 13, 7. Nero... regionem Sophenen Sohaemo cum insignibus regiis mandat.

SOPHOCLES. — *O.* 12. « Illud certe mihi concedes, Aper,... nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hyperidis includi. »

* SORACI, v. SIRACI.

SORANVS, v. BAREA SORANVS.

SOSIA GALLA, SOSIA. — 4, 19. Erat uxor Silio Sosia Galla, caritate Agrippinae invisa principi. Hos corripi... placitum... Silente reo..., conscientia belli Sacrovir diu dissimulatus, victoria per avaritiam foedata et uxor socia[1] arguebantur. — 4, 20. Sosia in exilium pellitur Asinii Galli sententia. — 4, 52. (Queritur Agrippina apud Tiberium) « Pulchram... cui sola exitii causa sit, quod Agrippinam stulte prorsus ad cultum delegerit, oblita Sosiae ob eadem adflictae. »

SOSIBIVS[2]. — 11, 1. Adiungitur (Suillio Valerii Asiatici accusatori) Sosibius Britannici educator. — 11, 4. Sestertium quindeciens... Crispino decreta. Adiecit (L.) Vitellius sestertium deciens Sosibio, quod Britannicum praeceptis, Claudium consiliis iuvaret.

C. SOSIVS[3]. — V, 9. Postquam in dicionem M. Antonii provinciae cesserant, rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus interfectusque a P. Ventidio... Iudaeos C. Sosius subegit.

[1] Haec est primaria codicis scriptura, quam tuetur Nipperdey-Andresen. Vulgo: Sosia.

[2] Prosop., 552.

[3] Prosop., 556.

Digitized by Google

SOSTRATVS. — II, 4. Sostratus, sacerdoti (Paphiae Veneris) id nomen erat,... futura aperit (Tito).

SOZA. — 12, 16. Sic pulsus hostis ventumque Sozam, oppidum Dandaricae.

SPARTACVS. — 3, 73. Non alias magis sua populique Romani contumelia indoluisse (Tiberium) Caesarem ferunt... Ne Spartaco quidem post tot consularium exercituum clades inultam Italiam urenti, quamquam Sertorii atque Mithridatis ingentibus bellis labaret res publica, datum, ut pacto in fidem acciperetur... — 15, 46. Per idem tempus gladiatores apud oppidum Praeneste temptata eruptione... coerciti sunt, iam Spartacum et vetera mala rumoribus ferente populo.

SPARTANI. — 2, 60. (Oppidum Canopum) condidere... Spartani..., qua tempestate Menelaus Graeciam repetens diversum ad mare terramque Libyam deiectus *est*. — 3, 26. Maxime... fama celebravit (leges) Cretensium, quas Minos, Spartanorum, quas Lycurgus... perscripsit.

SPELVNCA. — 4, 59. Vescebantur (Tiberius et Seianus) in villa, cui vocabulum Speluncae, mare Amunclanum inter et Fundanos montes.

SPES. — 2, 49. Spei aedes a Germanico sacratur; hanc A. Atilius voverat (bello Punico).

SPVRINNA, v. VESTRICIVS SPVRINNA.

STAIVS. — 4, 27. Missus... a (Tiberio) propere Staius tribunus cum valida manu ducem ipsum (servilis tumultus T. Curtisium) et proximos audacia in urbem traxit...

STATILIA MESSALINA[1]. — 15, 68. (Veteribus odii Neronis in Atticum Vestinum causis) accesserat repens causa, quod Vestinus Statiliam Messalinam matrimonio sibi iunxerat, haud nescius inter adulteros eius et Caesarem esse.

(STATILIVS TAVRVS), TAVRVS, TAVRVS STATILIVS [2]. — 3, 72. Nec Augustus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuvias aut exundantes opes ornatum ad urbis et posterum gloriam conferre. — 6, 11. (Praefecturam urbis) Taurus Statilius, quamquam provecta aetate, egregie toleravit.

[1] PROSOP., 625.
[2] T. Statilius Taurus. PROSOP., 615.

Digitized by Google

(STATILIVS SISENNA TAVRVS), SISENNA STATILIVS TAVRVS [1]. — 2, 1. Sisenna[2] Statilio Tauro L. Libone consulibus.

STATILIVS TAVRVS, TAVRVS [3]. — 12, 59. At Claudius saevissima quaeque promere adigebatur eiusdem Agrippinae artibus, quae Statilium Taurum opibus inlustrem hortis eius inhians pervertit accusante Tarquitio Prisco. Legatus is Tauri Africam imperio proconsulari regentis, postquam revenerant, pauca repetundarum crimina, ceterum magicas superstitiones obiectabat. Nec ille diutius falsum accusatorem... perpessus vim vitae suae attulit... — 14, 46. Damnatus isdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum Bithynis interrogantibus, magno patrum gaudio, quia accusatum ab eo Statilium Taurum pro consule ipsius meminerant.

STATIVS ANNAEVS. — 15, 64. Seneca..., durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum, diu sibi amicitiae fide et arte medicinae probatum, orat provisum pridem venenum, quo damnati publico Atheniensium iudicio exstinguerentur, promeret...

[1] (T. ?) Statilius Sisenna Taurus. Prosop., 613.

[2] « Cognomen *Sisenna*, pro more apud Tacitum saepe usurpato neque apud alios scriptores inaudito, gentis nomini praepositum legimus... Sed hoc quotiens admittitur, neque praenomen neque aliud cognomen additur. Magis vero barbarum est, ubi ad *Sisennam Statilium*, h. e. post cognomen priore loco et nomen altero positum, tertio novum cognomen *(Taurus)* accedit. Vt igitur vitium tam manifestum removeretur, expunxi *Taurum* eumque adiunctum esse puto in libro archetypo a viro litterato, qui *Taurum* cognomentum a Statiliis non alienum esse ex 6, 11; 12, 59; 14, 46, meminisset idque in margine vel supra versum poneret (Ritter). — « *Tauro* (oder eher *Sisenna*, da dieses nicht Vorname sein kann, als Beiname aber seiner Stellung wegen verdächtig ist, da Tac. in der Bezeichnung des Jahres durch Konsulnamen den Beinamen nicht vor den Geschlechtsnamen setzt, ist Zusatz jemandes aus einem Konsulnverzeichnis, wie den Fasten von Antium (*C. I. L.*, X, 6639): *Sisenna Statilius Taurus L. Scribonius*... Denn Tac. nennt ausser bei besonderen Veranlassungen, wie *A.* 4, bedeutendere Männer nur mit zwei Namen... » (Nipperdey-Andresen.) — Medicei lectionem dubitanter tuetur Mack. I, 3 sq. Idem (III, 20): « Sollte wirklich einer zu streichen sein..., so müsste meines Erachtens jedoch nicht *Taurus*, sondern *Sisenna* verschwinden. Wo Tacitus eins der gebräuchlichen Praenomina, wie hier *Titus*, zur Verfügung hat, weicht er die ungewöhnlichen alter oder neuen. »

[3] Prosop., 618.

[4] Nipperdey-Andresen : « *Statius* war sein eigentlicher Gentilname, den zweiten Gentilnamen *Annaeus* hatte er wahrscheinlich vom Seneca als dessen Klient angenommen. »

Digitized by Google

STATIVS DOMITIVS. — 15, 71. Exuti dehinc tribunatu... Statius Domitius, quasi principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur.

STATIVS MVRCVS [1]. — I, 43. Advenere missu Othonis nominatim in caedem (Pisonis) ardentis... Statius Murcus speculator ..

STATIVS PROXIMVS. — 15, 50. Adscitae sunt (in C. Pisonis coniurationem) super Subrium et Sulpicium... militares manus : Gavius Silvanus et Statius Proximus tribuni cohortium praetoriarum... — 15, 60. (Plautius Lateranus) manu Statii tribuni trucidatur, plenus constantis silentii nec tribuno obiciens eamdem conscientiam. — 15, 71. E tribunis... Statius Proximus veniam, quam ab imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit.

STATOR. — 15, 41. Aedes... Statoris Iovis vota Romulo.

L. STERTINIVS, STERTINIVS. — 1, 60. Bructeros sua urentes expedita cum manu L. Stertinius missu Germanici fudit. — 1, 71. Iam Stertinius... Segimerum fratrem Segestis... in civitatem Vbiorum perduxerat. — 2, 8. Missus ilico Stertinius cum equite et armatura levi... Angrivariorum perfidiam ultus est. — 2, 10. Ni Stertinius adcurrens plenum irae... Flavum adtinuisset. — 2, 11. (Germanicus) equitem vado tramittit. Praefuere Stertinius et... Aemilius... Ceteros (Batavorum) vis sua aut equites cum Stertinio Aemilioque subvenientes periculo exemere. — 2, 17. Stertinium cum ceteris turmis circumgredi tergaque (Cheruscorum) invadere iubet (Germanicus). — 2, 22. (Germanicus) bellum in Angrivarios Stertinio mandat [2].

(C. STERTINIVS) XENOPHON, v. XENOPHON *(B)*.

STOECHADAE. — III, 43. Fabius Valens... adversa tempestate Stoechadas Massiliensium insulas adfertur.

STOICA SECTA. — 16, 32. P. Egnatius... auctoritatem Stoicae sectae praeferebat, habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus...

STOICI, STOICVS. — 14, 57. (Loquitur Tigellinus) « (Rubellium) Plautum... veterum Romanorum imitamenta praeferre, adsumpta etiam Stoicorum adrogantia sectaque, quae turbidos et nego-

[1] Prosop., 634 : « Fortasse *Statius.* »

[2] Praeterea Nipperdey lacunam, quae in 2, 9 est post *tum permissu*, sic coniectura supplendam censuit : *tum permissu imperatoris deducitur a Stertinio.*

Digitized by Google

tiorum adpetentes faciat. — III, 81. Musonius Rufus equestris ordinis studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus. — *O.* 30. « Diodotum Stoicum (Ciceronis magistrum). — 31. « Neque enim sapientem informamus neque Stoicorum artem[1].

STRABO, v. SEIVS STRABO.

STRATONICENSES. — 3, 62. Aphrodisienses... et Stratonicenses dictatoris Caesaris ob vetusta in partes merita et recens Divi Augusti decretum adtulere (in senatum), laudati, quod Parthorum inruptionem nihil mutata in populum Romanum constantia pertulissent. Sed... civitas... Stratonicensium Iovis et Triviae religionem (tuebatur).

STRATONICIS VENVS. — 3, 63. Zmyrnaeos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi[2] Veneri templum dicaverint..., referre.

SVARDONES. — *G.* 40. (Inter Sueborum gentes adnumerantur) Suardones[3].

SVBLAQVEVM. — 14, 22. Apud Simbruina stagna in villa (Neronis), cui Sublaqueum nomen est.

(SVBLICIVS PONS), PONS SVBLICIVS. — I, 86. Subita inundatione Tiberis, qui immenso auctu proruto ponte Sublicio ac strage obstantis molis refusus...

SVBRIVS DEXTER, SVBRIVS[4]. — I, 31. Pergunt... in castra praetorianorum tribuni... Subrius Dexter..., si... seditio melioribus consiliis flecteretur... Subrium .. adorti milites. .

SVBRIVS FLAVVS, SVBRIVS, FLAVVS[5]. — 15, 49. Promptissimos (ex C. Pisonis sociis) Subrium Flavum[6] tribunum praetoriae cohortis et Sulpicium Asprum centurionem exstitisse constantia exitus docuit. — 15, 50. Adscitae sunt super Subrium et Sulpicium, de quibus rettuli, militares manus,... Et cepisse impetum Subrius Flavus ferebatur in scaena canentem Neronem adgrediendi aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incus-

[1] Döderlein : *civem;* Vahlen : *comitem;* Ioh. Müller : *antistitem;* alii alia.

[2] **M** : *strato nicidiuae.* Corr. Rhenanus. Cf. *C. I. Gr.*, 3137, 12 : τῆς Στρατονικιδὸς Ἀφροδίτης. .

[3] **A C** : *suarines;* **B** : *suarines (dones* suprascr). Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[4] Sex. Subrius Dexter. Prosop., 683.

[5] Prosop., 684. Dio : Σούβριος Φλάβιος.

[6] **M**: *flauium.* Corr. Bekker ex 58 et 67.

Digitized by Google

toditus..., nisi incolumitatis cupido retinuisset. — 15, 58. Faenius... Rufus... nondum ab indicibus nominatus. . Subrio Flavo adsistenti adnuentique, an inter ipsam cognitionem destringeret gladium caedemque (Neronis) patraret, renuit infregitque impetum iam manum ad capulum referentis. — 15, 65. Fama fuit Subrium Flavum [1] cum centurionibus occulto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur tradereturque imperium Senecae.,. Quin et verba Flavi [2] vulgabantur, non referre dedecori si citharoedus demoveretur et tragoedus succederet. — 15, 67. Mox eorumdem indicio Subrius Flavus tribunus pervertitur, primo dissimilitudinem morum ad defensionem trahens..., dein ... confessionis gloriam amplexus. Interrogatusque a Nerone... Ipsa rettuli verba... Poena Flavi Veianio Nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi iussit, quam Flavus, ut humilem et angustam increpans..., admonitusque fortiter protendere cervicem :« Vtinam, ait, tu tam fortiter ferias. »

SVEBAE GENTES. — 2, 45. E regno... Marobodui Suebae gentes, Semnones ac Langobardi.

SVEBI. — 1, 44. Veterani haud multo post in Raetiam mittuntur, specie defendendae provinciae ob imminentes Suebos. — 2, 26. (Tiberius monet Germanicum consilio, non vi) Suebos regemque Maroboduum pace obstrictum. — 2, 44. Suebi praetendebantur (a Tiberio, ut Drusum in Illyricum mitteret) auxilium adversus Cheruscos orantes. — 2, 62. (Catualda) valida manu fines Marcomanorum ingreditur..., inrumpit regiam (Marobodui) castellumque iuxta situm. Veteres illic Sueborum praedae.., — 2, 63. Et Maroboduus quidem Ravennae habitus, si quando insolescerent Suebi, quasi rediturus in regnum ostentabatur. — 12, 29. Vannius Suebis [3] a Druso Caesare impositus pellitur regno. — I, 2. Coortae in nos Sarmatarum ac Sueborum gentes. — III, 5. Trahuntur in partes (Flavianas) Sido atque Italicus reges Sueborum, quis vetus obsequium erga Romanos et gens fidei commilitio patientior. — III, 21. Sido atque Italicus Suebi cum delectis popularium primori in

[1] M : *flauium*. Corr. Bekker.
[2] M : *flauii*. Corr. Bekker.
[3] M : *sueuis*.

Digitized by Google

acie versabantur, — *G.* 1, Quidam... plures deo (Manno) ortos pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suebos [1], Vandilios adfirmant, eaque vera et antiqua (Germanorum) nomina. — 9. Pars Sueborum [2] et Isidi sacrificat... — 38. Nunc de Suebis [3] dicendum est, quorum non una.., gens; maiorem enim Germaniae partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, quamquam in commune Suebi [4] vocentur. Insigne gentis obliquare crinem nodoque substringere; sic Suebi a ceteris Germanis, sic Sueborum ingenui a servis separantur. In aliis gentibus seu cognatione aliqua Sueborum [5] seu... imitatione, rarum et intra iuventae spatium, apud Suebos usque ad canitiem horrentem capillum (retorquent)...—39. Vetustissimos se nobilissimosque Sueborum [6] Semnones memorant... Centum pagis habitant magnoque corpore efficitur, ut se Sueborum [7] caput credant. — 41. Et haec quidem pars Sueborum [8] in secretiora Germaniae porrigitur... — 43. Marsigni et Buri sermone cultuque Suebos [9] referunt. — 45. Dextro Suebici maris litore Aestiorum gentes adluuntur, quibus ritus habitusque Sueborum [10], lingua Britannicae propior. — *A.* 28. (Vsipi desertores Britannici exercitus) pro praedonibus habiti, primum a Suebis, mox a Frisiis intercepti sunt.

SVEBIA. — *G.* 43. Dirimit... scinditque Suebiam [11] continuum montium iugum... — 46. Hic Suebiae [12] finis.

SVEBICVM MARE. — *G*, 45. Dextro Suebici [13] maris litore Aestiorum gentes adluuntur.

SVEDIVS CLEMENS [14]. — I, 87. Summa expeditionis (in Galliam

[1] **A B C** : *suevos.*
[2] **A** : *suenorum*; **B C** : *suevorum.*
[3] **A B C** : *suevis.*
[4] **A B C** : *suevi.*
[5] **A B C** : *suevorum.*
[6] **A B C** : *suevorum.*
[7] **A B C** : *suevorum.*
[8] **A B C** : *verborum.* Corr. Rhenanus.
[9] **A B C** : *suevos.*
[10] **A B C** : *suevorum.*
[11] **A B C** : *sueviam.*
[12] **A B C** : *sueviae.*
[13] **A B C** : *suevici.*
[14] T. Suedius Clemens. Prosop., 687.

Digitized by Google

Narbonensem ab Othone paratae) Antonio Novello, Suedio Clementi primipilaribus, Aemilio Pacensi... permissa. — II, 12. Temptandis (maritimis Alpibus) adgrediendaeque provinciae Narbonensi Suedium Clementem, Antonium Novellum, Aemilium Pacensem duces dederat (Otho). Sed... Suedius Clemens ambitioso imperio regebat, ut adversus modestiam disciplinae corruptus, ita proeliorum avidus.

SVESSA POMETIA. — III, 72. Tarquinius Superbus capta Suessa Pometia hostium spoliis (exstruxit Capitolium).

SVETONIVS PAVLINVS, PAVLINVS SVETONIVS, SVETONIVS, C. SVETONIVS[1]. — 14, 29. Tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos, scientia militiae et rumore populi, qui neminem sine aemulo sinit, Corbulonis concertator, receptaeque Armeniae decus aequare domitis perduellibus cupiens. Igitur Monam insulam... adgredi parat... — 14, 30. Haec agenti Suetonio repentina defectio provinciae nuntiatur. — 14, 32. (Veterani coloniae Camuloduni), quia procul Suetonius aberat, petivere a Cato Deciano procuratore auxilium. — 14, 33. At Suetonius mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit... — 14, 34. Iam Suetonio quarta decuma legio cum vexillariis vicensimanis..., decem ferme milia armatorum erant, cum... congredi acie parat. — 14, 36. Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat; quamquam confideret virtuti (militum), tamen exhortationes et preces miscebat... Is ardor verba ducis sequebatur..., ut certus eventus Suetonius daret pugnae signum. — 14, 38. Iulius Classicianus, successor Cato (Deciano procuratori) missus et Suetonio discors, bonum publicum privatis simultatibus impediebat disperseratque novum legatum opperiendum esse, sine hostili ira et superbia victoris clementer deditis consulturum. Simul in urbem mandabat, nullum proeliorum finem exspectarent, nisi succederetur Suetonio... — 14, 39. Cuncta tamen (a Polyclito liberto) ad imperatorem in mollius relata, detentusque rebus gerendis Suetonius, quod postea paucas naves in litore remigiumque in iis amiserat, tamquam durante bello tradere exercitum Petronio Turpiliano... iubetur. — 16, 14. C. Suetonio Luccio Telesino consulibus. — I. 87. Peditum equitumque copiis Suetonius Paulinus,

[1] Prosop., 694.

Digitized by Google

Marius Celsus, Annius Gallus rectores destinati (ab Othone), sed plurima fides Licinio Proculo, praetorii praefecto. Is... auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli... criminando... — I, 90. In consiliis militiae Suetonio Paulino et Mario Celso... (Otho utebatur). — II, 23. Certatim, ut quisque animo ignavus, procax ore, Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum, aliosque quos Otho praefecerat, variis criminibus incessebant. — II, 24. Interea Paulini et Celsi ductu res egregie gestae... Curam peditum Paulinus, equitum Celsus sumpsere. — II, 25. Signum pugnae non statim a Suetonio Paulino pediti datum : cunctator natura et cui cauta potius consilia cum ratione quam prospera ex casu placerent... — II, 26. Deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse, ni Suetonius Paulinus receptui cecinisset, utrisque in partibus (percrebruit). Timuisse se Paulinus ferebat tantum insuper laboris atque itineris... — II, 31. Tunc Suetonius Paulinus dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere, festinationem hostibus, moram ipsis utilem disseruit... — II, 33. Accedebat sententiae Paulini Marius Celsus; idem placere Annio Gallo... rettulerant... Postquam pugnari placitum, interesse pugnae imperatorem an seponi melius foret dubitavere; Paulino et Celso iam non adversantibus, ne... — II, 37. Invenio apud quosdam auctores..., dubitasse exercitus, num... vel ipsi in medium consultarent vel senatui permitterent legere imperatorem, atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse, praecipua spe Paulini, quod vetustissimus consularium et militia clarus gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruisset. Ego ut concesserim..., ita neque Paulinum, qua prudentia fuit, sperasse corruptissimo saeculo tantam vulgi moderationem reor... — II, 39. Profecto Brixellum Othone.. , Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpae praetendebantur. — II, 40. Celso et Paulino abnuentibus militem itinere fessum, sarcinis gravem obicere hosti..., Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. — II, 44. Fugere passim Othoniani, Bedriacum petentes... Suetonius Paulinus et Licinius Proculus diversis itineribus castra vitavere... — II, 60. (Vitellius) Suetonium Paulinum ac Licinium Proculum tristi mora squalidos tenuit (Lugduni), donec auditi necessariis

Digitized by Google

magis defensionibus quam honestis uterentur; proditionem ultro imputabant... — *A.* 5. (Agricola) prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paulino, diligenti ac moderato duci, adprobavit... — 14. Suetonius hinc (post Veranium) Paulinus biennio prosperas res habuit, subactis nationibus firmatisque praesidiis; quorum fiducia Monam insulam ut vires rebellibus ministrantem adgressus terga occasioni patefecit. — 16. Quod nisi Paulinus cognito provinciae motu propere subvenisset, amissa Britannia foret, quam unius proelii fortuna veteri patientiae restituit... — 18. (Agricola) Monam insulam, a cuius possessione revocatum Paulinum rebellione totius Britanniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit[1].

* SVEVI, v. SVEBI.

SVGAMBRI. SVGAMBER. — 2, 26. (Tiberius monet Germanicum consilio) Sugambros in deditionem acceptos. — 4, 47. Subsidio Sugambrae cohortis, quam Romanus promptam ad pericula... haud procul instruxerat. — 12, 39. (Silures) accendebat vulgata imperatoris Romani vox, ut quondam Sugambri[2] excisi aut in Gallias traiecti forent, ita Silurum nomen penitus exstinguendum.

* SVILIVS, v. SVILLIVS.

P. SVILLIVS, SVILLIVS[4]. — 4, 31. P. Suillium[5] quaestorem quondam Germanici, cum Italia arceretur convictus pecuniam ob rem iudicandam cepisse, amovendum in insulam censuit (Tiberius) tanta contentione animi, ut iure iurando obstringeret e republica id esse. Quod aspere acceptum ad praesens mox in laudem vertit regresso Suillio, quem vidit sequens aetas praepotentem, venalem et Claudii principis amicitia diu prospere, numquam bene usum. — 11, 1. (Messalina) Suillium accusandis (Valerio Asiatico et Poppaeae Sabinae) immittit. — 11, 2. Suillio corruptionem militum..., exim adulterium Poppaeae, postremum mollitiam corporis obiectante. Ad quod victo silentio prorupit

[1] V. etiam II, 41, 43, 59; *A.* 15.
[2] Vulg. ante Lipsium : *Sicambri.*
[3] M : *sygambri.*
[4] P. Suillius Rufus. Prosop., 700.
[5] « *Suillium*, M, ut est apud Ovidium, *ex Ponto*, 4, 8. 1 ; in Fastis Capitolinis ..; *Suilium* Lipsius. » (Orelli)

Digitized by Google

(Valerius Asiaticus) et « Interroga, inquit, Suilli, filios tuos: virum esse me fatebuntur. — 11, 4. Vocantur post haec patres pergitque Suillius addere reos equites Romanos inlustres, quibus Petra cognomentum. — 11, 5. Continuus inde et saevus accusandis reis Suillius... Samius, insignis eques Romanus, quadringentis nummorum milibus Suillio datis et cognita praevaricatione ferro in domo eius (incubuit). — 11, 6. Discors Suillio (C.) Silius acriter incubuit... Suillius et Cossutianus et ceteri, qui non iudicium, quippe in manifestos, sed poenam statui videbant, circumsistunt Caesarem, ante acta deprecantes. — 13, 42. Variis deinde casibus iactatus et multorum odia meritus reus, haud tamen sine invidia Senecae damnatur. Is fuit P. Suillius, imperitante Claudio terribilis ac venalis, et mutatione temporum non, quantum inimici cuperent, demissus, quique se nocentem videri quam supplicem mallet... Nec Suillius questu aut exprobratione abstinebat, praeter ferociam animi extrema senecta liber et Senecam increpans infensum amicis Claudii...; se quaestorem Germanici... fuisse. — 13, 43. Repertique accusatores direptos socios, cum Suillius provinciam Asiam regeret, ac publicae pecuniae peculatum detulerunt, mox... brevius visum urbana crimina incipi, quorum obvii testes erant. Ii... omnem... Claudii saevitiam Suillio obiectabant... Igitur adempta bonorum parte... in insulas Baleares pellitur..., ferebaturque copiosa et molli vita secretum illud toleravisse.

SVILLIVS CAESONINVS, CAESONINVS[1]. — 11, 36. Suillio[2] Caesonino et Plautio Laterano mors remittitur. .; Caesoninus vitiis protectus est, tamquam in illo foedissimo coetu (Messalinae sociorumque) passus muliebria[3].

M. SVILLIVS, NERVLLINVS[4]. — 12, 25. C. Antistio M. Suillio consulibus. — 13, 43. Filium (P. Suillii) Nerullinum adgressis accusatoribus per invidiam patris et crimina repetundarum, intercessit princeps Nero...[5]

SVIONES. — G. 44. Suionum hinc civitates, ipso in Oceano, prae-

[1] Prosop., 698 : « Videtur fuisse unus ex filiis P. Suillii Rufi. »
[2] M : *suilio.* « Hoc uno loco. » (Orelli.)
[3] V. etiam 11, 2.
[4] Prosop., 699.
[5] V. etiam 11, 2.

Digitized by Google

ter viros armaque classibus valent. — 45. Trans Suionas aliud mare..., quo cingi cludique terrarum orbem... fides... Suionibus Sitonum gentes continuantur.

SVLLA, v. CORNELIVS SVLLA FAVSTVS.

SVLLA, L. SVLLA[1] *(A)*. — 1, 1. Non Cinnae, non Sullae longa dominatio. — 2, 55. Cn. Piso... oblique Germanicum perstringens, quod... (civitatem Atheniensium) comitate nimia coluisset; hos enim esse Mithridatis adversus Sullam... socios... — 3, 22. Lepida, cui super Aemiliorum decus L. Sulla et Cn. Pompeius proavi erant. — 3, 27. L. Sulla dictator, abolitis vel conversis prioribus (legibus), cum plura addidisset, otium eius rei haud in longum paravit. — 3, 62. Magnetes L. Scipionis et L. Sullae constitutis nitebantur, quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis... — 4, 56. (Zmyrnaei) L. Sullam testem adferebant, gravissimo in discrimine exercitus (a se adiutum). — 6, 48. (Tiberius) Gaio Caesari, forte orto sermone L. Sullam inridenti, omnia Sullae vitia et nullam eiusdem virtutem habiturum praedixit. — 11, 22. Post lege Sullae viginti (quaestores) creati supplendo senatui, cui iudicia tradiderat. — 12, 23. Nec tamen duces Romani, quamquam magnis nationibus subactis, usurpaverant (ius pomoerii augendi) nisi L. Sulla et Divus Augustus. — 12, 60. Marius... et Sulla olim de (iudiciis equestri ordini tribuendis) vel praecipue (pugnaverant). — 12, 62. Byzantii... (auxilia) memorabant, quae... Sullae aut Lucullo aut Pompeio obtulissent... — II, 38. Mox e plebe infima C. Marius et nobilium saevissimus Lucius Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt. — III, 72. Curam (restituendi Capitolii) victor Sulla suscepit, neque tamen dedicavit; hoc solum felicitati eius negatum. — III, 83. Conflixerant et ante armati exercitus in urbe, bis Lucio Sulla, semel Cinna victoribus... — *O.* 40. « Cum se plurimi disertorum ne Publio quidem Scipione aut *L.*[2] Sulla aut Cn. Pompeio abstinerent...[3] »

L. SVLLA, SVLLA[4] *(B)* — 3, 31. Domitius Corbulo praetura

[1] L. Cornelius Sulla dictator.

[2] *L.* add. Ritter : « Nam omnes tres qui in exemplum referuntur... aut simplici nomine aut binis vocandi erant. »

[3] V. etiam 14, 57 et Cornelia lex.

[4] L. (Cornelius) Sulla, « der Urenkel des von Cicero verteidigten *P. Sulla*, dessen

Digitized by Google

functus de L. Sulla nobili iuvene questus est apud senatum, quod sibi inter spectacula gladiatorum loco non decessisset... Contra Mamercus Scaurus et L. Arruntius aliique Sullae propinqui nitebantur... Satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullae... erat.

L. SVLLA[1] *(C)*. — 6, 15. Ser. Galba L. Sulla consulibus.

*SVLLANA ALA, SVLLANI, v. SILIANA ALA, SILIANI.

SVLLANVS. — 3, 75. Ateius Capito... avo centurione Sullano.

*C. SVLLANVS, v. GAVIVS SILVANVS.

SVLPICIA PRAETEXTATA[2]. — IV, 42. Sulpicia[3] Praetextata Crassi uxor quattuorque liberi, si cognosceret senatus (Aquilii Reguli causam), ultores aderant.

SVLPICII, SVLPICIA NOBILITAS. — 3, 48. Nihil ad veterem et patriciam Sulpiciorum familiam (Sulpicius) Quirinius pertinuit. — I, 15. (Adloquitur Galba Pisonem Licinianum) « Si te privatus adoptarem,... tibi insigne (erat) Sulpiciae ac Lutatiae decora[4] nobilitati tuae adiecisse. »

SVLPICIVS ASPER, SVLPICIVS[5]. — 15, 49. Promptissimos (ex C. Pisonis consciis) Subrium Flavum tribunum praetoriae cohortis et Sulpicium Asprum centurionem exstitisse constantia exitus docuit. — 15, 50. Adscitae sunt super Subrium et Sulpicium, de quibus rettuli, militares manus... — 15, 68. Proximum constantiae exemplum Sulpicius Asper centurio praebuit, percontanti Neroni, cur in caedem suam conspiravisset, breviter respondens non aliter tot flagitiis eius subveniri potuisse. Tum iussam poenam subiit.

SVLPICIVS CAMERINVS, CAMERINVS[6]. — 13, 52. Reos ex provincia Africa, qui proconsulare imperium illic habuerant, Sulpi-

Vater ein Bruder des Diktators war... Es ist zweifelhaft, ob er derselbe ist mit dem Konsul des Jahrs 33 n. Ch. . (6,15), da dieser nach dem Beinamen *Felix* zu schliessen eher ein Enkel des *Faustus Sulla*, Sohns des Diktators, war, Bruder von *Faustus Cornelius Sulla*, cos. suff. 31 n. Chr.... dem Vater desjenigen, von dem zu 12, 52. » (Nipperdey-Andresen.) — Prosop., C, 1194.

[1] L. Cornelius Sulla Felix; cf. supra. — Prosop., C, 1198, cf. C, 1194 et 1196.

[2] Prosop., 744. Vxor M. Licinii Crassi *(B)*.

[3] **M** : *supplicia*. Corr. Puteolanus.

[4] Freinsheim : *Sulpicia ac Lutatia decora*. — Heraeus : *Sulpiciae ac Lutatiae nobilitati tua decora*. — Ernesti : *Sulpiciae ac Lutatiae gentis* (Macke, IV, 13, malit *familiae*).

[5] Prosop., 710.

[6] Q. Sulpicius Camerinus (Pythicus ?). Prosop., 713.

Digitized by Google

cium Camerinum[1] et Pompeium Silvanum absolvit Caesar, Camerinum adversus privatos et paucos, saevitiae magis quam captarum pecuniarum crimina obicientes.

SVLPICIVS FLORVS. — I, 43. Advenere missu Othonis nominatim in caedem (Pisonis) ardentis Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus...

C. SVLPICIVS, C. GALBA, GALBA[2]. — 3, 52. C. Sulpicius D. Haterius consules sequuntur. — 6, 40. At C. Gálba consularis et duo Blaesi voluntario exitu cecidere, Galba tristibus Caesaris litteris provinciàm sortiri prohibitus.

SER. (SVLPICIVS) GALBA (orator), v. SER. GALBA *(A)*.

SER. (SVLPICIVS) GALBA (imperator), v. SER. GALBA *(B)*.

(SER. SVLPICIVS) ICELVS MARCIANVS, v. ICELVS.

SVLPICIVS QVIRINIVS. P. QVIRINIVS, QVIRINIVS[3]. — 2, 30. (Libo) extremas preces P. Quirinio[4] propinquo suo ad principem mandavit. — 3, 22. Lepida... defertur simulavisse partum ex P. Quirinio divite atque orbo... Quirinius post dictum repudium adhuc infensus quamvis infami ac nocenti miserationem addiderat. — 3, 23. Lepida, ludorum diebus... theatrum cum claris feminis ingressa..., tantum misericordiae permovit, ut effusi in lacrimas saeva et detestanda Quirinio clamitarent, cuius senectae atque orbitati et obscurissimae domui... (Damnata Lepida) aperuit Tiberius compertum sibi etiam ex P. Quirinii servis veneno eum a Lepida petitum. — 3, 48. Vt mors Sulpicii Quirinii publicis exsequiis frequentaretur, petivit a senatu (Tiberius). Nihil ad veterem et patriciam Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium Lanuvium ; sed impiger militiae et acribus ministeriis... consulatum sub Divo Augusto, mox... insignia triumphi adeptus, datusque rector C. Caesari Armeniam obtinenti... Sed ceteris haud laeta memoria Quirinii erat ob intenta, ut memoravi, Lepidae pericula sordidamque et praepotentem senectam.

[1] M : *supplicium camelinum.*

[2] Prosop., 721. Frater maior imperatoris Galbae.

[3] P. Sulpicius Quirinius. Prosop., 732.

[4] Beroaldus, Ritter, alii : *Quirino* et mox : *Quirinus*, etc. Sed cf. Orelli. — Nipperdey-Andresen : « Eins der frühesten Beispiele, dass Jemand zwei Gentilnamen führt. » — De duplici gentilicio cf. Macke, II, 12.

Digitized by Google

SVLPICIVS RVFVS. — 11, 35. Sulpicius Rufus ludi procurator (traditur ad supplicium ut conscius Messalinae et Silii).

(SVLPICIVS?) SCRIBONIANVS CAMERINVS, v. SCRIBONIANVS CAMERINVS.

SVNVCI. — IV, 66. Civilis... occupatis... Sunucis [1] et iuventute eorum per cohortes composita.

SVRENA [2]. — 6, 42. Multis coram et adprobantibus (Parthis) Surena patrio more Tiridaten insigni regio evinxit.

SVRI. — 2, 60. Quas... terras Suri... colunt (eae adnumerantur inter partes imperii Rhamsis).

SVRIA, v. SYRIA.

SVRRENTINVM PROMVNTVRIVM. — 4, 67. (Tiberius) Capreas se in insulam abdidit, trium milium freto ab extremis Surrentini promunturii diiunctam.

SVRRENTVM. — 6, 1. (Tiberius) tramisso, quod Capreas et Surrentum interluit, freto Campaniam praelegebat.

SYENE. — 2, 61. Exim ventum Elephantinen ac Syenen, claustra olim Romani imperii, quod nunc Rubrum ad mare patescit.

*SYGAMBRI, v. SVGAMBRI.

SYPHAX. — 12, 38. Patres multa et magnifica super captivitate Carataci disseruere, neque minus id clarum, quam quod Syphacem P. Scipio, Persen L. Paulus... populo Romano ostendere.

SYRACVSANI, SYRACVSAE. — 13, 49. Non referrem vulgarissimum senatus consultum, quo civitati Syracusanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur, nisi Paetus Thrasea contradixisset, praebuissetque materiem obtrectatoribus arguendae sententiae... « An solum emendatione dignum, ne Syracusis spectacula largius ederentur ? »

*SYRACVSI, v. SIRACI.

SYRIA [3]. — 1, 42. « Si Hispaniae Syriaeve miles (nos) aspernaretur » (Loquitur Germanicus.). — 2, 4. Rector Syriae Creticus Silanus. — 2, 42. Provinciae Syria atque Iudaea, fessae oneribus, deminutionem tributi orabant. — 2, 43. Tiberius demoverat Syria

[1] **M** : *sunicis* (*u* suprascr. 1 m'. « Sic scripsi cum corr. Med., quia Plinio, 4, 106, etiam sunt *Sunuci*, ab eo collocati inter Tungros et Frisiavones... » (Orelli-Meiser).

[2] Prosop., 750.

[3] Varietatem scripturae servavi, cum codices modo *Syria*, modo *Suria* habeant.

Digitized by Google

Creticum Silanum per adfinitatem conexum Germanico... Nec dubium habebat (Cn. Piso) se delectum, qui Syriae imponeretur ad spes Germanici coercendas. — 2, 55. Cn. Piso... postquam Syriam ac legiones attigit... — 2, 58. (Petebat a Germanico Artabanus) ne Vonones in Syria haberetur. — 2, 69. Dein Piso abire Suria statuit. — 2, 70. Nec Piso moratus ultra naves solvit, moderabaturque cursui, quo propius regrederetur, si mors Germanici Suriam aperuisset. — 2, 74. (Post mortem Germanici) consultatum... inter legatos..., quisnam Suriae praeficeretur (Pisonis profectione vacuae). — 2, 77. Domitius Celer... disseruit Pisonem, non Sentium Suriae praepositum. — 2, 78. Piso... Domitium impositum triremi... pergere in Suriam iubet... (Idem) vexillum tironum in Suriam euntium intercipit. — 2, 79. Interim Domitius Laodiciam urbem Syriae adpulsus... — 2, 81. Piso oravit, ut traditis armis maneret in castello, dum Caesar, cui Syriam permitteret, consulitur. — 2, 82. Negotiatores, vivente adhuc Germanico Suria egressi .. — 2, 83. Arcus (in honorem Germanici) additi... in monte Suriae Amano. — 3, 16. (In codicillis a Cn. Pisone ad Tiberium datis scriptum erat) «... vosque oro, liberis meis consulatis, ex quibus .. M. Piso repetere Syriam dehortatus est... » — 4, 5. Initio ab Suriae usque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quattuor legionibus coercita, accolis Hibero Albanoque et aliis regibus, qui magnitudine nostra proteguntur... — 5, 10. Drusum Germanici filium... elapsum custodiae pergere ad paternos exercitus, Aegyptum aut Syriam invasurum, fingebant simul credebantque (Graeci). — 6, 27. (Aelius Lamia) administrandae Suriae imagine tandem exsolutus urbi praefuerat... Exim Flacco Pomponio Syriae pro praetore defuncto... — 6, 31. (Artabanus) missis, qui gazam a Vonone relictam in Syria Ciliciaque reposcerent... — 6, 32. Et Phraates (Phraatis filius) apud Syriam... morbo absumptus est. — 6, 37. L. Vitellius ostentasse Romana arma (Parthis) satisratus... cum legionibus in Syriam remeavit. — 6, 41. M. Trebellius legatus, a (L.) Vitellio praeside Syriae... missus... — 6, 44. Tiridates cum paucis in Syriam revectus... — 11, 10. Vibio Marso, Syriae legato. — 12, 11. Datum... C. Cassio, qui Suriae praeerat, deducere (Meherdaten) ripam ad Euphratis. — 12, 23. Ituraei... et Iudaei, defunctis regibus Sohaemo atque Agrippa,

Digitized by Google

provinciae Suriae additi. — 12, 45. Vmmidium Quadratum praesidem Syriae. — 12, 49. Helvidius Priscus... (redire) in Suriam iubetur, ne initium belli adversus Parthos exsisteret. — 12, 54. Arsissetque bello provincia (Iudaea), ni (Vmmidius) Quadratus Syriae rector subvenisset. — 12, 55. Missi e Syria in subsidium (Anemuriensibus adversus Clitas) equites cum praefecto Curtio Severo turbantur. — 13, 8. Copiae Orientis ita dividuntur, ut pars auxiliarium cum duabus legionibus apud provinciam Suriam et legatum eius Quadratum Vmmidium remaneret... (Domitius Corbulo) apud Aegeas civitatem Ciliciae obvium Quadratum habuit, illuc progressum, ne, si ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret... — 13, 22. Syria P. Anteio destinata, sed variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus est. — 13, 35. Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum quam contra perfidiam hostium erat; quippe Syria transmotae legiones, pace longa segnes, munia castrorum aegerrime tolerabant. — 14, 26. Corbulo in Suriam abscessit, morte Vmmidii legati vacuam ac sibi permissam. — 15, 3. (Corbulo) scripserat... Caesari..: Syriam ingruente Vologaese acriore in discrimine esse. — 15, 4. Ea dum a Corbulone tuendae Syriae parantur... — 15, 5. Nec praesentia prospere fluebant (Vologaesi):... missae in Armeniam legiones, et aliae pro Suria paratae ultro inrumpere... — 15, 6. Copiis ita divisis, ut... tertia et sexta et decuma legiones priorque Syriae miles apud Corbulonem manerent. — 15, 9. Parthi omisso paratu invadendae Syriae spem omnem in Armeniam (verterunt). — 15, 12. (Corbulo) parte copiarum apud Suriam relicta... Armenios petivit (ut subsidium Caesennio Paeto ferret). — 15, 17. (Suadenti Paeto, ut iuncti invaderent Armeniam respondit) Corbulo..., periculo legionum (Paeti) commotum e provincia egressum; quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Suriam repetiturum... — 15, 25. Syriae... exsecutio *C.* Cestio, copiae militares Corbuloni permissae. — 15, 26. Corbulo, quarta et duodecima legionibus... in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones... in Armeniam ducit. — I, 10. Syriam et quattuor legiones obtinebat Licinius Mucianus. — I, 76. Syriae legiones Mucianus sacramento Othonis (adegit). — II, 2. Oram Achaiae et Asiae ac laeva maris praevectus, Rhodum et Cyprum insulas, inde Syriam

Digitized by Google

audentioribus spatiis petebat. — II, 5. (Licinius Mucianus) Syriae, (Vespasianus) Iudaeae praepositus, vicinis provinciarum administrationibus invidia discordes... — II, 6. Auditique saepius in Syria Iudaeaque Caesares quam inspecti .... Septem legiones statim (partibus Vespasiani) et cum ingentibus auxiliis Syria Iudaeaque. — II, 9. (Falsus Nero) in maestitiam compositus et fidem suorum quondam militum invocans, ut eum in Syria aut Aegypto sisterent, orabat. — II, 73. Vix credibile memoratu est, quantum superbiae socordiaeque Vitellio adoleverit, postquam speculatores e Syria Iudaeaque adactum in verba eius Orientem nuntiavere. — II, 74. Tertiam legionem, quod e Syria in Moesiam transisset, suam numerabat (Vespasianus). — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Tibi e Iudaea et Syria et Aegypto novem legiones integrae ». — II, 78. Est Iudaeam inter Syriamque Carmelus (mons deusque)... Haud dubia destinatione discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream ; illa Suriae, hoc Iudaeae caput est. — II, 79. Iudaicus exercitus quinto nonas Iulias apud (Vespasianum iuravit), eo ardore, ut ne Titus quidem filius exspectaretur, Syria remeans et consiliorum inter Mucianum ac patrem nuntius. — II, 80. Nihil aeque provinciam exercitumque accendit quam quod adseverabat Mucianus statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam ad militiam opulentam quietamque transferret, contra Syriacis legionibus Germanica hiberna... mutarentur. — II, 81. Ante idus Iulias Syria omnis in eodem sacramento fuit. — III, 24. Orientem solem, ita in Syria mos est, tertiani salutavere. — IV, 3. Sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma..., postquam Aegyptum, Iudaeam Syriamque et omnes provincias exercitusque lustraverant. — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) « Servirent Syria Asiaque et suetus regibus Oriens... » — IV, 39. Tertia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remissa. — IV, 84. Seleucia urbe Syriae accitum regnante Ptolemaeo, quem tertia aetas tulit... — V, 1. (Vespasianus exercitui Iudaico) addidit e Syria duodecimam (legionem)... — V, 2. Sunt qui tradant Assyrios convenas... parte Aegypti potitos mox proprias urbes Hebraeasque terras et propiora Syriae coluisse. — V, 6. Septentrionem e latere Syriae longe prospectant (terra finesque Iudaeorum). — V, 9. Simo quidam (qui apud Iudaeos) regium nomen invaserat, a Quintilio Varo obtinente Syriam punitus. —

Digitized by Google

V, 10. (Bellum Iudaicum) comprimere coeptantem Cestium Gallum Syriae legatum... — V, 26. (Loquitur Iulius Civilis) « Arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria... » — *A* 40. (Domitianus) iubet addi... opinionem Syriam provinciam Agricolae destinari, vacuam tum morte Atilii Rufi consularis et maioribus reservatam. Credidere plerique libertum... missum ad Agricolam codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse, cum praecepto ut, si in Britannia foret, traderentur...

SYRIACVS EXERCITVS, SYRIACAE LEGIONES. — II, 8. Centurionem Sisennam dextras.... Syriaci exercitus nomine ad praetorianos ferentem. — II, 80. Adseverabat Mucianus statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam ad militiam opulentam quietamque transferret, contra Syriacis legionibus Germanica hiberna caelo ac laboribus dura mutarentur.

TACFARINAS[1]. — 2, 52. Eodem anno coeptum in Africa bellum duce hostium Tacfarinate. Is natione Numida... in castris Romanis auxiliaria stipendia meritus, mox desertor... Postremo... Musulamiorum dux haberi .. Divisusque exercitus, ut Tacfarinas lectos viros... disciplina et imperiis suesceret... Nec Tacfarinas pugnam detrectavit. — 3, 20. Eodem anno Tacfarinas, quem [priore aestate] pulsum a Camillo memoravi, bellum in Africa renovat. — 3, 21. Vexillum veteranorum, non amplius quingenti numero, ...Tacfarinatis copias praesidium, cui Thala nomen, adgressas (fuderunt)... Tacfarinas perculsis Numidis et obsidia aspernantibus, spargit bellum... — 3, 32. Neque multo post missis ad senatum litteris Tiberius motam rursus Africam incursu Tacfarinatis docuit. — 3, 73. Tacfarinas, quamquam saepius depulsus, reparatis per intima Africae auxiliis huc adrogantiae venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret sedemque ultro sibi atque exercitui suo postularet, aut bellum inexplicabile minitaretur. Non alias magis sua populique Romani contumelia indoluisse Caesarem ferunt, quam quod desertor et praedo hostium more ageret; ne Spartaco quidem... datum, ut pacto in fidem acciperetur; nedum pulcherrimo populi Romani fastigio latro Tacfarinas pace et concessione agrorum redimeretur... Mox adversum artes Tacfarinatis haud dissimili modo belligeratum.

[1] Prosop., I

Digitized by Google

— 3, 74. (Blaesus), ut in limine belli dispositis castellis, per expeditos et solitudinum gnaros mutantem mapalia Tacfarinatem proturbabat, donec fratre eius capto regressus est. . — 4, 13. Carsidius Sacerdos, reus tamquam frumento hostem Tacfarinatem iuvisset, absolvitur... — 4, 23. Is demum annus populum Romanum longo adversum Numidam Tacfarinatem bello absolvit... Iamque tres laureatae in urbe statuae, et adhuc raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxiliis... — 4, 24. Tacfarinas, disperso rumore rem Romanam aliis quoque ab nationibus lacerari eoque paulatim Africa decedere, ...auget vires... Pluribus adversum Tacfarinatem expeditionibus cognitum, non gravi nec uno incursu consectandum hostem vagum. — 4, 25. Differtur per manipulos Tacfarinatem omnes, notum tot proeliis, consectentur, non nisi duce interfecto requiem belli fore. — 4, 26. Garamantum legati..., quos Tacfarinate caeso perculsa gens... ad satisfaciendum populo Romano miserat.

* TALIVS GEMINVS, v. TVLLIVS GEMINVS.

* TALLEDIVS SEVERVS, v. ALLEDIVS SEVERVS.

TAMFANA. — 1, 51. Celeberrimum (Germanis) templum, quod Tamfanae[1] vocabant, solo (aequatur a Germanici militibus).

TAMESA. — 14, 32. Feminae... canebant... visam... speciem in aestuario Tamesae subversae coloniae (Camuloduni).

TAMIRAS. — II, 3. Fama recentior tradit... scientiam artemque haruspicum... Cilicem Tamiram intulisse (templo Paphiae Veneris).

* TAMPHILVS FLAVIANVS, v. TAMPIVS FLAVIANVS.

TAMPIVS FLAVIANVS, FLAVIANVS[2]. — II, 86. Iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere (in partes Vespasiani), quamquam consularibus legatis nihil turbantibus. Tampius[3] Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes. — III, 4. Tampius Flavianus[4]

[1] Vulgo, post Beroaldum, *Tanfanae*. Cf. Nipperdey-Andresen.

[2] L. Tampius Flavianus, Prosop., 5,

[3] **M** : *Titus āplius fabianus* (*b* in *v* corr, 1 m.). Corr. Faernus. — Vulg. ante Lipsium ex dett : *Titus Fabianus*. — Priores Lipsii editiones : *Titus Flavianus*. — Edd. Pichenae, Lipsii postrema, sqq. : *T. Ampius Flavianus*. — Ritter : *Tamphilus Flavianus*. (Sed Ritter[2] : *Tampius*).

[4] Sic **M**. Vulg. ante Lipsium : *T. Appius Flavianus*. — Lipsius et sqq.: *T. Ampius Flavianus*.

Digitized by Google

natura ac senecta cunctator suspiciones militum inritabat, tamquam adfinitatis cum Vitellio meminisset; idemque, quod coeptante legionum motu profugus, dein sponte remeaverat, perfidiae locum quaesisse credebatur. Nam Flavianum, omissa Pannonia, ingressum Italiam... rerum novarum cupido legat nomen resumere et misceri civilibus armis impulerat, suadente Cornelio Fusco, non quia industria Flaviani egebat, sed ut consulare nomen surgentibus... partibus... praetenderetur. — III, 10. Ira militum in Tampium[1] Flavianum incubuit, nullo criminis argumento; sed iam pridem invisus turbine quodam ad exitium poscebatur : propinquum Vitellii, proditorem Othonis, interceptorem donativi clamitabant... (Antonius), ubi... ad tela et manus transibant, inici catenas Flaviano iubet. Sensit ludibrium miles... Profectus eadem nocte Flavianus obviis Vespasiani litteris discrimini exemptus est. — III, 11. Petulantiae certamen erat, ne minus violenter Aponium quam Flavianum ad supplicium deposcerent. — V, 26. (Loquitur Iulius Civilis) « Arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria, Aponius in Moesia, Flavianus in Pannonia. »

TANAIS. — 12, 17. Magna gloria exercitus Romani, quem incruentum et victorem tridui itinere afuisse ab amne Tanai constitit.

TANAVS. — A. 22. Tertius expeditionum annus novas gentes aperuit (Agricolae), vastatis usque ad Tanaum[2], aestuario nomen est, nationibus.

* TANFANA, v. TAMFANA.

* TANGITANA, v. TINGITANA.

TANTALVS. — 4, 56. Zmyrnaei repetita vetustate, seu Tantalus Iove ortus illos, sive Theseus... condidisset...

TARENTINVM FOEDVS. — 1, 10. Tarentino... foedere (inter Octavianum et Antonium facto).

TARENTVM. — 14, 12. (Iunia) Silana fato functa erat, longinquo ab exilio Tarentum regressa. — 14, 27. Veterani Tarentum et Antium adscripti non tamen infrequentiae locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant. — II, 83. (Mucianus cogitabat) Vitellium in incerto fore, quam

[1] M : *T. ampium*. Corr. Faernus. — De vulg. cf. notam quae supra est.
[2] Vulg. cum dett. : *Taum*.

Digitized by Google

partem Italiae protegeret, si... Brundisium Tarentumque et Calabriae Lucaniaeque litora infestis classibus peterentur.

TARIVS GRATIANVS[1]. — 6, 38. Tarius[2]... Gratianus praetura functus lege (maiestatis) extremum ad supplicium damnatus.

TARPEIVM SAXVM, TARPEIA RVPES. — 6, 19. Sex. Marius Hispaniarum ditissimus defertur incestasse filiam et saxo Tarpeio deicitur. — III, 71. Tum diversos Capitolii aditus invadunt iuxta lucum asyli et qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur[3].

TARQVINII. — 11, 22. Creatique primum a populo (quaestores) Valerius Potitus et Aemilius Mamercus sexagensimo tertio anno post Tarquinios exactos.

TARQVINIVS PRISCVS. — 4, 65. Haud fuerit absurdum tradere montem eum... Caelium appellitatum a Caele Vibenna, qui dux gentis Etruscae, cum auxilium tulisset, sedem eam acceperat a Tarquinio Prisco, seu quis alius regum dedit. — III, 72. Voverat Tarquinius Priscus rex bello Sabino templum (Iovis Capitolini) ieceratque fundamenta spe magis futurae magnitudinis, quam quo modicae adhuc populi Romani res sufficerent.

TARQVINIVS, TARQVINIVS SVPERBVS. — 3, 27. Pulso Tarquinio adversum patrum factiones multa populus paravit tuendae libertatis et firmandae concordiae, creatique decemviri... — 6, 11. Ferunt... ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium (urbi impositum). — III, 72. Tarquinius Superbus capta Suessa Pometia hostium spoliis (exstruxit templum Iovis Capitolini).

TARQVITIVS CRESCENS. — 15, 11. Vologaeses, quamvis obsessa a Paeto itinera... accepisset..., alares exterruit, legionarios obtrivit, uno tantum centurione Tarquitio Crescente turrim, in qua praesidium agitabat, defendere auso factaque saepius eruptione et caesis, qui barbarorum propius suggrediebantur, donec ignium iactu circumveniretur.

TARQVITIVS PRISCVS, TARQVITIVS[4] — 12, 59. (Agrippina) Statilium Taurum... pervertit accusante Tarquitio Prisco. Legatus is Tauri Africam imperio proconsulari regentis... Nec ille diutius falsum accusatorem... perpessus vim vitae suae attulit... Tarqui-

[1] Prosop., 13.
[2] Vulg. cum Beroaldo : *Tatius*. Codicis scripturam reduxit Orelli.
[3] Cf. 2, 32 : 4, 29.
[4] Prosop., 20.

Digitized by Google

tius tamen curia exactus est, quod patres odio delatoris contra ambitum Agrippinae pervicere. — 14, 46. Damnatus isdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum Bithynis interrogantibus, magno patrum gaudio, quia accusatum ab eo Statilium Taurum pro consule ipsius meminerant.

TARRACINA [1]. — 3, 2. Drusus Tarracinam progressus est, (ut cineribus Germanici obviam iret). — III, 57. Vt conlata utrimque castra, haud magna cunctatione (Claudio) Iuliano in partes Vespasiani transgresso, Tarracinam occupavere, moenibus situque magis quam ipsorum ingenio tutam. — III, 60. (Antonius Primus apud milites contionatur) « ...Nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio quam quod inter Tarracinam Narniamque iaceat ». — III, 76. Isdem diebus L. Vitellius positis apud Feroniam castris excidio Tarracinae[2] imminebat, clausis illic gladiatoribus remigibusque... — III, 77. Fuere qui uxorem L. Vitellii Triariam incesserent, tamquam gladio militari cincta inter luctum cladesque expugnatae Tarracinae superbe saeveque egisset. — III, 84. Vitellius capta urbe... in domum uxoris sellula defertur, ut, si diem latebra vitavisset, Tarracinam ad cohortes fratremque perfugeret. — IV, 2. Civitas pavida... occupari redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus exstinguique reliqua belli postulabat.

TARRACINENSES. — IV, 3. Tarracinenses nulla ope (iuvabantur a ducibus Flavianis)... Solacio fuit servus Verginii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo adfixus...

TARRACONENSIS COLONIA. — 1, 78. Templum ut in colonia Tarraconensi[3] strueretur Augusto, petentibus Hispanis permissum.

TARSA. — 4, 50. Iuventus (Thraecum) Tarsam inter et Turesim distrahebatur. Vtrique destinatum cum libertate occidere, sed Tarsa properum finem, abrumpendas pariter spes ac metus clamitans, dedit exemplum demisso in pectus ferro.

TARTARVS. — III, 9. Caecina inter Hostiliam, vicum Veronensium, et paludes Tartari[4] fluminis castra permuniit.

[1] Vulg. a Lipsio ad Ryckium : *Terracina*.
[2] **M** : *terracinae*.
[3] M : *terraconensi*.
[4] **M** : *cartari*. « Etiamnunc Tartaro. » (Orelli-Meiser.)

Digitized by Google

*TATII SODALES, v. TITII SODALES.
*TATIVS GRATIANVS, v. TARIVS GRATIANVS.
TATIVS (rexSabinorum), v. TITVS TATIVS.
TAVNVS. — 1, 56. Germanicus... posito... castello super vestigia paterni praesidii in monte Tauno. — 12, 28. (Auxiliares a P. Pomponio in Chattos immissi) ad montem Taunum revertuntur, ubi Pomponius cum legionibus opperiebatur.
*TAVRANNITES, TAVRANTES, v. TAVRAVNITES.
TAVRAVNITES. — 14, 24. (Corbulo) in regionem Tauraunitium[1] transgressus (cum ad occupanda Tigranocerta pergeret)...
TAVRI. — 12, 17. Navium quasdam... in litora Taurorum delatas circumvenere barbari, praefecto cohortis et plerisque auxiliarium interfectis.
TAVRIANA ALA[2]. — I, 59. Accessere partibus (Vitellii)... Iunius Blaesus Lugdunensis Galliae rector cum Italica legione et ala Tauriana Lugduni tendentibus. — I, 64. Legio Italica et ala Tauriana[3] abductae (a Fabio Valente).
*TAVRINA ALA, v. TAVRIANA ALA.
TAVRINA COLONIA, v. AVGVSTA TAVRINORVM.
TAVRVS, TAVRVS STATILIVS, v. STATILIVS TAVRVS.
TAVRVS. — 6, 41. Clitarum natio... in iuga Tauri montis abscessit. — 12, 49. Helvidius Priscus legatus cum legione mittitur (in Armeniam ab Vmmidio Quadrato Syriae praeside)... Igitur propere montem Taurum transgressus... — 15, 8. (Caesennius) Paetus... rapit exercitum trans montem Taurum reciperandis, ut ferebat, Tigranocertis... — 15, 10. Quia minus acriter Vologaeses institerat, vana rursus fiducia (Paetus) tria milia delecti peditis proximo Tauri iugo imposuit, quo transitum regis arcerent.
*TAVS, v. TANAVS.
*TECTIVS IVLIANVS, v. TETTIVS IVLIANVS.

[1] Vulg. : *Taurannitium* vel *Taurantium*.
[2] « Ala I Flavia Gallorum Tauriana vel I Gallorum Tauriana nota est e duobus titulis Africanis, *C. I. L.*, VIII, 2394, 2395... Haud scio an haec ala eadem sit, quae a Tacito dicitur ala Tauriana... Denominatam esse alam Henzenus... recte suspicari mihi videtur a Tauro quodam, qui vel constituit alam vel aliquamdiu ei praefuit. » (Ios. Vaderus ab Orellio-Meisero laud.)
[3] M : *taurina*.

Digitized by Google

Q. TEDIVS[1]. — 1, 10. Q. Tedii[2] et Vedii Pollionis luxus (sub Augusto principe).

TELAMON. — 3, 62. (Cyprii disseruerunt de delubro, quod) Iovi Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus (posuisset).

TELEBOAE. — 4, 67. Graecos ea tenuisse Capreasque Telebois habitatas fama tradit.

* L. TELESINVS, v. LVCCIVS TELESINVS.

TEMNII. — 2, 47. Temnios (levari in quinquennium tributo)... placuit.

TENCTERI. — 13, 56. (Ampsivarii) Bructeros, Tencteros, ulteriores etiam nationes socias bello vocabant. (Duvius) Avitus... legiones in agrum Tencterum induxit, excidium minitans, ni causam suam dissociarent. Igitur absistentibus his pari metu exterriti Bructeri... — IV, 21. Iunguntur (Batavis) Bructeri Tencterique et excita nuntiis Germania ad praedam famamque. — IV, 64. Tencteri, Rheno discreta gens, missis legatis mandata apud concilium Agrippinensium edi iubent... — IV, 65. Sic lenitis Tencteris legati ad Civilem (ab Agrippinensibus missi sunt). — IV. 77. Dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri Tencterique... adsiluere. — *G.* 32. Proximi Chattis certum iam alveo Rhenum... Vsipi ac Tencteri colunt. Tencteri... equestris disciplinae arte praecellunt, nec maior apud Chattos peditum laus quam Tencteris equitum. — 33. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant; nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur... — 38. Nunc de Suebis dicendum est, quorum non una, ut Chattorum Tencterorumve, gens.

TENII. — 3, 63. (Consules, cum de iure asyli in senatu ageretur, disseruerunt) Tenios eiusdem (Apollinis) carmen referre, quo sacrare Neptuni effigiem aedemque iussi sint...

[1] Prosop., 36, ubi stellula notatur nomen.

[2] M : *que tedii.* Corr. Rhenanus. — « Hominis alioquin ignoti, diversi sane a Tedio Afro, *consule designato, qui conterritus minis Augusti se praecipitavit* (Sueton., *Octav.*, 27). Wolfius cogitabat de substituendo *Q. Pedio*, Octaviani coherede (Sueton., *Caes.*, 83). *C. Matium*, quem ex *Ann.*, 12, 60... *Matios posthac et Vedios...*, quo tamen loco potentia, non luxus horum virorum significatur, hic substituunt Freinshemius et Ryckius, diversum esse volunt a *C. Matio*, Iulii Caesaris amico, cuius exstat epistula in Cic., *ad fam.*, 11, 28. » (Orelli). — Roth : *Q. Alledii*, ex Iuven., V, 118. — Hirschfeld, *Hermes*, 24, 104 : *Q. Vitellii.* — Mommsen *que tedii* delendum censuit, itemque Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

TERENTIVS [1]. — I, 41. De percussore (Galbae) non satis constat. Quidam Terentium evocatum... (tradidere) impresso gladio iugulum eius hausisse.

M. TERENTIVS [2]. — 6, 8. Ea tempestate, qua Seiani amicitiam ceteri falso exuerant, ausus est eques Romanus M. Terentius[3], ob id reus, amplecti, ad hunc modum apud senatum ordiendo ..

(M. TERENTIVS) VARRO, v. VARRO.

(A. TERENTIVS VARRO MVRENA), v. VARRONES.

TERENTIVS LENTINVS. — 14, 40. Valerius Fabianus... subdidit testamentum (Domitio Balbo propinquo suo) adscitis Vinicio Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi Antonium Primum... sociaverant... Quod apud patres convictum, et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia damnantur.

TERMESTINA NATIO, TERMESTINI. — 4, 45. Facinus atrox in citeriore Hispania admissum a quodam agresti nationis Termestinae... Piso Termestinorum dolo caesus habetur.

TERRA. — *G.* 40. (Plurimae Sueborum gentes) Nerthum, id est Terram matrem, colunt eamque intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur.

*TERTIVS IVLIANVS, v. TETTIVS IVLIANVS.

TETTIVS IVLIANVS, IVLIANVS TETTIVS, IVLIANVS[4]. — I, 79. Postquam (Rhoxolanos in Moesia caesos esse) Romae compertum..., Fulvus Aurelius et Iulianus Tettius[5] ac Numisius Lupus, legati legionum, consularibus ornamentis donantur. — II, 85. In eo motu Aponius Saturninus Moesiae rector pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tettium[6] Iulianum, septimae legionis legatum, ob simultates, quibus causam partium praetendebat. Iulianus, comperto discrimine et gnaris locorum adscitis, per avia Moesiae ultra montem Haemum profugit, nec deinde civili bello interfuit, per varias moras susceptum ad Ves-

[1] Prosop., 47.
[2] Prosop., 48.
[3] M : *terrentius*. Dio, 58, 19 : Μάρκου Τερεντίου.
[4] Prosop., 102.
[5] M : *et titius*. Corr. Ritter. — Vulg. : *Titius;* Brotier : *Tertius*. — Ryck plenum nomen esse arbitratur : *Tertius Titius Iulianus*.
[6] Vulg. cum dett. : *Tertium* vel *Tectium*. Medicei scripturam revocavit Ritter.

Digitized by Google

pasianum iter trahens et ex nuntiis cunctabundus aut properans. — IV, 39. Tettio[1] Iuliano praetura, tamquam transgredientem in partes Vespasiani legionem deseruisset, ablata, ut in Plotium Griphum transferretur. — IV, 40. Redditur Tettio[2] Iuliano praetura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse. Gripho honor mansit.

TEVCER. — 3, 62. (Cýprii disseruerunt in senatu de delubro, quod) Iovi Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus (posuisset).

TEVTOBVRGIENSIS SALTVS. — 1, 60. Quantum... Amisiam et Lupiam amnes inter, vastatum, haud procul Teutoburgiensi saltu, in quo reliquiae Vari legionumque insepultae dicebantur.

TEVTONI. — IV, 73. « Quot proeliis adversus Cimbros Teutonosque, quantis exercituum nostrorum laboribus... Germanica bella tractaverimus, satis clarum. »

THALA. — 3, 21. Vexillum veteranorum... Tacfarinatis copias praesidium, cui Thala nomen, adgressas (fuderunt).

* THASVARII, v. CHASVARII.

THEBAE. — 2, 60. Mox (Germanicus in Aegypto) visit veterum Thebarum magna vestigia.

THEBANVS. — 11, 14. Quidam Cecropem Atheniensem vel Linum Thebanum (litteras repperisse ferunt).

THEOPHANES. — 6, 18. Datum erat crimini, quod Theophanen Mytilenaeum proavum (Pompeiae Macrinae fratrisque eius) Cn. Magnus inter intimos habuisset, quodque defuncto Theophani caelestes honores Graeca adulatio tribuerat.

THEOPHILVS. — 2, 55. Cn. Piso... offensus (civitati Atheniensium) propria quoque ira, quia Theophilum quemdam Areo iudicio falsi damnatum precibus suis non concederent.

THERMAEVS SINVS. — 5, 10. (Poppaeus Sabinus) Toronaeum Thermaeumque sinum praefestinans mox Euboeam... evadit.

THESEVS. — 4, 56. Zmyrnaei repetita vetustate, seu Tantalus Iove ortus illos, sive Theseus divina et ipse stirpe... condidisset...

THESSALI. — 6, 34. Feruntque se (Hiberi Albanique) Thessalis

[1] **M** : *tito*. Corr. Orelli. Vulg. *Tito* vel cum dett. : *Tertio*.
[2] Vulg. cum dett. : *Tertio*.

Digitized by Google

ortos, qua tempestate Iaso post avectam Medeam... inanem mox regiam Aeetae vacuosque Colchos repetivit.

THRAECES[1]. — 2, 64. (Rhoemetalce) defuncto Augustus partem Thraecum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit. — 4, 46. Decreta triumphi insignia Poppaeo Sabino contusis Thraecum gentibus. — 4, 48. Relictis apud priora munimenta Thraecibus, quos nobis adfuisse memoravi .. Thraecum auxilia repentino incursu territa. — I, 68. (Helvetii) statim immissa cohorte Thracum depulsi.

THRAECIA[1]. — 2, 64. Rhescuporim... Thraeciae regem.— (Rhescuporis) Thraecia... omni potitus... — 2, 66. Litteras (Tiberii) Latinius Pandusa pro praetore Moesiae cum militibus, quis Cotys traderetur, in Thraciam misit. — 2, 67. Flaccus in Thraciam transgressus... Thracia in Rhoemetalcen (Rhescuporidis) filium... inque liberos Cotyis dividitur. — 3, 38. Aqua et igni interdictum reo (Antistio Veteri), adpositumque ut teneretur insula neque Macedoniae neque Thraeciae opportuna. Nam Thraecia diviso imperio in Rhoemetalcen et liberos Cotyis... insolentia nostri discors agebat... — 4, 5. Thraeciam Rhoemetalces ac liberi Cotyis... attinebant. — 6, 10. L. Piso decus triumphale in Thraecia meruerat. — I, 11. Duae Mauretaniae, Raetia, Noricum, Thracia, et quae aliae procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinae, ita in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur.

THRAECIA, VM. — 2, 54. Perinthum... ac Byzantium, Thraecias urbes... — 12, 63. (Claudius Byzantios) Thraecio Bosporanoque bello recens fessos iuvandosque rettulit.

THRASEA PAETVS, PAETVS THRASEA, THRASEA[2]. — 13, 49. Non referrem vulgarissimum senatus consultum, quo civitati Syracusanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur, nisi Paetus Thrasea contra dixisset praebuissetque materiem obtrectatoribus arguendae sententiae... « An solum emendatione dignum, ne... ? Cetera per omnes imperii partes perinde egregia, quam si non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret ?... » Thrasea contra, rationem poscentibus

[1] Varietatem scripturae (*Thrae* —, *Thra* —), ut est in codicibus, servavi.
[2] P. Clodius Thrasea Paetus. Prosop., C, 938.

Digitized by Google

amicis, non praesentium ignarum respondebat eius modi consulta corrigere, sed patrum honori dare, ut manifestum fieret magnarum rerum curam non dissimulaturos, qui animum etiam levissimis adverterent. — 14, 12. (Post caedem Agrippinae) decernuntur supplicationes... Thrasea Paetus[1], silentio vel brevi adsensu priores adulationes transmittere solitus, exiit tum senatu ac sibi causam periculi fecit, ceteris libertatis initium non praebuit. — 14, 48. Censuitque Iunius Marullus consul designatus adimendam reo praeturam necandumque more maiorum. Ceteris inde adsentientibus Paetus Thrasea, multo cum honore Caesaris et acerrime increpito Antistio, non quidquid nocens reus pati mereretur, id egregio sub principe... statuendum disseruit... — 14, 49. Libertas Thraseae servitium aliorum rupit et... pedibus in sententiam eius iere, paucis exceptis... (Litteris Neronis recitatis) non ideo aut consules mutavere relationem aut Thrasea decessit sententia ceterive, quae probaverant, deseruere, pars, ne..., Thrasea sueta firmitudine animi et ne gloria intercideret. — 15, 20. Paetus Thrasea..., postquam de reo (Claudio Timarcho) censuerat..., addidit (prohibendum esse senatus consulto, ne provinciales propraetoribus prove consulibus grates agerent). — 15, 23. Adnotatum est, omni senatu Antium sub recentem (Poppaeae) partum effuso, Thraseam prohibitum immoto animo praenuntiam imminentis caedis contumeliam excepisse. Secutam dehinc vocem Caesaris ferunt, qua reconciliatum se Thraseae apud Senecam iactaverit, ac Senecam Caesari gratulatum. Vnde gloria egregiis viris et pericula gliscebant.— 16, 21. Ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit, interfecto Thrasea Paeto et Barea Sorano, olim utrisque infensus, et accedentibus causis in Thraseam, quod senatu egressus est, cum de Agrippina referretur..., quodque Iuvenalium ludicro parum spectabilem operam praebuerat, eaque offensio altius penetrabat, quia idem Thrasea Patavi, unde ortus erat, ludis cetariis a Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat... Quae oblitterari non sinebat Capito Cossutianus.... iniquus Thraseae, quod auctoritate eius concidisset, iuvantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant. — 16, 22. Quin et illa obiectabat, principio

[1] Ritter[2] existimat cognomen *Paetus* hic et 16, 21, ex glossa adesse.

Digitized by Google

anni vitare Thraseam sollemne ius iurandum ; nuncupationibus votorum non adesse, quamvis quindecimvirali sacerdotio praeditum... « Vt quondam C. Caesarem, inquit, et M. Catonem, ita nunc te, Nero, et Thraseam avida discordiarum civitas loquitur... Diurna populi Romani per provincias, per exercitus curatius leguntur, ut noscatur, quid Thrasea non fecerit... Denique nihil ipse de Thrasea scripseris : disceptatorem senatum nobis relinque ». — 16, 24. Omni civitate ad excipiendum principem spectandumque regem (Tiridaten) effusa, Thrasea occursu prohibitus non demisit animum, sed codicillos ad Neronem composuit, requirens obiecta et expurgaturum adseverans... Eos codicillos Nero properanter accepit, spe exterritum Thraseam scripsisse... — 16, 25. Tum Thrasea inter proximos consultavit, temptaretne defensionem an sperneret. — 16, 26. Contra, qui opperiendum domi censebant, de ipso Thrasea eadem, sed ludibria et contumelias imminere... Detraheret potius senatui, quem perornavisset, infamiam tanti flagitii, et relinqueret incertum, quid viso Thrasea reo decreturi patres fuerint... Rusticus Arulenus... offerebat se intercessurum senatus consulto... Cohibuit spiritus eius Thrasea... — 16, 28. (Eprius) Marcellus... clamitabat... nimium mites ad eam diem patres, qui Thraseam desciscentem, qui generum eius Helvidium Priscum in isdem furoribus... eludere impune sinerent... Requirere se in senatu consularem, in votis sacerdotem... Nisi contra instituta et caerimonias maiorum proditorem palam et hostem Thrasea induisset. — 16, 29. Ipsius Thraseae venerabilis species obversabatur (mentibus senatorum). — 16, 33. Thraseae Soranoque et Serviliae datur mortis arbitrium.— 16, 34. Tum ad Thraseam in hortis agentem quaestor consulis missus vesperascente iam die... Igitur flentes queritantesque, qui aderant, facessere propere Thrasea nec pericula sua miscere cum sorte damnati hortatur... — II, 91. Ac forte Priscus Helvidius praetor designatus contra studium (Vitellii) censuerat... Mox mitigantibus amicis..., nihil novi accidisse respondit, quod duo senatores in re publica dissentirent : solitum se etiam Thraseae contra dicere. Inrisere plerique impudentiam aemulationis. Aliis id ipsum placebat, quod neminem ex praepotentibus, sed Thraseam ad exemplar verae gloriae legisset. — IV. 5. Helvidius Priscus... quaestorius adhuc a Paeto Thrasea gener

Digitized by Google

delectus e moribus soceri nihil aeque ac libertatem hausit. — IV, 6. Vt Galbae principatu rediit, Marcellum Eprium delatorem Thraseae accusare adgreditur. — IV, 7. (Testatur Helvidius) fuisse Vespasiano amicitiam cum Thrasea, Sorano, Sentio. — IV, 8. (Loquitur Eprius Marcellus) « ... Non magis sua oratione Thraseam quam iudicio senatus adflictum... » — A. 2. Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum [1].

THRASVLLVS [2]. — 6, 20. Non omiserim praesagium Tiberii de Servio Galba..., scientia Chaldaeorum artis, cuius apiscendae otium apud Rhodum, magistrum Thrasullum habuit, peritiam eius hoc modo expertus. — 6, 21. Thrasullus isdem rupibus inductus, postquam percontantem (Tiberium) commoverat, imperium ipsi et futura sollerter patefaciens, interrogatur, an suam quoque genitalem horam comperisset... — 6, 22. A filio eiusdem Thrasulli praedictum Neronis imperium in tempore memorabitur.

THVBVSCVM. — 4, 24. Tacfarinas... Thubuscum oppidum circumsidet.

THVLE. — A. 10. Romana classis... incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, invenit domuitque. Dispecta est et Thule [3]...

THVRII. — 14, 21. « Maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis. ., eoque a Tuscis accitos histriones, a Thuriis equorum certamina...

THYESTES. — O. 3. (Loquitur Curiatius Maternus) « Si qua omisit Cato, sequenti recitatione Thyestes dicet; hanc enim tragoediam disposui iam et intra me ipse formavi... » « ...Adeo te tragoediae istae non satiant, inquit Aper, quo minus... omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas... ? »

THYESTES. — O. 12. (Loquitur Maternus) « Nec ullus Asinii aut

[1] V. etiam 15, 22.

[2] Prosop., 137.

[3] Variant codices inter *Thule*, *Tyle*, *Thyle*. Graeci scribunt Θούλη. Cf. Formiger, III, 229; Rittler, ad h. l.

Digitized by Google

Messallae liber tam illustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes. »

* THYLE, v. THVLE.

TIBERIANA DOMVS. — I, 27. Otho... per Tiberianam domum in Velabrum... pergit.

TIBERINA OSTIA, TIBERINVS AMNIS. — 15, 42. (Severus et Celer) ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant. — I, 86. Prodigia... terrebant : ...statuam Divi Iulii in insula Tiberini amnis... conversam...

TIBERIS. — 1, 76. Eodem anno continuis imbribus auctus Tiberis plana urbis stagnaverat. — 1, 79. Actum deinde in senatu... an ob moderandas Tiberis exundationes verterentur flumina et lacus, per quos augescit... Reatini (dicebant)... ipsum Tiberim nolle prorsus accolis fluviis orbatum minore gloria fluere. — 2, 41. Aedes Fortis Fortunae Tiberim iuxta, in hortis, quos Caesar dictator populo Romano legaverat, ...dicantur. — 3, 9. Piso... ab Narnia... Nare ac mox Tiberi devectus... navem tumulo Caesarum adpulerat... — 6, 1. (Tiberius), aditis iuxta Tiberim hortis, saxa rursum et solitudinem maris repetiit. — 6, 19. Tiberius... cunctos, qui carcere attinebantur accusati societatis cum Seiano, necari iubet... Circumiecti custodes... corpora... adsectabantur, dum in Tiberim traherentur. — 12, 56. Augustus structo trans Tiberim stagno (navale proelium) ...ediderat. — 15, 18. Nero frumentum plebis vetustate corruptum in Tiberim iecit... (Annonae) pretio nihil additum est, quamvis ducentas ferme naves portu in ipso violentia tempestatis et centum alias Tiberi subvectas fortuitus ignis absumpsisset. — 15, 43. (Nero) ruderi accipiendo Ostienses paludes destinabat, utique naves, quae frumentum Tiberi subvectavissent, onustae rudere decurrerent. — I, 86. Prodigia insuper terrebant... Sed praecipuus et cum praesenti exitio etiam futuri pavor subita inundatione Tiberis, qui immenso auctu... secura eius modi casuum implevit. — II, 93. Postremo .. infamibus Vaticani locis magna pars (militum Vitellianorum) tetendit...; et adiacente Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora fluminis aviditate et aestus impatientia labefacta. — III, 82. Pars (exercitus Flaviani) Flaminia via, pars iuxta ripam Tiberis incessit; tertium agmen per Salariam...

Digitized by Google

TIBERIVS, TIBERIVS NERO, NERO, TIBERIVS CAESAR, CAESAR, TIBERIOLVS, CAESAR TIBERIVS [1]. — 1, 1. Tiberii Gaiique et Claudii ac Neronis res florentibus ipsis ob metum falsae... Consilium mihi... tradere... Tiberii principatum. — 1, 3. Augustus... Tiberium Neronem et Claudium Drusum privignos imperatoriis nominibus auxit, integra etiam tum domo sua :... (Mortuis Agrippa, Lucio et Gaio Caesaribus), Drusoque pridem exstincto, Nero solus e privignis erat. Illuc cuncta vergere : filius, collega imperii, consors tribuniciae potestatis adsumitur omnesque per exercitus ostentatur... (Augustus) Germanicum... adsciri... per adoptionem a Tiberio iussit, quamquam esset in domo Tiberii filius iuvenis. — 1, 4. « Tiberium Neronem maturum annis, spectatum bello, sed vetere atque insita Claudiae familiae superbia, multaque indicia saevitiae... Ne iis quidem annis, quibus Rhodi specie secessus exul egerit... » — 1, 5. Vixdum ingressus Illyricum Tiberius properis matris litteris accitur; neque satis conpertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam an exanimem reppererit... Provisis quae tempus monebat, simul excessisse Augustum et rerum potiri Neronem fama eadem tulit. — 1, 6. Nihil de (Postumi Agrippae caede) Tiberius apud senatum disseruit. Pâtris iussa simulabat... Neque mortem nepoti pro securitate privigni inlatam credibile erat. Propius vero Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis, suspecti et invisi iuvenis caedem festinavisse... Sallustius Crispus... monuit Liviam..., ne... Tiberius vim principatus resolveret cuncta ad senatum vocando. — 1, 7. Sex. Pompeius et Sex. Appuleius consules primi in verba Tiberii Caesaris iuravere... Tiberius cuncta per consules incipiebat... Edictum..., quo patres in curiam vocabat..., tribuniciae potestatis praescriptione posuit, sub Augusto acceptae... — 1, 8. Augusti.. testamentum... Tiberium et Liviam heredes habuit... Addebat Messala Valerius renovandum per annos sacramentum in nomen Tiberii, interrogatusque a Tiberio, num se mandante eam sententiam prompsisset... Conclamant patres corpus (Augusti) ad rogum umeris senatorum ferendum; remisit Caesar adroganti moderatione... — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, contendebant) ne Tiberium quidem caritate aut

[1] Ti. Claudius Nero, Ti. Iulius Caesar, Ti. Caesar Augustus, Prosop., I. 159.

Digitized by Google

rei publicae cura successorem adscitum, sed... Etenim Augustus paucis ante annis, cum Tiberio tribuniciam potestatem a patribus rursum postularet, ... quaedam de habitu cultuque et institutis eius iecerat. — 1, 11. Versae inde ad Tiberium (senatus) preces... Tiberio..., etiam in rebus, quas non occuleret, seu natura sive adsuetudine suspensa semper et obscura verba. — 1, 12. Inter quae... dixit forte Tiberius se, ut non toti rei publicae parem, ita, quaecumque pars sibi mandaretur, eius tutelam suscepturum. Tum Asinius Gallus : « Interrogo », inquit, « Caesar,... » Addidit laudem de Augusto Tiberiumque ipsum... admonuit. Nec ideo iram eius lenivit, pridem invisus tamquam ducta in matrimonium Vipsania..., quae quondam Tiberii uxor fuerat, plus quam civilia agitaret. — 1, 13. L. Arruntius... perinde offendit, quamquam Tiberio nulla vetus in Arruntium ira... Omnes... praeter Lepidum variis mox criminibus struente Tiberio circumventi sunt... Haterius cum dixisset : « Quo usque patieris, Caesar...?... » Constat Haterium, cum deprecandi causa Palatium introisset ambulantisque Tiberii genua advolveretur, prope a militibus interfectum, quia Tiberius casu an manibus eius impeditus prociderat. — 1, 14. Plerique (senatorum), ut nomini Caesaris adscriberetur « Iuliae filius » censebant. — 1, 15. Moderante Tiberio, ne plures quam quattuor candidatos (praeturae) commendaret (senatus). — 1, 16. Fine Augusti et initiis Tiberii auditis... — 1, 19. Blaesus multa dicendi arte non per seditionem et turbas desideria militum ad Caesarem ferenda ait. — 1, 24. Haec audita quamquam abstrusum et tristissima quaeque maxime occultantem Tiberium perpulere, ut Drusum filium... mitteret (ad Pannonicum exercitum rebellantem)... Simul praetorii praefectus Aelius Seianus... magna apud Tiberium auctoritate. — 1, 26. (Clamant seditiosi milites) Tiberium olim nomine Augusti desideria legionum frustrari solitum... — 1, 29. Rursum idem Blaesus et L. Aponius... Iustusque Catonius... ad Tiberium mittuntur (qui desideria Pannonicarum legionum perferant). — 1, 30. Nonanus (miles) opperiendas Tiberii epistulas clamitaverat. — 1, 33. (Germanicus) Druso fratre Tiberii genitus... (Ei) civile ingenium, mira comitas et diversa ab Tiberii sermone, vultu, adrogantibus et obscuris. — 1, 34. Sed Germanicus, quanto summae spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti... (Apud seditiosas legiones) a venera-

Digitized by Google

tione Augusti orsus flexit ad victorias triumphosque Tiberii, praecipuis laudibus celebrans, quae apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima fecisset. — 1, 38. (Praefectus castrorum Ennius instantibus militum minis testatur) non praefectum ab iis, sed Germanicum ducem, sed Tiberium imperatorem violari. — 1, 42. « Neve occisus Augusti pronepos, interfecta Tiberii nurus nocentiores vos faciant... Prima et vicensima legiones, illa signis a Tiberio acceptis...? » — 1, 46. Trepida civitas incusare Tiberium, quod... « An Augustum fessa aetate totiens in Germanias commeare potuisse, Tiberium vigentem annis sedere in senatu...? » — 1, 47. Immotum... fixumque Tiberio fuit non omittere caput rerum... — 1, 50. Romanus agmine propero silvam Caesiam limitemque a Tiberio coeptum scindit. — 1, 52. Nuntiata ea Tiberium laetitia curaque adfecere. — 1, 53. Iulia (Augusti filia)... fuerat in matrimonio Tiberii... spreveratque ut imparem, nec alia tam intima Tiberio causa, cur Rhodum abscederet... Traditam Tiberio (Iuliam) pervicax adulter (Sempronius Gracchus) contumacia et odiis in maritum accendebat; litteraeque, quas Iulia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit, a Graccho compositae credebantur... Quidam non Roma (Gracchi percussores), sed ab L. Asprenate pro consule Africae missos tradidere auctore Tiberio... — 1, 54. Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adiciuntur (sodalibus Augustalibus sorte ductis)... Augustus... civile rebatur misceri voluptatibus vulgi; alia Tiberio morum via. — 1, 58. (Germanicus) exercitum reduxit nomenque imperatoris auctore Tiberio accepit. — 1, 59. « Ille delectus Tiberius » (Loquitur Arminius). — 1, 62. Primum exstruendo tumulo caespitem (Germanicus) Caesar posuit...; quod Tiberio haud probatum. — — 1, 69. Id Tiberii animum altius penetravit, (Agrippinam Germanici uxorem munia ducis quodam modo induisse)... Accendebat haec onerabatque Seianus, peritia morum Tiberii odia in longum iaciens... — 1, 72. Nomen patris patriae Tiberius, a populo saepius ingestum, repudiavit... Tiberius, consultante Pompeio Macro praetore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit. — 1, 73. Haud pigebit referre... praetemptata crimina, ut quibus initiis, quanta Tiberii arte gravissimum exitium inrepserit..., noscatur... Quae ubi Tiberio notuere, scripsit consulibus... — 1, 74. (Hispo)

Digitized by Google

Marcellum insimulabat sinistros de Tiberio sermones habuisse... Addidit... in statua amputato capite Augusti effigiem Tiberii inditam... Manebant etiam tum vestigia morientis libertatis. Igitur Cn. Piso : « Quo », inquit, « loco censebis, Caesar? » — 1, 75. Subvenit Caesar pretiumque aedium Aurelio tribuit. — 1, 76. Censuit Asinius Gallus ut libri Sibyllini adirentur ; renuit Tiberius... Achaiam ac Macedoniam onera deprecantes levari in praesens proconsulari imperio tradique Caesari placuit. — 1, 77. Intercessit Haterius Agrippa tribunus plebei increpitusque est Asinii Galli oratione, silente Tiberio, qui ea simulacra libertatis senatui praebebat. Valuit tamen intercessio, quia Divus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat, neque fas Tiberio infringere dicta eius. — 1, 78. Centesimam rerum venalium post bella civilia institutam deprecante populo, edixit Tiberius militare aerarium eo subsidio niti. — 1, 80. Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia ac plerosque ad finem vitae in isdem exercitibus aut iurisdictionibus habere. — 2, 3. Occiso Artaxia... datus a Caesare Armeniis Tigranes deductusque in regnum a Tiberio Nerone. — 2, 5. Tiberio haud ingratum accidit turbari res Orientis, ut ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret... — 2, 9. Erat... in exercitu (Germanici frater Arminii) cognomento Flavus, insignis fide et amisso per vulnus oculo paucis ante annis duce Tiberio. — 2, 18. Miles in loco proelii Tiberium imperatorem salutavit. — 2, 22. Congeriem armorum struxit (Germanicus) superbo cun titulo..., exercitum Tiberii Caesaris ea monimenta... sacravisse. — 2, 26. Crebris epistulis Tiberius monebat (Germanicum), rediret ad decretum triumphum. — 2, 28... Flaccum Vescularium equitem Romanum, cui propior cum Tiberio usus erat. Caesar indicium haud aspernatus congressus abnuit. — 2, 29. (Libo Drusus) manus ac supplices voces ad Tiberium tendens immoto eius vultu excipitur. Mox libellos et auctores recitat Caesar... — 2, 30. Callidus et novi iuris repertor Tiberius mancipari singulos (Libonis servos) actori publico iubet, scilicet ut in Libonem ex servis salvo senatus consulto quaereretur. — 2, 31. Iuravit... Tiberius petiturum se vitam (Liboni Druso) quamvis nocenti, nisi voluntariam mortem properavisset. — 2, 33. Adiecerat et Tiberius non id tempus censurae nec, si quid in moribus labaret, defuturum corrigendi auctorem. — 2, 34.

Digitized by Google

Commotus est Tiberius et, quamquam mitibus verbis (L.) Pisonem permulsisset, propinquos quoque eius impulit, ut abeuntem... tenerent... Nec aut Vrgulania obtemperavit, in domum Caesaris spreto Pisone vecta... Tiberius, hactenus indulgere matri civile ratus, ut se... adfuturum Vrgulaniae diceret... Isque finis rei, ex qua neque Piso inglorius et Caesar maiore fama fuit. — 2, 35. (Cn.) Piso, quamquam afuturum se dixerat Caesar, ob id magis agendas (res) censebat... Gallus... nihil satis inlustre aut ex dignitate populi Romani nisi coram et sub oculis Caesaris... dicebat. Audiente haec Tiberio ac silente, magnis utrimque (patrum) contentionibus acta. — 2, 36. Et certamen Gallo adversus Caesarem exortum est ; nam censuit... Tiberius tamen, quasi augeretur potestas eius, disseruit... — 2, 37. « Adsequentur (liberi mei) florente te, Caesar, quos dederis honores...» (Loquitur M. Hortalus). — 2, 38. Inclinatio senatus incitamentum Tiberio fuit, quo promptius adversaretur... Plures per silentium aut occultum murmur excepere (verba principis) ; sensitque Tiberius... Neque miseratus est posthac Tiberius, quamvis domus Hortensii pudendam ad inopiam delaberetur. — 2, 40. Iam in urbe clandestini coetus celebrabant (falsum Agrippam Postumum), cum Tiberium anceps cura distrahere... Percontanti Tiberio, quomodo Agrippa factus esset, respondisse fertur : « Quo modo tu Caesar...» Nec Tiberius poenam eius palam ausus in secreta Palatii parte interfici iussit. — 2, 41. Fine anni arcus propter aedem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa ductu Germanici, auspiciis Tiberii... dicantur. — 2, 42. Tiberius nomine Germanici trecenos plebi sestertios viritim dedit... Rex Archelaus... Cappadocia potiebatur, invisus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluisset...; florente C. Caesare missoque ad res Orientis intuta Tiberii amicitia credebatur... Regnum in provinciam redactum est, fructibusque eius levari posse centesimae vectigal professus Caesar... — 2, 43. Tiberius demoverat Syria Creticum Silanum per adfinitatem conexum Germanico... Vix Tiberio concedere (Cn. Piso), liberos eius ut multum infra despectare... Credidere quidam data et a Tiberio (ei) occulta mandata (in Germanicum)... Tiberius ut proprium et sui sanguinis Drusum fovebat. — 2, 44. (Drusum) urbano luxu lascivientem melius in castris haberi Tiberius... rebatur. — 2, 45. Arminius... Maroboduum...

Digitized by Google

appellans... satellitem Caesaris... — 2, 46. Maroboduus... testabatur... se duodecim legionibus petitum duce Tiberio inlibatam Germanorum gloriam servavisse... Maroboduus... misit... legatos ad Tiberium oraturos auxilia. — 2, 47. (Sardianis) centiens sestertium pollicitus Caesar et, quantum aerario aut fisco pendebant, in quinquennium remisit. — 2, 48. Caesar... bona Aemiliae Musae, locupletis intestatae, petita in fiscum, Aemilio Lepido, cuius e domo videbatur..., et Pantuleii... hereditatem tradidit M. Servilio... — 2, 50. Appuleiam Varillam. ., quia probrosis sermonibus Divum Augustum ac Tiberium et matrem eius inlusisset Caesarique conexa adulterio teneretur, maiestatis delator arcessebat... Maiestatis crimen distingui Caesar postulavit... — 2, 51. Laetabatur Tiberius, cum inter filios eius et leges senatus disceptaret (de praetore subrogando). — 2, 52. Tiberius res gestas (Camilli) apud senatum celebravit. — 2, 53. Sequens annus Tiberium tertium, Germanicum iterum consules habuit. — 2, 59. Tiberius (Graeco) cultu habituque (Germanici) lenibus verbis perstricto acerrime increpuit, quod contra instituta Augusti non sponte principis Alexandriam introisset. — 2, 63. Maroboduo... non aliud subsidium quam misericordia Caesaris fuit. Transgressus Danuvium... scripsit Tiberio... Responsum a Caesare tutam ei honoratamque sedem in Italia fore... — 2, 64. Structi et arcus circum latera templi Martis Vltoris cum effigie Caesarum, laetiore Tiberio, quia pacem sapientia firmaverat, quam si bellum per acies confecisset. — 2, 65. Nihil aeque Tiberium anxium habebat, quam ne composita turbarentur... Thraecia... omni potitus (Rhescuporis) scripsit ad Tiberium structas sibi insidias... — 2, 66. Nec tamen Caesar (occiso Cotye) placitas semel artes mutavit, sed defuncto Pandusa..., Pomponium Flaccum... Moesiae praefecit. — 2, 72. Haec palam (Germanicus uxorem monuit) et alia secreto, per quae ostendere credebatur metum ex Tiberio. — 2, 77. (Loquitur apud Cn. Pisonem Domitius Celer) « ...Est tibi Augustae conscientia, est Caesaris favor, sed in occulto. » — 2, 78. Piso... missis... ad Tiberium epistulis incusat Germanicum luxus et superbiae. — 2, 80. Piso... Caesaris... se legatum testabatur provincia, quam is dedisset, arceri... — 2, 81. Piso oravit, ut traditis armis maneret in castello, dum Caesar, cui Syriam permitteret, consulitur. — 2, 82. Nec obstitit falsis (laetisque de

Digitized by Google

Germanico nuntiis) Tiberius. — 2, 83. Cum censeretur (Germanico) clipens auro et magnitudine insignis inter auctores eloquentiae, adseveravit Tiberius solitum paremque ceteris dicaturum... — 2, 86. Rettulit Caesar capiendam virginem (Vestalem) in locum Occiae... Et Caesar quamvis posthabitam (Fonteii Agrippae filiam) deciens sestertii dote solatus est. — 2, 88. Qua gloria aequabat se Tiberius priscis imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum regem vetuerant prodiderantque. — 3, 2. Miserat duas praetorias cohortes Caesar (excipiendis Germanici cineribus)... Aberat... adulatio, gnaris omnibus laetam Tiberio Germanici mortem male dissimulari. — 3, 3. Tiberius atque Augusta publico abstinuere... Facilius crediderim Tiberio et Augustae, qui domo non excedebant, cohibitam (Antoniam Germanici matrem, ne exsequiis filii interesset). — 3, 4. Nihil tamen Tiberium magis penetravit (in funere Germanici) quam studia hominum accensa in Agrippinam.— 3, 6. Gnarum id Tiberio fuit, utque premeret vulgi sermones (de Germanici exsequiis non satis honoris atque magnificis), monuit edicto... — 3, 8. Tiberius, quo integrum iudicium ostentaret, exceptum comiter iuvenem (Cn. Pisonis filium ad se a patre praemissum) sueta erga filios familiarum nobiles liberalitate auget... Neque dubitabantur praescripta (Druso) a Tiberio (ea, quae Cn. Pisoni respondit). — 3, 10. Petitumque est a principe cognitionem (de Cn. Pisone) exciperet, quod ne reus quidem abnuebat :... Tiberium spernendis rumoribus validum et conscientiae matris innexum esse... Haud fallebat Tiberium moles cognitionis...; integram... causam ad senatum remittit. — 3, 11. Adrecta omni civitate..., satin cohiberet ac premeret sensus suos Tiberius (in causa Cn. Pisonis). — 3, 12. Die senatus Caesar orationem habuit meditato temperamento. — 3, 14. Iudices per diversa implacabiles erant (in Cn. Pisonem): Caesar ob bellum provinciae inlatum... Quod haud minus Tiberius quam Piso abnuere. — 3, 15. Eadem Plancinae invidia, maior gratia, eoque ambiguum habebatur, quantum Caesari in eam liceret... Nullo magis exterritus est (Cn. Piso) quam quod Tiberium sine miseratione, sine ira, obstinatum clausumque vidit, ne quo adfectu perrumperetur. — 3, 16. Audire me memini ex senioribus visum saepius inter manus Pisonis libellum..., amicos eius dictitavisse litteras Tiberii et mandata in Germanicum con-

Digitized by Google

tineri... Caesar flexo in maestitiam ore suam invidiam tali morte (Cn. Pisonis) quaesitam apud senatum *conquestus* [1]... Recitat codicillos a Pisone in hunc ferme modum compositos : «... Deos immortales testor vixisse me, Caesar, cum fide adversum te ...» — 3, 17. Post quae Tiberius adulescentem (M. Pisonem) crimine civilis belli purgavit... Biduum super hac imagine cognitionis absumptum, urgente Tiberio liberos Pisonis, matrem uti tuerentur... Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta consul, nam referente Caesare magistratus eo etiam munere fungebantur... — 3, 18. Addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vindictam Germanici grates agendas...— 3, 19. Paucis post diebus Caesar auctor senatui fuit Vitellio atque Veranio et Servaeo sacerdotia tribuendi. Fulcinio suffragium ad honores pollicitus, monuit... — 3, 21. Quo proelio Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus meruit donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. Caesar addidit civicam coronam... — 3, 22. Lepida... defertur... (quaesivisse) per Chaldaeos in domum Caesaris...— 3,23. (Damnata Lepida) aperuit Tiberius compertum sibi etiam ex P. Quirinii servis veneno eum a Lepida petitum. — 3, 24. D. Silanus in nepti Augusti adulter... (non) nisi Tiberio imperitante deprecari senatum ac principem ausus est... Sed Tiberius grates agenti (M.) Silano patribus coram respondit se quoque laetari, quod frater eius e peregrinatione longinqua revertisset..., sibi tamen adversus eum integras parentis sui offensiones. — 3, 28. Terror (legis Papiae Poppaeae) omnibus intentabatur, ni Tiberius statuendo remedio quinque consularium, quinque e praetoriis, totidem e cetero senatu sorte duxisset... — 3, 31. Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filii collegio insignis. Nam triennio ante Germanici cum Tiberio idem honor neque patruo laetus neque natura tam conexus fuerat. Eius anni principio Tiberius quasi firmandae valetudini in Campaniam concessit, longam et continuam absentiam paulatim meditans, sive ut... — 3, 32. Neque multo post missis ad senatum litteris Tiberius motam rursum Africam incursu Tacfarinatis docuit, iudicioque patrum deligendum pro consule... De Africa decretum, ut Caesar legeret, cui mandanda

[1] Verbum hoc addidit Weissenborn.

Digitized by Google

foret. — 3, 35. Proximo senatus die Tiberius per litteras, castigatis oblique patribus, quod cuncta curarum ad principem reicerent, M'. Lepidum et Iunium Blaesum nominavit, ex quis pro consule Africae legeretur. — 3, 36. Incedebat... deterrimo cuique licentia impune probra et invidiam in bonos excitandi arrepta imagine Caesaris. — 3, 38. Non enim Tiberius, non accusatores fatiscebant... Caesar Antistium Veterem..., absolutum adulterii, increpitis iudicibus ad dicendam maiestatis causam retraxit. — 3, 41. Consultus super eo Tiberius aspernatus est indicium (de Sacroviro) aluitque dubitatione bellum. — 3, 44. (Romae, audita Galliarum rebellione) multi... increpabant... Tiberium, quod in tanto rerum motu libellis accusatorum insumeret operam. — 3, 47. Tum demum Tiberius ortum patratumque bellum (in Gallia) senatu scripsit... Igitur secutae Caesaris litterae, quibus se non tam vacuum gloria praedicabat, ut post ferocissimas gentes perdomitas, tot receptos in iuventa aut spretos triumphos, iam senior peregrinationis suburbanae inane praemium (ovationem) peteret. — 3, 48. (Sulpicius Quirinius) datus... rector C. Caesari Armeniam obtinenti Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat. — 3, 49. Clutorium Priscum... post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat, pecunia donatum a Caesare... — 3, 51. Ductus... in carcerem Priscus ac statim exanimatus. Id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusavit... Sed non senatui libertas ad paenitendum erat, neque Tiberius interiectu temporis mitigabatur. — 3, 52. Tiberius, saepe apud se pensitato..., postremo litteras ad senatum composuit (de luxus coercitione). — 3, 55. Auditis Caesaris litteris remissa aedilibus talis cura. — 3, 56. Tiberius fama moderationis parta, quod ingruentes accusatores represserat, mittit litteras ad senatum, quis potestatem tribuniciam Druso petebat... Augustus... Marcum... Agrippam socium eius potestatis, quo defuncto Tiberium Neronem delegit, ne successor in incerto foret... Modestiae Neronis et suae magnitudini fidebat. Quo tunc exemplo Tiberius Drusum summae rei admovit, cum incolumi Germanico integrum inter duos iudicium tenuisset. — 3, 59. Tiberius, dilata notione de iure flaminis, decretas ob tribuniciam Drusi potestatem caerimonias temperavit... — 3, 60. Tiberius vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui praebebat, postulata provinciarum

Digitized by Google

ad disquisitionem patrum mittendo. — 3, 64. Cum... effigiem Divo Augusto Iulia (Livia) dicaret, Tiberii nomen suo postscripserat, idque ille credebatur ut inferius maiestate principis gravi et dissimulata offensione abdidisse... Censuerat L. Apronius, ut fetiales quoque iis ludis (pro incolumitate Liviae) praesiderent. Contra dixit Caesar distincto sacerdotiorum iure et repetitis exemplis... — 3, 65. Memoriae proditur Tiberium, quotiens curia egrederetur, Graecis verbis in hunc modum eloqui solitum : « O homines ad servitutem paratos ». — 3, 66. (Accusatores C. Silano) obiectant... violatum Augusti numen, spretam Tiberii maiestatem. — 3, 67. Non temperante Tiberio, quin (C. Silanum) premeret voce, vultu, eo quod ipse creberrime interrogabat... (Silanus) defensionem sui deseruit, ausis ad Caesarem codicillis, quibus invidiam et preces miscuerat. — 3, 68. Tiberius, quae in Silanum parabat, quo excusatius sub exemplo acciperentur, libellos Divi Augusti de Voleso Messala... recitari iubet... Cn. Lentulus separanda Silani materna bona... reddendaque filio dixit, adnuente Tiberio. — 3, 69. Adversum (sententiam Cornelii Dolabellae) disseruit Caesar... Quanto rarior apud Tiberium popularitas, tanto laetioribus animis accepta. — 3, 70. L. Ennium... maiestatis postulatum, quod effigiem principis promiscuum ad usum argenti vertisset, recipi Caesar inter reos vetuit... Intellexit haec (adulatoria Ateii Capitonis verba) Tiberius ut erant magis quam ut dicebantur, perstititque intercedere. — 3, 71. Quoniam de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum adversus Servium Maluginensem flaminem Dialem prompsit Caesar... — 3, 72. Pompeii theatrum igne fortuito haustum Caesar exstructurum pollicitus est... Caesar, cum Iunium Blaesum pro consule Africae triumphi insignibus attolleret, dare id se dixit honori Seiani, cuius ille avunculus erat. — 3, 73. Tacfarinas... huc adrogantiae venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret sedemque ultro sibi atque exercitui suo postularet, aut bellum inexplicabile minitaretur. Non alias magis sua populique Romani contumelia indoluisse Caesarem ferunt... — 3, 74. Tiberius (bellum) pro confecto interpretatus id quoque Blaeso tribuit, ut imperator a legionibus salutaretur, prisco erga duces honore... Concessit quibusdam et Augustus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blaeso postremum. — 3, 75. Obiere eo anno viri inlustres, Asinius Salo-

Digitized by Google

ninus... fratre Druso insignis Caesarique progener destinatus. — 3, 76. Testamentum (Iuniae) multo apud vulgum rumore fuit, quia in magnis opibus, cum ferme cunctos proceres cum honore nominavisset, Caesarem omisit. Quod civiliter acceptum... — 4, 1. C. Asinio C. Antistio consulibus nonus Tiberio annus erat compositae rei publicae, florentis domus..., cum repente turbare fortuna coepit... (Seianus) Tiberium variis artibus devinxit, adeo ut obscurum adversus alios sibi uni incautum intectumque efficeret. — 4, 2. Neque senatorio ambitu abstinebat (Seianus) clientes suos honoribus aut provinciis ornandi, facili Tiberio atque ita prono, ut socium laborum... celebraret... — 4, 3. (Livia) cui avunculus Augustus, socer Tiberius, ex Druso liberi... — 4, 4. Addidit orationem Caesar multa cum laude filii sui... — 4, 6. Tiberio mutati in deterius principatus initium ille annus attulit... Res suas Caesar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex fama mandabat. — 4, 7. Rari per Italiam Caesaris agri, modesta servitia, intra paucos libertos domus; ac si quando cum privatis disceptaret, forum et ius. — 4, 8. Tiberius per omnes valetudinis (Drusi) dies..., etiam defuncto necdum sepulto curiam ingressus est... Egressi consules firmatos adloquio adulescentulos (Germanici liberos) deductosque ante Caesarem statuunt. — 4, 10. Non omiserim eorumdem temporum rumorem... : Seianum... eo audaciae provectum, ut... occulto indicio Drusum veneni in patrem arguens moneret Tiberium vitandam potionem, quae prima ei apud filium epulanti offerretur... — 4, 11. Quis... mediocri prudentia, nedum Tiberius tantis rebus exercitus, inaudito filio exitium offerret...? Sed quia Seianus facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia caritate in eum Caesaris... quamvis fabulosa et immania credebantur. . Neque quisquam scriptor tam infensus exstitit, ut Tiberio obiectaret, cum omnia alia conquirerent intenderentque. — 4, 12. Laudante filium pro rostris Tiberio... Seianus... vetus Augustae odium, recentem Liviae conscientiam exagitare, ut (Agrippinam)... apud Caesarem arguerent. — 4, 13. At Tiberius, nihil intermissa rerum cura, negotia pro solaciis accipiens, ius civium, preces sociorum tractabat... — 4, 14. Variis dehinc et saepius inritis praetorum questibus, postremo Caesar de immodestia histrionum rettulit... — 4, 15. Idem annus alio quoque luctu Caesarem adfecit, alterum ex geminis

Digitized by Google

Drusi liberis exstinguendo, neque minus morte amici. Is fuit Lucilius Longus... Decrevere Asiae urbes templum Tiberio matrique eius ac senatui. — 4, 16. Sub idem tempus de flamine Diali in locum Servii Maluginensis defuncti legendo, simul roganda nova lege disseruit Caesar... — 4, 17. Tiberius haud umquam domui Germanici mitis, tum vero aequari adulescentes (Neronem et Drusum) senectae suae impatienter indoluit. — 4, 18. Credebant plerique auctam offensionem ipsius (Silii) intemperantia immodice iactantis suum militem in obsequio duravisse.. , neque mansurum Tiberio imperium, si iis quoque legionibus cupido novandi fuisset. Destrui per haec fortunam suam Caesar imparemque tanto merito rebatur. — 4, 19. Precante reo (C. Silio) brevem moram, dum accusator consulatu abiret, adversatus est Caesar : solitum quippe magistratibus diem privatis dicere... Proprium id Tiberio fuit scelera nuper reperta priscis verbis obtegere. — 4, 20. Saevitum... in bona (C. Silii)... Ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit... Neque tamen temperamenti egebat (M'. Lepidus) cum aequabili auctoritate et gratia apud Tiberium viguerit. — 4, 21. (Calpurnius Piso), ut rettuli, cessurum se urbe ob factiones accusatorum in senatu clamitaverat et spreta potentia Augustae trahere in ius Vrgulaniam .. ausus erat. Quae in praesens Tiberius civiliter habuit ; sed... — 4, 22. Plautius Silvanus praetor incertis causis Aproniam coniugem in praeceps iecit, tractusque ad Caesarem... Non cunctanter Tiberius pergit in domum, visit cubiculum, in quo reluctantis et impulsae vestigia cernebantur. Refert ad senatum... — 4, 23. Caesar post res a Blaeso gestas, quasi nullis iam in Africa hostibus, reportari nonam legionem iusserat. — 4, 26. Dolabellae petenti abnuit triumphalia Tiberius, Seiano tribuens, ne Blaesi avunculi eius laus obsolesceret. — 4, 27. Missus... a Caesare propere Staius tribunus cum valida manu ducem ipsum (servilis tumultus T. Curtisium) et proximos audacia in urbem traxit... — 4, 29. Accusator Cn. Lentulum et Seium Tuberonem nominat, magno pudore Caesaris, cum primores civitatis, intimi ipsius amici..., tumultus hostilis et turbandae rei publicae accerserentur... Non occultante Tiberio vetus odium adversum exulem Serenum. Nam post damnatum Libonem missis ad Caesarem litteris... addiderat... quaedam contumacius quam tutum apud

Digitized by Google

aures superbas et offensioni proniores. Ea Caesar octo post annos rettulit. — 4, 30. Ibaturque in eam sententiam, ni durius contraque morem suum palam pro accusatoribus Caesar... conquestus esset. — 4, 31. C. Cominium equitem Romanum, probrosi in se carminis convictum, Caesar precibus fratris, qui senator erat, concessit... (Firmii Cati) operae (in Libonis causa) memor Tiberius, sed alia praetendens, exilium deprecatus est. — 4, 33. Multorum, qui Tiberio regente poenam vel infamias subiere, posteri manent. — 4, 34. Caesar truci vultu defensionem accipiens, quam Cremutius... in hunc modum exorsus est. — 4, 36. Feriarum Latinarum diebus praefectum urbis Drusum, auspicandi gratia tribunal ingressum (adiit) Calpurnius Salvianus in Sextum Marium. Quod a Caesare palam increpitum causa exilii Salviano fuit. — 4, 37. Hispania ulterior missis ad senatum legatis oravit, ut exemplo Asiae delubrum Tiberio matrique eius exstrueret. Qua occasione Caesar, validus alioqui spernendis honoribus et respondendum ratus iis, quorum rumore arguebatur in ambitionem flexisse, huiuscemodi orationem coepit. — 4, 39. Seianus... promissum matrimonium flagitante Livia, componit ad Caesarem codicillos... » Benevolentia patris Augusti et mox plurimis Tiberii iudiciis ita insuevisse... Ac tamen, quod pulcherrimum, adeptum, ut coniunctione Caesaris dignus crederetur ; hinc initium spei .. » — 4, 40. Ad ea Tiberius laudata pietate Seiani suisque in eum beneficiis modice percursis..., adiunxit... — 4, 41. Seianus... huc flexit, ut Tiberium ad vitam procul Roma amoenis locis degendam impelleret. Multa quippe providebat : ... Caesarem vergente iam senecta secretoque loci mollitum munia imperii facilius tramissurum. — 4, 42. Ac forte habita per illos dies... cognitio cunctantem iam Tiberium perpulit, ut vitandos crederet patrum coetus vocesque... Nam postulato Votieno ob contumelias in Caesarem dictas.... audivit Tiberius probra, quis per occultum lacerabatur... Caesar, obiectam sibi adversus reos inclementiam eo pervicacius amplexus, Aquiliam... exilio punivit Apidiumque Merulam... albo senatorio erasit. — 4, 43. Segestani aedem Veneris montem apud Erycum... restaurari postulavere, nota memorantes de origine eius et laeta Tiberio. — 4, 52. Agrippina... pergit ad Tiberium ac forte sacrificantem patri repperit.... (Domitius) Afer

Digitized by Google

primoribus oratorum additus, divulgato ingenio et secuta adseveratione Caesaris, qua suo iure disertum eum appellavit. — 4, 53. Agrippina..., cum viseret eam Caesar..., preces orditur : subveniret solitudini, daret maritum... Sed Caesar non ignarus, quantum ex re publica peteretur, ne tamen offensionis aut metus manifestus foret, sine responso quamquam instantem reliquit. — 4, 54. (Agrippina), cum propter (principem) discumberet, ...nullos adtingere cibos, donec advertit Tiberius... Nec tamen Tiberii vox coram secuta, sed obversus ad matrem... — 4, 55. Sed Caesar, quo famam averteret, adesse frequens senatui... — 4, 57. Inter quae, diu meditato prolatoque saepius consilio, tandem Caesar in Campaniam, specie... Dubitaverat Augustus Germanicum... rei Romanae imponere, sed precibus uxoris evictus Tiberio Germanicum, sibi Tiberium adscivit. — 4, 58. Ferebant periti caelestium iis motibus siderum excessisse Roma Tiberium, ut reditus illi negaretur. — 4, 59. Ac forte illis diebus oblatum Caesari anceps periculum... praebuit... ipsi materiem, cur amicitiae constantiaeque Seiani magis fideret... Seianus genu vultuque et manibus super Caesarem suspensus opposuit sese incidentibus (saxis). — 4, 60. Tiberius torvus (Neroni Germanici filio) aut falsum renidens vultu. — 4, 62. Adfluxere (in amphitheatrum Fidenae) avidi talium, imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti. — 4, 64. Nondum ea clades exoleverat, cum ignis violentia urbem ultra solitum adfecit, ...feralemque annum ferebant, ...ni Caesar obviam isset tribuendo pecunias ex modo detrimenti... Adduntur sententiae, ut mons Caelius in posterum Augustus appellaretur, quando cunctis circum flagrantibus sola Tiberii effigies... inviolata mansisset. — 4, 66. Corripuerat... Varum Quintilium, divitem et Caesari propinquum Domitius Afer. — 4, 67. At Caesar, dedicatis per Campaniam templis..., Capreas se in insulam abdidit... Sed tum Tiberius duodecim villarum nominibus et molibus insederat, quanto intentus olim publicas ad curas, tanto occultiores in luxus et malum otium resolutus. — 4, 68. Latiaris (Titio Sabino dolum struens)... ne in Tiberium quidem convicio abstinet. — 4, 69. Properata inde accusatio missisque ad Caesarem litteris ordinem fraudis... narravere. — 4, 70. Sed Caesar sollemnia incipientis anni kalendis Ianuariis

Digitized by Google

epistula precatus, vertit in Sabinum... (Damnato Sabino cogitabant cives) non imprudentem Tiberium tantam invidiam adisse; quaesitum meditatumque, ne quid... — 4, 71. Avebat animus... statim... memorare exitus, quos Latinius atque Opsius ceterique flagitii eius repertores habuere, non modo postquam C. Caesar rerum potitus est, sed incolumi Tiberio, qui scelerum ministros ut perverti ab aliis nolebat, ita plerumque satiatus et oblatis in eamdem operam recentibus veteres et praegraves adflixit... Nullam aeque Tiberius, ut rebatur, ex virtutibus suis quam dissimulationem diligebat; eo aegrius accepit recludi (ab Asinio Gallo), quae premeret. — 4, 74. Clarum inde inter Germanos Frisium nomen, dissimulante Tiberio damna, ne cui bellum permitteret... Quamquam diversis super rebus consulerentur (patres), aram clementiae, aram amicitiae effigiesque circum Caesaris ac Seiani censuere... — 4, 75. Tiberius neptem Agrippinam Germanico ortam cum coram Cn. Domitio tradidisset, in urbe celebrari nuptias iussit. — 5, 2. Tiberius, quod supremis in matrem officiis defuisset, nihil mutata amoenitate vitae, magnitudinem negotiorum per litteras excusavit, honoresque memoriae eius... decretos... imminuit ... Fufium consulem oblique perstringens... Dicax idem et Tiberium acerbis facetiis inridere solitus... — 5, 3. Incolumi Augusta erat adhuc perfugium, quia Tiberio inveteratum erga matrem obsequium... Tiberius, etsi infense invectus (in Agrippinam ac Neronem) cetera ambigua reliquerat. — 5, 4. Fuit in senatu Iunius Rusticus, componendis patrum actis delectus a Caesare... Populus... circumsistit curiam faustisque in Caesarem ominibus falsas litteras et principe invito exitium domui eius intendi clamitat. — 5, 5. Caesar repetitis adversum nepotem et nurum probris increpitaque per edictum plebe, questus apud patres, quod..., integra tamen sibi cuncta postulavit. — 5, 7. Neque Caesar ullis criminibus aut probris defunctum insectatus est, cum in Blaesum multa foedaque incusavisset. — 5, 8. Pomponius (Secundus).... dum adversam fortunam aequus tolerat, Tiberio superstes fuit. — 5, 10. (Falsus Drusus) erat iuvenis haud dispari aetate, quibusdam Caesaris libertis velut adgnitus... Scripsitque haec Tiberio (Poppaeus Sabinus). — 6, 1. Caesar tramisso, quod Capreas et Surrentum interluit, freto Campaniam praelegebat, ambiguus

Digitized by Google

an urbem intraret, seu... — 6, 2. Tiberius tamen, ludibria seriis permiscere solitus, egit grates benevolentiae patrum. — 6, 3. Isdem litteris Caesar Sextium Paconianum praetorium perculit. — 6, 5. Cotta Messalinus... arguitur... addidisse : « Illos quidem senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus ». — 6, 6. Insigne visum est earum Caesaris litterarum initium, nam his verbis exorsus est... Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris suasque ipse poenas fateretur. — 6, 7. Tiberius (Q. Servaeum et Minucium Thermum) praecipuos ad scelera increpans admonuit C. Cestium patrem dicere senatui, quae sibi scripsisset... — 6, 8. (Seiani) amicitiam... ausus est... M. Terentius, ob id reus, amplecti... « Vt quisque Seiano intimus, ita ad Caesaris amicitiam validus... Non enim Seianum Vulsiniensem, sed... tuum, Caesar, generum, tui consulatus socium, tua officia in re publica capessentem colebamus... De amicitia et officiis idem finis et te, Caesar, et nos absolverit. » — 6, 9. Secutae dehinc Tiberii litterae in Sex. Vistilium praetorium, quem Druso fratri percarum in cohortem suam transtulerat. Causa offensionis Vistilio fuit, seu... Caesar Pollionis ac Viniciani Scaurique causam, ut ipse cum senatu nosceret distulit... — 6, 12. (Senatus consulto de quodam libro Sibullae) facto misit litteras Caesar... — 6, 15. Diu quaesito, quos neptibus suis maritos destinaret Caesar..., L. Cassium, M. Vinicium legit. — 6, 17. Hinc inopia rei nummariae... Tulit opem Caesar disposito per mensas miliens sestertio factaque mutuandi copia sine usuris per triennium... — 6, 18. Argolicum..., Laconem, e primoribus Achaeorum, Caesar adflixerat. — 6, 19 (Sex. Marii damnati) *aerarias* aurariasque..., quamquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit. — 6, 20. C. Caesar..., qualem diem Tiberius induisset, pari habitu (erat)... Non omiserim praesagium Tiberii de Servio Galba tum consule. — 6, 21. (Libertus)... praeibat eum, cuius artem experiri Tiberius statuisset... Tum complexus (Thrasullum) Tiberius... inter intimos amicorum tenet. — 6, 23. Consultus... Caesar an sepeliri sineret (Asinium Gallum), non erubuit permittere ultroque incusare casus, qui reum abstulissent, antequam coram convinceretur... Mox quia rumor incedebat fore ut nuru (Agrippinae) ac nepoti (Druso) conciliaretur Caesar, saevitiam (in utrumque) quam paenitentiam maluit. — 6, 24. Centurio...

Digitized by Google

voces... deficientis (Drusi Germanici filii) adiecerat, quis primo .. quasi per dementiam funesta Tiberio... imprecabatur. — 6,25. Tiberius foedissimis criminationibus exarsit (in Agrippinam), impudicitiam arguens... Eodem die defunctam, quo biennio ante Seianus poenas luisset, memoriaeque id prodendum addidit Caesar, iactavitque quod non laqueo strangulata... foret. — 6,26. Vt Tiberio cognitum (Cocceium Nervam moriendi consilium cepisse), adsidere, causas requirere, addere preces, fateri postremo grave conscientiae, grave famae suae, si proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret. — 6, 27. Flacco Pomponio Syriae pro praetore defuncto recitantur Caesaris litterae, quis incusabat egregium quemque et regendis exercitibus idoneum abnuere id munus..., oblitus Arruntium... — 6, 28. Inter Ptolemaeum (qui ex Macedonibus tertius regnavit) ac Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt. — 6, 29. Caesar missis ad senatum litteris disseruit morem fuisse maioribus, quotiens dirimerent amicitias, interdicere domo..., id se repetivisse in (Pomponio) Labeone... (Macro) detulerat... argumentum tragoediae a Scauro scriptae, additis versibus, qui in Tiberium flecterentur. — 6, 30. Fama constans (Lentulum Gaetulicum) ausum mittere ad Caesarem litteras, adfinitatem sibi cum Seiano haud sponte, sed consilio Tiberii coeptam ; perinde se quam Tiberium falli potuisse ... Vnus omnium Seiani adfinium incolumis multaque gratia mansit, reputante Tiberio publicum sibi odium, extremam aetatem, magisque fama quam vi stare res suas. — 6, 31. (Artabanus rex Parthorum) senectutem Tiberii ut inermem despiciens... (Nobiles Parthi) Phraaten regis Phraatis filium Roma poscebant : nomine tantum et auctore opus, ut genus Arsacis, ut sponte Caesaris ripam apud Euphratis cerneretur. — 6, 32. Cupitum id Tiberio ; ornat Phraaten accingitque paternum ad fastigium... (Defuncto Phraate) non Tiberius omisit incepta. — 6, 37. Ornospades (Parthus)..., exul quondam et Tiberio, cum Delmaticum bellum conficeret, haud inglorius auxiliator... Vitellius... monet Tiridaten... Phraatis avi et altoris Caesaris. — 6, 38. Non enim Tiberium, quamquam triennio post caedem Seiani..., tempus, preces, satias mitigabant... Fulcinius Trio... supremis tabulis multa et atrocia in Macronem ac praecipuos libertorum Caesaris composuit, ipsi fluxam senio mentem.,

Digitized by Google

obiectando. Quae ab heredibus occultata recitari Tiberius iussit... — 6, 39. Haec Tiberius non mari, ut olim, divisus neque per longinquos nuntios accipiebat, sed urbem iuxta... — 6, 40. C. Galba consularis... voluntario exitu (cecidit)..., tristibus Caesaris litteris provinciam sortiri prohibitus. — 6, 45. Quod damnum Caesar ad gloriam vertit exsolutis domuum et insularum pretiis... Aestimando cuiusque detrimento quattuor progeneri Caesaris, Cn. Domitius, Cassius Longinus, M. Vinicius, Rubellius Blandus delecti... Neque enim multo post supremi Tiberio consules Cn. Acerronius, C. Pontius... — 6, 47. Interea Romae futuris etiam post Tiberium[1] caedibus semina iaciebantur. — 6, 48. (Loquitur L. Arruntius) «... An, cum Tiberius post tantam rerum experientiam vi dominationis convulsus et mutatus sit... » — 6, 50. Iam Tiberium corpus, iam vires, nondum dissimulatio deserebat... Tiberius... instaurari epulas iubet discumbitque ultra solitum... Ad capienda imperii primordia C. Caesar egrediebatur, cum repente adfertur redire Tiberio vocem ac visus... Sic Tiberius finivit octavo et septuagesimo aetatis anno. — 11, 3. (Valerius Asiaticus), cum se honestius calliditate Tiberii vel impetu C. Caesaris periturum dixisset, quam quod fraude muliebri et impudico Vitellii ore caderet... — 11, 21. Cum hisce verbis Tiberius dedecus natalium eius velavisset : « Curtius Rufus videtur mihi ex se natus. » — 12, 11. (Claudius legatis Parthorum respondens) se... Divo Augusto adaequabat, petitum ab eo regem referens, omissa Tiberii memoria, quamquam is quoque miserat. — 12, 25. (Pallas) stimulabat Claudium (ut L. Domitium adoptaret)..., sic... a Tiberio super propriam stirpem Germanicum adsumptum. — 13, 3. Tiberius artem quoque callebat, qua verba expenderet, tum validus sensibus aut consulto ambiguus. — 13, 47. Graptus ex libertis (Neronis) Caesaris, usu et senecta Tiberio abusque domum principum edoctus... — 13, 55. Aderat... (Ampsivariis) clarus per illas gentes et nobis quoque fidus nomine Boiocalus, vinctum se rebellione Cherusca iussu Arminii referens, mox Tiberio, Germanico ducibus stipendia meruisse... — 14, 63. Meminerant adhuc quidam Agrippinae a Tiberio... pulsae. — 15, 44. Quos... vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis

[1] Bitter² *post Tiberium* uncis incl.

Digitized by Google

eius Christus, Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat. — 16, 29. « Quid (Paconio) Agrippino obiectum, nisi tristem patris fortunam? quando et ille perinde innocens Tiberii saevitia concidisset ». — I, 15. « (Divus Augustus) sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tiberium Neronem privignum in proximo sibi fastigio conlocavit. » — I, 16. « Sub Tiberio et Gaio et Claudio unius familiae quasi hereditas fuimus... — I, 89. Sub Tiberio et Gaio tantum pacis adversa ad rem publicam pertinuere. — II, 65. Cluvius... (Hispaniam) rexit absens exemplo L. Arruntii. Eum Caesar[1] ob metum (retinuerat). — II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « Non adversus Divi Augusti acerrimam mentem nec adversus cautissimam Tiberii senectutem... exsurgimus. » — II, 95. Augustales..., quod sacerdotium... Caesar Tiberius[2] Iuliae genti sacravit. — IV, 42. « An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Gaio superstites fuerunt... » — IV, 48. Legio in Africa auxiliaque tutandis imperii finibus sub Divo Augusto Tiberioque principibus proconsuli parebant. — V, 9. Sub Tiberio quies (Iudaeae). — *G.* 37. Nec impune C. Marius in Italia, Divus Iulius in Gallia, Drusus ac Nero et Germanicus in suis (Germanos) sedibus perculerunt. — *A.* 13. Longa oblivio Britanniae (post Divum Iulium) etiam in pace; consilium id Divus Augustus vocabat, Tiberius praeceptum. — *O.* 17. « Statue sex et quinquaginta annos, quibus mox Divus Augustus rem publicam rexit; adice Tiberii tres et viginti... »[3].

TIBERIVS (DRVSI FILIVS, TIBERII CAESARIS NEPOS[4]).

TIBVRS, TIBVRTES. — 6, 27. Rubellii Blandi... avum Tiburtem equitem Romanum plerique meminerant. — 14, 22. Id... finibus Tiburtum acciderat, unde paterna (Rubellio) Plauto origo.

[1] « Vielleicht ist *Caesar* zu streichen. » (Macke, IV, 6.)

[2] Verba *quod sacerdotium... sacravit* damnavit Nipperdey, quae repugnarent cum 1, 54. V. ad Titvm Tativm. — Macke, IV, 6 : « Für die Richtigkeit dieser Annahme könnte die ungewöhnliche Nachstellung des Kaiserprānomens mit ins gewicht fallen. »

[3] V. etiam 1, 17, 18, 25, 27, 28, 31, 36, 40, 81; 2, 14, 55, 71, 84, 87; 3, 1, 5, 22, 29, 37, 50, 58; 4, 9, 28, 32, 38; 5, 1, 6; 6, 4, 13, 16, 46; I, 49.

[4] Nusquam nominatur a Tacito, sed de eo agitur: 2, 84; 3, 34, 56; 4, 3, 8, 15, 40, 6, 46. — Prosop., I, 152

Digitized by Google

TICINVM. — 3, 5. Ipsum (Augustum)... asperrimo hiemis Ticinum usque progressum neque abscedentem a corpore (Drusi)... — II, 17. Intercepti (a Vitellianis) centum equites ac mille classici inter Placentiam Ticinumque. — II, 27. Fabii quoque Valentis copiae, iam enim Ticinum venerat... — II, 30. Munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum. — II, 68. Discubuerat Vitellius Ticini adhibito ad epulas Verginio... — II, 88. Multae et atroces inter se militum caedes, post seditionem Ticini coeptam manente legionum auxiliorumque discordia.

TIGELLINVS, v. OFONIVS TIGELLINVS.

TIGRANES[1]. — 2, 3. Occiso Artaxia... datus a Caesare Armeniis Tigranes deductusque in regnum a Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit...

TIGRANES[2]. — 6, 40. Ne Tigranes quidem Armenia quondam potitus ac tunc reus nomine regio supplicia civium effugit.

TIGRANES[3]. — 14, 26. Possessionem Armeniae usurpabat (Corbulo), cum advenit Tigranes a Nerone ad capessendum imperium delectus, Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos, sed, quod diu obses apud urbem fuerat, usque ad servilem patientiam demissus. Nec consensu acceptus... — 15, 1. Rex Parthorum Vologaeses cognitis Corbulonis rebus regemque alienigenam Tigranen Armeniae impositum... Egressus Armenia Tigranes Adiabenos, conterminam nationem, latius ac diutius quam per latrocinia vastaverat. — 15, 2. (Vologaeses) Monaesi... mandavit... Tigranen Armenia exturbare. — 15, 3. Quae ubi Corbuloni certis nuntiis audita sunt, legiones duas... subsidium Tigrani mittit. — 15, 4. Monaeses... non... nescium aut incautum Tigranen offendit. Occupaverat Tigranocerta... — 15, 5. Nec praesentia (Vologaesi) prospere fluebant : inritum obsidium, tutus manu et copiis Tigranes. — 15, 6. Alii (Corbulonem) occulto pepigisse interpretabantur, ut omisso utrimque bello et abeunte Vologaese Tigranes quoque Armenia abscederet. — 15, 24. Legati Parthorum mandata regis Vologaesis... adtulere : ....« Nuper clausum Tigranen[4]... »

[1] Tigranes II. Prosop., 147.
[2] Tigranes IV. Prosop., 149.
[3] Tigranes V. Prosop., 150.
[4] V. etiam 15, 6, 13.

Digitized by Google

TIGRANOCERTA. — 12, 50. Vrbes... Armeniorum Artaxata et Tigranocerta iugum (Parthorum) accepere. — 14, 23. At Corbulo, post deleta Artaxata utendum recenti terrore ratus ad occupanda Tigranocerta..., illuc pergit... — 14, 24. Nec multo post legati Tigranocerta[1] missi patere moenia adferunt, intentos populares ad iussa (Corbulonis)... Accepitque cum honore, nec quicquam urbi detractum, quo promptius obsequium integri retinerent. — 15, 4. (Tigranes) occupaverat Tigranocerta[2], urbem copia defensorum et magnitudine moenium validam; ad hoc Nicephorius amnis... partem murorum ambit... — 15, 5. Oppidum Nisibin, septem et triginta milibus passuum a Tigranocerta[3] distantem... (Vologaeses) Monaesen omittere Tigranocerta iubet. — 15, 6. Alii occulto pepigisse (Corbulonem) interpretabantur, ut... abeunte Vologaese Tigranes quoque Armenia abscederet. « Cur enim exercitum Romanum a Tigranocertis deductum?... An melius hibernavisse in extrema Cappadocia... quam in sede regni...? » — 15, 8. (Caesennius) Paetus... rapit exercitum trans montem Taurum reciperandis, ut ferebat, Tigranocertis...

TIGRIS. — 6, 37. Campis, qui Euphrate et Tigre[4] inclutis amnibus circumflui Mesopotamiae nomen acceperunt. — 12, 13. Postquam campos propinquabant (Meherdates eiusque comites), copiis Carenis adiunguntur, tramissoque amne Tigri permeant Adiabenos...

TIMOTHEVS. — IV, 83. Ptolemaeus... Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum, quem ut antistitem caerimoniarum Eleusine exciverat (Alexandriam), quaenam illa superstitio, quod numen interrogat, Timotheus, quaesitis qui in Pontum meassent, cognoscit...

TINGITANA PROVINCIA. — II, 58. Lucceius Albinus a Nerone Mauretaniae Caesariensi praepositus, addita per Galbam Tingi-

[1] Sic **M**. — « *Tigranocerta* hier und 15, 5 im Abl. ebenso nach der ersten, wie *Artaxata*... Dagegen *Tigranocertis* 15, 6, 8. *Tigranocertam* steht durch ein leichtes Versehen in der Hds. 15, 4, 5. *Tigranocerta*] im Acc., 14, 23, im Nom. mit *Artaxata*, 12, 50. » (Nipperdey-Andresen.)

[2] **M** : *tygranocertam*. Cf. supra.

[3] Ritter : *Tigranocertis*.

[4] Fortasse *Tigri*. Cf. 12, 13; Plin., *N. H.*, 18, 170; Verg., *Aen.*, 10, 166 » (Orelli.)

Digitized by Google

tanae[1] provinciae administratione... — II, 59. Ipse Albinus dum e Tingitana[2] provincia Caesariensem Mauretaniam petit...

TIRIDATES[3] — 6, 32. Tiberius... Tiridatem sanguinis eiusdem (cuius Phraates) aemulum Artabano... deligit — 6, 37. (L.) Vitellius profugo Artabano... hortatur Tiridaten parata capessere... Vitellius... monet Tiridaten primoresque (Parthorum), hunc Phraatis avi et altoris Caesaris..., illos obsequium in regem, reverentiam in nos... retinerent. — 6, 41. At Tiridates volentibus Parthis Nicephorium et Anthemusiada ceterasque urbes... recepit, certantibus gaudio, qui Artabanum... ob saevitiam exsecrati come Tiridatis ingenium Romanas per artes sperabant. — 6, 42. Seleucenses... adventantem Tiridaten extollunt veterum regum honoribus et quos recens aetas largius invenit... Tiridates rem Seleucensem populo permittit. Mox consultans, quonam die sollemnia regni capesseret... Multis coram et adprobantibus Surena patrio more Tiridaten insigni regio evinxit. — 6, 43. Tum Hiero pueritiam Tiridatis (apud Artabanum) increpat. — 6, 44. Iamque multa manu propinqua Seleuciae adventabat (Artabanus), cum Tiridates simul fama atque ipso Artabano perculsus distrahi consiliis, iret contra an bellum cunctatione tractaret... Ea sententia valuit, quia plurima auctoritas penes Abdagaesen et Tiridates ignavus ad pericula erat... Principio a gente Arabum facto ceteri domos abeunt vel in castra Artabani, donec Tiridates cum paucis in Syriam revectus pudore proditionis omnes exsolvit[4].

TIRIDATES[5]. — 12, 50. Vologaeses casum invadendae Armeniae obvenisse ratus... contrahit copias fratremque Tiridaten deducere in regnum parat. — 12, 51. (Zenobia Radamisti coniunx) deducta ad Tiridaten comiterque excepta cultu regio habita est. — 13, 34. Nec Vologaeses sinebat fratrem Tiridaten dati a se regni expertem esse aut alienae id potentiae donum habere. — 13, 37. At Tiridates super proprias clientelas ope Vologaesis fratris adiutus, non furtim iam, sed palam bello infensare Armeniam... Ita con-

[1] M : *tangitanae.*
[2] M : *et Ingitana.*
[3] Prosop., 176. Phraatis IV nepos.
[4] V. etiam 12, 11.
[5] Prosop., 177. Rex Armeniae. Vologaesis Parthorum regis frater,

Digitized by Google

silia Tiridati in contrarium vertebant, mittebatque (ad Corbulonem) oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent, cur datis nuper obsidibus .. vetere Armeniae possessione depelleretur... Ad ea Corbulo... suadet Tiridati precibus Caesarem adgredi. — 13, 38. Placitum dehinc... conloquio ipsorum tempus locumque destinari. Mille equitum praesidium Tiridates adfore sibi dicebat... Tiridates vergente iam die procul adstitit, unde videri magis quam audiri posset. — 13, 40. At Tiridates pudore et metu... statuit postremo ostendere aciem et dato die proelium incipere vel simulatione fugae locum fraudi parare... Adsultare ex diverso Tiridates, non usque ad ictum teli, sed tum minitans tum specie trepidantis... — 13, 41. Corbulo... an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret obsidioque circumdaret, agitavit, concessisse illuc Tiridaten ratus. — 14, 26. Tiridaten per Medos extrema Armeniae intrantem, praemisso cum auxiliis Verulano legato atque ipse legionibus citis, abire procul ac spem belli amittere subegit (Corbulo). — 15, 1. Vologaeses... fratre Tiridate pulso spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens... Tiridates quoque regni profugus per silentium aut modice querendo gravior erat... — 15, 2. Commotus his Vologaeses concilium vocat et proximum sibi Tiridaten constituit... Simul diademate caput Tiridatis evinxit. — 15, 14. Ad ea Vologaeses... opperiendos sibi fratres Pacorum ac Tiridaten rescripsit ; illum locum tempusque consilio destinatum, quid de Armenia cernerent. — 15, 24. Legati Parthorum mandata regis Vologaesis... (Romam pertulere) : «... Nec recusaturum Tiridaten accipiendo diademati in urbem venire, nisi sacerdotii religione attineretur. Iturum ad signa et effigies principis... » — 15, 25. (Iidem legati) inriti remittuntur, cum donis tamen, unde spes fieret non frustra eadem oraturum Tiridaten, si preces ipse attulisset. — 15, 27. (Corbulo) venientes Tiridatis Vologaesisque de pace legatos haud aspernatus adiungit iis centuriones cum mandatis non immitibus. «... Tiridati conducere intactum vastationibus regnum accipere... » — 15, 28. Tiridates locum diemque conloquio poscit... Die pacta Tiberius Alexander... et Vinicianus Annius... in castra Tiridatis venere, honori eius ac ne metueret insidias tali pignore... Tum placuit Tiridaten ponere apud effigiem Caesaris insigne regium nec nisi manu Neronis resumere. — 15, 29. Medio tribunal

Digitized by Google

sedem curulem et sedes effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, caesis ex more victimis, sublatum capiti diadema imagini subiecit, magnis apud cunctos animorum motibus : «... Iturum Tiridaten ostentui gentibus, quanto minus quam captivum ? » — 15, 31. (Vologaeses) propriis nuntiis a Corbulone petierat, ne quam imaginem servitii Tiridates perferret... — 16, 23. Tempus damnationi (Bareae Sorani et Paeti Thraseae) delectum, quo Tiridates accipiendo Armeniae regno adventabat[1].

TIRO[2]. — *O.* 17. Vt de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scribit, septimo idus *Decembres* occisus est... »

* TITIA LEX, v. CINCIA LEX.

TITIANVS, v. SALVIVS TITIANVS.

TITIDIVS LABEO[3]. — 2, 85. Vistilia praetoria familia genita licentiam stupri apud aediles vulgaverat.., Exactum... a Titidio Labeone, Vistiliae marito, cur in uxore delicti manifesta ultionem legis omisisset. Atque illo praetendente...

TITII. — 11, 30. (Narcissus) veniam in praeteritum petens, quod (Claudio) Titios, Vettios, Plautios[4] dissimulavisset (Messalinae adulteros)...

TITII SODALES. — 1, 54. Vt quondam Titus Tatius retinendis Sabinorum sacris sodales Titios[5] instituerat[6]...

* TITIVS IVLIANVS, v. TETTIVS IVLIANVS.

TITIVS PROCVLVS.— 11, 35. Eadem constantia et illustres equites Romani... Titium Proculum, custodem a Silio Messalinae datum et indicium offerentem..., tradi ad supplicium iubet (Claudius[7]).

[1] V. etiam 12, 44; 13, 39; 15, 30.

[2] M. Tullius Tiro. Prosop., 282.

[3] Prosop., 185. Plinii maioris optimus codex Bamberg. : *Titedius*.

[4] **M** : *cis uetticis plautio*. Corr. Brotier. — I. F. Gronov. : *cis vettios cis Plautios* (i.e.dum Vettiis, dum Plautiis moechis contenta fuit). — Pichena : *de Vectio et Plautio*. — Nipperdey : *Vettios, Plautios*. — Intellegendus est, si quidem Broterii lectionem retinemus, *Titius Proculus*, quem tamen inter adulteros Messalinae fuisse nusquam traditum est; cf. 11, 35.

[5] **M** : *tatios*. Corr. Vertranius coll. Varr. *L. L.*, 5, 85 : *sodales Titii dicti ab Titiis avibus;* Lucano, 1, 602 ; inscriptionibus. — *Tatios* revocandum censuerunt Ernesti et Brotier.

[6] Pro *ut Romulus Tatio regi*, quod habet **M**[2] (II, 95), corr. Heraeus : *ut Romulus Titios T. Tatio regi;* Ioh. Müller: *ut Titiorum, etc.*

[7] V. etiam Titii.

Digitized by Google

TITIVS SABINVS, SABINVS[1]. — 4, 18. C. Silium et Titium Sabinum adgreditur (Seianus). Amicitia Germanici perniciosa utrique. — 4, 19. Erat uxor Silio Sosia Galla... Hos corripi dilato ad tempus Sabino placitum. — 4, 68. Foedum anni principium incessit tracto in carcerem inlustri equite Romano Titio Sabino ob amicitiam Germanici... Compositum inter (accusatores), ut Latiaris, qui modico usu Sabinum contingebat, strueret dolum... Postquam Sabinus, ut sunt molles in calamitate mortalium animi, effudit lacrimas... Ac iam ultro Sabinus quaerere Latiarem, ventitare domum, dolores suos quasi ad fidissimum deferre. — 4, 69. Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum et in cubiculum trahit. — 4, 70. Caesar sollemnia incipientis anni... epistula precatus vertit in Sabinum. — 6, 4. Latiaris, ut rettuli, praecipuus olim circumveniendi Titii Sabini et tum luendae poenae primus fuit.

* TITVRIVS, v. ITVRIVS.

* TITVRIVS SABINVS, v. TITIVS SABINVS.

TITVS TATIVS, TATIVS. — 1, 54. Vt quondam T. Tatius retinendis Sabinorum sacris sodales Titios instituerat. — 12, 24. Forumque et Capitolium non a Romulo, sed a Tito Tatio additum urbi credidere. — II, 95... Augustales. Quod sacerdotium, ut Romulus Tatio regi, ita Caesar Tiberius Iuliae genti sacravit[2].

TITVS, TITVS VESPASIANVS[3]. — I, 1. Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim. — I, 10. (Vespasianus) Titum filium ad venerationem cultumque (Galbae ex Iudaea) miserat... — II, 1. Titus Vespasianus, e Iudaea incolumi adhuc Galba missus a patre, causam profectionis officium erga principem et maturam petendis honoribus iuventam ferebat, sed vulgus fingendi avidum disperserat accitum in adoptionem... Augebat famam ipsius Titi ingenium, quantaecumque fortunae capax, decor oris cum quadam maiestate...— II, 4. Titus spectata opulentia (templi Paphiae Vene-

[1] Prosop., 202. — Muretus volebat : *Titurius Sabinus*, coll. Caes., *de b. g.*, 5, 24. Cf. Walther, ad h. l.

[2] Verba *quod... sacravit* interpolata esse existimat Nipperdey (ad *Ann.*, I. 54); Orelli *(ibid.)* Tacitum minus accurate locutum esse hoc *Historiarum* loco; Orelli-Meiser eumdem in *Annalibus* alios auctores secutum. Item Ritter ad II, 95. — Heraeus : *Titios T. Tatio.*

[3] T. Flavius Vespasianus. Imp. T. Vespasianus Augustus. Prosop., F, 264.

Digitized by Google

ris)..., de navigatione primum consulit..., de se per ambages interrogat... Titus aucto animo ad patrem pervectus... ingens rerum fiducia accessit. — II, 5. Praecipua concordiae (inter Vespasianum et Mucianum) fides Titus prava certamina communi utilitate aboleverat, natura atque arte compositus adliciendis etiam Muciani moribus. — II, 6. Antequam Titus adventaret, sacramentum Othonis acceperat uterque (Syriae et Iudaeae) exercitus. — II, 74. Muciani animus nec Vespasiano alienus et in Titum pronior. — II, 79. Iudaicus exercitus... apud (Vespasianum iuravit) eo ardore, ut ne Titus quidem filius exspectaretur, Syria remeans et consiliorum inter Mucianum ac patrem nuntius. — II, 82. Titum instare Iudaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit; sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et dux Mucianus... — IV, 3. (Vespasiano) consulatus cum Tito filio (decernitur). — IV, 38. Interea Vespasianus iterum ac Titus consulatum absentes inierunt. — IV, 51. Vespasianus... validissimam exercitus partem Tito tradit ad reliqua Iudaici belli perpetranda. — IV, 52. Titum. antequam digrederetur, multo apud patrem sermone orasse ferunt, ne criminantium (Domitianum) nuntiis temere accenderetur... Vespasianus haud aeque Domitiano mitigatus quam Titi pietate gaudens bono esse animo iubet... — V, 1. Eiusdem anni principio Caesar Titus, perdomandae Iudaeae delectus a patre et privatis utriusque rebus militia clarus, maiore tum vi famaque agebat... — V, 10. Manere apud exercitus Titum ad omnes principatus novi eventus casusve utile videbatur. — V, 11. Ipsi Tito Roma et opes voluptatesque ante oculos, ac ni statim Hierosolyma conciderent, morari videbantur. — V, 13. Pluribus (Iudaeis) persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri... Quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerant... Hanc adversus urbem gentemque Caesar Titus, quando impetus et subita belli locus abnueret, aggeribus vineisque certare statuit. — *F.* 2. (Fertur Titus adhibito consilio prius deliberasse an templum tanti operis everteret... At contra alii et Titus ipse evertendum in primis templum censebant...)—*F.* 5. (Iani portas... utrum post Vespasianum et Titum aliquis clauserit, neminem scripsisse memini, cum tamen... Cornelius Tacitus prodat.)[1]

[1] V. etiam II, 2, 74, 77; IV, 8, 40, 86.

Digitized by Google

TMOLVS. — 2, 47. Tmolum (in quinquennium tributo) levari... placuit.

TOGONIVS GALLVS. — 6, 2. Scipiones haec et Silani et Cassii... censebant, cum repente Togonius Gallus, dum ignobilitatem suam magnis nominibus inserit, per deridiculum auditur. Nam principem orabat deligere senatores, ex quis viginti sorte ducti et ferro accincti, quotiens curiam inisset, salutem eius defenderent... Tiberius... haec (respondit), adversus Togonium verbis moderans, neque ut ultra abolitionem sententiae suaderet.

TOLBIACVM. — IV, 79. Civilis..., flagrantissima cohortium suarum integra, quae ex Chaucis Frisiisque composita Tolbiaci in finibus Agrippinensium agebat.

TORANIVS. — *O.* 21. « Nec unum de populo Canutii aut Attii... de Furnio et Toranio, quique alii in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem produnt. »

* TORIVS SABINVS, v. OSTORIVS SABINVS.

TORONAEVS SINVS. — 5, 10. (Poppaeus Sabinus) Toronaeum Thermaeumque sinum praefestinans, mox Euboeam... evadit.

TORQVATA[2]. — 3, 69. (Tiberius) addidit... sororem quoque C. Silani Torquatam, priscae sanctimoniae virginem, expetere (ut Cythnum, potius quam Gyarum, relegaretur).

TORQVATI. — 16, 12. Menses... Maius Claudii, Iunius Germanici vocabulis mutantur, testificante Cornelio Orfito, qui id censuerat, ideo Iunium mensem transmissum, quia duo iam Torquati[3] ob scelera interfecti infaustum nomen Iunium fecissent.

TORQVATVS SILANVS, TORQVATVS, v. D. IVNIVS.

TRACHALVS, v. GALERIVS TRACHALVS.

TRAIANVS, NERVA TRAIANVS[4]. — I, 1. Quod si vita suppeditet, principatum Divi Nervae et imperium Traiani, uberiorem securioremque materiam, senectuti seposui, rara temporum felicitate, ubi sentire quae velis et quae sentias dicere licet. — *G.* 37. Caecilio Metello et Papirio Carbone consulibus. Ex quo, si ad alterum imperatoris Traiani consulatum computemus, ducenti

[1] **B** : *Toranio*; **AC** : *Coranio*. « Locus misere corruptus... De Toranio oratore nihil constat. » (Orelli-Andresen.) — Cf. Walther ad. h. l.

[2] Iunia Torquata. Prosop., I, 579.

[3] Intellegendi sunt D. Iunius Silanus Torquatus et L. Iunius Silanus Torquatus.

[4] M. Vlpius Traianus, Imp. Caesar Nerva Traianus Augustus. Prosop., V, 575.

Digitized by Google

ferme et decem anni colliguntur, tam diu Germania vincitur. — *A*. 3. Quamquam... augeat... quotidie felicitatem temporum Nerva Traianus... — 44. (Non licuit Agricolae) durare in hanc beatissimi saeculi lucem ac principem Traianum videre, quo daugurio votisque apud nostras aures ominabatur.

TRALLIANI. — 4, 55. (Cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae templum Tiberii statueretur), Hypaepeni Trallianique Laodicenis ac Magnetibus simul tramissi ut parum validi.

TRANSALPINAE GENTES. — IV, 54. Possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus portendi superstitione vana Druidae canebant.

TRANSPADANA REGIO, ITALIA. — I, 70. Firmissima Transpadanae regionis municipia, Mediolanum ac Novariam et Eporediam et Vercellas... — II, 32. « Clausam Alpibus et nullo maris subsidio Transpadanam Italiam... »

TRANSPADANI. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Tunc solida domi quies et adversus externa floruimus, cum Transpadani in civitatem recepti. »

TRANSRHENANI.— II, 17. Inritabat quin etiam Batavos Transrhenanosque Padus ipse, quem repente contra Placentiam transgressi. — IV, 23. Batavi Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quaeque gens consistunt. — IV, 28. (Civilis) machinas molemque operum Batavis delegat, Transrhenanos... ad scindendum vallum ire... iubet.— IV, 76. Apud Germanos diversis sententiis certabatur. Civilis opperiendas Transrhenanorum gentes, quarum terrore fractae populi Romani vires obtererentur. — V, 16. Civilis... cuneis adstitit. Batavi Cugernique in dextro, laeva ac propiora flumini Transrhenani tenuere. — V, 25. Concussa Transrhenanorum fide (minis ac promissis Petilii Cerialis).

TRANSRHENANVS, A. — 4, 72. Frisii, Transrhenanus populus. — IV, 15. Accitis Frisiis, Transrhenana gens est. — IV, 63. Transrhenanis gentibus invisa civitas (colonia Agrippinensis). — IV, 73. « An vos cariores Civili Batavisque et Transrhenanis gentibus creditis, quam maioribus eorum patres avique vestri fuerunt.»

TRAPEZVS. — 13, 39. Rex (Tiridates)..., sive ut commeatus nostros Pontico mari et Trapezunte oppido adventantes interciperet, propere discedit. — III, 47. Trapezuntem vetusta fama civitatem a Graecis in extremo Ponticae orae conditam...

Digitized by Google

TRAVLVS MONTANVS[1]. — 11, 36. Ne Trauli quidem Montani equitis Romani defensio recepta est. Is modesta iuventa, sed corpore insigni, accitus ultro noctemque intra unam a Messalina proturbatus erat.

TREBELLENVS RVFVS, TREBELLENVS[2]. — 2, 67. (Liberis Cotyis) nondum adultis Trebellenus Rufus praetura functus datur, qui regnum interim tractaret, exemplo quo... — 3, 38. Thraecia diviso imperio in Rhoemetalcen et liberos Cotyis, quis ob infantiam tutor erat Trebellenus Rufus, insolentia nostri discors agebat neque minus Rhoemetalcen quam Trebellenum incusans popularium iniurias inultas sinere. — 6, 39. Nec dispares Trebelleni Rufi et Sextii Paconiani exitus, nam Trebellenus sua manu cecidit...

M. TREBELLIVS[3]. — 6, 41. M. Trebellius legatus, a Vitellio praeside Syriae... missus, duos colles, quos (Clitae) insederant, ... operibus circumdedit... (eosque) ad deditionem coegit.

TREBELLIVS MAXIMVS, TREBELLIVS[4]. — 14, 46. Census per Gallias a Q. Volusio et Sextio Africano Trebellioque Maximo acti sunt, aemulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano; Trebellium, dum uterque dedignatur, supra tulere. — I, 60. Praeerat (Britanniae) Trebellius Maximus, per avaritiam ac sordes contemptus exercitui invisusque. Accendebat odium eius Roscius Caelius legatus vicensimae legionis... Trebellius seditionem et confusum ordinem disciplinae Caelio, spoliatas et inopes legiones Caelius Trebellio obiectabat... Eoque discordiae ventum, ut auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus et adgregantibus se Caelio cohortibus alisque desertus Trebellius ad Vitellium perfugerit. — II, 65. Non idem Trebellio Maximo honos: profugerat Britannia ob iracundiam militum: missus est in locum eius (a Vitellio) Vettius Bolanus. — *A.* 16. Petronius Turpilianus... (Britanniam) Trebellio Maximo provinciam tradidit. Tre-

[1] Sex. Traulus Montanus. Prosop., 293.

[2] T. Trebellenus Rufus. Prosop., 230. — « Die Hds. des Tac. hat an dieser Stelle, wie die Inschrift (*C. I. L.* V, 1878), die korrektere Form *Trebellenus*, an den übrigen Stellen *Trebellienus*. » (Nipperdey-Andresen.) — Vulg. : *Trebellienus*.

[3] Prosop., 234. — « Vielleicht der Vater des Trebellius Maximus. » (Nipperdey-Andresen.)

[4] M. Trebellius Maximus. Prosop., 239.

Digitized by Google

bellius segnior et nullis castrorum experimentis comitate quadam curandi provinciam tenuit... Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitus ira indecorus atque humilis, precario mox praefuit, ac velut pacti exercitus licentiam, dux salutem esset, seditio sine sanguine stetit[1].

TREBONIVS GARVTIANVS[2]. — I, 7. (Clodium) Macrum in Africa haud dubie turbantem Trebonius Garutianus[3] procurator iussu Galbae (interfecerat).

TREVERI, TREVIR (sing. coll.) TREVIR, (sing.)[4]. — 1, 41. « Pergere ad Treviros (Agrippinam, Germanici uxorem) »... Sed nihil aeque (seditiosos milites) flexit quam invidia in Treviros. — 3, 40. Eodem anno Galliarum civitates... rebellionem coeptavere, cuius exstimulator acerrimus inter Treveros Iulius Florus... — 3, 42. Interim Florus insistere destinatis, pellicere alam equitum, quae conscripta e Treveris militia disciplinaque nostra habebatur..., paucique equitum corrupti... — 3, 44. At Romae non Treveros modo et Aeduos, sed quattuor et sexaginta Galliarum civitates descivisse (creditum). — 3, 46. (Hortatur Silius milites : « Vna nuper cohors rebellem Turonum, una ala Treverum (profligavit)... » — I, 53. Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum (Germanicarum) propius miscentur... — I, 57. Ardorem exercituum Agrippinenses, Treviri, Lingones aequabant. — I, 63. Et Treviros quidem ut socios securi adiere (Vitelliani milites). — II, 14. (Fabius Valens) universam Trevirorum alam cum Iulio Classico praefecto (adversus Othonianos) misit... Trevirorum turmae obtulere se hosti incaute... — II, 28. Nuntio adlato pulsam Trevirorum[5] alam .. (Fabius Valens) partem Batavorum ire in subsidium iubet... — III, 35. Alpinium Montanum praefectum cohortis (in exercitu Vitelliano), quod hic Trevir (erat)... — IV, 18. (Munius) Lupercus legionarios e praesentibus, Vbios e proximis, Trevirorum equites haud longe agentes raptim transmisit... Vbiorum Treverorumque auxilia

[1] V. etiam *A.* 7.
[2] Prosop., 245. — Plut. : Τρεβωνιανός.
[3] Vulg. : *Garucianus.*
[4] Varietatem scripturae (*Treveri, Treviri*), ut est in codicibus, observavi.
[5] M : *Ire uirorũ.*

Digitized by Google

foeda fuga dispersa totis campis palantur. — IV, 28. (Civilis) vastari Vbios Trevirosque... iubet. — IV, 32. (Loquitur Civilis) « Vos autem, Treveri ceteraeque servientium animae, quod praemium effusi totiens sanguinis exspectatis nisi ingratam militiam. immortalia tributa...? » — IV, 37. Loricam vallumque per fines suos Treveri struxere, magnisque in vicem cladibus cum Germanis certabant, donec egregia erga populum Romanum merita mox rebelles foedarent. — IV, 55. (Iulium) Classicum... praefectum alae Treverorum... Iulius Tutor et Iulius Sabinus, hic Trevir, ille Lingonus... Plurima vis penes Treviros ac Lingonas; nec tulere moras consultandi. Certatim proclamant furere discordiis populum Romanum... — IV, 57. Obtestante Vocula non adeo turbatam civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam Lingonibusque despectui sit. — IV. 58. (Contionatur apud milites Vocula) « Tutorine Treviro agentur excubiae? » — IV, 62. Legio sexta decima cum auxiliis simul deditis a Novaesio in coloniam Trevirorum transgredi... iubetur... Legiones nihil mutato itinere ante moenia Trevirorum considunt. — IV, 66. Civilis... intulit se agmini Tungrorum et clara voce : « Non ideo, inquit, bellum sumpsimus, ut Batavi et Treveri gentibus imperent; procul haec a nobis adrogantia ». — IV, 68. Galliarum civitates in Remos convenere. Trevirorum legatio illic opperiebatur... — IV, 69. Constat obstitisse Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio steterant... Scribuntur ad Treviros epistulae nomine Galliarum, ut abstinerent armis... — IV, 70. Igitur non Treveri neque Lingones ceteraeve rebellium civitates pro magnitudine suscepti discriminis agere... Tutor Trevirorum copias recenti... dilectu auctas veterano pedite atque equite firmavit... Tutor Treveris comitantibus, vitato Mogontiaco. Bingium concessit... Ea clade perculsi Treviri... Legiones a Novaesio Bonnaque in Treviros, ut supra memoravimus, traductae... Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt. — IV, 71. At Civilis et Classicus, ubi pulsum Tutorem, caesos Treviros, cuncta hostibus prospera accepere... (Petilius Cerialis) Rigodulum venit, quem locum magna Trevirorum manu Valentinus insederat. — IV, 72. Cerialis postero die coloniam Trevirorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis... — IV, 73. Mox Treviros ac Lingonas ad contionem vocatos ita adloquitur... — IV, 75. Tenebantur vic-

Digitized by Google

tore exercitu Treveri, cum Civilis et Classicus... — IV, 76. Tutor... adfirmabat... neque Treviros aut Lingonas benevolentia contineri; resumpturos arma ubi metus abscesserit. — IV, 85. At Domitianus Mucianusque, antequam Alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere. — V, 14. At Civilis post malam in Treveris pugnam... — V, 19. Transiere Rhenum (cum Civili) Tutor quoque et Classicus et centum tredecim Trevirorum senatores, in quis fuit Alpinius Montanus... — V, 24. Cerialis per occultos nuntios... Velaedam propinquosque monebat fortunam belli... mutare; caesos Treviros, receptos Vbios... — *G.* 28. Treveri et Nervii circa adfectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tamquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia Gallorum separentur[1].

TREVERICVS, VM. — 3, 42. Florus... sua manu cecidit. Isque Treverici tumultus finis. — V, 17. Nec Civilis silentem instruxit aciem... « Ne terrerentur vario Treverici proelii eventu... »

TRIARIA. — II, 63. Cunctantem super (delatione Plancii Vari in Cornelium Dolabellam) Flavium Sabinum Triaria, L. Vitellii uxor, ultra feminam ferox terruit. — II, 64. Triariae licentiam modestum e proximo exemplum onerabat, Galeria imperatoris uxor... et... mater Vitelliorum Sextilia... — III, 77. Fuere qui uxorem L. Vitellii Triariam incusarent, tamquam gladio militari cincta inter luctum... expugnatae Tarracinae superbe saeveque egisset.

TRIBOCI. — IV, 70. (Iulius) Tutor Trevirorum copias, recenti Vangionum, Caeracatium, Tribocorum dilectu auctas... firmavit... (Legionarii) honesto transfugio rediere, secutis Tribocis Vangionibusque et Caeracatibus. — *G.* 28. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes.

TRIMERVS. — 4, 71. (Iuliam) neptem Augustus convictam adulterii damnaverat proieceratque in insulam Trimerum[2], haud procul Apulis litoribus.

* TRIMETVS, v. TRIMERVS.

TRINOBANTES. — 14, 31. (Iceni) rapiunt arma, commotis ad

[1] V. etiam IV, 77 (de Treverorum colonia).
[2] Hodie *Tremiti*. Quare corr. Freinsheim : *Trimetum*.

Digitized by Google

rebellationem Trinobantibus[1] et qui alii (Britanni) nondum servitio fracti...

TRIO, v. FVLCINIVS TRIO.

* TRISANTONA, v. AVONA.

TRIVIA. — 3, 62. Civitas... Stratonicensium Iovis et Triviae religionem (tuebatur in senatu, cum de iure asyli disceptaretur).

TROIA. — 4. 55. (Cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae templum Tiberii statueretur), ne Ilienses quidem, cum parentem urbis Romae Troiam referrent, nisi antiquitatis gloria pollebant. — 11, 11. Sedente Claudio circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiae inirent interque eos Britannicus imperatore genitus et L. Domitius adoptione mox in imperium et cognomentum Neronis adscitus. — 12, 58. Nero..., causa Iliensium suscepta Romanum Troia demissum et Iuliae stirpis auctorem Aeneam... exsecutus...

TROIANVS, TROIANVM. — 11, 14. Quidam... temporibus Troianis Palamedem Argivum memorant sedecim litterarum formas... repperisse. — 15, 39. Pervaserat rumor ipso tempore flagrantis urbis inisse (Neronem) domesticam scaenam et cecinisse Troianum excidium... — 16, 21. Thrasea Patavi... ludis cetariis a Troiano Antenore institutis... cecinerat.

TROXOBORES. — 12, 55. Agrestium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum..., Troxobore duce montes asperos castris cepere... Dein rex eius orae Antiochus.. Troxobore[2] paucisque primoribus interfectis ceteros clementia composuit.

TRVCCVLENSIS. — *A*. 38. Classis (Britannica) secunda tempestate ac fama Trucculensem[3] portum tenuit.

* TRVTVLENSIS, v. TRVCCVLENSIS.

TVBANTES. — 1, 51. Excivit ea caedes Bructeros, Tubantes, Vsipetes. — 13, 55. « Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum et post Vsiporum fuisse. » — 13, 56. Ampsivariorum gens retro ad Vsipos et Tubantes concessit...

[1] **M** : *trinouantibus*. Sed cf. Caesar, *B. G.*, 5, 20. Corr. Lipsius. Codicis scripturam inter recentiores defenderunt H. Meusel, *Zeit. f. d. Gymn.*, 1894, p. 215 et Furneaux, *Corn. Tac. Ann.*, ad. h. l., Gluckium secuti.

[2] **M** : *troxoboro*, quod malebat Haase.

[3] **A** : *truculentem* (corr. 1 m); **B** : *trutulens est*. Vulg. : *Trutulensem* : Rhenanus : *Rutupensem*. Orellium secutus sum.

Digitized by Google

TVBERONES. — 12, 1. Aelia Paetina e familia Tuberonum. — 16, 22. (Loquitur Cossutianus Capito in Thraseam) « Ista secta Tuberones[1] et Favonios, veteri quoque rei publicae ingrata nomina, genuit. »

TVDRVS. — *G.* 42. Marcomanis Quadisque usque ad nostram memoriam reges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobodui et Tudri genus.

TVISTO. — *G.* 2. (Germani) celebrant carminibus antiquis... Tuistonem[2] deum terra editum et filium Mannum originem gentis conditoresque.

M. TVLLIVS. — *O.* 20. (Loquitur Aper) « Quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina, quae pro M. Tullio aut A. Caecina legimus ? »

M. (TVLLIVS) CICERO, v. M. CICERO.

* TVLLIVS FLAVIANVS, v. IVLIVS FLAVIANVS.

TVLLIVS GEMINVS[3]. — 14, 50. Adiciebat Tullius[4] Geminus accusator (Fabricii Veientonis) venditata ab eo munera principis et adipiscendorum honorum ius.

* TVLLIVS SENECIO, v. CLAVDIVS SENECIO.

(M. TVLLIVS) TIRO, v. TIRO.

* TVLLIVS VALENTINVS, v. IVLIVS VALENTINVS.

TVLLVS, TVLLVS HOSTILIVS. — 3, 26. Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat ; dein Numa religionibus et divino iure populum devinxit, repertaque quaedam a Tullo et Anco. — 6, 11 Ferunt... ab Tullo Hostilio Numam Marcium (urbi impositum) — 12, 8. Addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda (quibus procuraretur incestum L. Silano sororique eius Iuniae Calvinae obiectum).

* TVMIDIVS QVADRATVS, v. VMMIDIVS QVADRATVS.

TVNGRI, TVNGRAE COHORTES. — II, 14. Duas Tungrorum

[1] Intellegendus est Q. Aelius Tubero, Gracchorum aequalis, Stoicae disciplinae addictus.

[2] **C** : *tuistonem :* **B** : *tristonem (tui* suprascr.) : **A** : *tristonem* (in marg. : *tuisman).* Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[3] Prosop., 274 et 275 ; cf. 4.

[4] **M** : *talius.* Corr. Borghesi. « Die Hds. *Talius,* was kein römischer Name ist. *Tullius Geminus* war später unter Nero Consul suffectus nach einer Inschr.... Borghesi, *Oeuvres,* V, 221... » (Nipperdey-Andresen), — Muret ; *T, Allius.*

Digitized by Google

cohortes... (Fabius Valens in subsidium provinciae Narbonensi) misit... — II, 15. Atrox ibi caedes, et Tungrarum[1] cohortium praefecti sustentata diu acie telis obruuntur. — II, 28. Nuntio adlato (ad Fabium Valentem) pulsam Trevirorum alam Tungrosque a classe Othonis et Narbonensem Galliam circumiri... — IV, 16. Nec diu certato Tungrorum cohors signa ad Civilem transtulit. — IV, 55. (Duces Galliarum rebellionem coeptantes) in colonia Agrippinensi... conveniunt... Interfuere quidam Vbiorum Tungrorumque. — IV, 66. Quo minus ultra pergeret (Civilis), Claudius Labeo Baetasiorum Tungrorumque et Nerviorum tumultaria manu restitit... Civilis, ausus an ex composito, intulit se agmini Tungrorum et clara voce... Movebatur vulgus condebantque gladios, cum Campanus ac Iuvenalis e primoribus Tungrorum universam ei gentem dedidere. — IV, 79. (Quartam decimam) legionem... Fabius Priscus legatus in Nervios Tungrosque duxit, eaeque civitates in deditionem acceptae. — *G.* 2. Quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint... — *A.* 36. Agricola Batavorum cohortes *tres* ac Tungrorum duas cohortatus est, ut rem ad mucrones ac manus adducerent.

TVRESIS. — 4, 50. Iuventus (Thraecum) Tarsam inter et Turesim distrahebatur. Vtrique destinatum cum libertate occidere... Turesis sua cum manu noctem opperitur, haud nescio duce nostro...

TVRONI, TVRONVS. — 3, 41. Haud ferme ulla (Galliarum) civitas intacta seminibus eius motus fuit, sed erupere primi Andecavi et Turoni... Turoni legionario milite... oppressi. — 3, 46. « Vna nuper cohors rebellem Turonum (profligavit). »

TVRPILIANVS, v. PETRONIVS TVRPILIANVS.

TVRPIO AMBIVIVS, v. (AMBIVIVS TVRPIO).

C. TVRRANIVS[2], TVRRANIVS. — 1, 7. In verba Tiberii Caesaris iuravere... Seius Strabo, C. Turranius, ille praetoriarum cohortium praefectus, hic annonae. — 11, 31. Potissimum *quemque* amicorum vocat (Claudius) primumque rei frumentariae praefectum Turranium.

[1] L. Spengel : *Tungrorum*. Sed cf. 4, 47 : *Sagambrae cohortis*.
[2] Prosop., 297.

Digitized by Google

TVRVLLIVS CERIALIS. — II, 22. Tradidere sese (Caecinae Placentia Cremonam) abeunti Turullius[1] Cerialis cum compluribus classicis... ; ille primipilaris et Caecinae haud alienus, quod ordines in Germania duxerat.

TVSCI. — 11, 24. (Loquitur Claudius Caesar) « Capti a Gallis sumus; sed et Tuscis obsides dedimus. » — 14, 21. Pluribus ipsa licentia placebat... Maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis..., eoque a Tuscis accitos histriones.

TVSCVLANVS AGER. — 14, 3. Nero vitare secretos (Agrippinae) congressus, abscedentem in hortos aut Tusculanum vel Antiatem in agrum laudare, quod otium capesseret.

TVSCVLVM. — 11, 24. (Loquitur Claudius) « Neque enim ignoro... Porcios Tusculo... ascitos. »

TVSCVS, VM, — 4, 65. Haud fuerit absurdum tradere montem eum... Caelium appellitatum a Caele Vibenna, qui dux gentis Etruscae . sedem eam acceperat... Vnde Tuscum vicum e vocabulo advenarum dictum. — 14, 59. Doctores... sapientiae, Coeranum Graeci, Musonium Tusci generis...

TVTOR, v. IVLIVS TVTOR.

TYRRHENVS. — 4, 55. Sardiani decretum Etruriae recitavere ut consanguinei; nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos ob multitudinem divisisse gentem...; Tyrrheno datum, novas ut conderet sedes et ducum e nominibus indita vocabula illis per Asiam, his in Italia.

TYRVS. — 16, 1. « Dido Phoenissam Tyro profugam. »

VADA. — V, 20. Praesidia... Civilis quadripertito (invasit),... Grinnes Vadamque, cohortium alarumque castra. — V, 21. Plus discriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis, Grinnes Classicus obpugnabant.

VAHALIS. — 2, 6. (Rhenum, postquam in duos amnes divisus est,) ad Gallicam ripam... verso cognomento Vahalem accolae dicunt. Mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine...

VALENS, v. FABIVS VALENS.

VALENTINVS, v. IVLIVS VALENTINVS.

(VALERIA) MESSALINA, v. MESSALINA.

[1] Ernesti : *Turulius*. Cf. RITTER ad h. l.

Digitized by Google

M. VALERIVS[1]. — 3, 2. Consules M. Valerius et M. Aurelius, iam enim magistratum occeperant, et senatus ac magna pars populi viam complevere (in exsequiis Germanici).

VALERIVS ASIATICVS, ASIATICVS[2] *(A)*. — 11, 1. Valerium Asiaticum, bis consulem, fuisse quondam adulterum (Poppaeae Sabinae) credidit (Messalina); pariterque hortis inhians, quos ille a Lucullo coeptos insigni magnificentia extollebat, Suillium accusandis utrisque immittit. Adiungitur Sosibius..., qui... moneret Claudium... praecipuum auctorem Asiaticum interficiendi *C.* Caesaris non extimuisse contione in populi Romani fateri gloriamque facinoris ultro petere. — 11, 3. Consultanti (Claudio) super absolutione Asiatici flens Vitellius, commemorata vetustate amicitiae, utque Antoniam principis matrem pariter observavissent, dein percursis Asiatici in rem publicam officiis recentique adversus Britanniam militia,... liberum mortis arbitrium ei permisit... Hortantibus dehinc quibusdam inediam et lenem exitum remittere beneficium Asiaticus ait... ; venas exsolvit, viso tamen ante rogo iussoque transferri partem in aliam, ne opacitas arborum vapore ignis minueretur. — 13, 43. (Testes P. Suillio)... Iuliam Drusi filiam Sabinamque Poppaeam ad mortem actas et Valerium Asiaticum (circumventum)... obiectabant.

VALERIVS ASIATICVS[3] (*B*). — I, 59. Accessere partibus Valerius Asiaticus, Belgicae provinciae legatus, quem mox Vitellius generum adscivit... — IV, 4. Eaque omnia Valerius Asiaticus consul designatus censuit[4].

VALERIVS CAPITO. — 14, 12. Nero... praetura functos Valerium Capitonem et Licinium Gabolum sedibus patriis reddidit ab Agrippina olim pulsos.

(M. VALERIVS) CATVLLVS, v. CATVLLVS.

(L. VALERIVS CATVLLVS) MESSALINVS, v. MESSALINVS.

VALERIVS CORVVS[5]. — 1, 9. Numerus... consulatuum (Augusti) celebrabatur, quo Valerium Corvum et C. Marium simul aequaverat.

[1] M. Valerius Messala, filius (M.) Valerii (Corvini) Messalae vel Messalini, nepos (M. Valerii) Messalae Corvini. Prosop., 92.

[2] (D?) Valerius Asiaticus. Prosop., 25.

[3] (D.?) Valerius Asiaticus. Prosop., 26. Filius, ut videtur, eius qui praecedit.

[4] V. etiam IV, 6, 8, 9.

[5] M. Valerius Corvus.

Digitized by Google

VALERIVS FABIANVS, FABIANVS. — 14, 40. Domitius Balbus erat praetorius, simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. Ei propinquus Valerius Fabianus, capessendis honoribus destinatus, subdidit testamentum... Igitur Fabianus tabulas sociis, quos memoravi..., obsignat. Quod apud patres convictum, et Fabianus Antoniusque (Primus) cum (Vinicio) Rufino et Terentio (Lentino) lege Cornelia damnantur. — 14, 41. Perculit is dies Pompeium quoque Aelianum..., tamquam flagitiorum Fabiani gnarum.

VALERIVS FESTVS, FESTVS[1]. — II, 98. Ac primo Valerius Festus legatus (legionis) studia (provinciae Africae) cum fide iuvit ; mox nutabat, palam epistulis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fovens. — IV, 49. Sed tum legionem in Africa regebat Valerius Festus, sumptuosae adulescentiae neque modica cupiens et adfinitate Vitellii anxius... — IV, 50. Sed ubi Festo consternatio vulgi, centurionis supplicium... innotuere, equites in necem Pisonis (proconsulis) mittit.. Festus Adrumeto, ubi speculabundus substiterat, ad legionem contendit. .

VALERIVS MARINVS[2]. — II, 71. Valerium Marinum destinatum a Galba consulem distulit (Vitellius), nulla offensa, sed mitem et iniuriam segniter laturum.

(VALERIVS) MESSALA CORVINVS, v. MESSALA.

(VALERIVS MESSALA), MESSALA VALERIVS, VALERIVS MESSALINVS, MESSALINVS[3]. — 1, 8. Addebat Messala Valerius renovandum per annos sacramentum in nomen Tiberii. — 3, 18. (Tiberius), cum Valerius Messalinus signum aureum in aede Martis Vltoris... (statuendum censuisset), prohibuit... Addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vindictam Germanici grates agendas, omiseratque Claudii mentionem. Et Messalinum quidem L. Asprenas senatu coram percontatus est, an prudens praeterisset. — 3, 34. Valerius Messalinus, cui parens Messala, ineratque imago paternae facundiae, respondit (Caecinae Severo)...

[1] C. Calpetanus Rantius Quirinalis Valerius Festus. Prosop., C, 184.

[2] P. Valerius Marinus. Prosop., 76; cf. 75.

[3] M. Valerius Corvinus Messala *vel* Messalinus, filius (M. Valerii) Messalae Corvini. — Prosop., 93.

Digitized by Google

VALERIVS MESSALA, MESSALA[1]. — 13, 34. Nerone tertium consule simul iniit consulatum Valerius Messala, cuius proavum oratorem Corvinum Divo Augusto abavo Neronis collegam in eodem magistratu fuisse pauci iam senum meminerant. Sed nobili familiae honor auctus est oblatis in singulos annos quingenis sestertiis, quibus Messala paupertatem innoxiam sustentaret.

(L. VALERIVS) MESSALA VOLESVS, v. VOLESVS MESSALA.

VALERIVS NASO[2]. — 4, 56. Valerius Naso e praetoriis sorte missus est (in Asiam, qui templum Tiberii Zmyrnae statuendum curaret).

VALERIVS PAVLINVS, PAVLINVS[3]. — III, 42. Circumiectas civitates procurator (Galliae Narbonensis) Valerius Paulinus, strenuus militiae et Vespasiano ante fortunam amicus, in verba eius adegerat.— III, 43. Foroiuliensem coloniam, claustra maris, praesidio tuebatur (idem), eo gravior auctor, quod Paulino patria Forum Iulii et honos apud praetorianos, quorum quondam tribunus fuerat ... (Fabius Valens) adversa tempestate Stoechadas Massiliensium insulas adfertur. Ibi eum missae a Paulino Liburnicae oppressere.

VALERIVS PONTICVS. — 14, 41. (Lege Cornelia damnatur) Valerius Ponticus..., quod reos (Valerium Fabianum eiusque socios), ne apud praefectum urbis arguerentur, ad praetorem detulisset, interim specie legum, mox praevaricando ultionem elusurus.

* VALERIVS POSTVMIVS, v. VALERIVS POTITVS.

VALERIVS POTITVS[4]. — 11, 22. Creatique primum (quaestores) Valerius Potitus[5] et Aemilius Mamercus sexagensimo tertio anno post Tarquinios exactos.

* VALERIVS POTVS, v. VALERIVS POTITVS.

* VANDALII, v. VANDILII.

VANDILII. — *G.* 2. Quidam... plures deo (Manno) ortos plures-

[1] M. Valerius Messala Corvinus, filius M. Valerii (Messalae), nepos (M.) Valerii (Corvini) Messalae vel Messalini, pronepos (M. Valerii) Messalae Corvini. Prosop., 91.

[2] Prosop., 97.

[3] Prosop., 105.

[4] L. Valerius, cos. a. 284 = 470. Cf. Pauly, VI, 2328.

[5] M : *potus*. Corr. Lipsius. Valeriorum enim *Potitus* cognomen est. Dett. : *posthumius* vel *postumius*.

Digitized by Google

que gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suebos, Vandilios[1] adfirmant...

VANGIO[2]. — 12, 29. Vannius Suebis a Druso Caesare impositus pellitur regno... Auctores fuere... Vangio ac Sido sorore Vannii geniti. — 12, 30. Regnum Vangio[3] ac Sido inter se partivere, egregia adversus nos fide...

VANGIONES. — 12, 27. P. Pomponius legatus (superioris Germaniae) auxiliares Vangionas ac Nemetas (in Chattos immisit). — IV, 70. (Iulius Tutor) Trevirorum copias recenti Vangionum, Caeracatium, Tribocorum dilectu auctas... (Legionarii dediticii) honesto transfugio rediere, secutis Tribocis Vangionibusque et Caeracatibus. — *G.* 28. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes.

VANNIVS[4]. — 2, 63. (Barbaris Maroboduum et Catualdam ultra Danuvium comitatis) dato rege Vannio gentis Quadorum. — 12, 29. Vannius Suebis a Druso Caesare impositus pellitur regno, prima imperii aetate clarus acceptusque popularibus, mox diuturnitate in superbiam mutans.,. Auctores fuere... Vangio ac Sido sorore Vannii geniti. Nec Claudius... arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio perfugium promittens, si pelleretur... Vis innumera, Lugii aliaeque gentes adventabant, fama ditis regni, quod Vannius triginta per annos praedationibus et vectigalibus auxerat. — 12, 30. Degressus castellis Vannius funditur proelio, quamquam rebus adversis laudatus, quod et pugnam manu capessivit et corpore adverso vulnera accepit. Ceterum ad classem in Danuvio opperientem perfugit.

VARDANES[5]. — 11, 8. (Parthi Gotarzi regi infensi) accivere Vardanen[6]. Ille, ut erat magnis ausis promptus..., ignarum... et exterritum Gotarzen proturbat... Coactusque Vardanes omittere Seleuciam Bactrianos apud campos castra contulit. — 11, 9. Congressi (Gotarzes et Vardanes)... pepigere fraudem inimicorum

[1] **B** : *vandalios*.
[2] Non *Vangius*, ut est in Prosop., 172.
[3] **M** : *uagio*.
[4] Prosop., 173.
[5] Prosop., 175.
[6] **M** : *bardanen*, quod praetulisse quosdam editores video praecipueque Waltherum inter recentiores.

Digitized by Google

ulcisci atque ipsi inter se concedere. Potiorque Vardanes visus retinendo regno... Regressoque Vardani [1] deditur Seleucia septimo post defectionem anno. — 11, 10. (Gotarzi) contra itum ad amnem Erinden ; in cuius transgressu multum certato pervicit Vardanes [2] ... Nece Vardanis [3] turbatae Parthorum res inter ambiguos, quis in regnum acciperetur.

VARDANES [4]. — 13, 7. Exortusque in tempore aemulus Vologaesi filius Vardanes [5], et abcessere Armenia Parthi...

VARIANVS, A. — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, memorabant) Lollianas Varianasque clades. — 1, 57. Ferebantur et spolia Varianae cladis, plerisque eorum, qui tum in deditionem veniebant, praedae data. — 2, 7. Tumulum... nuper Varianis legionibus structum (Germani)... disiecerant. — 2, 15. (Germani duces apud milites suos testantur) hos esse Romanos Variani exercitus fugacissimos... — 2, 25. Mallovendus (Marsorum dux) ... propinquo luco defossam Varianae legionis aquilam... servari indicat (Germanico). — 12, 27. Aucta laetitia, quod quosdam e clade Variana quadragensimum post annum servitio exemerant.

VARINI. — *G.* 40. (Inter Sueborum gentes adnumerantur) Varini.

VARISTI. — *G.* 42. Iuxta Hermunduros Varisti [6] ac deinde Marcomani et Quadi agunt... Nec Varisti Quadive degenerant.

VARIVS [7]. — *O*, 12. (Loquitur Maternus) « Nec ullus Asinii aut Messallae liber tam illustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes. »

* L. VARIVS, v. LVRIVS VARVS.

VARIVS CRISPINVS [8]. — I, 80. Septimam decimam cohortem e colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat ; armandae eius cura Vario Crispino tribuno e praetorianis data... Resistentem seditioni tribunum... obtruncant.

[1] **M** : *uardane*, quod retinet Orelli. Corr. Lipsius.

[2] **M** : *bardanes*. pr. m.

[3] **M** : *bardanis*.

[4] Prosop., 176, ubi nomen stellula notatum est.

[5] **M** : *uardanis*, quod retinet Orelli. Corr. Lipsius. — « Fortasse standum est lectione tradita et statuendum filium aliquem Vardanis eius qui praecedit Vologaesi temporibus regnum adfectasse. » (Prosop.)

[6] **A B** : *naristi* ; **C** : *maristi*. Corr. Muellenhoff. Cf. Orelli-Schweizer-Sidler.

[7] L. Varius Rufus. Prosop., 194.

[8] Prosop., 186.

Digitized by Google

VARIVS LIGVS[1]. — 4, 42. (Tiberius) Aquiliam adulterii delatam cum Vario Ligure... exilio punivit. — 6, 30. Servilius Corneliusque perdito (Mamerco) Scauro famosi, quia pecuniam a Vario Ligure omittendae delationis ceperant, in insulas... demoti sunt.

VARRO[2]. — O. 23. (Loquitur Aper) « Vobis utique versantur ante oculos illi..., quibus eloquentia Aufidii Bassi aut Servilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet.

VARRO, v. VISELLIVS VARRO.

VARRONES[3]. — 1, 10. (Qui vitam Augusti arguebant, memorabant) interfectos Romae Varrones, Egnatios, Iulos.

VARVS ALFENVS, v. ALFENVS VARVS.

VARVS ARRIVS, VARVS, v. ARRIVS VARVS.

VARVS QVINTILIVS, VARVS, v. QVINTILIVS VARVS.

VASACES. — 15, 14. Missi posthac (Caesennio) Paeto nuntii et regis (Vologaesis) conloquium petitum, qui Vasacen praefectum equitatus ire iussit... Vasaces (apud Paetum) imaginem retinendi largiendive (Armeniam) penes nos, vim penes Parthos memorat[4].

VASCONES. — IV, 33. Vasconum Iectae a Galba cohortes ac tum accitae, dum castris (Dillii Voculae) propinquant... (Iulii Civilis copias) a tergo invadunt latioremque quam pro numero terrorem faciunt.

VATICANA VALLES. — 14, 14. Clausum... valle Vaticana spatium, in quo equos regeret (Nero) haud promiscuo spectaculo.

VATICANVS. — II, 93. Postremo, ne salutis quidem cura, infamibus Vaticani locis magna pars (militum Vitellianorum) tetendit; unde crebrae... mortes.

VATINIVS, VATINII[5]. — 15, 34. (Nero) apud Beneventum... consedit, ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter foedissima eius aulae ostenta fuit, sutrinae tabernae alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus ; primo in contumelias adsumptus, dehinc optimi cuiusque criminatione eo usque

[1] (P?) Varius Ligus, Prosop., 189.
[2] M. Terentius Varro Reatinus.
[3] Intellegendus est A. Terentius Varro Murena, qui raro vocatur L. Licinius Murena. Prosop., T, 74.
[4] V. etiam 15, 16.
[5] Prosop., 208.

Digitized by Google

valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malos praemineret. — I, 37. (Loquitur Otho) « Septem a Neronis fine menses sunt, et iam plus rapuit Icelus, quam Polycliti et Vatinii et Aegiali, quoad perierunt. » — *O.* 11. (Loquitur Maternus) « Recitatione tragoediarum... ingredi famam auspicatus sum, cum quidem in Nerone improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii[1] potentiam fregi. »

P. VATINIVS, VATINIVS[2]. — *O.* 21. (Loquitur Aper) « In omnium studiosorum manibus versantur accusationes (Calvi), quae in Vatinium inscribuntur, ac praecipue secunda ex his oratio... » — 34. (Loquitur Messalla) « Aetatis anno... altero et vicensimo Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodie quoque cum admiratione legimus. » — 39. (Loquitur Maternus) « Satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium concursu totius civitatis et accusatos et defensos. »

VBIA MVLIER. — V, 22. (Petilius) Cerialis alibi noctem egerat... ob stuprum Claudiae Sacratae mulieris Vbiae[3].

VBII. — 1, 31. Isdem aestivis in finibus Vbiorum habebantur (legiones prima, vicensima, unaetvicensima). — 1, 36. Nuntiabatur... destinatum excidio Vbiorum oppidum. — 1, 37. Primam ac vicensimam legiones Caecina legatus in civitatem Vbiorum reduxit. — 1, 39. Legati ab senatu regressum iam ad aram Vbiorum Germanicum adeunt. — 1, 57. (Segimundus) sacerdos apud aram Vbiorum creatus ruperat vittas. — 1, 71. Stertinius... Segimerum... in civitatem Vbiorum perduxerat. — 12, 27. Agrippina... in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum e vocabulo ipsius... Eam gentem Rhenum transgressam avus Agrippa in fidem (acceperat). — 13, 57. Civitas Vbiorum[4] socia nobis malo improviso adflicta est. Nam ignes terra editi villas, arva, vicos passim corripiebant ferebanturque in ipsa conditae nuper coloniae moenia... — IV, 18.

[1] **A B C** : *raticinii*. Corr. I. Fr. Gronov.
[2] Cf. Ouerii, *Onomast. Tullianum*.
[3] Pro *Vbiae* Haase coniecit : *nuptae*.
[4] **M** : *uibonum*. Corr. Heinsius. *Cf.* Ritter, ad h. l. — Dett. : *iubonum*. — Ryck : *Aeduorum*; alia alii.

Digitized by Google

(Munius) Lupercus legionarios e praesentibus, Vbios e proximis, Trevirorum equites... raptim transmisit... Vbiorum Treverorumque auxilia foeda fuga dispersa totis campis palantur... — IV, 28. (Civilis) vastari Vbios Trevirosque... iubet... Actae... praedae infestius in Vbiis, quod gens Germanicae originis eiurata patria... Agrippinenses vocarentur. Caesae cohortes eorum in vico Marcoduro incuriosius agentes... Nec quievere Vbii, quo minus praedas e Germania peterent, primo impune, dein circumventi sunt, per omne id bellum meliore usi fide quam fortuna. Contusis Vbiis gravior et successu rerum ferocior Civilis... — IV, 55. (Duces Galliarum rebellionem coeptantes) in colonia Agrippinensi... conveniunt... Interfuere quidam Vbiorum Tungrorumque. — IV, 63. Transrhenanis gentibus invisa (colonia Agrippinensis).... neque alium finem belli rebantur, quam si promiscua ea sedes omnibus Germanis foret aut disiecta Vbios quoque dispersisset. — IV, 77. Media acies Vbiis Lingonibusque data ; dextro cornu cohortes Batavorum.. — V, 24. Cerialis... Velaedam propinquosque monebat fortunam belli .. mutare, caesos Treviros, receptos Vbios... — *G*, 28. Ne Vbii quidem, quamquam Romana colonia esse meruerint ac libentius Agrippinenses... vocentur, origine (Germanica) erubescunt, transgressi olim et... super ipsam Rheni ripam collocati... [1].

VEDII, v. VEDIVS POLLIO.

* VECTIVS, v. VETTIVS.

VEDIVS AQVILA. — II, 44. Vedium Aquilam tertiae decimae legionis legatum irae militum (Othonianorum) inconsultus pavor obtulit. Multo adhuc die vallum ingressus... Non probris, non manibus abstinent..., nullo proprio crimine eius, sed more vulgi suum quisque flagitium aliis obiectantes. — III, 7. Vulgato... principia belli secundum Flavianos data legiones septima Galbiana, tertia decima Gemina cum Vedio Aquila legato Patavium alacres veniunt.

VEDIVS POLLIO [2], VEDII. — 1, 10. Q. Tedii [3] et Vedii Pollionis luxus. — 12, 60. Matios posthac et Vedios et cetera equitum Romanorum praevalida nomina referre nihil attinuerit.

[1] V. etiam AGRIPPINENSIS colonia.
[2] P. Vedius Pollio, PROSOP., 213.
[3] Rhenani lectionem retinui. Cf. ad Q. TEDIVM.

Digitized by Google

VEIANIVS NIGER. — 15, 67. Poena (Subrii) Veianio [1] Nigro tribuno (cohortis praetoriae) mandatur... Et ille... saevitiam apud Neronem iactavit...

VELABRVM. — I, 27. Otho... per Tiberianam domum in Velabrum... pergit. — III, 74. Domitianus... apud Cornelium Primum paternum clientem iuxta Velabrum delituit.

VELAEDA [2]. — IV, 61. Munius Lupercus legatus legionis inter dona missus Velaedae. Ea virgo nationis Bructerae late imperitabat... Tuncque Velaedae auctoritas adolevit. Nam prosperas Germanis res et excidium legionum praedixerat. — IV, 65. (Respondent Tencteris Agrippinenses) « Arbitrum habebimus Civilem et Velaedam, apud quos pacta sancientur ». Sic lenitis Tencteris legati ad Civilem ac Velaedam missi cum donis cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere. Sed coram adire adloquique Velaedam negatum : arcebantur adspectu, quo venerationis plus inesset. Ipsa edita in turre ; delectus e propinquis consulta responsaque ut internuntius numinis portabat. — V, 22. Revecti hostes captivis navibus praetoriam triremem flumine Lupia donum Velaedae traxere. — V, 24 (Petilius) Cerialis per occultos nuntios ... Velaedam propinquosque monebat fortunam belli tot cladibus adversam opportuno erga populum Romano merito mutare... — *G.* 8. Vidimus sub Divo Vespasiano Velaedam [3] diu apud plerosque (Germanos) numinis loco habitam [4].

VELINVS LACVS. — 1, 79. Nec Reatini silebant, Velinum lacum, qua in Narem effunditur, obstrui recusantes.

* VELIVS GALLVS, v. AELIVS GALLVS.

P. VELLAEVS [5]. — 3, 39. Quae ubi cognita P. Vellaeo (regem Thraeciae in urbe Philippopoli circumsidi), is proximum exercitum praesidebat,. . robur peditum ad exsolvendum obsidium ducit.

* VELLEDA, v. VELAEDA.

[1] Vulg. cum dett. : *Veiano.*

[2] Prosop., 220. — Vulg. ante Ryckium : *Velleda :* a Ryckio : *Veleda.* Cf. Orelli-Meiser.

[3] **A** : *veledam ;* **B** : *voledam ;* **C** : *raledam.* Codicis **A** scripturam servat Orelli-Schweizer-Sidler, coll. Statio, *Silv.*, I, 4, 90 : *captivaeque preces Veledae.* Attamen Dio Cassius, 67, 6 : Βελήδαν.

[4] V. etiam V, 25.

[5] Prosop., 231. — Vulg. : *P. Velleius.*

Digitized by Google

VELLOCATVS. — III, 45. (Cartimandua Brigantum regina) spreto Venutio, is fuit maritus, armigerum eius Vellocatum in matrimonium regnumque accepit.

* VENEDI, v. VENETI (Germani).

VENETI[1] (Germani).— *G.* 46. Peucinorum Venetorumque et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam, dubito... Veneti multum ex moribus (Peucinorum) traxerunt, nam quidquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant.

VENETI (Galli). — 11, 23. « An parum quod Veneti et Insubres curiam inruperint ?... »

VENETVS PAVLVS. — 15, 50. Adscitae sunt (in C. Pisonis coniurationem) super Subrium et Sulpicium... militares manus..., Maximus Scaurus et Venetus Paulus centuriones (cohortium praetoriarum).

P. VENTIDIVS, VENTIDIVS[2]. — V, 9. Postquam in dicionem M. Antonii provinciae cesserant, rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus interfectusque a P. Ventidio et Parthi trans Euphraten redacti. — *G.* 37 Quid enim aliud nobis quam caedem Crassi, amisso et ipse Pacoro, infra Ventidium deiectus Oriens obiecerit?

VENTIDIVS CVMANVS, CVMANVS[3]. — 12, 54. Aemulo ad deterrima Ventidio *Cumano*[4], cui pars provinciae (Iudaeae) habebatur, ita divisae, ut huic Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent, discordes olim... Igitur raptare inter se... spoliaque et praedas ad procuratores referre... Cumanus et Felix cunctationem adferebant (Vmmidio Quadrato Syriae legato), quia Claudius causis rebellionis auditis ius statuendi etiam de procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter iudices ostentavit... Damnatusque flagitiorum, quae duo deliquerant, Cumanus...

VENVS, — 3, 62. Aphrodisiensium civitas Veneris... religionem (tuebatur in senatu de iure asyli disceptante)... Cyprii tribus de delubris, quorum vetustissimum Paphiae Veneri auctor Aerias, post filius eius Amathus Veneri Amathusiae... posuissent. —

[1] Tacito scribendum fuisse *Venedi* docet Orelli-Schweizer-Sidler. Quae vulg. lectio est.

[2] P. Ventidius Bassus, cos. a. 711 = 43.

[3] Prosop., 250.

[4] *Cumano* in marg. M suppletum est ab rec. m.

Digitized by Google

3, 63. « Zmyrnaeos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint..., referre. ». — 4, 43. Segestani aedem Veneris montem apud Erycum vetustate dilapsam restaurari postulavere, nota memorantes de origine eius et laeta Tiberio. — 16, 27. Postera luce duae praetoriae cohortes armatae templum Genetricis Veneris insedere, aditum senatus globus togatorum obsederat... — II, 2. (Titum) cupido incessit adeundi visendique templum Paphiae Veneris, inclutum per indigenas advenasque. Haud fuerit longum initia religionis, templi ritum, formam deae, neque enim alibi sic habetur, paucis disserere [1]...

* VENVSIVS. v. VENVTIVS.

VENVTIVS. — 12, 40. Post captum Caratacum praecipuus (apud Britannos) scientia rei militaris Venutius, e Brigantum civitate, ut supra memoravi, fidusque diu et Romanis armis defensus, cum Cartimanduam reginam matrimonio teneret ; mox orto discidio et statim bello etiam adversus nos hostilia induerat. Sed primo tantum inter ipsos certabatur, callidisque Cartimandua artibus fratrem ac propinquos Venutii intercepit. — III, 45. Crebris belli civilis rumoribus Britanni sustulere animos auctore Venutio [2], qui super insitam ferociam... propriis in Cartimanduam reginam stimulis accendebatur.. Spreto Venutio, is fuit maritus, armigerum eius Vellocatum in matrimonium regnumque accepit... Igitur Venutius accitis auxiliis, simul ipsorum Brigantum defectione, in extremum discrimen Cartimanduam adduxit. Tum petita a Romanis praesidia... exemere... periculo reginam. Regnum Venutio, bellum nobis relictum.

VERANIA [3]. — I, 47. Pisonem (Licinianum) Verania uxor ac frater Scribonianus... composuere.

Q. VERANIVS, VERANIVS [4]. — 2, 56. Cappadoces in formam

[1] V. etiam II, 3.

[2] Mediceus alter ubique in hoc capite habet *uenus* .. Corr. Bipontini.

[3] Verania Gemina. Prosop., 268. Filia eius qui sequitur.

[4] Prosop., 265 et 266. Diversum a Germanici legato eum, qui collega C. Pompeii in consulatu fuit, mox Britanniae praefuit, confirmat Dessau non satis validis, ut mihi quidem videtur, argumentis : « Vix... is qui a. 18 Cappadociam regendam suscepit, quamvis adulescens fuerit, quadraginta annis postea missus est in Britanniam provinciam longinquam et bellicosam. » At enim Didium Gallum, cui ea legatione successit Q. Veranius (14, 29), testatur Tacitus fuisse tum, cum Britanniam missus est, senectute gravem (12, 40). — Hübner. *Ephem. epig.*, II, 73 « Consul fortasse filius legati ». Item Pauly, VI, 2465.

Digitized by Google

provinciae redacti Q. Veranium legatum accepere. — 2, 74. (Sentius)... Martinam in urbem misit postulantibus Vitellio et Veranio ceterisque... — 3, 10. Fulcinius Trio Pisonem apud consules postulavit. Contra Vitellius ac Veranius ceterique Germanicum comitati tendebant nullas esse partes Trioni..., se... mandata Germanici perlaturos. — 3, 13. Servaeus et Veranius et Vitellius consimili studio (Cn. Pisonem accusavere). — 3, 17. (Querebantur optimi) Vitellii et Veranii voce defletum Caesarem (Germanicum), ab imperatore... defensam Plancinam. — 3, 19. Paucis post diebus Caesar auctor senatui fuit Vitellio atque Veranio et Servaeo sacerdotia tribuendi. — 12, 5. C. Pompeio Q. Veranio consulibus. — 14, 29. Successor (A. Didii in Britannia) Veranius[1] modicis excursibus Siluras populatus, quin ultra bellum proferret, morte prohibitus est, magna, dum vixit, severitatis fama, supremis testamenti verbis ambitionis manifestus ; quippe multa in Neronem adulatione addidit subiecturum ei provinciam fuisse, si biennio proximo vixisset. — *A.* 14. Didium (Gallum Britanniae legatum) Veranius[2] excepit, isque intra annum exstinctus est[3].

VERAX. — V, 20. Praesidia... Civilis quadripertito (invasit), ...ita divisis copiis, ut ipse et Verax sorore eius genitus, Classicusque ac Tutor suam quisque manum traherent. — V, 21. Civilis... relicto equo tranatavit ; idem *Veraci*[4] effugium ; Tutorem Classicumque adpulsae lintres vexere.

VERCELLAE. — I, 70. Siliani (equites)... transiere in partes (Vitellii) et, ut donum aliquod novo principi, firmissima Transpadanae regionis municipia, Mediolanum ac Novariam et Eporediam et Vercellas adiunxere. — *O.* 8. « Ausim contendere Marcellum... Eprium... et Crispum Vibium... non minus *illustres* esse in extremis partibus terrarum quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur. »

VERGILIVS[5]. — *O.* 12. (Loquitur Maternus) « Plures hodie reperies, qui Ciceronis gloriam quam qui Vergilii detrectent. »

[1] Ritter : *Q. Veranius*, cum et hic locus a proximo superiore discretus sit magno intervallo et Veranii antecessor A. Didius duobus nominibus designetur.

[2] Ritter : *Q. Veranius.*

[3] V. etiam 3, 12, 17.

[4] **M** : *germani.* Corr. Ritter (*Veracis* Iac. Gronovius).

[5] P. Vergilius Maro. Prosop., 279.

Digitized by Google

— 13. « Malo securum et quietum Vergilii secessum, in quo tamen neque apud Divum Augustum gratia caruit neque apud populum Romanum notitia. Testes Augusti epistulae, testis ipse populus, qui auditis in theatro Vergilii versibus surrexit universus et forte praesentem spectantemque Vergilium[1] veneratus est sic quasi Augustum... Me vero dulces, ut ait Vergilius, Musae... — 20. (Loquitur Aper) « Exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Vergilii et Lucani sacrario prolatus. » — 23. « Vobis utique versantur ante oculos illi, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Vergilio legunt. »

VERGILIVS CAPITO[2]. — III, 77. Ad L. Vitellium servus Vergilii[3] Capitonis perfugit pollicitusque, si praesidium acciperet, vacuam (Tarracinae) arcem traditurum... — IV, 3. Solacio fuit servus Vergilii[4] Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo adfixus in isdem anulis, quos acceptos a Vitellio gestabat.

* VERGINIVS CAPITO, v. VERGILIVS CAPITO.

VERGINIVS FLAVVS, VERGINIVS[5]. — 15, 71. Verginium *Flavum*[6] *et Musonium* Rufum claritudo nominis expulit (in exilium). Nam Verginius studia iuvenum eloquentia, Musonius praeceptis sapientiae fovebat.

VERGINIVS RVFVS, VERGINIVS[7]. — 15, 23. Memmio Regulo et Verginio Rufo consulibus. — I, 8. Germanici exercitus .. tarde a Nerone desciverant, nec statim pro Galba Verginius. An imperare noluisset, dubium; delatum ei a milite imperium conveniebat... Dux deerat, abducto (a Galba) Verginio per simulationem amicitiae; quem non remitti atque etiam reum esse tamquam suum crimen accipiebant. — I, 9. Quies et Illyrico,

[1] Vncis incl. Ernesti.

[2] Cn. Vergilius Capito. Prosop., 276 : « Sine causa editur Verginius. »

[3] **M** : *ūgilii*, Puteolanus ; *Verginii*. « Codices *Vergilii*, ut IV, 3. Male. *Capito* est Virginiorum cognomen. » (Ernesti.) At cf. titulos, qui sunt in Prosop. allati. Monendum tamen Andresenio Verginium veram esse lectionem videri (*In Tac. hist. stud.* p. 11).

[4] **M** : *ūgilii*.

[5] Prosop., 283.

[6] *Flavum* add. Walther coll. Quintil., XI, 3, 126, et vita Persii.

[7] L. Verginius Rufus. Prosop., 284.

Digitized by Google

quamquam excitae a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent. — I, 52. Fabius Valens... infensus Galbae, tamquam detectam a se Verginii cunctationem... ingrate tulisset, instigare Vitellium, ardorem militum ostendere...; merito dubitasse Verginium equestri familia, ignoto patre, imparem, si recepisset imperium, tutum, si recusasset. — I, 53. In Verginium favor cuicumque alii profuturus. — I, 77. Consul cum Titiano fratre (Otho) in kalendas Martias ipse, proximos menses Verginio destinat, ut aliquod exercitui Germanico delenimentum. Iungitur Verginio Pompeius Vopiscus... — II, 49. (Othonem) supremas iam curas animo volutantem repens tumultus (militum) avertit : ...namque abeuntibus exitium minitabantur, atrocissima in Verginium vi, quem clausa domo obsidebant. — II, 51. In funere (Othonis) novata luctu ac dolore militum seditio, nec erat qui coerceret. Ad Verginium versi, modo ut reciperet imperium, nunc ut legatione apud Caecinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant. Verginius per aversam domus partem furtim digressus inrumpentes frustratus est. — II, 68. Discubuerat Vitellius Ticini adhibito ad epulas Verginio... Interim Verginii servus forte obvius ut percussor Vitellii insimulatur. Et ruebat ad convivium miles, mortem Verginii exposcens. Ne Vitellius quidem... de innocentia eius dubitavit. Aegre tamen cohibiti, qui exitium consularis et quondam ducis sui flagitabant. Nec quemquam saepius quam Verginium omnis seditio infestavit : manebat admiratio viri et fama, sed oderant ut fastiditi. — II, 71. Pedanius Costa (designatus consul) omittitur, ingratus principi (Vitellio) ut adversus Neronem ausus et Verginii exstimulator. — III, 62. (Fabius Valens) legatus legionis et fovit Verginium et infamavit. — IV, 17. (Verba facit apud Gallos Iulius Civilis) « Ne Vindicis aciem cogitarent : Batavo equite protritos Aeduos Arvernosque ; fuisse inter Verginii auxilia Belgas, vereque reputantibus Galliam suismet viribus concidisse. » — IV, 69. Constat obstitisse Treveris Lingonibusqne apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio steterant.

VERONA. — II, 23. (Annius Gallus) legionem (primam)... Bedriaci sistit. Inter Veronam Cremonamque situs est vicus. — III, 8. Quaesitum inde (a ducibus Flavianis) quae sedes bello

Digitized by Google

legeretur. Verona potior visa, patentibus circum campis ad pugnam equestrem...; simul coloniam copiis validam auferre Vitellio in rem famamque videbatur... — III, 10. Adventu deinde duarum (aliarum) legionum... ostentare vires et militari vallo Veronam circumdare placuit. — III, 15. (Antonius Primus) universo cum exercitu secundis a Verona castris Bedriacum venit. — III, 50. Milites vulneribus aut aetate graves, plerique etiam integri Veronae relicti. — III, 52. Acciri aquilas signaque et quidquid Veronae militum (placuit).

VERONENSES. — III, 8. In Veronensibus pretium fuit : exemplo opibusque partes (Flavianas) iuvere. — III, 9. Hostiliam, vicum Veronensium[1].

VERRES[2]. — *O.* 20. (Loquitur Aper) « Quis quinque in Verrem libros exspectabit? » — 37. (Loquitur Maternus) « Non, opinor, ...Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias faciunt; Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt. »

VERRINVM. — *O*, 23. (Loquitur Aper) « Nolo inridere rotam Fortunae et ius Verrinum[3] et illud tertio quoque sensu... positum : esse videatur... »

VERRITVS. — 13, 54. Frisii... agros... vacuos et militum usui sepositos insedere, auctore Verrito et Malorige, qui nationem eam regebant... Duvius Avitus,.. minitando vim Romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos aut novam sedem a Caesare impetrarent, perpulit Verritum et Malorigem preces suscipere. Profectique Romam... Nero civitate Romana ambos donavit, Frisiis decedere agris iussit.

VERVLAMIVM. — 14, 33. Eadem (quae Londinio) clades municipio Verulamio fuit, quia barbari (Britanni) omissis castellis..., quod uberrimum spolianti et defendentibus intutum, ...petebant.

VERVLANA GRATILLA[4]. — III, 69. Subierunt obsidium (in Capitolio cum Flavio Sabino) etiam feminae, inter quas maxime insignis Verulana Gratilla[5], neque liberos neque propinquos, sed bellum secuta.

[1] Verba *vicum Veronensium* uncis incl. Helmreich.
[2] C. Verres, praetor a. 680 = 74. Cf. Orelli. *Onomast. Tullianum.*
[3] **AB** : *Vetrinum*. Cf. Cic., *in Verr.*, 1, 46, 121.
[4] Prosop., 289.
[5] **M** : *gratilia*. Corr. Ernesti. Cf. Plin., *epp*, 3, 11, 3; 5, 1, 8.

Digitized by Google

VERVLANVS, VERVLANVS SEVERVS[1]. — 14, 26. Tiridaten... extrema Armeniae intrantem, praemisso cum auxiliis Verulano[2] legato, atque ipse legionibus citis, abire procul... subegit (Corbulo). — 15, 3. (Idem) legiones duas cum Verulano Severo et Vettio Bolano subsidium Tigrani mittit.

* VESCVLARIVS ATTICVS, v. VESCVLARIVS FLACCVS.

VESCVLARIVS FLACCVS, FLACCVS VESCVLARIVS, FLACCVS, VESCVLARIVS — 2, 28. (Firmius Catus) aditum ad principem postulat, demonstrato crimine et reo (Libone Druso) per Flaccum Vescularium equitem Romanum, cui propior cum Tiberio usus erat. Caesar... (respondet) posse... eodem Flacco internuntio sermones commeare. — 6, 10. Haec apud senatum. Nec secus apud principem Vescularius Flaccus[3] ac Iulius Marinus ad mortem aguntur, e vetustissimis familiarium, Rhodum secuti et apud Capreas individui, Vescularius insidiarum in Libonem internuntius...

VESPASIANVS, FLAVIVS VESPASIANVS, CAESAR, AVGVSTVS, DIVVS VESPASIANVS[4]. — 3, 55. Praecipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit antiquo ipse cultu victuque. — 16, 5. Ferebantque Vespasianum, tamquam somno conniveret (in ludis Neronis), a Phoebo liberto increpitum aegreque meliorum precibus obtectum, mox imminentem perniciem maiore fato effugisse. — I, 1. Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam ..., non abnuerim. — I, 10. Bellum Iudaicum Flavius Vespasianus, ducem eum Nero delegerat, tribus legionibus administrabat; nec Vespasiano adversus Galbam votum aut animus: quippe Titum filium ad venerationem cultumque eius miserat... Occulta fati et ostentis ac responsis destinatum Vespasiano liberisque eius imperium post fortunam credidimus. — I, 46. Omnia (post caedem Galbae) arbitrio militum acta... Vrbi Flavium Sabinum praefecere iudicium Neronis secuti, sub quo eamdem curam obtinuerat, plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. — I, 50. Erant qui Vespasianum et arma Orientis augurarentur, et ut

[1] L. Verulanus Severus. Prosop., 288.

[2] Ritter[2] : *Severo Verulano.*

[3] M : *atticus*, « oculis librarii aberrantibus ad *Cartium Atticum* » (qui paulo infra nominatur) (Orelli). Corr. Pichena.

[4] T. Flavius Vespasianus, Imp. Caesar Vespasianus Augustus. Prosop., F, 263.

Digitized by Google

potior utroque Vespasianus, ita bellum aliud atque alias clades horrebant. Et ambigua de Vespasiano fama, solusque omnium ante se principum in melius mutatus est. — I, 76. Iudaicum exercitum Vespasianus... sacramento Othonis (adegit). — II, 1. Prosperae Vespasiani res (in Iudaea), praesaga responsa... « Sin Vespasianus rem publicam susciperet .. » — II, 4. Profligaverat bellum Iudaicum Vespasianus, obpugnatione Hierosolymorum reliqua... Tres, ut supra memoravimus, ipsi Vespasiano legiones erant, exercitae bello. — II, 5. Vespasianus acer militiae anteire agmen..., prorsus, si avaritia abesset, antiquis ducibus par. — II, 7. Igitur arma in occasionem distulere, Vespasianus Mucianusque nuper, ceteri olim mixtis consiliis... — II, 67. (Praetoriani a Vitellio dimissi) arma ad tribunos suos deferebant, donec motum a Vespasiano bellum crebresceret; tum resumpta militia robur Flavianarum partium fuere. — II, 73. Etsi vagis adhuc et incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Vespasianus ac plerumque ad nomen eius Vitellius excitabatur. — II, 74. At Vespasianus bellum armaque et procul vel iuxta sitas vires circumspectabat... Muciani animus nec Vespasiano alienus et in Titum pronior... Vespasianus modo in spem erectus, aliquando adversa reputabat. . — II, 76. (Loquitur Mucianus) « Ego te, Vespasiane, ad imperium voco... » — II, 78. Recursabant animo vetera omina : cupressus arbor in agris eius conspicua altitudine... Grande id prosperumque consensu haruspicum et summa claritudo iuveni admodum Vespasiano)promissa, sed primo triumphalia et consulatus et Iudaicae victoriae decus implesse fidem ominis videbantur... (Deo Carmelo) sacrificanti Vespasiano, cum spes occultas versaret animo, Basilides sacerdos inspectis identidem extis : « Quidquid est, inquit, Vespasiane, quod paras..., datur tibi... » ...Haud dubia destinatione discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream, illa Syriae, hoc Iudaeae caput est. — II, 79. Initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae coeptum, festinante Tiberio Alexandro... — II, 80. Egressum cubiculo Vespasianum pauci milites, solito adsistentes ordine ut legatum salutaturi, imperatorem salutavere ; tum ceteri adcurrere, Caesarem et Augustum et omnia principatus vocabula cumulare... Id ipsum opperiens Mucianus alacrem militem in verba Vespasiani adegit. — II, 81. Nec minore animo regina

Digitized by Google

Berenice partes fovebat, florens aetate formaque et seni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata. — II, 82. Ipse Vespasianus adire, hortari, bonos laude, segnes exemplo incitare saepius quam coercere... Donativum militi neque Mucianus... nisi modice ostenderat, ne Vespasianus quidem plus civili bello obtulit quam alii in pace, egregie firmus adversus militarem largitionem... Titum instare Iudaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit, sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et dux Mucianus et Vespasiani nomen ac nihil arduum fatis. — II, 84. Ipso Vespasiano inter initia imperii ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante, donec indulgentia fortunae et pravis magistris didicit aususque est. — II, 85, Adcelerata interim Vespasiani coepta Illyrici exercitus studio transgressi in partes... (Octava ac septima Claudiana legiones in Vitellium) hostiliter egerant, unde metus et ex metu consilium, posse imputari Vespasiano, quae apud Vitellium excusanda erant .. (Tettius Iulianus septimae legionis legatus) ultra montem Haemum profugit, nec deinde civili bello interfuit, per varias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens... — II, 86. At in Pannonia tertia decima legio ac septima Galbiana... haud cunctanter Vespasiano accessere, vi praecipua Primi Antonii (septimae Galbianae legati)... Labantibus Vitellii rebus Vespasianum secutus grande momentum addidit... Procurator... Cornelius Fuscus... susceptis Vespasiani partibus acerrimam bello facem praetulit. — II, 87. Dum haec per provincias a Vespasiano ducibusque partium geruntur, Vitellius... — II, 96. Prima Vitellio tertiae decimae legionis defectio nuntiatur, missis ab Aponio Saturnino epistulis, antequam is quoque Vespasiani partibus adgregaretur... Nec ullum civilis belli metum adseverabat (Vitellius), suppresso (in contione) Vespasiani nomine... — II, 97. (Provincia Africa in fide Vitellii manebat). Quippe integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat. Proinde socii de imperio utriusque coniectabant, sed experimentum contra fuit. — II, 98. Ac primo Valerius Festus legatus studia provincialium cum fide iuvit; mox nutabat, palam epistulis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fovens... Deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani per Raetiam et Gallias militum et centurionum quidam ad Vitellium

Digitized by Google

missi necantur. Plures fefellere... Ita Vitellii paratus noscebantur, Vespasiani consiliorum pleraque ignota... — II, 99. Credidere plerique Flavii Sabini consiliis concussam Caecinae mentem...; rata apud Vespasianum fore pacta transitionis. — III, 1. Quibus... trahere bellum videbatur (disserebant)... insessis interim Alpibus venturum... Mucianum; superesse Vespasiano mare, classes, studia provinciarum... — III, 3. Hanc sui famam (Antonius Primus) ea statim contione commoverat, qua recitatis Vespasiani epistulis non ut plerique incerta disseruit... — III, 7. Minucius Iustus praefectus castrorum legionis septimae, quia adductius quam civili bello imperitabat, subtractus militum irae ad Vespasianum missus est. — III, 8. Quae ignara Vespasiano aut vetita: quippe Aquileiae sisti bellum exspectarique Mucianum iubebat. — III, 9. (Ad Flavianos) misit epistulas Caecina..., Vitellii modica et vulgari mentione, nulla in Vespasianum contumelia... Flavianarum partium duces... pro Vespasiano magnifice..., in Vitellium ut inimici rescripsere... Recitatae pro contione epistulae addidere fiduciam, quod submisse Caecina, velut offendere Vespasianum timens, ipsorum duces contemptim, tamquam insultantes Vitellio, scripsissent. — III, 10. Profectus eadem nocte (Tampius) Flavianus obviis Vespasiani litteris discrimini exemptus est. — III, 12. Lucilius Bassus classis Ravennatis praefectus ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatae Pannoniique erant, quae provinciae Vespasiano tenebantur, partibus eius adgregaverat... Paucis resistentium obtruncatis ceterum vulgus rerum novarum studio in Vespasianum inclinabat... Exsoluta statim (Lucilio Basso) vincla interventu Hormi Caesaris liberti... — III, 13. Caecina, defectione classis (Ravennatis) vulgata, primores centurionum et paucos militum... in principia vocat. Ibi Vespasiani virtutem viresque partium extollit... Mox incipientibus, qui conscii aderant, ceteros re nova attonitos in verba Vespasiani adigit... Sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles praescriptum Vespasiani nomen, proiectas Vitellii effigies adspexit, vastum primo silentium, mox cuncta simul erumpunt. — III, 34. Mox rediit Cremonam reliquus populus; reposita fora templaque magnificentia municipum; et Vespasianus hortabatur. — III, 37. Nulla in oratione cuiusquam (senatorum a Vitellio

Digitized by Google

vocatorum) erga Flavianos duces obtrectatio...; Vespasiani nomen suspensi et vitabundi circumibant. — III, 38. (Apud Vitellium principem verba facit L. Vitellius frater) « Frustra Vespasianum timeri, quem tot Germanicae legiones, tot provinciae..., tantum denique terrarum ac maris... arceat. » — III, 42. Omnis... Italia inter Vespasianum ac Vitellium Appennini iugis dividebatur... Circumiectas (Galliae Narbonensis) civitates procurator Valerius Paulinus..., Vespasiano ante fortunam amicus, in verba eius adegerat. — III, 43. (Mario) Maturo (Alpium maritimarum procuratori) ceterisque (Fabii Valentis comitibus) remanere et in verba Vespasiani adigi volentibus fuit. — III, 44. Britanniam traditus erga Vespasianum favor, quod illic secundae legioni a Claudio praepositus et bello clarus egerat, non sine motu adiunxit ceterarum (legionum). — III, 48. Advertit ea res (subita per Pontum arma ab Aniceto mota) Vespasiani animum... Laetum ea victoria Vespasianum, cunctis super vota fluentibus, Cremonensis proelii nuntius in Aegypto adsequitur. — III, 49. Primus Antonius... nihil adventantem Mucianum veritus, quod exitiosius erat quam Vespasianum sprevisse. — III, 52. Plotium Griphum (ex amicis Muciani) nuper a Vespasiano in senatorium ordinem adscitum ac legioni praepositum... Quibus epistulis Vespasiano missis effecerat (Mucianus), ut non pro spe Antonii consilia factaque eius aestimarentur. — III, 53. Antonius (Primus)... litteras ad Vespasianum composuit iactantius quam ad principem : ...suis exhortationibus Gallias Hispaniasque... ad Vespasianum conversas... — III, 57. Classem Misenensem... Claudius Faventinus centurio... ad defectionem traxit, fictis Vespasiani epistulis pretium proditionis ostentans. . Praecipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contra Capua Vitellio fida... Vt conlata utrimque castra, haud magna cunctatione (Claudio) Iuliano in partes Vespasiani transgresso... — III, 59. Propinqua adfinitas (Petilio) Ceriali cum Vespasiano. — III, 63. Nec omisere per eos dies (Antonius) Primus ac (Arrius) Varus crebris nuntiis salutem et pecuniam et secreta Campaniae offerre Vitellio, si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. — III, 64. Primores civitatis Flavium Sabinum praefectum urbis secretis sermonibus incitabant : « ...easdem illas (populi pro

Digitized by Google

Vitellio) adulationes pro Vespasiano fore... Id Sabino convenire, ut imperium fratri reservaret, id Vespasiano, ut ceteri post Sabinum haberentur. » — III, 65. Flavius Sabinus aetate prior privatis utriusque rebus auctoritate pecuniaque Vespasianum anteibat, et credebatur adfectam eius fidem parce iuvisse domo agrisque pignori acceptis. — III, 66. Quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius, quam ipse cesserat, incruentam urbem Vespasiani exercitus intrasset. Ceterum ut quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant... : « ...Nec tantam Vespasiano superbiam, ut privatum Vitellium pateretur... Vbi imperium Vespasianus invaserit, non ipsi, non amicis eius, non denique exercitibus securitatem nisi exstincto aemulatore redituram. . Nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat (quam Caesar et Augustus), (L). Vitellii cliens, cum Vitellius collega Claudio foret ». — III, 69. Igitur tamquam omnis res publica in Vespasiani sinum cecidisset, primores senatus... domum Flavii Sabini complevere... Arcem Capitolii insedit (Flavius Sabinus) mixto milite et quibusdam senatorum equitumque, quorum nomina tradere haud promptum est, quoniam victore Vespasiano multi id meritum erga partes simulavere. — III, 70. (Flavius) Sabinus. . Cornelium Martialem... ad Vitellium misit cum mandatis et questu : « ...Dum inter Vespasianum ac Vitellium proeliis legionum... iudicatur, fratrem Vespasiani mansisse in fide (Vitellii)... Non se, quem perfidia deceperit, ferro peteret, non filium Vespasiani (Domitianum) vix puberem ». — III, 73. (Quintius Atticus consul) edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium iecerat. — III, 75. Ante principatum Vespasiani decus domus penes Sabinum erat. — III, 77. (Mansisse in Campania L. Vitellium post captam Tarracinam) salutare non modo partibus Vespasiani, sed rei publicae fuit. — III, 78. Digressus Narnia Vespasiani exercitus festos Saturni dies Ocriculi per otium agitabat. — III, 86. Rei publicae haud dubie intererat Vitellium vinci, sed imputare perfidiam non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum a Galba descivissent. — IV. 3. At Romae senatus cuncta principibus solita Vespasiano decernit... Addidere alacritatem Vespasiani litterae tamquam manente bello scriptae... Ceterum ut princeps loquebatur... Ipsi consulatus cum Tito filio (decernitur). — IV, 4. Mise-

Digitized by Google

rat et Mucianus epistulas ad senatum... Id vero erga rem publicam superbum, erga principem contumeliosum (visum est), quod in manu sua fuisse imperium donatumque Vespasiano iactabat. — IV, 6. Eo senatus die, quo de imperio Vespasiani censebant, placuerat mitti ad principem legatos. — IV, 7. (Loquitur Helvidius Priscus) « ...Pertinere ad Vespasiani honorem occurrere illi, quos honestissimos senatus habeat... Fuisse Vespasiano amicitiam cum Thrasea, Sorano, Sentio... Frueretur (Eprius Marcellus delationum) praemiis et impunitate. Vespasianum melioribus relinqueret ». — IV, 8. (Respondet Eprius Marcellus) « ...Suadere etiam (Helvidio) Prisco, ne supra principem scanderet, ne Vespasianum senem triumphalem, iuvenum liberorum patrem, praeceptis coerceret ». — IV, 9. Censuerat Helvidius, ut Capitolium publice restitueretur, adiuvaret Vespasianus. — IV, 13. (Iulius) Civilis... Vespasiani amicitiam studiumque partium praetendit, missis sane ad eum Primi Antonii litteris, quibus avertere accita Vitellio auxilia... iubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus praesens monuerat, inclinato in Vespasianum animo et rei publicae cura... — IV, 14. (Iulius Civilis apud Batavos disserit) ne Romanis quidem ingratum id bellum, cuius ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos; victoriae rationem non reddi. — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) « ...Dum alii Vespasianum, alii Vitellium foveant, patere locum adversus utrumque ». — IV, 21. Civilis... consilii ambiguus et vim Romanam reputans, cunctos qui aderant in verba Vespasiani adigit... — IV, 24. (Milites Germanicarum legionum in Hordeonium Flaccum legatum irati) fremebant... non Primi Antonii neque Muciani ope Vespasianum magis adolevisse... His inter se vocibus instinctos flammavere insuper adlatae a Vespasiano litterae, quas Flaccus... pro contione recitavit. — IV, 27. Haud dubie gregarius miles Vitellio fidus, splendidissimus quisque in Vespasianum proni. — IV, 31. (Milites Germanicarum legionum cum in verba Vespasiani adigerentur), Vespasiani nomen haesitantes aut levi murmure et plerumque silentio transmittebant. — IV, 32. Missus cum mandatis (Alpinius) Montanus ad Civilem, ut absisteret bello neve externa armis falsis velaret : si Vespasianum iuvare adgressus foret, satis factum coeptis. — IV, 36. Legiones donativum exposcunt, comperto pecuniam a Vitellio missam. Nec diu cunctatus Hordeonius

Digitized by Google

nomine Vespasiani dedit... — IV, 37. Vitellii tamen imagines... repositae... Dein mutati in paenitentiam primani quartanique et duoetvicensimani Voculam sequuntur, apud quem resumpto Vespasiani sacramento... — IV, 38. Interea Vespasianus iterum ac Titus consulatum absentes inierunt... — IV, 39. Tettio Iuliano praetura, tamquam transgredientem in partes Vespasiani legionem deseruisset, ablata. — IV, 40. Redditur Tettio Iuliano praetura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse. — IV, 42. (Loquitur Curtius Montanus) « Non timemus Vespasianum : ea principis aetas, ea moderatio ». — IV, 46. Praetorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati. — IV, 49. Nec ambigitur provinciam (Africam) et militem alienato erga Vespasianum animo fuisse. — IV, 51. At Vespasiano post Cremonensem pugnam et prosperos undique nuntios cecidisse Vitellium multi... nuntiavere... Vespasianus in Italiam resque urbis intentus adversam de Domitiano famam accipit... — IV, 52. Vespasianus haud aeque Domitiano mitigatus quam Titi pietate gaudens bono esse animo iubet... Tanto discrimine urbs nutabat, ut decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Vespasiano commeatus subvenere. — IV, 54. Vitellianae legiones vel externum servitium quam imperatorem Vespasianum malle. — IV, 58. (Contionatur Dillius Vocula apud milites) « Pecunia nuper etiam donativo suffecit, quod sive a Vespasiano sive a Vitellio datum interpretari mavultis, ab imperatore certe Romano accepistis ». — IV, 68. (Mucianus) Arrecinum Clementem domui Vespasiani per adfinitatem innexum. . praetorianis praeposuit. — IV, 70. Ala Singularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa... Legiones a Novaesio Bonnaque in Treviros, ut supra memoravimus, traductae se ipsae in verba Vespasiani adigunt. — IV, 75. Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas... « Vespasianum, quamquam nuntios occultarent, excessisse vita... » — IV, 77. (Adloquitur milites palantes Petilius Cerialis) « Ite, nuntiate Vespasiano... relictum a vobis in acie ducem ». — IV, 80. Profectus ad Vespasianum Antonius, ut non pro spe sua excipitur, ita neque averso imperatoris animo... — IV, 81. Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandriae... certa maris opperiebatur, multa miracula evenere, quis caelestis favor et quaedam in Vespasianum inclinatio numinum ostende-

Digitized by Google

retur... Alius manum aeger (Serapide) auctore, ut pede ac vestigio Caesaris calcaretur, orabat. Vespasianus primo inridere, aspernari... Medici varie disserere : ...Patrati remedii gloriam penes Caesarem, inriti ludibrium penes miseros fore. Igitur Vespasianus cuncta fortunae suae patere ratus..., laeto ipse vultu..., iussa exsequitur. — IV, 82. Altior inde Vespasiano cupido adeundi sacram (Serapidis) sedem, ut super rebus imperii consuleret. — V, 1. Tres (Titum) in Iudaea legiones, quinta et decima et quinta decima, vetus Vespasiani miles, excepere. — V, 10. Vbi (Cestius Gallus Syriae legatus) fato aut taedio (belli Iudaici) occidit, missu Neronis Vespasianus fortuna famaque et egregiis ministris intra duas aestates cuncta camporum omnesque praeter Hierosolyma urbes victore exercitu tenebat. — V, 13. Pluribus (Iudaeis) persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens profectique Iudaea rerum potirentur. Quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerant. — V, 25. Inter Batavos quoque sermones orti : « ...Si Vespasiano bellum navaverint, Vespasianum rerum potiri ». — V, 26. (Verba facit Civilis apud Cerialem) « Erga Vespasianum vetus mihi observantia et, cum privatus esset, amici vocabamur ». — *F.* 4. (Sene Augusto Ianus patefactus... usque ad Vespasiani duravit imperium). — *F.* 5. (Iani portas... utrum post Vespasianum et Titum aliquis clauserit, neminem scripsisse memini, cum tamen eas ab ipso Vespasiano post annum apertas Cornelius Tacitus prodat).— *G.* 8. Vidimus sub Divo Vespasiano Velaedam diu apud plerosque (Germanos) numinis loco habitam. — *A.* 7. Agricola nuntio adfectati a Vespasiano imperii deprehensus ac statim in partes transgressus est. — 9. Revertentem ab legatione legionis (Agricolam) Divus Vespasianus inter patricios adscivit ac deinde provinciae Aquitaniae praeposuit... — 13. Divus Claudius... transvectis (in Britanniam) legionibus auxiliisque et adsumpto in partem rerum Vespasiano, quod initium venturae mox fortunae fuit ; domitae gentes, capti reges et monstratus fatis Vespasianus. — 17. Sed ubi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit, magni duces, egregii exercitus... — *O.* 8. (Loquitur Aper) « (Eprius Marcellus et Vibius Crispus) nunc principes in Caesaris amicitia agunt feruntque cuncta atque ab ipso principe cum quadam reverentia diliguntur, quia Vespasianus venerabilis

Digitized by Google

senex et patientissimus veri, bene intellegit... Marcellum... et Crispum attulisse ad amicitiam suam, quod non a principe acceperint nec accipi possit ». — 9. « Laudavimus nuper ut miram et eximiam Vespasiani liberalitatem, quod quingenta sestertia (poetae Saleio) Basso donasset. » — 17. « Sextam iam felicis huius principatus stationem, quo Vespasianus rem publicam fovet[1]. »

VESTA. — 1, 8. Augusti... testamentum inlatum (in senatum) per virgines Vestae. — 15, 36. (Nero) cum Vestae quoque templum inisset, repente cunctos per artus tremens, seu numine exterrente, seu facinorum recordatione... — 15, 41. Delubrum Vestae cum Penatibus populi Romani (incendio Neronis exustum est)... — I, 42. Piso (Licinianus) in aedem Vestae pervasit, exceptusque misericordia publici servi...

VESTALIA SACRA. — 2, 86. Rettulit Caesar capiendam virginem in locum Occiae, quae septem et quinquaginta per annos... Vestalibus sacris praesederat.

VESTALES, VIRGINES VESTALES, VIRGO VESTALIS. — 2, 34... Virgines Vestales in foro et iudicio audiri, quotiens testimonium dicerent, vetus mos (fuit). — 4, 16. Vt... glisceret dignatio sacerdotum..., decretum Corneliae virgini... sestertium vicies et quotiens Augusta theatrum introisset, ut sedes inter Vestalium consideret. — 11, 32. (Messalina) Vibidiam, virginum Vestalium vetustissimam, oravit pontificis maximi (Claudii) aures adire, clementiam expetere. — 15, 22. Defuncta... virgo Vestalis Laelia, in cuius locum Cornelia... capta est. — III, 81. Obviae fuere (Antonio Primo) et virgines Vestales cum epistulis Vitellii ad Antonium scriptis... Virgines cum honore dimissae. — IV, 53. Virgines Vestales cum pueris puellisque patrimis matrimisque aqua e fontibus amnibusque hausta perluere (aream restituendo Capitolio dicatam).

* VESTILIVS, v. VISTILIVS.

L. VESTINVS[2]. — IV, 53. (Vespasianus) curam restituendi Capitolii in Lucium Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famaque inter proceres.

[1] V. etiam II, 2, 75, 77; III, 72, 74; IV, 2, 11, 46, 72, 86.
[2] L. Iulius Vestinus. Prosop., I, 408.

Digitized by Google

VESTINVS[1], ATTICVS VESTINVS. — 15, 48. Ineunt deinde consulatum Silius Nerva et Atticus Vestinus. — 15, 52. Plerique Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse (C.) Pisonem crediderunt, ne ad libertatem oreretur (interfecto a coniuratis Nerone)... Etenim expers coniurationis erat, quamvis super eo crimine Nero vetus adversum insontem odium expleverit. — 15, 68. Opperiebatur Nero, ut Vestinus quoque consul in crimen traheretur, violentum et infensum ratus; sed ex coniuratis consilia cum Vestino non miscuerant quidam..., plures... Neroni odium adversus Vestinum ex intima sodalitate coeperat, dum hic ignaviam principis penitus cognitam despicit, ille ferociam amici metuit, saepe asperis facetiis inlusus... Accesserat repens causa, quod Vestinus Statiliam Messalinam matrimonio sibi iunxerat, haud nescius inter adulteros eius et Caesarem esse. — 15, 69. Vestinus imminentes foro aedes decoraque servitia et pari aetate habebat. Cuncta eo die munia consulis impleverat conviviumque celebrabat..., cum ingressi milites... Abscinduntur venae...

VESTRICIVS SPVRINNA, SPVRINNA[2]. — II, 11. His copiis rector additus Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus. — II, 18. Certum erat Spurinnae, is enim Placentiam obtinebat, necdum venisse Caecinam et, si propinquaret, coercere intra munimenta militem... Fit temeritatis alienae comes Spurinna, primo coactus, mox velle simulans... — II, 19. Ipse postremo Spurinna, non tam culpam exprobrans, quam rationem ostendens, relictis exploratoribus ceteros Placentiam reduxit... — II, 23. Spurinna, comperto itinere hostium, defensam Placentiam quaeque acta et quid Caecina pararet, Annium Gallum per litteras docet. — II, 36. Nec multo post Vestricius Spurinna iussu Othonis, relicto Placentiae modico praesidio, cum cohortibus subvenit (gladiatoribus in Padi ripa agentibus).

VESVVIVS. — 4, 67. (Capreae insula) prospectabat... pulcherrimum sinum, antequam Vesuvius mons ardescens faciem loci verteret.

VETERA. — 1, 45. Quintae et unetvicensimae legionum, sexagensimum (ab ara Vbiorum) apud lapidem, loco Vetera nomen est, hibernantium. — IV, 18. Fuit interim effugium legionibus in cas-

[1] M. (Iulius) Vestinus Atticus. Prosop., I, 410. Filius creditur eius qui praecedit.
[2] Prosop., 308.

Digitized by Google

tra, quibus Veterum nomen est. — IV, 21. (Iulius Civilis) mittit ... legatos ad duas legiones, quae priore acie pulsae in Vetera castra concesserant... — IV, 35. Addit exercitui suo Vocula mille delectos e quinta et quinta decima legionibus apud Vetera obsessis... — IV, 36. Interim Civilis Vetera circumsedit. — IV, 57. Vocula... ad hostem contendit. Nec procul Veteribus aberat...— IV, 58. (Contionatur apud milites Vocula) « Tolerant cum maxime inopiam obsidiumque apud Vetera legiones... Tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuso totiens hoste, si pavetis aciem... » — IV, 62. Ignavissimus quisque caesorum apud Vetera exemplo paventes. — V, 14. At Civilis post malam in Treveris pugnam reparato per Germaniam exercitu apud Vetera castra consedit, tutus loco... [1].

VETTII, v. VETTIVS VALENS.

VETTIVS BOLANVS, BOLANVS [2]. — 15, 3. Quae ubi Corbuloni .. audita sunt, legiones duas cum Verulano Severo et Vettio Bolano subsidium Tigrani mittit... — II, 65. (Trebellius Maximus) profugerat Britannia ob iracundiam militum. Missus est in locum eius (a Vitellio) Vettius Bolanus e praesentibus. — II, 97. Legati provinciaeque cunctabantur (auxilia Vitellio mittere); ...Vettius Bolanus numquam satis quieta Britannia... — *A*. 8. Praeerat tum Britanniae Vettius Bolanus, placidius quam feroci provincia dignum est. — 16. Nec Vettius [3] Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina... Innocens Bolanus et nullis delictis invisus caritatem paraverat loco auctoritatis.

* VETTIVS CHILO. v. BETVVS CHILO.

VETTIVS VALENS, VETTII [4]. — 11, 30, (Narcissus) veniam in praeteritum petens, quod (Claudio) Titios, Vettios, Plautios [5] dissimulavisset (Messalinae adulteros). — 11, 31. Ferunt Vettium Valentem, lascivia in praealtam arborem conisum, interrogantibus quid aspiceret, respondisse tempestatem ab Ostia atrocem...

[1] V. etiam IV, 22-24, 28-30, 32, 34, 59. 60, 72; V, 17.

[2] (M. ?) Vettius Bolanus. Prosop., 323. — Vulg. ante Ryckium : *Vectius* (ex dett.)

[3] **A B** : *vectius*.

[4] Prosop., 343. — Vulg. : *Vectius*.

[5] **M** : *cis uetticis plautio*. Corr. Brotier. — I. F. Gronov : *cis Vettios, cis Plautios* (i. e. dum Vettiis, dum Plautiis moechis contenta fuit). — Pichena : *de Vectio et Plautio*. — Nipperdey : *Vettios, Plautios*.

Digitized by Google

— 11, 35. Eadem constantia et illustres equites Romani... Vettium Valentem confessum... tradi ad supplicium iubet (Claudius inter Messalinae et Silii socios).

(C. VETTVLENVS) CIVICA (CERIALIS), v. CIVICA.

VETVRIVS[1]. — I, 25. (Otho) e libertis Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum tesserarium speculatorum et Veturium[2] optionem eorumdem perductos, postquam vario sermone callidos audacesque cognovit, pretio et promissis onerat, data pecunia ad pertemptandos plurium animos.

VETVS, L. VETVS, v. ANTISTIVS VETVS.

* VIBENNIVS RVFINVS, v. VIVENNIVS RVFINVS.

VIBIA[3]. — 12, 52. Furius Scribonianus in exilium agitur, quasi finem principis per Chaldaeos scrutaretur. Adnectebatur crimini Vibia[4] mater eius, ut casus prioris, nam relegata erat, impatiens...

VIBIDIA[5]. — 11, 32. Vibidiam, virginum Vestalium vetustissimam, oravit (Messalina) pontificis maximi (Claudii) aures adire, clementiam expetere. — 11, 34. Narcissus... Vibidiam depellere nequivit, quin multa cum invidia flagitaret, ne indefensa coniunx exitio daretur.

VIBIDIVS VIRRO[6]. — 2, 48. (Tiberius) prodigos et ob flagitia egentes, Vibidium Virronem[7]... movit senatu aut sponte cedere passus est.

VIBILIVS. — 2, 63. (Catualda) pulsus haud multo post Hermundurorum opibus et Vibilio duce. — 12, 29. Vannius Suebis a Druso Caesare impositus pellitur regno... Auctores fuere Vibilius[8] Hermundurorum rex...

* VIBILLIVS, v. VIBILIVS.

* VIBIVS AVITVS, v. DVVIVS AVITVS.

[1] Prosop., 358. Plut. : Ἰτούριος.

[2] Ritter[2] : « Fuit *T.* vel *A. Veturium.*

[3] Prosop., 410. Vxor (L. Arruntii) Camilli Scriboniani.

[4] M : *uiuia.* Corr. Haase. — Puteolanus : *Iunia.* — « Die Hds. *uiuia*, was auch *Vinia* und *Iunia* bedeuten kann. » (Nipperdey-Andresen.) — Cf. adn. ad Vibivm Secvndvm.

[5] Prosop., 374.

[6] Prosop., 372; cf. 373.

[7] M : *uarronem.* Corr. Nipperdey, coll. *C. I. Att.*, III, 1, 603, 875. — « Wie nahe der dort erwähnte » *(Sex. Vibidius Virro)* « der Vestalin verwandt war, ist nicht zu bestimmen » (Nipperdey-Andresen.)

[8] M : *uibillius*, quod malebat Ryck.

Digitized by Google

VIBIVS CRISPVS, CRISPVS, CRISPVS VIBIVS[1]. — 14, 28. Vibius Secundus eques Romanus accusantibus Mauris repetundarum damnatur atque Italia exigitur, ne graviore poena adficeretur, Vibii Crispi fratris opibus enisus. — II, 10. Vibius Crispus, pecunia, potentia, ingenio inter claros magis quam inter bonos, Annium Faustum..., qui temporibus Neronis delationes factitaverat, ad cognitionem senatus vocabat... Propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui pervertere... Mox damnatus est Faustus, nequaquam eo adsensu civitatis, quem pessimis moribus meruerat; quippe ipsum Crispum easdem accusationes cum praemio exercuisse meminerant,.. — IV, 41. Paccius Africanus... in Vibium Crispum, cuius interrogationibus fatigabatur, ultro conversus, miscendo quae defendere nequibat, societate culpae invidiam declinavit. — IV, 42. (Loquitur Curtius Montanus) « Retinete, patres conscripti, et reservate hominem tam expediti consilii, ut omnis aetas instructa sit, et quo modo senes nostri (Eprium) Marcellum, Crispum, iuvenes (Aquilium) Regulum imitentur ». — IV, 43. Helvidius (Priscus)... Eprium (Marcellum) urgebat, ardentibus patrum animis. Quod ubi sensit Marcellus, velut excedens curia... Sequebatur Vibius Crispus, ambo infensi, vultu diverso..., Crispus renidens... — *O.* 8. (Loquitur Aper) « Ausim contendere Marcellum... Eprium... et Crispum Vibium... non minus *illustres* esse in extremis partibus terrarum quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur... Neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus..., donec libuit, principes fori, nunc principes in Caesaris amicitia...; quia Vespasianus... intellegit... Marcellum... et Crispum attulisse ad amicitiam suam, quod non a principe acceperint nec accipi possit ». — 13. (Loquitur Maternus) « Crispus iste et Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac sua fortuna concupiscendum? quod timent, an quod timentur? »

VIBIVS FRONTO. — 2, 68. Vonones... in ripa fluminis (Pyrami) a Vibio Frontone praefecto equitum vincitur.

VIBIVS MARSVS, MARSVS, MARSVS VIBIVS[2]. — 2,74. Inter Vibium Marsum et Cn. Sentium diu quaesitum, (uter Syriae

[1] Q. Vibius Crispus. Prosop., 379.
[2] C. Vibius Marsus. Prosop., 388.

Digitized by Google

praeficeretur). Dein Marsus seniori et acrius tendenti Sentio concessit. — 2,79. Marsus... Vibius[1] nuntiavit Pisoni Romam ad dicendam causam veniret. — 4,56. Censuit... Vibius Marsus, ut M'. Lepido, cui (Asia) provincia obvenerat, super numerum legaretur, qui templi curam susciperet (Tiberio statuendi). — 6,47. Albucilla,.. defertur impietatis in principem. Conectebantur ut conscii et adulteri eius Cn. Domitius, Vibius Marsus, L. Arruntius... Marsus... vetustis honoribus et inlustris studiis erat. — 6,48. Igitur Domitius defensionem meditans, Marsus tamquam inediam destinavisset, produxere vitam. — 11,10. (Vardanes) reciperare Armeniam avebat, ni a Vibio Marso, Syriae legato, bellum minitante cohibitus foret.

(VIBIVS) PANSA, v. PANSA.

VIBIVS SECVNDVS[2]. — 14.28. Vibius[3] Secundus eques Romanus accusantibus Mauris repetundarum damnatur atque Italia exigitur, ne graviore poena adficeretur, Vibii Crispi fratris opibus enisus[4].

C. VIBIVS, VIBIVS SERENVS, SERENVS[5] *(A)*. — 2,30. Accesserant praeter Trionem et Catum accusatores (Libonis Drusi) Fonteius Agrippa et C. Vibius[6], certabantque, cui ius perorandi in reum daretur, donec Vibius[7]..., singillatim se crimina obiecturum professus, protulit libellos... — 4,13. Vibius Serenus pro consule ulterioris Hispaniae, de vi publica damnatus, ob atrocitatem morum in insulam Amorgum deportatur. — 4,28. Isdem consulibus miseriarum ac saevitiae exemplum atrox, reus pater, accusator filius, nomen utrique Vibius Serenus, in senatum inducti sunt. Ab exilio retractus... pater... — 4,29. Non occultante Tiberio vetus odium adversum exulem Serenum. Nam post damnatum Libonem, missis ad Caesarem litteris... — 4,30. Dictis dehinc sententiis, ut Serenus more maiorum puniretur, quo molliret invidiam, intercessit (Tiberius)... Ita Serenus Amorgum reportatur[8].

[1] *Vibius* uncis incl. Ritter[2].
[2] L. Vibius Secundus. Prosop., 398.
[3] M : *uiuius*.
[4] V. etiam II, 10.
[5] Prosop., 399.
[6] M : *liuius*. Corr. Gruter. Sic veteres editiones. — Lipsius coniciebat : *Cluvius*.
[7] M : *liuius*.
[8] V. etiam 2, 32.

Digitized by Google

VIBIVS SERENVS, SERENVS[1] *(B)*. — 4,28. Miseriarum ac saevitiae exemplum atrox, reus pater, accusator filius, nomen utrique Vibius Serenus, in senatum inducti sunt... Adulescens multis munditiis, alacri vultu... — 4,36. Fonteius Capito... absolvitur, comperto ficta in eum crimina per Vibium Serenum. Neque tamen id Sereno noxae fuit, quem odium publicum tutiorem faciebat[2].

* VIBONES, v. VBII (13,57).

VIBVLENVS. — 1,22. Vibulenus quidam, gregarius miles, ante tribunal Blaesi adlevatus circumstantium umeris, apud turbatos (Pannonici exercitus milites)... inquit... — 1,28. (Seditiosos interrogant bonis artibus grati in vulgus)«... Percennione et Vibuleno sacramentum dicturi sumus? Percennius et Vibulenus stipendia militibus, agros emeritis largientur? » — 1,29. (Drusus) vocatos Vibulenum et Percennium interfici iubet[3].

VIBVLENVS AGRIPPA[4]. — 6,40. Exterruit, quod Vibulenus Agrippa eques Romanus, cum perorassent accusatores, in ipsa curia depromptum sinu venenum hausit, prolapsusque ac moribundus festinatis lictorum manibus in carcerem raptus est, faucesque iam exanimis laqueo vexatae.

VIBVLLIVS. — 13,28. Inter Vibullium[5] praetorem et plebei tribunum Antistium ortum certamen, quod immodestos fautores histrionum et a praetore in vincla ductos tribunus omitti iussisset.

VICETIA. — III, 8. Possessa (a Flavianis) ipso transitu Vicetia; quod per se parvum, etenim modicae municipio vires, magni momenti locum obtinuit reputantibus illic Caecinam genitum et patriam hostium duci ereptam.

* VICIVS RVFINVS, v. VINICIVS RVFINVS.

VICTORIA. — 14, 32. Nulla palam causa delapsum Camuloduni simulacrum Victoriae ac retro conversum, quasi cederet hostibus. — I, 86. Prodigia insuper terrebant : ... in vestibulo Capitolii omissas habenas bigae, cui Victoria institerat.

[1] (N.? Vibius Serenus. Prosop., 400.
[2] V. etiam 4, 29.
[3] V. etiam 1, 23.
[4] Prosop., 421. Dio : *Vibullius*.
[5] M : *bibullium*. Sic veteres editores ante Lipsium. — Rittr[2] : « Expleveris A, *Vibullium* ».

Digitized by Google

VIENNA. — 11,1. Sosibius... (monet) Claudium... (Valerium Asiaticum) parare iter ad Germanicos exercitus, quando genitus Viennae multisque et validis propinquitatibus subnixus turbare gentiles nationes promptum haberet. — II,66. Vitellius... legionem (quartam decimam in Britanniam)... eo flexu itineris ire iubet, quo Viennam vitarent... Quartadecimani postquam (Graiis) Alpibus degressi sunt, seditiosissimus quisque signa Viennam ferebant...

VIENNENSES. — I, 65. Veterem inter Lugdunenses *et Viennenses*[1] discordiam proximum bellum accenderat... Et Galba reditus Lugdunensium occasione irae in fiscum verterat, multus contra in Viennenses honor... Igitur Lugdunenses exstimulare singulos militum (Vitellianorum) et in eversionem Viennensium impellere. — I, 66. Haud ignari discriminis sui Viennenses, velamenta et infulas praeferentes, ubi agmen incesserat, arma, genua, vestigia prensando flexere militum animos. Addidit Valens trecenos singulis militibus sestertios. Tum vetustas dignitasque coloniae valuit et verba Fabii salutem incolumitatemque Viennensium commendantis aequis auribus accepta. — I, 77. (Otho alterum consulatum) Verginio (Rufo) destinat... Iungitur Verginio Pompeius Vopiscus praetexto veteris amicitiae; plerique Viennensium honori datum interpretabantur. — II, 29. (Seditiosi milites Fabium Valentem) spolia Galliarum et Viennensium aurum, pretia laborum suorum, occultare (clamitant). — II, 66. Vitellius... legionem (quartam decimam in Britanniam)... eo flexu itineris ire iubet, quo Viennam vitarent; namque et Viennenses timebantur...

*VIGANTES, v. BRIGANTES.

*VINCIVS RVFINVS, v. VINICIVS RVFINVS.

VINDELICI. — 2, 17. (Arminius) incubuerat... sagittariis, illa rupturus, ni Raetorum Vindelicorumque et Gallicae cohortes signa obiecissent.

VINDEX, v. IVLIVS VINDEX.

VINDONISSA. — IV, 61. Cohortium, alarum, legionum hiberna subversa cremataque, iis tantum relictis, quae Mogontiaci ac Vindonissae sita sunt. — IV, 70. Interim unaetvicensima legio Vindonissa... (in superiorem Germaniam inrupit).

VINICIANVS[2]. — 6, 9. Vinicianus (Annio) Pollioni patri (maies-

[1] M *et viennenses* non habet. In marg. *b* add. a m. *et uienenses*.

[2] L. Annius Vinicianus, Prosop., A, 541.

Digitized by Google

tatis reo) adiciebatur... Caesar Pollionis ac Viniciani Scaurique causam distulit.

VINICIANVS ANNIVS, v. ANNIVS VINICIANVS.

*L. VINICIVS, v. P. VINICIVS.

M. VINICIVS, VINICIVS[1]. — 6, 15. Diu quaesito, quos neptibus suis maritos destinaret Caesar,... L. Cassium, M. Vinicium legit. Vinicio oppidanum genus : Calibus ortus, patre atque avo consularibus, cetera equestri familia erat, mitis ingenio et comptae facundiae... Vinicio[2] Iuliam Germanico (genitam) coniungit. — 6, 45. Idem annus gravi igne urbem adfecit... Aestimando cuiusque detrimento quattuor progeneri Caesaris Cn. Domitius, Cassius Longinus, M. Vinicius, Rubellius Blandus delecti...

P. VINICIVS[3]. — 3, 11. Reo (Cn. Pisoni) L. Arruntium, P. Vinicium[4], Asinium Gallum, Aeserninum Marcellum, Sex. Pompeium patronos petenti iisque diversa excusantibus...

*T. VINICIVS, v. P. VINICIVS.

VINICIVS RVFINVS, RVFINVS. — 14, 40. Valerius Fabianus... subdidit testamentum (Domitio Balbo propinquo suo) adscitis Vinicio[5] Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi Antonium Primum... sociaverant .. Quod apud patres convictum, et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia damnantur.

*T. VINIDIVS QVADRATVS, v. VMMIDIVS QVADRATVS.

TITVS VINIVS, VINIVS, VINII[6]. — I, 1. Initium mihi operis Servius Galba iterum, Titus Vinius consules erunt. — I, 6. Invalidum senem (Galbam) Titus Vinius et Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignavissimus, odio flagitiorum oneratum contemptu inertiae destruebant. — I, 11. Hic fuit rerum

[1] Prosop., 445. Filius P. Vinicii.

[2] M : *uinio.*

[3] Prosop., 446.

[4] M : *falniciam.* Corr. Borghesi. Cf. Nipperdey-Andresen.— Ryck : *M. Vinicium*, cf. Ritter ad h. l.— Iac. Gronov : *T. Vinicium :* Nipperdey : *L. Vinicium.*— « Nomine *uinicius* ex frequenti permutatione litterarum *i* et *l* in *ulnicius* corrupto litteram *f* addidit librarius ex prava *Fulcinii* recordatione c. 10. » (Orelli.) — Beroaldus : *Fulcinius.* Sed erat inter accusatores Fulcinius Trio (c. 10).

[5] M : *uincio.* Corr. Rhenanus. — Ryck et Brotier codicis scripturam retinent. — Beroaldus et Iac. Gronov : *Vicio.*

[6] Prosop., 450.— Vulg. ante Lipsium ex dett. : *T. Iunius.* Quam lectionem revocavit Ritter[2].

Digitized by Google

Romanarum status, cum Servius Galba iterum, Titus Vinius consules inchoavere annum sibi ultimum, rei publicae prope supremum. — I, 12. Multi... hunc vel illum (tamquam Galbae adoptandum) ambitiosis rumoribus destinabant, etiam in Titi Vinii odium, qui in dies quanto potentior, eodem auctu invisior erat. — I, 13. Potentia principatus divisa in Titum Vinium consulem, Cornelium Laconem praetorii praefectum; nec minor gratia Icelo... Hi discordes... circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. Vinius pro M. Othone... Neque erat Galbae ignota Othonis ac Titi Vinii amicitia; et rumoribus nihil silentio transmittentium, quia Vinio vidua filia, caelebs Otho, gener ac socer destinabantur. — I, 14. Galba... comitia imperii transigit, adhibitoque super Vinium ac Laconem Mario Celso... ac Ducenio Gemino... — I, 32. Interea Galbam duae sententiae distinebant : Titus Vinius manendum intra domum... censebat. — I, 33. Repugnantem huic sententiae Vinium (Cornelius) Laco minaciter invasit, stimulante Icelo. — I, 34. Praemissus... in castra Piso, ut iuvenis magno nomine... et infensus Tito Vinio, seu quia erat, seu quia irati ita volebant... — I, 37. (Loquitur Otho) « Minore avaritia ac licentia grassatus esset T. Vinius, si ipse imperasset... Vna illa domus sufficit donativo... » — I, 39. Agitasse Laco ignaro Galba de occidendo Tito Vinio dicitur, sive ut poena eius animos militum mulceret, seu conscium Othonis credebat, ad postremum vel odio. — I, 42. Titum inde Vinium invasere, de quo et ipso ambigitur, consumpseritne vocem eius instans metus, an proclamaverit non esse ab Othone mandatum ut occideretur... Huc potius eius vita famaque inclinat, ut conscius scelerum fuerit, cuius causa erat... — I, 44. Nullam caedem Otho maiore laetitia (quam Pisonis) excepisse... dicitur, seu..., seu recordatio... amicitiae in Tito Vinio quamvis immitem animum imagine tristi confuderat. — I, 47. Otho... concedi corpora sepulturae... permisit... Titum Vinium Crispina filia (composuit). — I, 48. Titus Vinius quinquaginta septem annos variis moribus egit. Pater illi praetoria familia... Prima militia infamis... Criminis huius reus Titus Vinius arguebatur. Igitur iussu Gaii Caesaris oneratus catenis... Legioni post praeturam praepositus... Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit. Sed Vinius proconsulatu Galliam Nar-

Digitized by Google

bonensem... rexit... Testamentum Titi Vinii magnitudine opum inritum. — I, 72. (Tigellinus) apud Galbam Titi Vinii[1] potentia defensus, praetexentis servatam ab eo filiam... Eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti Titi Vinii[2] invidia... — II, 95. Misera civitas eodem anno Othonem, Vitellium passa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos varia et pudenda sorte agebat.

VIPSANIA[3].— 1, 12. (Asinius Gallus) ducta in matrimonium Vipsania[4], M. Agrippae filia, quae quondam Tiberii uxor fuerat. — 3, 19. Paucos... post dies Vipsania[5], mater (Drusi Caesaris), excessit, una omnium Agrippae liberorum miti obitu.

(VIPSANIA) AGRIPPINA (Germanici uxor), v. AGRIPPINA *(A)*.

(VIPSANIA) IVLIA (Augusti neptis), v. IVLIA *(B)*.

VIPSANIA[6] PORTICVS. — I, 31. Electos Illyrici exercitus Vipsania in porticu tendentes.

* C. VIPSANIVS, v. C. VIPSTANVS.

* L. VIPSANIVS, v. L. VIPSTANVS.

M. (VIPSANIVS) AGRIPPA, v. M. AGRIPPA.

(M. VIPSANIVS) AGRIPPA POSTVMVS, v. AGRIPPA POSTVMVS.

* VIPSANIVS GALLVS, v. VIPSTANVS GALLVS.

VIPSANIVS LAENAS. — 13, 30. Damnatus Vipsanius Laenasob Sardiniam provinciam avare habitam.

* VIPSANIVS MESSALLA, v. VIPSTANVS MESSALLA.

* C. VIPSANVS, v. C. VIPSTANVS.

* L. VIPSANVS, v. L. VIPSTANVS.

* VIPSANVS MESSALLA, v. VIPSTANVS MESSALLA.

L. VIPSTANVS, VIPSTANVS[7].— 11, 23. A. Vitellio L. Vipstano[8]

[1] *a* : *titi in* (*nii* in marg. add. 2 m.); *b* : *T. iunii.*

[2] *ab* : *iunii.*

[3] PROSOP., 462. Vipsania Agrippina.

[4] **M** : *uipstania* (litt. *t* puncto notata, sed alio atramento). Corr. Beroaldus.

[5] **M** : *uipstania* (litt. *t* puncto notata).

[6] A M. Vipsanio Agrippa exstructa.

[7] L. Vipstanus Poplicola. PROSOP., 471 : « Fortasse pater Vipstani Messallae ». — Veteres Taciti editores : *L. Vipsanus* vel *L. Vipsanius*.

[8] **M** : *uipsana*. Corr. Rupertus ex inscriptionibus.

Digitized by Google

consulibus.— 11, 25. Ob ea Vipstanus[1] consul rettulit patrem senatus appellandum esse Claudium...; sed ipse cohibuit consulem...

C. VIPSTANVS, VIPSTANVS APRONIANVS[2].— 14, 1. Gaio Vipstano[3] C. Fonteio consulibus. — I, 76. Idem Africae (in Othonem) obsequium... Neque exspectata Vipstani[4] Aproniani proconsulis auctoritate Crescens Neronis libertus... epulum plebi ob laetitiam recentis imperii obtulerat.

VIPSTANVS GALLVS. — 2, 51. De praetore in locum Vipstani[5] Galli, quem mors abstulerat, subrogando certamen incessit.

VIPSTANVS MESSALLA, MESSALLA[6]. — III, 9. Legioni (septimae Claudianae) tribunus Vipstanus[7] Messalla praeerat, claris maioribus, egregius ipse et qui solus ad id bellum artes bonas attulisset. — III, 11. Nec tam (Antonius) Primus et (Dillius) Aponianus et (Vipstanus) Messalla, quamquam omni modo nisi, eripuere (irae militum Aponium) Saturninum, quam obscuritas latebrarum... — III, 18. Vipstanus[8] Messalla tribunus cum Moesicis auxiliariibus adsequitur (Vitellianos). — III, 25. Eo notabilior caedes fuit, quia filius patrem interfecit. Rem nominaque auctore Vipstano[9] Messalla tradam... — III, 28. Hormine id ingenium (militibus exhortationes abnuentibus Cremonam monstravisse), ut Messalla tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreverim. — IV, 42. Magnam eo die pietatis eloquentiaeque famam Vipstanus[10] Messalla adeptus est, nondum senatoria aetate, ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari... Igitur Messalla non causam neque reum tueri, sed periculis fratris semet opponens, flexerat quosdam. — *O*, 14. Vixdum finierat Maternus..., cum Vipstanus[11] Messalla cubiculum [eius] ingressus est... — 15. Tum Aper : « Non

[1] **M** : *uipsanius*. Corr. Ryck.
[2] Prosop., 465. — Veteres Taciti editores : *C. Vipsanus* vel *C. Vipsanius*.
[3] **M** : *uipsano*. Corr. Vrsinus ex inscriptionibus.
[4] **M** : *uipsani*. Corr. Ryck.
[5] Vulg. : *Vipsanii*. Cf. Ritter ad h. l.
[6] Prosop., 468. Taciti editores ante Ryckium : *Vipsanus*, *Vipsanius*. — Brotier : *Vipstanius*.
[7] **M** : *uipsanius*. Corr. Rupertus e lapidibus.
[8] **M** : *uipsan:*. Corr. Rupertus.
[9] **M** : *uipsano*. Corr. Rupertus.
[10] **M** : *uiptanus*. Corr. Rupertus.
[11] **A C** : *Vibanius; B* : *Libanius; b* : *Vrbanus*. Corr. Rupertus.

Digitized by Google

desinis, Messalla, vetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia inridere atque contemnere... oblitus et tuae et fratris tui eloquentiae... » — 16. Et Messalla : « Aperiam, inquit, cogitationes meas, si... » — 23. (Loquitur Aper) « Nam... te, Messalla, video laetissima quaeque antiquorum imitantem... » — 24. (Loquitur Maternus) « Tuum tamen, Messalla, promissum immutasse non debet (Apri oratio) ». — 25. Tum Messalla : « Sequar praescriptam a te, Materne, formam...» — 28. Tum Messalla : « Non reconditas, Materne, causas requiris...» — 33. Messalla quasi rursus incipiens... — 42. Finierat Maternus, cum Messalla : «Erant quibus contradicerem...» ...« Ego, inquit (Maternus), te (Aprum) poetis, Messalla autem antiquariis criminabimur. » [1].

VIRDIVS GEMINVS. — III, 48. (Vespasianus) vexillarios e legionibus ducemque Virdium Geminum spectatae militiae (delegit). Ille... adsequitur Anicetum.

VISELLIVS VARRO, VISELLIVS, VARRO [2]. — 3, 41. Turoni (Galliarum civitas) legionario milite, quem Visellius Varro inferioris Germaniae legatus miserat, oppressi. — 3, 42. Petebantque (Treviri duce Iulio Floro) saltus quibus nomen Arduenna, cum legiones utroque ab exercitu, quas Visellius et C. Silius adversis itineribus obiecerant, arcuerunt. — 3, 43. Augebantur (Aeduorum rebellantium) copiae... certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur utroque bellum sibi poscente. Mox Varro invalidus senecta vigenti Silio concessit [3].

VISELLIVS VARRO, VARRO [4]. — 4, 17. Cornelio Cethego Visellio Varrone consulibus. — 4, 19. Erat uxor Silio Sosia Galla... Hos corripi... placitum immissusque Varro consul, qui paternas inimicitias obtendens odiis Seiani... gratificabatur... Multa adseveratione, quasi aut legibus cum Silio ageretur aut Varro consul aut illud res publica, coguntur patres...

* VISPE, VISPENSES, v. VSPE, VSPENSES.

VISTILIA [5]. — 2, 85. Vistilia praetoria familia genita licentiam

[1] V. etiam O. 1, 26, 27, 32.
[2] C. Visellius Varro, pater Lucii. Prosop., 487.
[3] V. etiam, 3, 47.
[4] L. Visellius Varro. Prosop., 488.
[5] Fortasse filia eius qui sequitur.

Digitized by Google

stupri apud aediles vulgaverat... Exactum... a Titidio Labeone, Vistiliae marito, cur in uxore delicti manifesta ultionem legis omisisset. Atque illo praetendente..., satis visum de Vistilia statuere, eaque in insulam Seriphon abdita est.

SEX. VISTILIVS [1]. — 6, 9. Secutae dehinc Tiberii litterae in Sex. Vistilium [2] praetorium, quem Druso fratri percarum in cohortem suam transtulerat. Causa offensionis Vistilio fuit, seu composuerat quaedam in C. Caesarem ut impudicum, sive ficto habita fides. Atque ob id convictu principis prohibitus, cum senili manu ferrum temptavisset, obligat venas ; precatusque per codicillos, immiti rescripto venas resolvit.

VISVRGIS. — 1, 70. Penetratumque ad amnem Visurgin [3], quo (Germanicus) Caesar classe contenderat. — 2, 9. Flumen Visurgis Romanos Cheruscosque interfluebat. — 2, 11. Postero die Germanorum acies trans Visurgim stetit. — 2, 12. Caesar (Germanicus) transgressus Visurgim... — 2, 16. Is (campus Idistaviso, medius inter Visurgim et colles. — 2, 17. Plerosque (Germanos) tranare Visurgim conantes iniecta tela aut vis fluminis... operuere.

VITELLIA. — 3, 49. Id (carmen) Clutorius in domo P. Petronii socru eius Vitellia coram... iecerat. Vt delator exstitit, ceteris ad dicendum testimonium exterritis, sola Vitellia nihil se audivisse adseveravit.

VITELLIANI. — I, 75. Insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi. Vtrisque frustra fuit, Vitellianis impune, per tantam hominum multitudinem mutua ignorantia fallentibus. — II, 14. Vitelliani, quibus minor peditum vis, in equite robur, Alpinos proximis iugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant. — II, 15. Nec Vitelliani quamquam victi quievere, accitis auxiliis... Vitelliani retro Antipolim... revertere. — II, 21. Vitelliani pluteos cratesque et vineas suffodiendis muris protegendisque oppugnatoribus... expediunt. — II, 23. Turbata (haud procul Cremona in Padi ripa a gladiatoribus Marcii Macri)

[1] Prosop., 489.

[2] M : *uestilium*. Corr. Nipperdey. — « Wahrscheinlich der Vater der 2,85 erwähnten *Vistilia*. » (Nipperdey-Andresen.)

[3] Nomen fluminis plerique aut corrigendum aut secludendum iudicaverunt. Cf. Orelli. Vide tamen Nipperdey-Andresen.

Digitized by Google

Vitellianorum auxilia. — II, 25. Antequam miscerentur acies terga vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens repressit suos. Vitelliani temere exsurgentes (ex insidiis) cedente sensim Celso longius secuti ultro in insidias praecipitantur... Cunctatione (Suetonii Paulini) spatium Vitellianis datum in vineas... refugiendi. — II, 27. Haud perinde id damnum Vitellianos in metum compulit quam ad modestiam composuit. — II, 31. Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis nulla ultra penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent. — II, 34. Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis... — II, 35. Quae cuncta in oculis utriusque exercitus quanto laetiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani... — II, 44. Praetorianus miles non virtute se, sed proditione victum fremebat, ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam. — II, 45. Nec apud duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concederent. — II, 56. Dispersi per municipia et colonias Vitelliani spoliare, rapere, vi et stupris polluere... — III, 9. Quod si adfuisset (Caecinae) fides, aut opprimi universis Vitellianorum viribus duae legiones... potuere, aut retro actae... turpem fugam conscivissent... Has ad copias nequaquam Vitellianis pares, quippe tres adhuc legiones erant, misit epistulas Caecina... — III, 16. Arrius Varus cum promptissimis equitum prorupit impulitque Vitellianos modica caede... — III, 17. Firmati inter se densis ordinibus (Flaviani equites) excipiunt Vitellianos temere effusos... — III, 23. Vitelliani tormenta in aggerem viae (Postumiae) contulerant... Vitelliani adverso lumine (lunae) collucentes velut ex occulto iaculantibus (Flavianis) incauti offerebantur. — III, 24. Antonius (testabatur)... frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerent. — III, 25. Gradum inferunt (Flaviani) quasi recentibus auxiliis aucti, rariore iam Vitellianorum acie, ut quos nullo rectore suus quemque impetus vel pavor contraheret diduceretve. — III, 27. Pondera saxorum Vitelliani provolvunt (in Flavianos vallum obpugnantes). — III, 29. Obstinatos inter se cum sustinere Vitelliani nequirent.. , ipsam postremo ballistam in subeuntes propulere... Ceteri trepidis iam Vitellianis seque e vallo praecipitantibus perrupere. — III, 31. Languescere paulatim Vitellianorum animi. — III, 32. (A Cremonensibus) praebiti in acie Vitellianis cibi. — III, 35. Vagos paventesque Vitellianos sua quem-

Digitized by Google

que apud signa componunt (Flaviani duces) et victae legiones... per Illyricum dispersae...In Galliam Iulium Calenum tribunum, in Germaniam Alpinium Montanum praefectum cohortis, quod...uterque Vitelliani fuerant, ostentui misere. — III, 43. Quae (coloniam Foroiuliensem praesidio Flaviano obtineri) ut...apud varios Vitellianorum animos increbruere, Fabius Valens... ad naves regreditur.— III, 60. Duces partium ut Carsulas venere... Simul conloquia cum Vitellianis decem milium spatio distantibus (quippe qui Narniae agerent), et proditio sperabatur. — III, 61. Vitellianae cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad transitionem... Nec ulla apud Vitellianos flagitii poena et praemiis defectorum versa fides ac reliquum perfidiae certamen. — III, 63. Abrupta undique spe Vitellianus miles transiturus in partes... Accepti in medium Vitelliani et circumdatos Primus Antonius clementer adloquitur. — III, 69. Longius iam progressus erat (Flavius Sabinus), quam ut regredi posset; et suo quisque metu, ne disiectos eoque minus validos Vitelliani consectarentur, cunctantem in arma impellebant... Circa lacum Fundani descendentibus, qui Sabinum comitabantur, armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum. Modicum ibi proelium improviso tumultu, sed prosperum Vitellianis fuit. Sabinus... arcem Capitolii insedit. — III, 71. Erant antiquitus porticus in latere clivi, dextrae subeuntibus, in quarum tectum egressi saxis tegulisque Vitellianos obruebant. — III, 73. Inrumpunt Vitelliani (in Capitolium) et cuncta sanguine, ferro flammisque miscent... Fuere qui, excepto Vitellianorum signo, quo inter se noscebantur, ultro rogitantes respondentesve audaciam pro latebra haberent. — III, 77. (Permixtos paganos gladiatoribus remigibusque, qui Tarracinam pro Vespasiano obtinebant), nullo discrimine Vitelliani trucidabant. — III, 79. Petilio Ceriali equestre proelium adversum fuerat. Namque incautum et tamquam ad victos ruentem Vitelliani, interiectus equiti pedes, excepere. Pugnatum haud procul urbe inter aedificia hortosque et anfractus viarum, quae gnara Vitellianis, incomperta hostibus metum fecerant. — III, 82. Superstantes maceriis hortorum Vitelliani ad serum usque diem saxis pilisque subeuntes arcebant... Vitelliani desperatione sola ruebant et, quamquam pulsi, rursus in urbe congregabantur. — III, 84. Contra Vitelliani, quamquam numero fatoque dispares,

Digitized by Google

inquietare victoriam, morari pacem... — IV, 1. Nihil usquam secretum aut clausum sinebant (milites Flaviani), Vitellianos occultari simulantes... — IV, 38. Augentibus famam (defectionis Africae) Vitellianis, qui studium partium nondum posuerant. — IV, 46. Ne Vitelliani quidem sine multa caede pelli poterant (de praetoriana militia)... Vitelliani, quos apud Bovillas in deditionem acceptos memoravimus... — IV, 49. Quidam e Vitellianis urbe profugi ostentabant Pisoni (proconsuli Africae) nutantes Gallias, paratam Germaniam[1]...

VITELLIANVS, A. — I, 51. Nunc initia causasque motus Vitelliani expediam. — I, 84. (Verba facit apud praetorianos Otho) « (Senatum), cuius splendore et gloria sordes et obscuritatem Vitellianarum partium praestringimus. » — I, 85. Vitellianos quoque milites venisse in urbem ad studia partium noscenda plerique credebant. — I, 87. Quando Poeninae Cottiaeque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur... — I, 90. (Otho) vocata contione... adversum Vitellianas partes modeste disseruit...— II, 17. Quo successu Vitellianus miles non iam flumine (Pado) aut ripa, arcebatur. — II, 26. Timuisse se (Suetonius) Paulinus ferebat, ...ne Vitellianus miles recens e castris fessos adgrederetur. — II, 41. Disposita Vitellianarum legionum acies sine trepidatione. — II, 45. At Vitellianus exercitus ad quintum a Bedriaco lapidem consedit, non ausis ducibus eadem die oppugnationem castrorum. — III, 6. Illic cognitum tres Vitellianas cohortes alamque, cui Sebosianae nomen, ad Forum Alieni... consedisse. — III, 21. Progressi equites sub ipsa moenia vagos e Cremonensibus corripiunt, quorum indicio noscitur sex Vitellianas legiones omnemque exercitum, qui Hostiliae egerat.... in proelium accingi ac iam adfore. — III, 22. At Vitellianus exercitus... indigus rectoris, inops consilii, tertia ferme noctis hora paratis iam dispositisque Flavianis impingitur. — III, 30. Frequens obstrictusque Vitellianis partibus Cremonensis populus. — III, 32. Exercitus (Flavianus)... vetere odio ad excidium Cremonensium incubuit.

[1] V. etiam I, 57-59, 61-70, 74, 89; II, 18, 19, 22, 24, 27-30, 32, 37, 38, 40, 42, 43, 54, 62, 66-68, 73-77, 87-89, 93, 94, 97-99, 100; III, 1, 2, 5, 8, 10, 12-15, 18-20, 26, 28, 36, 38-42, 48, 50, 51, 53-58, 64, 66-68, 70, 74-76, 78, 80, 83; IV, 9, 11.

Digitized by Google

Iuvisse partes Vitellianas Othonis quoque bello credebantur. — III, 46. Fonteius Agrippa... Moesiae praepositus est, additis copiis e Vitelliano exercitu, quem spargi per provincias et externo bello inligari pars consilii pacisque erat. — III, 61. Nec multo post legiones (Flavianae) venere, et terrore famaque aucti exercitus Vitellianae cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad transitionem. — III, 62. Caput (Fabii Valentis) Vitellianis cohortibus ostentatum, ne quam ultra spem foverent. — III, 63. Abrupta undique spe Vitellianus miles transiturus in partes, id quoque non sine decore, sed sub signis vexillisque in subiectos Narniae campos descendere. — III, 69. Vitellianus miles socordi custodia clausos (in Capitolio Flavianos) circumdedit. — III, 73. Sed plus pavoris obsessis quam obsessoribus intulit (incendium Capitolii), quippe Vitellianus miles neque astu neque constantia inter dubia indigebat. — III, 82. Miles Vitellianus trinis et ipse praesidiis occurrit (Flavianis Romam invadentibus). — IV, 1. Vbique lamenta... et fortuna captae urbis, adeo ut Othoniani Vitellianique militis invidiosa antea petulantia desideraretur. — IV, 49. Claudius Sagitta... (L. Pisonem Africae pro consule hortatur) petita navibus Gallia ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet. — IV. 54. Vitellianae legiones vel externum servitium quam imperatorem Vespasianum malle. — IV, 56. De reliquiis Vitelliani exercitus dubitavere (Iulius Classicus eiusque socii). — IV, 68. Legiones... Vitellianarum unaetvicensima... (in Germaniam) traducuntur[1].

VITELLII. — II, 64. Mater (A. et L.) Vitelliorum Sextilia.

A. VITELLIVS, VITELLIVS, CAESAR, GERMANICVS, AVGVSTVS[2].— 11, 23. A. Vitellio L. Vipstano consulibus.— 14, 49. Libertas Thraseae servitium aliorum rupit et... pedibus in sententiam eius iere, paucis exceptis, in quibus adulatione promptissimus fuit A. Vitellius, optimum quemque iurgio lacessens et respondenti reticens, ut pavida ingenia solent. — I, 1. Mihi Galba, Otho, Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti.— I, 9. Inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec missu Galbae A. Vitellius aderat, censoris Vitellii ac ter consulis filius ;

[1] V. praeterea A. VITELLIVS (V, 26).
[2] PROSOP., 499.

Digitized by Google

id satis videbatur. — I, 14. Sed Galba, post nuntios Germanicae seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius quonam exercituum vis erumperet... — I, 44. Plures quam centum viginti libellos praemium exposcentium ob aliquam notabilem illa die (qua Galba occisus est) operam Vitellius postea invenit, omnesque conquiri et interfici iussit... — I, 50. Trepidam urbem... novus insuper de Vitellio nuntius exterruit... « Nunc pro Othone an pro Vitellio in templa ituros? Vtrasque impias preces... inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore qui vicisset. — I, 52. Sub ipsas superioris anni kalendas Decembres Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus hiberna legionum cum cura adierat... Et *ut* Vitellius apud severos humilis, ita comitatem bonitatemque faventes vocabant, quod sine modo, sine iudicio donaret sua, largiretur aliena... Fabius Valens .. instigare Vitellium : ... « Vitellio tres patris consulatus, censuram, collegium Caesaris et imponere iam pridem imperatoris dignationem et auferre privati securitatem. » — I, 56. Aquilifer quartae legionis epulanti Vitellio nuntiat... Missi a Vitellio ad legiones legatosque, qui descivisse a Galba superiorem exercitum nuntiarent. — I. 57. Fabius Valens .. imperatorem Vitellium consalutavit... Superior exercitus... tertium nonas Ianuarias Vitellio accessit. — I, 58. Laudata militum alacritate Vitellius ministeria principatus per libertos agi solita in equites Romanos disponit. — I, 59. Accessere partibus Valerius Asiaticus, Belgicae provinciae legatus, quem mox Vitellius generum adscivit... — I, 60. (Trebellius Maximus Britanniae legatus) adgregantibus se (Roscio) Caelio (legato legionis auxiliaribus quoque militibus) desertus... ad Vitellium (perfugit). — I, 61. Adiuncto Britannico exercitu ingens viribus opibusque Vitellius duos duces, duo itinera bello destinavit... Addita utrique (Fabio Valenti et Alieno Caecinae) Germanorum auxilia, e quibus Vitellius suas quoque copias supplevit, tota mole belli secuturus. — I, 62. Torpebat Vitellius et fortunam principatus inerti luxu ac prodigis epulis praesumebat... Instructi intentique signum profectionis exposcunt. Nomen Germanici Vitellio statim additum, Caesarem se appellari etiam victor prohibuit. — I, 64. (Nuntiata caede Galbae) Gallis cunctatio exempta et in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus... Manlius Valens legatus Italicae

Digitized by Google

legionis, quamquam bene de partibus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit... — I, 67. Inritaverant turbidum ingenium (Caecinae) Helvetii... de caede Galbae ignari et Vitellii imperium abnuentes. — I, 68. In Iulium Alpinum e principibus (Helvetiorum)... Caecina animadvertit; ceteros veniae vel saevitiae Vitellii reliquit. — I, 69. Ne Vitellius quidem verbis et minis (adversus legatos Helvetiorum) temperabat. — I, 70. Caecina paucos in Helvetiis moratus dies, dum sententiae Vitellii certior fieret...laetum ex Italia nuntium accipit, alam Silianam... sacramento Vitellii accessisse. Pro consule Vitellium Siliani in Africa habuerant... Instinctu decurionum, qui, Othonis ignari, Vitellio obstricti, robur adventantium legionum...attollebant, transiere in partes. — I, 73. Calvia Crispinilla... apud Galbam, Othonem, Vitellium inlaesa... — I, 74. Crebrae... ab Othone ad Vitellium epistulae offerebant pecuniam et gratiam et quemcumque quietis locum prodigae vitae legisset. Paria Vitellius ostentabat... Legati (ab Othone ad Germanicum exercitum missi) apud Vitellium remansere... Fabius Valens... (epistulis praetorianos) increpabat ultro, quod tanto ante traditum Vitellio imperium ad Othonem vertissent. — I, 75. Insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi... Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis composuit exitium ipsi filioque eius minitans, ni incolumes sibi mater ac liberi servarentur. Et stetit domus utraque, sub Othone incertum an metu, Vitellius victor clementiae gloriam tulit. — I, 76. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum... legiones. Idem ex Hispania adlatum...; sed statim cognitum est conversam ad Vitellium Hispaniam... Eadem formido provinciam Narbonensem ad Vitellium vertit... — I, 77. Vitellio quidem ad capessendam principatus fortunam bello opus erat... Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere...; quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit. — I, 84. (Verba facit Otho apud praetorianos) « Si Vitellio et satellitibus eius eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes imprecentur... (Senatum), ad poenam vocare non hercule illi, quos cum maxime Vitellius in nos ciet, Germani audeant... Nationes aliquas occupavit Vitellius, imaginem quamdam exercitus habet, senatus nobiscum est. » — I, 85. Coacto vero in curiam senatu..., hos-

Digitized by Google

tem et parricidam Vitellium vocantes... — I, 90. Vocata contione (Otho)... adversum Vitellianas partes modeste disseruit,... nulla Vitellii mentione, sive ipsius ea moderatio seu scriptor orationis (Galerius Trachalus) sibi metuens contumeliis in Vitellium abstinuit. — II, 1. Corinthi... certos nuntios accepit (Titus) de interitu Galbae, et aderant qui arma Vitellii bellumque adfirmarent... « Si pergeret in urbem, nullam officii gratiam in alterius honorem suscepti, ac se Vitellio sive Othoni obsidem fore... » — II, 6. Mox, ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire vulgatum est,... fremere miles (Syriae ac Iudaeae legionum) et vires suas circumspicere. — II, 7. (Cogitabant Vespasianus atque eius amici)... nec referre, Vitellium an Othonem superstitem fortuna faceret. — II, 14. Imminere provinciae Narbonensi in verba Vitellii adactae classem Othonis trepidi nuntii Fabio Valenti attulere. — II. 16. (Pacarius Decimus Corsicae procurator) Othonis odio iuvare Vitellium Corsorum viribus statuit... Imperitorum turba in verba Vitellii (iuravit)... (Pacarii comitumque eius) capita ut hostium ipsi interfectores ad Othonem tulere, neque eos aut Otho praemio adfecit aut puniit Vitellius. in multa conluvie rerum maioribus flagitiis permixtos. — II, 17. (In Italia) nullo apud quemquam Othonis favore, nec quia Vitellium mallent, sed longa pax ad omne servitium fregerat... Florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium, armis Vitellii... tenebatur. — II, 21. Simul Othonem ac Vitellium celebrantes culpantesve (hinc defensores, inde oppugnatores Placentiae). — II, 27. Cohortes Batavorum, quas... audito Vitellii motu... Fabio Valenti adiunctas rettulimus... — II, 30. Duces partium Othonis quamvis uberrima conviciorum in Vitellium materia (abstinebant). — II, 31. Sane ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam meruere, minus Vitellii ignavae voluptates quam Othonis flagrantissimae libidines timebantur... Vitellius ventre et gula sibi inhonestus, Otho luxu, saevitia, audacia rei publicae exitiosior ducebatur. — II, 32. Tunc Suetonius Paulinus... disseruit exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo... — II, 38. Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones, nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint. — II, 42. Attonitas subito

Digitized by Google

terrore mentes (Othonianorum) falsum gaudium in languorem vertit, repertis qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur. Is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an in ipsa Othonis parte... surrexerit, parum compertum. — II, 43. Forte inter Padum viamque patenti campo duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima, cui cognomen Rapaci... — II, 47. (Loquitur Otho) « Civile bellum a Vitellio coepit et, ut de principatu certaremus armis, initium illic fuit... Fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis; mihi non ultione neque solaciis opus est. — II, 48. (Otho) libellos epistulasque studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignes abolet;... mox Salvium Cocceianum fratris filium .. solatus est :... an Vitellium tam immitis animi fore, ut pro incolumi tota domo ne hanc quidem sibi gratiam redderet? — II, 52. Magna pars senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinae relicta... Alius insuper metus senatoribus (instabat), ne praevalidis iam Vitellii partibus cunctanter excepisse victoriam crederentur... — II, 53. (Bononiae senatores, quos Otho secum ab urbe abduxerat, certiores facti sunt de eius morte), atque omnium animi in Vitellium inclinavere. — II, 54. Coenus... raptim in urbem vectus paucos post dies iussu Vitellii poenas luit. — II, 55. Vt... a Flavio Sabino praefecto urbis, quod erat in urbe militum, sacramento Vitellii adactum, certi auctores in theatrum adtulerunt, Vitellio plausere. — II, 57. Interim Vitellius victoriae suae nescius ut ad integrum bellum reliquas Germanici exercitus vires trahebat. — II, 58. Praemissi centuriones (a Cluvio Rufo), qui Maurorum animos Vitellio conciliarent. — II, 59. Nihil eorum, quae fierent (in Mauretaniis) Vitellio anquirente. Brevi auditu quamvis magna transibat, impar curis gravioribus... Iunius Blaesus, Lugudunensis Galliae rector... (circumdedit) principi ministeria,... eo ipso ingratus, quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. — II, 60. Tum interfecti centuriones promptissimi Othonianorum, unde praecipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus... (Suetonius Paulinus et Licinius Proculus) proditionem ultro imputabant... Et Vitellius credidit de perfidia et fidem absolvit... Mario Celso consulatus servatur, (quem Caecilius Simplex creditus est pecunia mercari voluisse) ;... restitit Vitellius deditque postea consulatum Simplici innoxium et inemptum. (Galerium) Trachalum

Digitized by Google

adversus criminantes Galeria uxor Vitellii protexit. — II, 61. (Aeduorum) civitas electa iuventute, adiectis a Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem disiecit. Captus in eo proelio Mariccus.., spectante Vitellio interfectus est. — II, 63. Sed Vitellius adventu fratris et inrepetentibus dominationis magistris superbior et atrocior occidi Dolabellam iussit... — II, 64. Igitur Vitellius metu et odio, quod Petroniam uxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepisset, vocatum per epistulas... interfici iussit... Sextilia... dixisse... ad primas filii sui epistulas ferebatur, non Germanicum a se, sed Vitellium genitum. — II, 65. Digressum a Luguduno Vitellium Cluvius Rufus adsequitur omissa Hispania... Hilarius Caesaris libertus detulerat (eum), tanquam audito Vitellii et Othonis principatu propriam ipse potentiam... temptasset... Interpretabatur quaedam ex orationibus eius contumeliosa in Vitellium... Auctoritas Cluvii praevaluit, ut puniri ultro libertum suum Vitellius iuberet... Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat (apud se, non adempta tamen Hispania). — II, 66. Angebat Vitellium victarum legionum haudquaquam fractus animus... (Batavos) Vitellius agmini suo iungi ut fidos, legionem (quartam decimam) Graiis Alpibus traductam... ire iubet. — II, 67. Proximus Vitellio e praetoriis cohortibus metus erat... Numquam ita ad curas intento Vitellio, ut voluptatum oblivisceretur. — II, 68. Apud victores orta seditio, ludicro initio, *ni* numerus caesorum invidiam belli[1] traxisset. Discubuerat Vitellius Ticini adhibito ad epulas Verginio... Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis ac bacchanalibus quam disciplinae et castris propiora... Interim Verginii servus forte obvius ut percussor Vitellii insimulatur... Ne Vitellius quidem, quamquam ad omnes suspiciones pavidus, de innocentia (Verginii) dubitavit...— II, 69. Postero die Vitellius senatus legatione, quam ibi opperiri iusserat, audita transgressus in castra ultro pietatem militum conlaudavit... — II, 70. Inde Vitellius Cremonam flexit et spectato munere Caecinae insistere Bedriacensibus campis ac vestigia recentis victoriae lustrare oculis concupivit... At non Vitellius flexit oculos nec tot milia insepultorum civium exhorruit. . — II, 71. Namque et Neronem

[1] **M** : *bello*. (Doederlein : *Vitellio*).

Digitized by Google

ipsum Vitellius admiratione celebrabat, sectari cantantem solitus, non necessitate, qua honestissimus quisque, sed luxu et saginae mancipatus emptusque... Vt Valenti et Caecinae vacuos honoris menses aperiret, coartati aliorum consulatus... Actaeque insuper Vitellio gratiae consuetudine servitii. — II, 72. (Falsus Scribonianus Camerinus) pertractus ad Vitellium interrogatusque, quisnam mortalium esset...— II, 73. Vix credibile memoratu est, quantum superbiae socordiaeque Vitellio adoleverit, postquam speculatores e Syria Iudaeaque adactum in verba eius Orientem nuntiavere... Nam (antea)... plerumque ad nomen (Vespasiani) Vitellius excitabatur. — II, 74. Miles (Iudaeae Vespasiano) adeo paratus, ut praeeuntem sacramentum et fausta Vitellio omnia precantem per silentium audierint... Illyrici legiones... flammaverat adrogantia venientium a Vitellio militum. — II, 75. Versabatur ante oculos (Vespasiani) Germanici exercitus robur...; suas legiones civili bello inexpertas, Vitellii victrices...— II, 76. (Verba facit apud Vespasianum Mucianus) « A contumelia quam a laude propius fuerit post Vitellium eligi... An excidit trucidatus Corbulo? Splendidior origine quam nos sumus, fateor, sed et Nero nobilitate natalium Vitellium anteibat... Posse ab exercitu principem fieri sibi ipse Vitellius documento, nullis stipendiis, nulla militari fama, Galbae odio provectus...» — II, 77. « Me Vitellio antepono, te mihi... Nec mihi maior in tua vigilantia, parsimonia, sapientia fiducia est, quam in Vitellii torpore, inscitia, saevitia ». — II, 80. Nihil aeque provinciam exercitumque accendit quam quod adseverabat Mucianus, statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam ad militiam opulentam quietamque transferret, contra Syriacis legionibus Germanica hiberna... mutarentur. — II, 81. Mox per occultos suorum nuntios excitus ab urbe Agrippa, ignaro adhuc Vitellio, celeri navigatione properaverat (ad Vespasianum). — II, 82. Sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et dux Mucianus et Vespasiani nomen ac nihil arduum fatis. Ad omnes exercitus legatosque scriptae epistulae praeceptumque, ut praetorianos Vitellio infensos reciperandae militiae praemio invitarent.—II, 83. Mucianus... classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii, num... Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum

Digitized by Google

Achaia Asiaque, quas inermes exponi Vitellio, ni praesidiis firmarentur; atque ipsum Vitellium in incerto fore quam partem Italiae protegeret, si... litora infestis classibus peterentur. — II, 85. (Legiones octava ac septima Claudiana) proturbatis, qui de Othone (victo) nuntiabant, laceratisque vexillis nomen Vitellii praeferentibus... hostiliter egerant. Vnde metus et ex metu consilium posse imputari Vespasiano, quae apud Vitellium excusanda erant. — II, 86. (Antonius Primus legionis septimae Galbianae legatus) labantibus Vitellii rebus Vespasianum secutus... Scriptae in Britanniam ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos epistulae, quod utraque legio pro Othone, adversa Vitellio fuerat. — II, 87. Dum haec per provincias a Vespasiano ducibusque partium geruntur, Vitellius contemptior in dies segniorque... gravi urbem agmine petebat... Adgregabantur e plebe flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti, scurrae, histriones, aurigae, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mire gaudebat. — II, 88. Ad septimum ab urbe lapidem... militibus Vitellius paratos cibos ut gladiatoriam saginam dividebat. — II, 89. Ipse Vitellius a ponte Mulvio insigni equo, paludatus accinctusque..., quo minus ut captam urbem ingrederetur, amicórum consilio deterritus, sumpta praetexta et composito agmine incessit... Decora facies et non Vitellio principe dignus exercitus. — II, 90. Postera die.., apud... senatum populumque (verba fecit)... Abnuentique nomen Augusti expressere ut adsumeret, tam frustra quam recusaverat. — II, 91. Maximum pontificatum adeptus Vitellius de caerimoniis publiciis XX kalendas Augustas (edixit), antiquitus infausto die... Ventitabat in senatum... Ac forte Priscus Helvidius praetor designatus contra studium eius censuerat. Commotus primo Vitellius non tamen ultra quam tribunos plebis in auxilium spretae potestatis advocavit... Nihil novi accidisse respondit, quod duo senatores in republica dissentirent, solitum se etiam Thraseae contra dicere. — II, 92. Inter discordes (Caecinam et Valentem) Vitellio nihil auctoritatis..., Variis in hunc aut illum Vitellii inclinationibus..., simul ipsum Vitellium subitis offensis aut intempestivis blanditiis mutabilem contemnebant metuebantque... Quidam (privatorum liberti) in domum Caesaris transgressi atque ipsis dominis potentiores. — II, 94. Ceterum non ita ducibus indulsit Vitel-

Digitized by Google

lius, ut non plus militi liceret... Contionante Vitellio postulantur ad supplicium Asiaticus et Flavus et Rufinus duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent, nec coercebat eius modi voces Vitellius; super insitam inerti animo ignaviam... — II, 95. Quin et natalem Vitellii diem Caecina ac Valens editis tota urbe vicatim gladiatoribus celebravere... Nondum quartus a victoria mensis, et libertus Vitellii Asiaticus Polyclitos, Patrobios et vetera odiorum nomina aequabat... Vnum ad potentiam iter, prodigis epulis et sumptu, gula ganeaque satiare inexplebiles Vitellii libidines... Misera civitas eodem anno Othonem, Vitellium passa... — II, 96. Prima Vitellio tertiae legionis defectio nuntiatur... Vnius legionis eam seditionem, ceteris exercitibus constare fidem... Vitellius apud milites disseruit... — II, 97. Neque ex Hispaniis properabatur... Trium legionum legati... prosperis Vitellii rebus certaturi ad obsequium, adversam eius fortunam ex aequo detrectabant. In Africa legio cohortesque delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae, rursus iussu Vitellii militiam cepere. Simul cetera iuventus dabat impigre nomina. Quippe integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat. — II, 98. Ac primo Valerius Festus legatus studia provincialium cum fide iuvit; mox nutabat, palam epistulis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fovens... Deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani... militum et centurionum quidam ad Vitellium missi necantur. Plures fefellere... Ita Vitellii paratus noscebantur, Vespasiani consiliorum pleraque ignota, primum socordia Vitellii... — II, 99. (Caecina) odiorum invidiaeque erga Fabium Valentem admonebatur, ut impar apud Vitellium gratiam viresque apud novum principem pararet. — II, 100. Caecina e complexu Vitellii multo cum honore digressus... Lucilius Bassus post praefecturam alae Ravennati simul ac Misenensi classibus a Vitellio praepositus... — II, 101. Nobis super insitam levitatem... aemulatione etiam invidiaque, ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, pervertisse ipsi Vitellium videntur. Caecina legiones adsecutus centurionum militumque animos obstinatos pro Vitellio variis artibus subruebat... — III, 1. Quibus opperiri auxilia... videbatur, Germanicarum legionum vim famamque extollebant et advenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora. — III, 2. Ad ea Anto-

Digitized by Google

nius Primus. . festinationem ipsis utilem, Vitellio exitiosam disseruit... Equites vero ne tum quidem victos, sed quamquam rebus adversis disiectam Vitellii aciem... « Iam reseratam Italiam, impulsas Vitellii res audietis. » — III, 4. (Cornelius Fuscus) quoque inclementer in Vitellium invehi solitus nihil spei sibi inter adversa reliquerat. Tampius Flavianus... suspiciones militum inritabat, tamquam adfinitatis cum Vitellio meminisset. — III, 5. Infesta Raetia, cui Porcius Septiminus procurator erat, incorruptae erga Vitellium fidei. — III, 8. Simul coloniam (Veronam) copiis validam auferre Vitellio in rem famamque videbatur... (Vespasianus) adiciebat... imperio consilium.... posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ad deditionem subigi. — III, 9. (Ad Flavianos) misit epistulas Caecina..., Vitellii modica et vulgari mentione, nulla in Vespasianum contumelia... Flavianarum partium duces... pro Vespasiano magnifice.... in Vitellium ut inimici rescripsere, facta tribunis centurionibusque retinendi, quae Vitellius indulsisset, spe... Recitatae pro contione epistulae addidere fiduciam, quod submisse Caecina, velut offendere Vespasianum timens, ipsorum duces contemptim, tamquam insultantes Vitellio scripsissent. — III, 10. Ira militum in Tampium Flavianum incubuit ..; propinquum Vitellii, proditorem Othonis, interceptorem donativi clamitabant. — III, 11. Legiones... Aponium Saturninum Moesici exercitus legatum... adgrediuntur..., vulgatis epistulis, quas Saturninus ad Vitellium scripsisse credebatur. — III, 12. Ne in Vitellii quidem partibus quietae mentes... Trierarchi (classis Ravennatis) magno tumultu Vitellii imagines invadunt. — III, 13. Caecina (vocatis in principia primoribus centurionum et paucis militum)... omnia de Vitellio in deterius (disserit). Mox (eos)... in verba Vespasiani adigit; simul imagines Vitellii dereptae... Sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles.., proiectas Vitellii effigies adspexit, vastum primo silentium, mox cuncta simul erumpunt... — III, 14. Haec singuli, haec universi... vociferantes... repositis Vitellii imaginibus vincla Caecinae iniciunt. — III, 15. Fidus Vitellio Fabius (Valens) nec militiae ignarus... Britannia Galliaque et Hispania auxilia Vitellius acciverat. — III, 31. Primores castrorum nomen atque imagines Vitellii amoliuntur. — III, 35. Transitus Alpium praesidiis occupati

Digitized by Google

(a ducibus Flavianis), suspecta Germania, tamquam in auxilium Vitellii adcingeretur. — III, 36. At Vitellius profecto Caecina, cum Fabium Valentem paucis post diebus ad bellum impulisset, curis luxum obtendebat. — III, 37. Initium atrocis in Caecinam sententiae a L. Vitellio factum; dein ceteri (senatores) composita indignatione..., velut pro Vitellio conquerentes, suum dolorem proferebant. — III, 38. Gravi corporis morbo aeger Vitellius Servilianis hortis turrim *in* vicino sitam conlucere per noctem crebris luminibus animadvertit... Vbi asperatum Vitellium et posse (Iunium) Blaesum perverti satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur, datae L. Vitellio delationis partes :... « Versas illuc omnium mentes, dum Vitellius amicorum inimicorumque neglegens fovet aemulum principis labores e convivio prospectantem. Reddendam pro intempestiva laetitia maestam et funebrem noctem, qua sciat et sentiat vivere Vitellium... » — III, 39. Quin et audita est saevissima Vitellii vox, qua se, ipsa enim verba referam, pavisse oculos spectata inimici (Iunii Blaesi) morte iactavit... (Iunius Blaesus) integris quoque rebus a Caecina et primoribus partium iam Vitellium aspernantibus ambitus abnuere perseveravit. — III, 41. (Fabius Valens) missis ad Vitellium litteris auxilium postulat. — III, 42. Omnisque Italia inter Vespasianum ac Vitellium Appennini iugis dividebatur... Marius Maturus Alpium Maritimarum procurator, fidus Vitellio, cuius sacramentum cunctis circa hostilibus nondum exuerat. — III, 43. (Galliae Narbonensis) procurator Valerius Paulinus..., concitis... omnibus, qui exauctorati a Vitellio bellum sponte sumebant, Foroiuliensem coloniam... praesidio tuebatur. — III, 44. (Legio prima Adiutrix) memoria Othonis infensa Vitellio decimam quoque ac sextam (in Hispania agentes in partes Vespasiani) traxit... (Britanniam Vespasiano secundae legionis favor) non sine motu adiunxit ceterarum, in quibus plerique centuriones ac milites a Vitellio provecti expertum iam principem anxii mutabant. — III, 47. Anicetus Polemonis (quondam regis Ponti) libertus... Vitellii nomine adscitis gentibus, quae Pontum adcolunt. — III, 48. (Vespasianus post Cremonensis proelii nuntios) Alexandriam pergit, ut fractos Vitellii exercitus urbemque externae opis indigam fame urgeret. — III, 53. Antonius (Primus) .. litteras ad Vespasianum compo-

Digitized by Google

suit : ...quod discordes dispersasque Vitellii legiones equestri procella, mox peditum vi per diem noctemque fudisset, id pulcherrimum et sui operis... — III, 54. At Vitellius fractis apud Cremonam rebus nuntios cladis occultans... Nec duces hostium augendae famae deerant, captos Vitellii exploratores circumductosque, ut robora victoris exercitus noscerent, remittendo ; quos omnes Vitellius secreto percontatus interfici iussit... Centurio Iulius Agrestis post multos sermones, quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat... Agrestis ad Vitellium remeavit abnuentique vera esse, quae adferret, atque ultro corruptum arguenti..., voluntaria morte dicta firmavit. Quidam iussu Vitellii interfectum, de fide constantiaque eadem tradidere. — III, 55. Vitellius ut e somno excitus Iulium Priscum et Alfenum Varum cum quattuordecim praetoriis cohortibus et omnibus equitum alis obsidere Appenninum iubet... — III, 56. Sed praecipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiae, improvidus consilii,... ad omnes nuntios... trepidus, dein temulentus... Peritissimis centurionum..., si consulerentur, vera dicturis. Arcuere eos intimi amicorum Vitellii, ita formatis principis auribus, ut aspere, quae utilia..., acciperet. — III, 57. Praecipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contra Capua Vitellio fida... Vitellius Claudium Iulianum, is nuper classem Misenensem molli imperio rexerat, permulcendis militum animis delegit. — III, 58. Quae ubi Vitellio cognita... L. Vitellium fratrem... ingruenti per Campaniam bello opposuit... Plerique haud perinde Vitellium, quam casum locumque principatus miserabantur... Quin et Caesarem se dici voluit, aspernatus antea, sed tunc superstitione nominis .. Donec Vitellius pudore inriti conatus, quae non dabantur, remisit. — III, 59. Haud dubium erga Flavianas partes studium tam pavidus Vitellii discessus addidit... Patuit, quantum discriminis adeundnm foret, ni Vitellium retro fortuna vertisset... Obvium illic Petilium Cerialem habuere, agresti cultu et notitia locorum custodias Vitellii elapsum... Domitiano aderat animus, sed custodes a Vitellio additi... timebantur. Atque ipse Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat. — III, 60. Vocatos ad contionem Antonius docuit esse adhuc Vitellio vires, ambiguas, si deliberarent, acres, si desperassent..., nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio quam quod inter

Digitized by Google

Tarracinam Narniamque iaceat. — III, 61. Crebra transfugia tribunorum centurionumque; nam gregarius miles indurverat pro Vitellio, donec (Iulius) Priscus et Alfenus desertis castris ad Vitellium regressi pudore proditionis cunctos exsolverent. — III, 62. (Fabius Valens) Galbae proditor, Vitellio fidus et aliorum perfidia inlustratus. — III, 63. Non omisere per eos dies (Antonius) Primus ac (Arrius) Varus crebris nuntiis salutem et pecuniam et secreta Campaniae offerre Vitellio, si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. In eumdem modum et Mucianus composuit epistulas. Quibus plerumque fidere Vitellius ac de numero servorum, electione litorum loqui... — III, 64. Primores civitatis Flavium Sabinum praefectum urbis secretis sermonibus incitabant... « Paucas Vitellio cohortes et maestis undique nuntiis trepidas... Ipsum Vitellium ne prosperis quidem parem, adeo ruentibus debilitatum ». — III, 65. (Flavius Sabinus) crebris cum Vitellio sermonibus de pace ponendisque per condicionem armis (agitavit)... Postremo in aede Apollinis, ut fama fuit, pepigere... Vultus procul visentibus notabantur, Vitellii proiectus et degener, Sabinus non insultans et miseranti propior. — III, 66. Quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius, quam ipse cesserat, incruentam urbem Vespasiani exercitus intrasset. Ceterum ut quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant... : « Nec tantam Vespasiano superbiam, ut privatum Vitellium pateretur, ne victos quidem laturos... Fabium illis Valentem... praegravem fuisse, nedum (Antonius) Primus et (Cornelius) Fuscus et... Mucianus ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant... » — III, 67. Surdae ad fortia consilia Vitellio aures; obruebatur animus miseratione curaque, ne pertinacibus armis minus placabilem victorem relinqueret coniugi ac liberis. — III, 68. In sua contione Vitellius, inter suos milites,... pauca et praesenti maestitiae congruentia locutus, cedere se pacis et rei publicae causa (pronuntiavit). — III, 69. Miles Vitellii adversus pericula ferox, laboribus et vigiliis parum intentus erat... — III, 70. Luce prima (Flavius) Sabinus... Cornelium Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit cum mandatis et questu... « Vitellium in Palatium, in ipsam imperii arcem regressum... Dum inter Vespasianum ac Vitellium proeliis legionum... iudicatur..., fratrem Vespasiani mansisse in fide (Vitellii),

Digitized by Google

Digitized by Google

sunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum a Galba descivissent. — IV, 1. Interfecto Vitellio bellum magis desierat, quam pax coeperat. — IV. 3. Servus Vergilii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo adfixus (est) in isdem anulis, quos acceptos a Vitellio gestabat. — IV, 4. Miserat et Mucianus epistulas ad senatum... Ipsa quoque insectatio in Vitellium sera et sine libertate (visa est). — IV, 11. Iulius Priscus praetoriarum sub Vitellio cohortium praefectus se ipse interfecit. — IV, 13. Iniectae (a Fonteio Capitone Iulio) Civili catenae, missusque ad Neronem et a Galba absolutus sub Vitellio rursus discrimen adiit... (Iulius Civilis) Primi Antonii litteris... avertere accita Vitellio auxilia... iubebatur. — IV, 14. Iussu Vitellii Batavorum iuventus ad dilectum vocabatur. — IV, 15. Viribus cohortium abductis Vitellius e proximis Nerviorum Germanorumque pagis segnem numerum armis oneraverat. — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) « Caeso Quintilio Varo pulsam e Germania servitutem, nec Vitellium principem, sed Caesarem Augustum bello provocatum... Dum alii Vespasianum, alii Vitellium foveant, patere locum adversus utrumque ». — IV, 19. Isdem diebus Batavorum et Canninefatium cohortes cum iussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius adsequitur... Pretium itineris donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, promissa sane a Vitellio postulabant, non ut adsequerentur, sed causam seditioni. — IV, 21. (Duae) legiones, quae priore acie pulsae in Vetera castra concesserant, (Iulio Civili respondent)... esse sibi Vitellium principem, pro quo fidem et arma usque ad supremum spiritum retenturos. — IV, 24. Adlatae a Vespasiano litterae, quas (Hordeonius) Flaccus, quia occultari nequibant, pro contione recitavit, vinctosque, qui adtulerant, ad Vitellium misit. — IV, 27. Haud dubie gregarius miles Vitellio fidus, splendidissimus quisque in Vespasianum proni. — IV, 31. Auxilia e Gallia... hortantibus praefectis statim a Vitellio desciscunt. — — IV, 36. Legiones donativum exposcunt, comperto pecuniam a Vitellio missam. Nec diu cunctatus Hordeonius nomine Vespasiani dedit... — IV, 37. Vitellii tamen imagines in castris et per proximas Belgarum civitates repositae, cum iam Vitellius occidisset. — IV, 41. Sariolenum et recens crimen urgebat, quod apud Vitellium molitus eadem (delationes) foret. — IV, 46. Praeto-

Digitized by Google

donec ultro ad condiciones vocaretur... » Trepidus ad haec Vitellius pauca purgandi sui causa respondit, culpam in militem conferens, cuius nimio ardori imparem esse modestiam suam. — III, 72. Lutatii Catuli nomen (qui Capitolium dedicavisset) inter tanta Caesarum opera usque ad Vitellium mansit. Ea tunc aedes cremabatur. — III, 73. (Quintius Atticus consul) edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium iecerat. — III, 74. (Flavius) Sabinus et (Quintius) Atticus onerati catenis et ad Vitellium ducti nequaquam infesto sermone vultuque excipiuntur... Stantem pro gradibus Palatii Vitellium et preces parantem pervicere (milites et plebs), ut absisteret... — III, 75. Sed Vitellius consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus ac velut vicem reddens, quod... se reum (incensi Capitolii Quintius) Atticus obtulerat eaque confessione... invidiam crimenque adgnovisse et a partibus Vitellii amolitus videbatur. — III, 78. Dum haec in partibus Vitellii geruntur... Nec defuere qui Antonium suspicionibus arguerent, tamquam dolo cunctantem post secretas Vitellii epistulas, quibus consulatum et nubilem filiam et dotales opes pretium proditionis offerebat... Quidam omnium id ducum consilium fuisse, ostentare potius urbi bellum quam inferre, quando validissimae cohortes a Vitellio descivissent... — III, 79. Plebem quoque et servitia pro Vitellio armari nuntiabatur... — III, 80. Vulgus urbanum arma cepit... Agit grates Vitellius et ad tuendam urbem prorumpere iubet... — III, 81. Obviae fuere (ducibus Flavianis) et virgines Vestales cum epistulis Vitellii ad Antonium scriptis : eximi supremo certamini unum diem postulabat... Vitellio rescriptum Sabini caede et incendio Capitolii dirempta belli commercia. — III, 84. Vitellius capta urbe per aversam Palatii partem... in domum uxoris sellula defertur, ut, si diem latebra vitavisset, Tarracinam ad cohortes fratremque perfugeret. . Obvius e Germanicis militibus Vitellium infesto ictu per iram, vel quo maturius ludibrio eximeret, an tribunum adpetierit, in incerto fuit. — III. 85. Vitellium infestis mucronibus coactum modo erigere os et offerre contumeliis, nunc cadentes statuas suas... contueri, postremo ad Gemonias... propulere. — III, 86. Patria illi Luceria... Consulatum sacerdotia... nulla sua industria... adeptus... Rei publicae haud dubie intererat Vitellium vinci, sed imputare perfidiam non pos-

Digitized by Google

sunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum a Galba descivissent. — IV, 1. Interfecto Vitellio bellum magis desierat, quam pax coeperat. — IV. 3. Servus Vergilii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo adfixus (est) in isdem anulis, quos acceptos a Vitellio gestabat. — IV, 4. Miserat et Mucianus epistulas ad senatum... Ipsa quoque insectatio in Vitellium sera et sine libertate (visa est). — IV, 11. Iulius Priscus praetoriarum sub Vitellio cohortium praefectus se ipse interfecit. — IV, 13. Iniectae (a Fonteio Capitone Iulio) Civili catenae, missusque ad Neronem et a Galba absolutus sub Vitellio rursus discrimen adiit... (Iulius Civilis) Primi Antonii litteris... avertere accita Vitellio auxilia... iubebatur. — IV, 14. Iussu Vitellii Batavorum iuventus ad dilectum vocabatur. — IV, 15. Viribus cohortium abductis Vitellius e proximis Nerviorum Germanorumque pagis segnem numerum armis oneraverat. — IV, 17. (Loquitur Iulius Civilis) « Caeso Quintilio Varo pulsam e Germania servitutem, nec Vitellium principem, sed Caesarem Augustum bello provocatum... Dum alii Vespasianum, alii Vitellium foveant, patere locum adversus utrumque ». — IV, 19. Isdem diebus Batavorum et Canninefatium cohortes cum iussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius adsequitur... Pretium itineris donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, promissa sane a Vitellio postulabant, non ut adsequerentur, sed causam seditioni. — IV, 21. (Duae) legiones, quae priore acie pulsae in Vetera castra concesserant, (Iulio Civili respondent)... esse sibi Vitellium principem, pro quo fidem et arma usque ad supremum spiritum retenturos. — IV, 24. Adlatae a Vespasiano litterae, quas (Hordeonius) Flaccus, quia occultari nequibant, pro contione recitavit, vinctosque, qui adtulerant, ad Vitellium misit. — IV, 27. Haud dubie gregarius miles Vitellio fidus, splendidissimus quisque in Vespasianum proni. — IV, 31. Auxilia e Gallia... hortantibus praefectis statim a Vitellio desciscunt. — — IV, 36. Legiones donativum exposcunt, comperto pecuniam a Vitellio missam. Nec diu cunctatus Hordeonius nomine Vespasiani dedit... — IV, 37. Vitellii tamen imagines in castris et per proximas Belgarum civitates repositae, cum iam Vitellius occidisset. — IV, 41. Sariolenum et recens crimen urgebat, quod apud Vitellium molitus eadem (delationes) foret. — IV, 46. Praeto-

Digitized by Google

rianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati. — IV, 47. Abrogati inde legem ferente Domitiano consulatus, quos Vitellius dederat. — IV, 49. Legionem in Africa regebat Valerius Festus... adfinitate Vitellii anxius. — IV, 51. At Vespasiano post Cremonensem pugnam et prosperos undique nuntios cecidisse Vitellium multi nuntiavere. — IV, 54. Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum... Incesseratque fama primores Galliarum ab Othone adversus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse, ne deessent libertati, si... — IV, 55. (Iulius) Tutor ripae Rheni a Vitellio praefectus. — IV, 58. (Contionatur Dillius Vocula apud milites) « Pecunia nuper etiam donativo suffecit, quod sive a Vespasiano sive a Vitellio datum interpretari mavultis, ab imperatore certe Romano accepistis. » — IV, 70. Ala Singularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa. — IV, 80. Isdem diebus Mucianus Vitellii filium interfici iubet, mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset. — V, 26. (Loquitur Iulius Civilis) « Si apud Vitellii[1] legatum defenderer... — *O*, 17. « Illum Galbae et Othonis et Vitellii longum et unum annum »[2].

L. VITELLIVS, VITELLIVS[3]. — 6, 28. Paulo Fabio L. Vitellio consulibus. — 6, 32. Tiberius... cunctis, quae apud Orientem parabantur, L. Vitellium praefecit. Eo de homine haud sum ignarus sinistram in urbe famam, pleraque foeda memorari. Ceterum regendis provinciis prisca virtute egit. Vnde regressus et formidine C. Caesaris, familiaritate Claudii turpe in servitium mutatus... — 6, 36. Nec ideo abscedebat (Artabanus), ni contractis legionibus Vitellius et subdito rumore, tamquam Mesopotamiam invasurus, metum Romani belli fecisset. Tum omissa Armenia versaeque Artabani res, inliciente Vitellio desererent regem saevum in pace et adversis proeliorum exitiosum, — 6, 37. At Vitellius profugo Artabano et flexis ad novum regem popularium animis, hortatus Tiridaten parata capessere, robur legionum sociorumque ripam ad Euphratis ducit... Vitellius osten-

[1] **M** : *uitelliũ*. Doederlein : *Vitellianum*.
[2] V. etiam I, 88 ; II, 37, 62 : III, 77 ; IV, 2, 25.
[3] Prosop., 500. Imperatoris pater.

Digitized by Google

tasse Romana arma satis ratus monet Tiridaten primoresque... Exim cum legionibus in Syriam remeavit. — 6, 41. M. Trebellius legatus, a Vitellio praeside Syriae... missus... (Clitas) ad deditionem coegit. — 11, 2. (Messalina) monet Vitellium, ne elabi reum (Valerium Asiaticum) sineret. — 11, 3. Consultanti (Claudio) super absolutione (Valerii) Asiatici flens Vitellius..., liberum mortis arbitrium ei permisit... Asiaticus... cum se honestius calliditate Tiberii vel impetu C. Caesaris periturum dixisset, quam quod fraude muliebri et impudico Vitellii ore caderet... — 11, 4. Adiecit Vitellius sestertium deciens Sosibio, quod Britannicum praeceptis, Claudium consiliis iuvaret. — 11, 33. Ne, dum in urbem vehitur, ad paenitentiam a L. Vitellio et Largo Caecina mutaretur (Claudius), in eodem gestamine sedem poscit (Narcissus). — 11, 34. Crebra post haec fama fuit, inter diversas principis voces..., non aliud prolocutum Vitellium, quam : « O facinus! o scelus! ». — 11, 35. Mirum inter haec silentium Claudii, Vitellius ignaro propior.— 12, 4. Igitur Vitellius, nomine censoris serviles fallacias obtegens ingruentiumque dominationum provisor, quo gratiam Agrippinae pararet,... ferre crimina in Silanum, cuius soror... Iunia Calvina haud multo ante Vitellii nurus fuerat... Silanus... repente per edictum Vitellii ordine senatorio movetur, quamquam lecto pridem senatu lustroque condito. — 12, 5. Necdum celebrare sollemnia nuptiarum audebant (Claudius et Agrippina). . Nec ante omissa cunctatio, quam Vitellius suis artibus id perpetrandum sumpsit. — 12, 9. (Memmius) Pollio haud disparibus verbis ac nuper Vitellius censet. — 12, 42. Inter quae praecipuus propugnator (Agrippinae) Vitellius, validissima gratia, aetate extrema..., accusatione corripitur, deferente Iunio Lupo senatore. Is crimina maiestatis et cupidinem imperii obiectabat; praebuissetque aures Caesar, nisi Agrippinae minis magis quam precibus mutatus esset, ut accusatori aqua atque igni interdiceret. Hactenus Vitellius voluerat. — 14, 56. (Respondet Senecae Nero) «... Nisi forte aut te Vitellio ter consuli aut me Claudio postponis... » — I, 9. Inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec missu Galbae A. Vitellius aderat, censoris Vitellii ac ter consulis filius; id satis videbatur. — III, 66. (Loquuntur amici Vitellii principis) « Nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat (quam Caesar et Augustus),

Digitized by Google

Vitellii cliens, cum Vitellius collega Claudio foret. Quin, ut censuram patris, ut tres consulatus, ut tot egregiae domus honores deceret... [1]» .

L. VITELLIVS, VITELLIVS [2]. — I, 88. Magnam consularium partem Otho, non participes aut ministros bello, sed comitum specie secum expedire iubet, in quis et Lucium Vitellium, eodem quo ceteros cultu, nec ut imperatoris fratrem nec ut hostis. — II, 54. Intererat consiliis (senatorum Bononiae post Othonis mortem agentium) frater (A. Vitellii) L. Vitellius seque iam adulantibus offerebat.— II, 63. Triaria L. Vitellii uxor.— III, 37. Initium atrocis in Caecinam sententiae (apud senatum) a L. Vitellio factum... — III, 38. Vbi asperatum Vitellium et posse (Iunium) Blaesum perverti satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur, datae L. Vitellio delationis partes. Ille infensus Blaeso aemulatione prava... cubiculum imperatoris reserat... — III, 55. Ceterae cohortes ad tuendam urbem L. Vitellio fratri datae. — III, 58. Quae ubi Vitellio cognita... L. Vitellium fratrem cum sex cohortibus et quingentis equitibus ingruenti per Campaniam bello opposuit. — III, 76. Isdem diebus L. Vitellius positis apud Feroniam castris excidio Tarracinae imminebat — III, 77. Interim ad L. Vitellium servus Vergilii Capitonis perfugit pollicitusque (est)... vacuam arcem traditurum... (Claudius) Iulianus ad L. Vitellium perductus et verberibus foedatus in ore eius iugulatur. Fuere qui uxorem L. Vitellii Triariam incesserent, tamquam gladio militari cincta inter luctum cladesque expugnatae Tarracinae superbe saeveque egisset... L. Vitellio quamvis infami inerat industria, nec virtutibus, ut boni, sed, quo modo pessimus quisque, vitiis valebat. — IV, 2. Civitas pavida et servitio parata occupari redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus exstinguique reliqua belli postulabat... Nec cunctatus est Vitellius seque et cohortes arbitrio victoris permittere... Dein L. Vitellius interficitur, par vitiis fratris, in principatu eius vigilantior, nec perinde prosperis socius quam adversis abstractus [3].

[1] V. etiam I, 52; III, 86.
[2] Prosop., 501. Imperatoris frater.
[3] V. etiam 12, 4; II, 47, 48; III, 68, 70, 84.

Digitized by Google

P. VITELLIVS, VITELLIVS[1]. — 1, 70. Germanicus legionum, quas navibus vexerat, secundam et quartam decimam itinere terrestri P. Vitellio ducendas tradit... Vitellius primum iter sicca humo aut modice adlabente aestu quietum habuit... Tandem Vitellius in editiora enisus eodem agmen subduxit. — 2, 6. Missis (a Germanico) ad census Galliarum P. Vitellio et C. Antio. — 2, 74. (Sentius)... Martinam in urbem misit, postulantibus Vitellio ac Veranio ceterisque. — 3, 10. Fulcinius Trio Pisonem apud consules postulavit. Contra Vitellius ac Veranius ceterique Germanicum comitati tendebant nullas esse partes Trioni..., se... mandata Germanici perlaturos. — 3, 13. Servaeus et Veranius et Vitellius consimili studio, et multa eloquentia Vitellius (Cn. Pisonem accusavere). — 3, 17. (Querebantur optimi) Vitellii et Veranii voce defletum Caesarem (Germanicum), ab imperatore... defensam Plancinam. — 3, 19. Paucis post diebus Caesar auctor senatui fuit Vitellio atque Veranio et Servaeo sacerdotia tribuendi. — 5, 8. Relatum inde de P. Vitellio... Illum indices arguebant claustra aerarii, cui praefectus erat, et militarem pecuniam rebus novis obtulisse... Mox crebris prolationibus spem ac metum iuxta gravatus Vitellius... vitam... aegritudine animi finivit. — 6, 47. Acutiam, P. Vitellii quondam uxorem[2].

Q. VITELLIVS[3]. — 2, 48. Caesar (Tiberius)... prodigos et ob flagitia egentes... Q. Vitellium[4] movit senatu aut sponte cedere passus est[5].

(VITELLIVS) GERMANICVS (imperatoris filius), v. GERMANICVS (*D*).

VITELLIVS SATVRNINVS. — I, 82. Militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus. ., vulnerato Iulio Martiale tribuno et Vitellio Saturnino praefecto legionis, dum ruentibus obsistunt.

VITIA. — 6, 10. Necataque est anus Vitia[6], Fufii Gemini mater, quod filii necem flevisset.

[1] Prosop., 502. Imperatoris patruus.

[2] V. etiam 3, 12, 17.

[3] Prosop., 505. Imperatoris patruus.

[4] M : *que uitellum*. Corr. Beroaldus.

[5] Praeterea Hirschfeld, *Hermes*, 24, 104, *que tedii*, quod traditur in *Ann.*, 1, 10, in *Q. Vitellii* mutandum esse coniecit.

[6] « Dieser Name kommt sonst nicht vor. Fabretti, 656, 488, giebt *C. Vitius* nach der schlechten Abschrift eines Steins für *L. Vibius*... = *C. I. L.*, V, 4201. Vielleicht

Digitized by Google

VIVENNIVS RVFINVS[1].— III, 12. (Lucilius) Bassus (classis Ravennatis praefectus)... Atriam provectus a praefecto alae Vivennio[2] Rufino praesidium illic agitante vincitur.

* VIVIA, v. VIBIA.

VLIXES. — *G.* 3. Vlixen quidam opinantur longo illo et fabuloso errore in hunc Oceanum delatum adisse Germaniae terras Asciburgiumque... ab illo constitutum nominatumque..., aram quin etiam Vlixi consecratam, adiecto Laertae patris nomine, eodem loco olim repertam. — *O.* 16. (Loquitur Aper) « Ego enim, cum audio antiquos, quosdam veteres et olim natos intellego, ac mihi versantur ante oculos Vlixes ac Nestor, quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit ».

(VLPIVS) TRAIANVS, v. TRAIANVS.

VMBRIA. — 4, 5. Quamquam insideret urbem proprius miles, tres urbanae, novem praetoriae cohortes, Etruria ferme Vmbriaque delectae aut vetere Latio et coloniis antiquitus Romanis. — III, 41. (Fabius Valens) flexit in Vmbriam atque inde Etruriam... — III, 42. Occupantur (a Flavianis) plana Vmbriae et qua Picenus ager Hadria adluitur... — III, 52. Antonio ducibusque partium praemitti equites omnemque Vmbriam explorari placuit, si qua Appennini iuga clementius adirentur.

VMBRICIVS[3]. — I, 27. Sacrificanti pro aede Apollinis Galbae haruspex Vmbricius tristia exta et instantes insidias ac domesticum hostem praedicit.

*T. VMIDIVS, *T. VMMIDIVS, v. VMMIDIVS QVADRATVS.

VMMIDIVS QVADRATVS, QVADRATVS, VMMIDIVS[4]. — 12, 45. Pactus indutias abscedit (Casperius centurio), ut... Vmmidium[5] Quadratum praesidem Syriae doceret, quo in statu

ist hier derselbe Fehler » (Nipperdey-Andresen). — Orelli : « Forte *Vittia* ». — Prosop. : « Nomen redit *C. I. L.*, VI, 29 095. »

[1] Prosop., 368, ubi scriptum est : *Vibennius*.

[2] Dett. : *Mennio; Memmio.* — Heinsius : *Iuventio;* Iac. Gronov. : *M. Ennio.*

[3] Vmbricius Melior. Prosop., 592.

[4] C. Vmmidius Durmius Quadratus. Prosop., 600. — Veteres Taciti editores : *Tumidius, T. Vmidius. T. Vinidius, T. Vmmidius, Numidius.* Cf. Walther ad 12, 45.

[5] M : *tūmidium.* Corr. Ritter : « Prima littera ex fine praecedentis *absterruisset* adhaesit ». Genuinam formam praebent inscriptiones.

Digitized by Google

Armenia foret. — 12, 48. At Quadratus cognoscens proditum Mithridaten et regnum ab interfectoribus obtineri, vocat consilium... — 12, 54. Arsissetque bello provincia (Iudaea), ni Quadratus Syriae rector subvenisset... Quadratus Felicem (procuratorem Galilaeae) inter iudices ostentavit... ; damnatusque flagitiorum, quae duo deliquerant, (Ventidius) Cumanus, et quies provinciae reddita. — 13, 8. Copiae Orientis ita dividuntur, ut pars auxiliarium cum duabus legionibus apud provinciam Suriam et legatum eius Quadratum Vmmidium[1] remaneret, par civium sociorumque numerus Corbuloni esset... Qui... apud Aegeas civitatem Ciliciae obvium Quadratum habuit, illuc progressum, ne, si ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret... — 13, 9. Accepit... (Vologaesis obsides) centurio Insteius ab Vmmidio[2] missus... Illi... Corbulonem praetulere. Vnde discordia inter duces, querente Vmmidio[3] praerepta, quae suis consiliis patravisset... Nero, quo componeret diversos, sic evulgari iussit, ob res a Quadrato et Corbulone prospere gestas laurum fascibus imperatoriis addi. — 14, 26. Corbulo in Suriam abscessit morte Vmmidii[4] legati vacuam ac sibi permissam.

* VOADICCA, VOADVCA, v. BOVDICCA.

VOCETIVS. — I, 68. (Helvetii ab Alieno Caecina caesi) in montem Vocetium perfugere.

VOCONTII. — I, 66. Lento deinde agmine per fines Allobrogum ac Vocontiorum ductus exercitus (Fabii Valentis), ipsa itinerum spatia et stativorum mutationes venditante duce, foedis pactionibus..., adeo minaciter, ut Luco, municipium id Vocontiorum est, faces admoverit...

VOCVLA, v. DILLIVS VOCVLA.

VOLAGINIVS. — II, 75. « Sic Scribonianum sub Claudio interfectum, sic percussorem eius Volaginium e gregario ad summa militiae provectum. »

VOLANDVM. — 13, 39. Corbulo...., ut... Armenios ad sua ddefn-

[1] M : *umidium*
[2] M : *umidio.*
[3] M : *umidio.*
[4] M : *umidii.*

Digitized by Google

denda cogeret, exscindere parat castella, sibique quod validissimum in ea praefectura, cognomento Volandum, sumit.

VOLC..., v. VVLC...

VOLS..., v. VVLS...

VOLESVS MESSALA[1]. — 3, 68. Tiberius... libellos Divi Augusti de Voleso Messala... Asiae pro consule factumque in eum senatus consultum recitari iubet.

VOLOGAESES, VOLOGAESVS[2]. — 12. 14. Vonones... brevi et inglorio imperio perfunctus est, resque Parthorum in filium eius Vologaesen translatae. — 12, 44. Genti Parthorum Vologaeses imperitabat, materna origine ex paelice Graeca, concessu fratrum regnum adeptus. — 12, 50. Vologaeses casum invadendae Armeniae obvenisse ratus, quam a maioribus suis possessam externus rex flagitio obtineret, contrahit copias fratremque Tiridaten deducere in regnum parat... Deinde atrox hiems et parum provisi commeatus et orta ex utroque tabes perpellunt Vologaesen omittere praesentia. — 13, 7. Exortusque in tempore aemulus Vologaesi filius Vardanes, et abscessere Armenia Parthi, tamquam differrent bellum. — 13, 9. Vterque (Vmmidius Quadratus et Domitius Corbulo) ad Vologaesen regem nuntiis monebant, pacem quam bellum mallet datisque obsidibus solitam prioribus reverentiam in populum Romanum continuaret. Et Vologaeses, quo bellum ex commodo pararet, an ut aemulationis suspectos per nomen obsidum amoveret, tradit nobilissimos ex familia Arsacidarum. — 13, 34. Eius anni principio mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter resumitur, quia nec Vologaeses sinebat fratrem Tiridaten dati a se regni expertem esse aut alienae id potentiae donum habere .. — 13, 37. At Tiridates super

[1] L. Valerius Messala Volesus, Volusus Valerius Messalla. Prosop., 96.

[2] Prosop., 629. - « Die Hds. hat in der vorletzten Silbe überall *e* ausser 15, 7; I, 40. Der Diphtong findet sich bei den meisten griechischen Schriftstellern, in andern parthischen Namen gleicher Endung wie *Abdagaeses* (6, 36, 37, 43, 44), *Monaeses* (15, 2; Hor., *Od.*, III, 6, 9), und die Münzen haben Βολαγάσου oder Ὀλαγάσου... » (Nipperdey-Andresen). — Plura de variis eius nominis scripturis habet Prosop. : Οὐολογάσης, Οὐλογάσης, Βολογέσης (Iosephus); *Vologaeses*, *Vologeses*, *Vologesus*, *Vologaesus* (Tacitus); Οὐολόγαισο, Οὐολόγαισσος (Dio); *Vologesus* (Plin., *h. n.*; Suet.). Βολόγεσος vel Βολόγεσσος (Steph. Byz.); Ὀλαγάσου, Ὀλογάσου, Ὀλαγαίσου, Βολογάσου (nummi regum posteriorum).

Digitized by Google

proprias clientelas ope Vologaesis fratris adiutus, non furtim iam, sed palam bello infensare Armeniam... (Tiridates) mittebat... (ad Corbulonem) oratores :...ideo nondum ipsum Vologaesen commotum, quia causa quam vi agere mallent... Ad ea Corbulo, satis comperto Vologaesen defectione Hyrcaniae attineri, suadet Tiridati... — 14, 25. Miserantque Hyrcani ad principem Romanum societatem oratum, attineri a se Vologaesen pro pignore amicitiae ostentantes. — 15, 1. Interea rex Parthorum Vologaeses cognitis Corbulonis rebus regemque alienigenam Tigranen Armeniae impositum..., ire ultum volens, magnitudine rursum Romana... diversas ad curas trahebatur, cunctator ingenio .. — 15, 2. Igitur commotus his Vologaeses concilium vocat et proximum sibi Tiridaten constituit atque ita orditur... — 15, 3. (Corbulo) scripserat... Syriam ingruente Vologaese acriore in discrimine esse. — 15, 5. Corbulo... misit ad Vologaesen, qui expostularent vim provinciae inlatam... Vologaesi vetus et penitus infixum erat arma Romana vitandi, nec praesentia prospere fluebant... — 15. 6. Alii occulto pepigisse (Corbulonem) interpretabantur, ut abeunte Vologaese Tigranes quoque Armenia abscederet... « Dilata prorsus arma, ut Vologaeses cum alio quam cum Corbulone certaret... » — 15, 7. Sub idem tempus legati Vologaesis, quos ad principem missos memoravi, revertere inriti bellumque propalam sumptum a Parthis. — 15, 10. (Caesennius Paetus) imminentium nescius... (exercitum) infirmaverat, donec adventare Vologaesen magno et infenso agmine auditum... Quia minus acriter Vologaeses institerat, vana rursus fiducia (Paetus)... — 15, 11. At Vologaeses, quamvis obsessa a Paeto itinera... accepisset, nihil mutato consilio...— 15, 13. Eoque intentius Vologaeses premere obsessos... (Paetus) primas... litteras ad Vologaesen non supplices, sed in modum querentis composuit... — 15, 14. Ad ea Vologaeses nihil pro causa, sed opperiendos sibi fratres Pacorum ac Tiridaten rescripsit... Placuitque liberari obsidio legiones et decedere omnem militem finibus Armeniorum..., quibus perpetratis copia Vologaesi fieret mittendi ad Neronem legatos. — 15, 15. Vologaeses, armis et corporibus caesorum aggeratis, quo cladem nostram testaretur, visu fugientium legionum abstinuit. Fama moderationis querebatur... — 15, 17. (Caesennius Paetus Corbuloni respondit)..., iuncti invaderent Armeniam abscessu Volo-

Digitized by Google

gaesis infirmatam... Vologaesi[1] ad Corbulonem missi nuntii, detraheret castella trans Euphraten... — 15, 24. Inter quae veris principio legati Parthorum mandata regis Vologaesis... (Romam) attulere... — 15, 25. Talibus Vologaesis litteris, quia (Caesennius) Paetus diversa tamquam rebus integris scribebat... — 15,27. (Corbulo) venientes Tiridatis Vologaesisque de pace legatos haud aspernatus adiungit iis centuriones cum mandatis non immitibus... « Vologaesen melius societate Romana quam damnis mutuis genti Parthorum consulturum. » — 15, 28. Ergo Vologaeses neque atrox in summam et quibusdam praefecturis indutias petit. — 15, 31 (Tiridates a Corbulone) digressus Pacorum apud Medos, Vologaesen Ecbatanis repperit, non incuriosum fratris; quippe et propriis nuntiis a Corbulone petierat, ne quam imaginem servitii Tiridates perferret. — I, 40. Igitur milites Romani, quasi Vologaesum aut Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri... — IV, 51. (Apud Vespasianum) aderant legati regis Vologaesi quadraginta *milia* Parthorum equitum offerentes... Gratiae Vologaeso actae mandatumque, ut legatos ad senatum mitteret et pacem esse sciret[2].

C. VOLVSIVS. — III, 29. Primum (Flavianorum in castra Vitellianorum circum Cremonam munita) inrupisse C. Volusium tertiae legionis militem inter omnes auctores constat...

L. VOLVSIVS, VOLVSIVS[3] *(A)*. — 3, 30. Fine anni concessere vita insignes viri L. Volusius... Volusio vetus familia neque tamen praeturam egressa, ipse consulatum intulit, censoria etiam potestate... functus, opumque, quis domus illa immensum viguit, primus adcumulator.

L. VOLVSIVS[4] *(B)*. — 12, 22. (Lolliam Paulinam) sorore L. Volusii genitam. — 13, 30. L. Volusius egregia fama concessit, cui tres et nonagiuta anni spatium vivendi praecipuaeque opes bonis artibus, inoffensa tot imperatorum amicitia fuit. — 14, 56. (Senecae Nero respondet) « Nisi forte aut te Vitellio ter

[1] M : *uologeses*, « fortasse ex *Vologesi*, ut est supra c. 14 : *missi Paelo nuntii* » (Halm). — Puteolanus : *Vologesis*.

[2] V. etiam 15, 30.

[3] L. Volusius Saturninus. Prosop., 660.

[4] L. Volusius Saturninus. Prosop., 661 : « Filius sine dubio eius qui praecedit. »

Digitized by Google

consuli aut me Claudio postponis, et quantum Volusio longa parsimonia quaesivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest...

Q. VOLVSIVS, VOLVSIVS[1]. — 13, 25. Q. Volusio P. Scipione consulibus. — 14, 46. Census per Gallias a Q. Volusio et Sextio Africano Trebellioque Maximo acti sunt, aemulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano; Trebellium, dum uterque dedignatur, supra tulere.

VOLVSIVS PROCVLVS, PROCVLVS. — 15, 51. Erat navarchus in (Misenensi) classe Volusius Proculus occidendae matris Neroni inter ministros, non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. Is mulieri (Epichari) olim cognitus seu recens orta amicitia, spem dedit posse impelli (in C. Pisonis coniurationem) et plures conciliare... Nomina tamen coniuratorum reticuit (Epicharis). Vnde Proculi indicium inritum fuit... — 15, 57. Nero recordatus Volusii Proculi indicio Epicharin attineri...

VONONES[2] *(A)*. — 2, 1. (Parthi) petitum Roma acceptumque regem... aspernabantur. Is fuit Vonones, obses Augusto datus a Phraate. — 2, 2. Post finem Phraatis... venere in urbem legati a primoribus Parthis, qui Vononem vetustissimum liberorum eius accirent. — 2, 3. Victo (ab Artabano) Vononi perfugium Armenia fuit. — 2, 4. Incerti solutique (Armenii) et magis sine domino quam in libertate profugum Vononen in regnum accipiunt... Quod ludibrium ut effugere agitaverit Vonones, in loco reddemus. — 2, 56. (Armenii) regem illa tempestate non habebant, amoto Vonone. — 2, 58. (Petebat a Germanico Artabanus) ne Vonones in Syria haberetur neu proceres gentium propinquis nuntiis ad discordias traheret... Vonones Pompeiopolim, Ciliciae maritimam urbem, amotus est. — 2, 68. Per idem tempus Vonones, quem amotum in Cilicia memoravi, corruptis custodibus effugere ad Armenios... conatus est... Vnde maior fides conscientia sceleris et metu indicii mortem Vononi inlatam (a Remmio). — 6, 31. (Artabanus) missis, qui gazam a Vonone relictam in Syria Ciliciaque reposcerent... — 12, 10. Legati Parthorum ad expetendum... Meherdaten missi senatum ingrediuntur... : « se... filium Vononis, nepotem Phraatis accersere...[3] »

[1] Q. Volusius Saturninus, filius eius qui praecedit. Prosop., 664.
[2] Prosop., 670. In nummis : Ὀνώνης; in Iosephi et Strabonis codd. : Βονώνης.
[3] V. etiam 12, 11.

Digitized by Google

VONONES[1] *(B)*. — 12, 14. Dein Gotarzes morbo obiit accitusque in regnum (Parthorum) Vonones, Medos tum praesidens... Brevi et inglorio imperio perfunctus est resque Parthorum in filium eius Vologaesen translatae[2].

VOTIENVS MONTANVS, VOTIENVS[3]. — 4, 42. Ac forte habita per illos dies de Votieno Montano, celebris ingenii viro, cognitio cunctantem iam Tiberium perpulit, ut vitandos crederet patrum coetus vocesque, quae plerumque verae et graves coram ingerebantur. Nam postulato Votieno ob contumelias in Caesarem dictas, testis Aemilius... Et Votienus quidem maiestatis poenis adfectus est.

VRBINIA[4]. — *O*. 38. « Non... ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus (legitur), exceptis orationibus Asinii, quae pro heredibus Vrbiniae[5] inscribuntur, ab ipso... Pollione mediis Divi Augusti temporibus habitae ».

VRBINVM. — III, 62. Fabius Valens Vrbini in custodia interficitur.

VRGVLANIA[6]. — 2, 34. Haud minus liberi doloris documentum idem Piso mox dedit vocata in ius Vrgulania, quam supra leges amicitia Augustae extulerat. Nec aut Vrgulania obtemperavit, in domum Caesaris spreto Pisone vecta, aut ille abscessit... Tiberius, hactenus indulgere matri civile ratus, ut se... adfuturum Vrgulaniae diceret... Ceterum Vrgulaniae potentia adeo nimia civitati erat, ut testis in causa quadam, quae apud senatum tractabatur, venire dedignaretur. — 4, 21. (Calpurnius Piso) spreta Augustae potentia trahere in ius Vrgulaniam domoque principis excire ausus erat. — 4, 22. Datis... iudicibus Vrgulania (Plautii) Silvani avia pugionem nepoti misit. Quod perinde creditum quasi principis monitu, ob amicitiam Augustae cum Vrgulania.

[1] Prosop., 671.
[2] V. etiam 15, 2.
[3] Prosop., 674.
[4] Prosop., 682.
[5] **A** : *Vruie;* **C** : *Vriue;* **B** : *urbine*. Corr. Lipsius, Cf. Quint., IV, 1, 11; VII, 2, 45. Sed apud eumdem, VII, 2, 4 : *Vrbina;* VII, 2, 26 : *Vrbiniana*.
[6] Prosop., 684.

Digitized by Google

VSIPETES, VSIPI. — 1, 51. Excivit ea caedes Bructeros, Tubantes, Vsipetes. — 13, 55. (Boiocalus Ampsivariorum causam apud Duvium Avitum orat) «...Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum et post Vsiporum fuisse... » — 13, 56. Ampsivariorum gens retro ad Vsipos et Tubantes concessit. Quorum terris exacti cum Chattos, dein Cheruscos petissent... — IV, 37. Discesserant obsessores (Mogontiaci), mixtus ex Chattis, Vsipis, Mattiacis exercitus, satietate praedae nec incruenta re. — *G.* 32. Proximi Chattis certum iam alveo Rhenum... Vsipi ac Tencteri colunt. — *A.* 28. Cohors Vsiporum per Germanias conscripta et in Britanniam transmissa magnum ac memorabile facinus ausa est... — 32. (Loquitur Calgacus) « Deserent (Romanos) ceteri Germani, tam quam nuper Vsipi reliquerunt ».

VSPE, VSPENSES[1]. — 12, 16. Exim in Siracos pergunt (Aquila Cotysque) et transgressi amnem Pandam circumveniunt urbem Vspen, editam loco et moenibus ac fossis munitam, nisi quod... — 12, 17. Excidio Vspensium metus ceteris iniectus.

VVLCANVS. — 15, 44. (Post Romae incendium ex libris Sibyllae) supplicatum Vulcano[2] et Cereri Proserpinaeque.

VVLCATIVS ARARICVS. — 15, 50. (Primi C. Pisonis socii) adgregavere... Vulcatium[3] Araricum..., equites Romanos...

VVLCATIVS MOSCHVS[4]. — 4, 43. Vulcatius Moschus exul in Massilienses receptus bona sua rei publicae eorum, ut patriae, reliquerat.

VVLCATIVS TERTVLLINVS[5]. — IV, 9. Cum perrogarent sententias consules, Vulcatius[6] Tertullinus tribunus plebis intercessit, ne...

VVLCATIVS TVLLINVS[7]. — 16, 8. Trahebantur ut conscii (Lepi-

[1] Vulg. ante Lipsium : *Vispe*, *Vispenses*.
[2] **M** : *uolcano*.
[3] **M** : *uulgacium*. Corr. Rhenanus.
[4] Prosop., 621.
[5] Prosop., 623.
[6] **M** : *uulcacius*.
[7] Prosop., 623.— «Wahrscheinlich derselbe, welcher H. IV, 9, *Tertullinus* genannt wird. Welcher Beiname der richtige, ist nicht zu entscheiden. Bekannt ist aus der letzten Zeit der Republik die Familie der *Volcatii Tullii*. » (Nipperdey-Andresen). — « Lipsius corr. *Tertullinus*. — Tullinum et Tertullinum unum hominem esse certum videtur Prosop.

Digitized by Google

dae, Cassii uxoris) Vulcatius[1] Tullinus... senatores..., qui appellato principe instantem damnationem frustrati, mox Neronem circa summa scelera distentum quasi minores evasere.

VVLSCI. — 11, 24. (Loquitur Claudius) « At cum Senonibus pugnavimus. Scilicet Vulsci[2] et Aequi numquam adversam nobis aciem instruxere.

VVLSINII, VVLSINIENSIS. — 4, 1. (Seianus) genitus Vulsiniis patre Seio Strabone equite Romano. — 6, 8. « Non enim Seianum Vulsiniensem, sed... colebamus. »

XENOPHON *(A)*. — *O*, 31. « Ad (sensus) permovendos... dabunt... Xenophon iucunditatem... »

XENOPHON[3] *(B)*. — 12, 61. (Claudius) dixit Xenophontem, cuius scientia ipse uteretur, eadem (Aesculapii) familia ortum precibusque eius dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi sacram et tantum dei ministram insulam colerent. — 12, 67. Exterrita Agrippina... provisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille, tamquam nisus evomentis (Claudii) adiuvaret, pinnam rapido veneno inlitam faucibus eius demisisse creditur...

ZENO, v. ARTAXIAS.

ZENOBIA. — 12, 51. (Radamistus) destringit acinacem vulneratamque (uxorem) ripam ad Araxis trahit, flumini tradit, ut corpus etiam auferretur... Interim Zenobiam, id mulieri nomen, placida in eluvie spirantem ac vitae manifestam advertere pastores..., cognitoque nomine et casu ..: deducta ad Tiridaten comiter excepta cultu regio habita est.

ZEVGMA. — 12, 12. (C. Cassius) positis... castris apud Zeugma, unde maxime pervius amnis (Euphrates)...

ZMYRNA[4]. — 4, 56. Zmyrnaei... L. Sullam testem adferebant, gravissimo in discrimine exercitus ob asperitatem hiemis et penuriam vestis, cum id Zmyrnam in contionem nuntiatum foret, omnes qui adstabant detraxisse corpori tegmina...

[1] **M** : *uolcacius*.

[2] « *uulsci* corr. **M** : *uulsi* pr. m., *Volsci* vulgo. At per duplicem *u* hoc nomen exhibent etiam Fasti Capitolini a. u. 353, cod. Flori Bambergensis (bis), cod. Mediceus Vergilii (*Aen.*, 11, 432, 463, 498), optimi codices Ciceronis *(pro Balbo*, § 31) et Livii (passim) » (Orelli.)

[3] C. Stertinius Xenophon. Prosop., S, 666.

[4] Vulg. : *Smyrna*, *Smyrnaei*.

Digitized by Google

ZMYRNAEI. — 3, 63. (Consules, cum de iure asyli ageretur in senatu, disseruerunt) Zmyrnaeos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint... referre... — 4, 43. (P. Rutilium) legibus pulsum civem sibi Zmyrnaei addiderant. — 4, 55. (Cum ambigeretur, quanam in civitate Asiae statueretur templum Tiberii) Sardianos inter Zmyrnaeosque deliberatum. — 4, 56. At Zmyrnaei, repetita vetustate... transcendere ad ea, quis maxime fidebant... Ita rogati sententiam patres Zmyrnaeos praetulere.

ZORSINES. — 12, 15. Zorsines Siracorum rex hostilia resumpserat (adversum Cotyn regem Bospori). — 12, 17. Zorsines, diu pensitato, Mithridatisne rebus extremis an patrio regno consuleret..., datis obsidibus apud effigiem Caesaris procubuit. — 12, 19. Eunones (rex Aorsorum, cum veniam Mithridati Bosporano peteret, memoravit) Zorsini victo nihil ereptum (a Romanis).

Digitized by Google

Digitized by Google

CORRIGENDA

Pag.	*l.*	*lege:*
8	27	paenitentiam
12	3	* ADDVA
17	25	ultro
—	26	(M')
22	24	aut
30	11	scaenam
42	36	Plinio
48	22	pulsi
57	10	P. ANTEIVS, ANTEIVS
58	5	Antigoni
60	8	Inter
65	2	famam
76	10	* T. APPIVS FLAVIANVS
84	4	legiones
91	13	nomine
101	11	praemiis
104	10	plurimi
—	23	sacratur. Hanc A. Atilius [5]
106	33	Attius
112	2	(Tiberium)
125	31	tabulato
133	3	Boudicca *(del. notulae numero)*
140	20	Turbatus
143	34	Bruttidius
146	13	CAECILIVS CORNVTVS, CORNVTVS

Digitized by Google

Pag.	*l.*	*lege :*
147	36	4. M *etc.*
—	38	3. Veteres *etc.*
149	10	et
—	11	Luguduni
182	8	CASSIVS SEVERVS, CASSIVS (?)
183	19	Catonibus *(del. notulae numero)*
185	8	familiari
—	24	perpulerit
201	4	interrogat
202	6	Memmium
205	32	CLAVDIVS APOLLINARIS, APOLLINARIS
209	33	CLEMENS[3]
212	24	Cluvius[3]
213	14	Aversatus
248	5	CN. DOMITIVS, DOMITIVS, *etc.*
—	24	L. DOMITIVS, DOMITIVS
273	18	RVFVS FAENIVS, FAENIVS
282	21	gravi
285	2	TRIO, FVLCINIVS
287	17	remeantem
306	4	Lugdunensis
—	5	Lugduni
324	16	Seleuciam
339	7	Q. HATERIVS, HATERIVS
347	19	Hierocaesariam[2]
349	7	(Galba)
—	17	redundare
356	12	quam Polycliti
360	6	Perpennae
363	11	M. HORTALVS, HORTALVS
—	20	Q. HORTENSIVS, HORTENSIVS
388	31	Domitiano
389	23	Germaniae
405	38	Freinsheim
406	7	Nuntium
411	10	quas
412	21	Mucianusque

Digitized by Google

Pag.	*l.*	*lege:*
421	34	Luccius
422	10	unusque
428	11	M'. Acilius
429	27	I, 48.
432	3	MARCIVS MACER, MARCIVS, *etc.*
433	20	adversus
444	36	convulsa
447	18	v. MINVCIVS
464	1	eguisse...
472	32	timebatur
480	19	intervenire
—	24	NERVA CAESAR, NERVA, *etc.*
—	33	e
483	10	iuventute
489	16	Agrippina
491	8	conqueri
501	26 sq.	averteret
522	35	Parthorum
539	37	sequitur
555	36	memorato
567	15	liberum
570	34	1, 31
580	36	1. **M** *etc.*
—	37	2. **A B** (pr. m.) **C** : *populi romani;* corr. **B** : *populo romani.*
588	30	devinxit
590	38	Thraecum
591	1	Dinis (*del.* ( )
—	18	capiamus
609	32	(Caecilius)
612	2	consedisse
—	39	Αἰγιμηρ —
633	6	STATIVS PROXIMVS, STATIVS
637	11	C. SVETONIVS, PAVLINVS
650	5	legati
652	24	Vergilii
655	13	TERENTIVS LENTINVS, TERENTIVS

Digitized by Google

Pag.	*l.*	*lege :*
668	2	clipeus
686	23	TITVS VESPASIANVS, CAESAR TITVS
688	3	TOGONIVS GALLVS, TOGONIVS
691	19	milites)
692	10	hic Lingonus
695	22	ut
705	30	legiones
708	37	cui in
—	38	cum in
712	27	Frisios
727	17	C. VIBIVS, VIBIVS, *etc.*
735	16 sq	Idistaviso)
758	25	QVADRATVS, QVADRATVS VMMIDIVS, *etc.*
759	33	defen-
762	28	L. VOLVSIVS, VOLVSIVS.

Lyon. — Imp. A. REY, 4, rue Gentil. — 22944

Digitized by Google

2 8 3 8

ANNALES DE L'UNIVERSITÉ DE LYON
NOUVELLE SÉRIE
II. *Droit, Lettres.* — Fascicule 4.

ONOMASTICON TACITEVM

COMPOSVIT

Philippus FABIA

PARIS
LIBRAIRIE A. FONTEMOING
4, Rue Le Goff

LYON
A. REY, IMPRIMEUR-ÉDITEUR
Rue Gentil, 4

1900

Digitized by Google

ANNALES DE L'UNIVERSITÉ DE LYON

— Première Série : 40 fascicules. —

EN VENTE

A LYON
Alexandre REY, Imprimeur-Éditeur
4, RUE GENTIL

A PARIS
Chez les Libraires spéciaux
SUIVANTS

Librairie Arthur ROUSSEAU, 14, rue Soufflot.

Histoire de la Compensation en droit Romain, par C. APPLETON, professeur à la Faculté de droit. *(Fasc. 21)* . . 7 fr. 50

Caractères généraux de la loi de 1884 sur les Syndicats professionnels; justification de cette loi; réformes possibles. Etude de législation industrielle, par R. GONNARD, docteur en droit, licencié ès lettres, secrétaire à la Société d'Economie Politique, avec une Préface de M. P. PIC, professeur à la Faculté de Droit. *(Fasc. 36)* . 3 fr.

Librairie Félix ALCAN, 108, boulevard Saint Germain.

Lettres intimes de J.-M. Alberoni adressées au comte I. Rocca, ministre des finances du duc de Parme, et publiées d'après le manuscrit du collège de S. Lazaro Alberoni, par Emile BOURGEOIS, maître de conférences à l'École Normale, avec un portrait et deux fac-simile. *(Fasc. 8)* 10 fr.

Essai critique sur l'hypothèse des atomes dans la science contemporaine, par Arthur HANNEQUIN, professeur à la Faculté des Lettres *(Fasc. 14)* . . . . . 7 fr. 50

Saint Ambroise et la morale chrétienne au IVe siècle, par Raymond THAMIN, ancien maître de conférences à la Faculté des Lettres de Lyon, professeur au lycée Condorcet. *(Fasc 15)* . . . . . 7 fr. 50

La République des Provinces-Unies, la France et les Pays-Bas espagnols de 1630 à 1650, par A. WADDINGTON, professeur à la Faculté des Lettres.

Tome I (1630-42). 1 vol. *(Fasc. 18)*. 6 fr.

Tome II (1642-50) avec deux portraits et une carte. 1 vol. *(Fasc. 31)* . . . . 6 fr.

Le Vivarais. Essai de Géographie régionale, par Louis BOURDIN, licencié ès lettres, diplômé d'Etudes supérieures d'Histoire et de Géographie, avec 20 gravures et 2 graphiques dans le texte *(Fasc. 37)* 6 fr.

Librairie Alphonse PICARD et Fils, 82, rue Bonaparte.

La doctrine de Malherbe d'après son commentaire sur Desportes, par Ferdinand BRUNOT, maître de conférences à la Faculté des Lettres de l'Université de Paris, avec 5 pl. hors texte. *(Fasc. 1er)*. 10 fr.

Le Fondateur de Lyon, Histoire de L. Munatius Plancus, par M. JULLIEN, professeur à la Faculté des Lettres, avec une planche hors texte. *(Fasc. 9)* . . . . 5 fr.

La Jeunesse de William Wordsworth (1770-1798). **Etude sur le « Prélude »,** par Emile LEGOUIS, professeur à la Faculté des Lettres. *(Fasc. 22)*. . . . . 7 fr. 50

Librairie Ernest LEROUX, 28, rue Bonaparte.

Phonétique historique et comparée du sanscrit et du zend, par P. REGNAUD, profes. à la Faculté des Lettres *(Fasc. 19)* 5 fr.

L'évolution d'un Mythe. Açvins et Dioscures, par Charles RENEL, maître de conférences à la Faculté des Lettres de Besançon *(Fasc. 24)* . . . . . 6 fr.

Études védiques et post-védiques, par Paul REGNAUD, professeur de sanscrit et de grammaire comparée à l'Université de Lyon. *(Fasc. 38)*. . . . . 7 fr. 50

Bhāratīya-Nātya-Çāstram, Traité de Bharata sur le théâtre, texte sanscrit, avec les variantes tirées de quatre manuscrits, une table analytique et des notes par Jonny GROSSET, ancien boursier d'études près la Faculté des Lettres. *(Fasc. 40)*. . 15 fr.

Librairie GAUTHIER VILLARS, 55, quai des Grands-Augustins.

Sur la théorie des équations différentielles du premier ordre et du premier degré, par Leon AUTONNE, ingénieur des Ponts et Chaussées, chargé de cours à la Faculté des Sciences *(Fasc 6)* . . . . 9 fr.

Recherches sur l'équation personnelle dans les observations astronomiques de passages, par F. GONNESSIAT, aide-Astronome à l'Observatoire, chargé d'un Cours complémentaire à la Faculté des Sciences. *(Fasc. 7)*. . . . . 5 fr

Recherches sur quelques dérivés surchlorés du phenol et du benzène, par Etienne BARRAL, professeur agrégé à la Faculté de médecine *(Fasc. 17)* . . . . 5 fr.

Digitized by Google

Librairie GAUTHIER-VILLARS, 55, quai des Grands-Augustins.

(Suite.)

Sur la représentation des courbes gauches algébriques, par L. AUTONNE, ingénieur des Ponts et Chaussées, maître de conférences à la Faculté des Sciences *(Fasc. 20)* 3 fr.

Sur le résidu électrique des condensateurs, par L. HOULLEVIGUE, maître de confér. à la Faculté des Sciences. *(Fasc. 32)*. 3 fr.

Synthèse d'aldéhydes et d'acétones dans la série du naphtalène au moyen du chlorure d'aluminium, par L. ROUSSET, docteur ès sciences, chef des trav. de chimie génér. à la Faculté des Sciences *(Fasc. 30)* 3 fr.

Recherches expérimentales sur quelques actinomètres électro-chimiques, par H. RIGOLLOT, docteur ès sciences, chef des travaux de physique à la Faculté des Sciences *(Fasc. 29)*. . . . . 5 fr.

Librairie J.-B. BAILLIÈRE et Fils, 19, rue Hautefeuille.

Recherches anatomiques et expérimentales sur la métamorphose des Amphibiens anoures, par E. BATAILLON, professeur à la Faculté des Sciences de l'Université de Dijon. avec 6 pl. hors texte *(Fasc. 2)* 4 fr.

Anatomie et Physiologie comparées de la Pholade dactyle. Structure, locomotion, tact, olfaction, gustation, action dermatoptique, photogénie, avec une théorie générale des sensations, par le Dr Raphaël DUBOIS, professeur à la Faculté des Sciences, 68 fig. dans le texte et 15 pl. hors texte *(Fasc. 3)* . . . . . 18 fr.

Sur le pneumogastrique des oiseaux, par E. COUVREUR, docteur ès sciences, chef des travaux de physiologie à la Faculté des Sciences, avec 3 planches hors texte et 40 figur. dans le texte *(Fasc. 4)* 4 fr.

Recherches sur la valeur morphologique des appendices superstaminaux de la fleur des Aristoloches, par Mlle A. MAYOUX, élève de la Faculté des Sciences, avec 3 planches hors texte *(Fasc. 5)*. . . . . 4 fr.

Etude stratigraphique sur le Jurassique inférieur du Jura méridional, par Attale RICHE, docteur ès sciences, chef des travaux de géologie, 2 pl. hors texte *(Fasc. 10)* 12 fr.

Etude expérimentale sur les propriétés attribuées à la tuberculine de M. Koch, faite au laboratoire de médecine expérimentale et comparée de la Faculté de Médecine, par M. le professeur ARLOING, M. le Dr RODET, agrégé, et M. le Dr COURMONT, agrégé, avec 4 planches en couleurs *(Fasc. 11)* . . . . . 10 fr.

Histologie comparée des Ebénacées dans ses rapports avec la Morphologie et l'histoire généalogique de ces plantes, par Paul PARMENTIER, professeur de l'Université, avec 4 planch. hors texte *(Fasc. 12)* 4 fr.

Recherches sur la production et la localisation du Tanin chez les fruits comestibles fournis par la famille des Pomacées, par Mlle A. MAYOUX, élève de la Faculté des Sciences, 2 pl. hors texte *(Fasc. 13)* 3 fr.

Etude sur le Bilharzia hæmatobia et la Bilharziose, par M. LORTET, doyen de la Faculté de médecine, et M. VIALLETON, professeur à la Faculté de médecine de l'Université de Montpellier, 8 pl. hors texte et 8 figures dans le texte. *(Fasc. 16)*. 10 fr.

La Botanique à Lyon avant la Révolution et l'histoire du Jardin botanique municipal de cette ville, par M. GÉRARD, professeur à la Faculté des Sciences, avec 9 fig. dans le texte et 1 pl. hors texte *(Fasc. 23)* 3 fr. 50

Physiologie comparée de la Marmotte, par le Dr Raphaël DUBOIS, professeur à la Faculté des Sciences, avec 119 fig. et 125 planches hors texte *(Fasc. 25)* . 15 fr.

Etudes sur les terrains tertiaires du Dauphiné, de la Savoie, et de la Suisse occidentale, par H. DOUXAMI, docteur ès sciences, professeur au Lycée de Lyon. 1 vol. in-8° avec 6 planches hors texte et 31 figures *(Fasc. 27)* . . . . . 6 fr.

Recherches physiologiques sur l'appareil respiratoire des oiseaux, par J.-M. SOUM, docteur ès sciences, professeur au Lycée de Bordeaux. 1 vol. in-8° avec 40 figures dans le texte *(Fasc. 28)* . . . 3 fr. 50

Résultats scientifiques de la campagne du « Caudan » dans le golfe de Gascogne (août-septembre 1895), par R. KŒHLER, professeur de zoologie à la Faculté des Sciences *(Fasc. 26)*

Fascicule I. 1 vol. in-8° avec 6 pl. . 6 fr.

Fascicule II. 1 vol. in-8° avec 11 pl. 6 fr.

Fascicule III. 1 vol. in-8° avec 21 pl. 20 fr

Anatomie pathologique du système lymphatique dans la sphère des néoplasmes malins, par le Dr C. REGAUD, chef des travaux, et le Dr F. BARJON, préparateur d'anatomie générale et d'histologie à la Faculté de médecine (Mémoire couronné par l'Académie de médecine), avec 4 pl. hors texte *(Fasc. 34)* . . . . . 5 fr.

Recherches stratigraphiques et paléontologiques dans le Bas-Languedoc, par Frédéric ROMAN, docteur ès sciences, préparateur de géologie à la Faculté, avec 40 figures dans le texte et 9 planches hors texte *(Fasc. 34)* . . . . . 8 fr.

Étude du champ électrique de l'Atmosphère, par Georges LE CADET, docteur ès sciences, assistant à l'Observatoire de Lyon. 3 fig. et 10 pl. dans le texte *(Fasc. 35)* 6 fr

Les formes Epitoques et l'Évolution des Cirratuliens, par Maurice CAULLERY, maître de confér. à la Faculté des Sciences et Félix MESNIL, chef de Labor. à l'Instit. Pasteur, 6 pl. hors texte *(Fasc. 39)* 7 fr. 50

Digitized by Google

NOUVELLE SÉRIE

I. — *SCIENCES, MÉDECINE*

Fascicule Premier. — **Monographie de la Faune lacustre de l'Éocène moyen,** par FRÉDÉRIC ROMAN, docteur ès sciences, préparateur de géologie à l'Université de Lyon, avec 3 figures et 3 planches hors texte (Paris, J.-B. Baillière et fils. — Lyon, A. Rey, éditeur). . . **5** fr.

Fascicule 2. — **De la Constitution des Alcaloïdes végétaux,** par X. CAUSSE, docteur ès sciences, chef des Travaux de Chimie organique à la Faculté de Médecine de l'Université de Lyon (Paris, Gauthier-Villars. — Lyon, A. Rey, éditeur) . . . . . **3** fr.

Fascicule 3. — **Études sur le Polymorphisme des Champignons, influence du milieu,** par JEAN BEAUVERIE, docteur ès sciences, préparateur de Botanique à la Faculté des Sciences de Lyon, avec 75 gravures dans le texte (Paris, J.-B. Baillière et fils. — Lyon, A. Rey, éditeur). . . . . **7** fr. **50**

II. — *DROIT, LETTRES*

Fascicule Premier. — **La Question des Dix Villes impériales d'Alsace,** depuis la paix de Westphalie jusqu'aux arrêts de « Réunions » du Conseil souverain de Brisach (1648-1680), par GEORGES BARDOT, docteur ès lettres, professeur au Lycée et chargé de Conférences à l'Université de Grenoble, (Paris, Alphonse Picard et fils. — Lyon, A. Rey, éditeur). . . . . **7** fr. **50**

Fascicule 2. — **La Représentation des Intérêts dans les Corps élus.** par CHARLES FRANÇOIS, docteur en droit (Paris, Arthur Rousseau. — Lyon, A. Rey, éditeur). . . . . **8** fr.

Fascicule 3. — **Recherches sur l'Origine de l'Idée de Dieu, d'après le Rig-Véda,** par A. GUÉRINOT, docteur ès lettres (Paris, Ernest Leroux. — Lyon, A. Rey, éditeur). . . . . **7** fr. **50**

Fascicule 4. — **Onomasticon Tacitum,** par PH. FABIA, Professeur de Philologie classique à la Faculté des Lettres de l'Université de Lyon, (Paris, A. Fontemoing. — Lyon. A. Rey, éditeur) . . . . . **15** fr.

Lyon. — Imprimerie A. REY, 4, rue Gentil. — 22914

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
GRADUATE LIBRARY

DATE DUE

DEC 6 1974
SEP 0 1974
SEP - 5 1980
AUG 13 1980

Digitized by Google

JUN 2 1

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 03667 9861

DO NOT REMOVE
OR
MUTILATE CARD

Digitized by Google

Digitized by Google